animam Ade cum angelis si ne corpore creatam fuisse: ꝛ postea ad corpus accessisse: quia naturaliter inditū fuerat ei hoc velle. Alij vō dicūt eam creatā in corpe: sed quicquid de illa estimet̄ certissime de alijs credendū est: q: in corpore creando infundit̄. Nec illa tunc prescia fuit operis sui futuri iusti vel iniusti: Anima igit̄ humana ē substātia rationis particeps: regendo corpori accōmodata: ꝛ in hoc differt ab angelo: q: est corpori vnibilis: ꝛ q: non habꝫ distinctōēȝ personalitatis: ꝛ q: vim quandam habet componendi ꝛ diuidēdi intelligibilia cum sensibilibus: quaȝ non habet angelus: ꝛ q: licet inter eam ꝛ deum non sit medium quantum ad naturam: ꝛ etiā quantū ad eternam fruitionē: est tamen quantum ad presentē illuminationeȝ quaȝ .s. ipsa recipit ab angelo: angelus autē a deo. Item q: anima ad beatitudinē ordinata est: ꝛ in se ꝛ in corpore. angelus autem tantū in se. non est autē anima ita simplex vt careat omni compositione. Est enī compositio multiplex. Prima partium ad totū: ꝛ hec diuersificat̄ sicut ꝛ partes. Sunt enim partes integrales: vt paries ꝛ tectum ꝛ cetera in domo. Essētiales vt materia ꝛ forma in composito: artificiales: vt in statua es ꝛ figuratio. Quedā etiā sunt partes multitudinis: vt i numeris. Quedam magnitudinis: vt in continuis. Secūda compositio est accidentium trī ad subiectū suum: que dicitur cōcretio. Tertia est potentie ad actum. Quarta cause ad effectū: ꝛ hec variat̄ sm̄ quadruplex genus cause. s. vt dicat̄ compositum quod est ab alio vt efficiente: vel sub alio: vt sub forma: vel in alio vt in materia: vel ad aliud vt ad finē: omni tali compositione deus caret: vnde simpliciter ꝛ omnino simplex est. Angelus autem ꝛ anima primo genere. i. compositione partium carēt: sed tres alias habent. Habet igit̄ anima qō est: ꝛ quo est: in sua compositione. i. potentiam passiuā siue receptiuā que se habet ad modum materie: ꝛ actiuam que ad modū forme: sꝫ hec in anima differūt tantū rōne: ꝛ non re: q: ipsa sm̄ substantiaȝ suaȝ est vtrūq;. s. ꝛ passibilis siue receptiua: ꝛ etiā actiua: ꝛ ita sm̄ idem. In rebus autē corporeis differunt ꝛ re ꝛ ratione. Angelus quidem compositionem habet creationis ꝛ etiam causalitatis: scilicet ad efficientem ꝛ finem. Item comparatio eius ad nihilum ex quo est quedam compositio: anima vō plures habet etiam q̄ȝ angelus q: componitur alij. s. corpori ad faciendum vnum. s. hominem: preterea vn⁹ angelus alio: ꝛ vna anima alia simplicior est: sm̄ maiorem accessum ad diuine nature simplicitatē.

C De Immortalitate aīe ꝛ imagine trinitat̄ i ea. C. XXXIIII

Nima humana

etiam a philosophis immortalis esse probatur. q: seipsam mouet: ꝛ cum aliud viuificet in semetipsa viuit: ꝛ q: natura simplex est: nec a contrarietate originali corrumpitur. Nos autē immortalem eā esse facile approbamus: q: ad imaginem dei ineternum viuentis facta legitur. Preterea cum certū sit deum esse iustū consequens est vt anime post mortem viuant: ac p meritis suis recipiant qō vtiq; non sentiunt: nisi teste Salomone: pariter eadē cunctis eueniunt. Uerūtamen nota. q omnia considerata sm̄ originem suam. s. inquantum habet esse post non esse: ex natura corruptibilis est: q: apta est redire ad non esse: nisi voluntas primi impediat. Considerata vō sm̄ essentiam suam vel substantiam est incorruptibilis: q: eius substantia non ex contrariis est nec aliqd̄ eius nature ɔ̄ra hꝫ a quo possit corrūpi. Silr ɔ̄siderata quātū ad formā: q̄ est potētia intelligendi: q: intellectus capax est oīum formaȝ intelligibiliū: q̄ p se sunt incorruptibiles. Silr si cōpet̄ ad finē suū: q: data ē ei virt⁹ speculatiua ꝛ motiua: p quā pōt ordinare se ad summū bonū sm̄ hoc etiā voluntate primi incorruptibilis manet ad magnitudinē pene vel pmij: ꝛ ex creatione quidē hꝫ vt ex actione alteri⁹ non possit corrūpi nisi ex actione dei: a relatione vō ad finē hꝫ q deus velit eā non corrūpi. Trinitat̄ imago ē in aīa quo ad memoriam: intelligentiā: ꝛ voluntatē vel amorē: ꝛ hoc triplici similitudine. q: s. hec tria sunt vna essentia: vna vita: ꝛ tamen ad seinuicem referunt̄: sicut ille tres persone: ꝛ etiā q: equalia sunt: ꝛ q: seinuicem capiunt: in his tamē etiam triplex est dissimilitudo. s. q: ita sunt in homine vno q tamen non sunt homo. ꝛ quia homo habens ista tria non est tres: sed vna persona: ꝛ q: sunt hominis vnius: non autem homo vnus. Aliter etiam assignatur in anima hec imago. s. quantum ad mentem ꝛ sui noticiam ꝛ amorem. De mente enim sui notitia nascitur: q: si super seipsam reflectatur sciet q est: ꝛ q imago dei est: a quo est: ꝛ ad quem finem est: ꝛ ex vtroq;. s. mente ꝛ sui noticia procedit amor suiipsius: Hec quoq; tria equalia sunt: ꝛ inuicem se capiunt. Similitudinem autē dei habet anima in se quo ad virtutes ꝛ effectus earum. Nam ꝛ si deo non conueniat credere vel sperare: pprius tamen effectus fidei est assentire prime veritati super omnia: ꝛ pp̄ter se: qō vtiq; facit deus etiam verius q̄ȝ homo. Effectus spei est confidere de deo super omnia: ꝛ propter se. hoc etiam facit deus. Similiter est de effectu charitatis quod est diligere: sed tamen similitudo multiplex est. Prima omnimode identitatis qua filius dei similis est patri. Secunda proprietatū conformitatis: de qua dicit Aristoteles: proprium est qualitatis sm̄ eam simile vel dissimile dici. Tertia representationis: qua scilicet imago alicuius est ei similis. Quarta scilicet imitationis qua scilicet aliquis patri suo similis dicitur quando mores eius imitatur. Et hoc vltimo modo assimilatur homo deo. scilicet discreta operatione que est virtutis effectus.

C De Localitate ꝛ qualitate anime. C. XXXV.

Nima dicitur

esse in loco multipliciter Dicitur enim aliquid esse in loco pprie per circūscriptionē. ꝛ sic ɔ̄uenit soli corpori pprie. Sin⁹ autē pprie p diffinitionē: vel determinationē: ꝛ sic ɔ̄uenit angelo ꝛ aīe sepate q: ita est vterq; alicubi q nō alibi. Tertio modo p p̄sentiā in operatione: ꝛ sic dicit̄ deus esse i omni loco. Aīe autē ɔ̄ueniunt oēs isti modi. primus tn̄ nō pprie sed p accidens. s. qm̄ vnita est corpi ꝛ corp⁹ q̄dē phibet aliud corp⁹ a loco in quo est: sꝫ nec aīa corpus ē: nec ecōuerso: vex sicut corp⁹ corpus: sic aīa animā phibet a loco suo q: separant̄ ab inuicē essentia: ꝛ operatione ꝛ loco. Uñ non pñt esse due aīe in vno corpore: nihil tamē phibet demonē esse in humano corpore: licet aīa sit in qualibꝫ eius parte: q: aīa est ibi per vnionē: demon autē nequaq̄ȝ ideo pñt simul eē. Quidam etiā dicunt q demon in ꝯcauitate ventris vel capitis ē vbi aīa nō est: licet p̄ma essentia sit ɔ̄tinēs oēs spiritus circūscriptos: nō tamē habēt in ea pprie circūscriptionem differentē: q: nō habet longitudinē latitudinē ꝛ profunditatē: sm̄ quā in ea diuersi spirit⁹ creati situent̄ intelligibiliter: sicut est de loco corporali: sꝫ habet ambituȝ virtutis in operatione: intra quē possunt currere diuerse aīe ꝛ angeli qui dicunt̄ extra mitti respectu celi empyrei. Porro aīa qñ a corpore separat̄ localiter mouet̄: dicit̄ tamē per locū nō moueri: q: nō trāsit per locū eodē modo quo corp⁹: ita. s. vt pars cōmetiat̄ parti cū spiritualis substantia partē nō habeat se metientē parti corporali. Dicit̄ etiā moueri p temp⁹: q: modo est in vno loco: etiā in alio: motus tn̄ ei⁹ est subit⁹ ꝛ simul tot⁹. Est autē i singulis partib⁹ corporis tota quātū ad totalitatē essentie. i. pfecta in esse. nō tn̄ tota. i. sm̄ oēȝ sui potentiā vel virtutē vel opationē: multitudo vō potentiaȝ nō infert maioritatē in aīa sed multiplicitatē. Tanta ē igit̄ in sui corpori vna parte vel in duab⁹ quanta in oīb⁹: sꝫ nō tā multiplex. Nō est ergo pprie quanta quantitate sꝫ virtute: ꝛ hec quantitas penes operationē attendit̄. Prima aūt eius operatio est viuificare: alia vō fiunt mediante illa. Aliter autem potest dici quanta. scilicet quantum ad certum nature sue terminum: vel modum quem habet omnis creatura: q: solus deus est immensus.

C De Unione anime ad corpus. C. XXXVI

E vnione

anime ad corp⁹ vide q aīa pōt cōsiderari vel vt est substātia: ꝛ sic pprie dr̄ spūs ꝛ ē in corpe p coexistētiā nō p īformationē vel vt ē forma: ꝛ sic dr̄ aīa q̄si alens ꝛ pficiēs corp⁹: sm̄ hꝫ est in eo vt pfectio in suo pfectibili: sicut forma in materia. Unde destructo corpe destruit̄ aīa inquātū forma. nō tn̄ inquantū ē substātia. i. spirit⁹. Q: autē dicit Augustin⁹ animā nō eē in corpe vt formā in materia: nō ē intelligendū sm̄ omnē modū. q: s. aīa separat̄ a corpore sm̄ qō ē substantia: forma vō sm̄ rē nullo modo separat̄ a materia. Itaq; nō est aīa vnita corpori p modū ɔ̄terminationis: q: ɔ̄terminatio terminū hꝫ: sm̄ quē res alteri ɔ̄iungit̄: nec est per totū id cū quo ɔ̄terminat̄: aīa aūt ē p totū corp⁹ absq; termino ꝛ situ. Unde dicit Augustin⁹ q nō est in corpe sicut vinū in vtre: sed tota toti corpori coniuncta est eadē ratiōe nec p modū cōfigurationis. Sꝫ nec p modum mixtionis: q: i mixtione oportet eē partiū diuisionē: ꝛ q: nō pōt quodcūq; quibuscūq; misceri. anima vō quibuscūq; cōiūgit̄ corpori similiter per modū impressionis: impressiuȝ enī nō subsistit sine eo cui sit impressio: sicut pꝫ i forma impressa statue vel sigillo: sꝫ per modū agglutinationis: qñ enī egredit̄ vel excidit̄ semen ab hoīe in generati

one pueri: quidā spiritus qui dicitur edificator vel artifex simul egre diť qui dispositōes acquirit ī corpe ꝓusq̄ aīa infundatˀ: ⁊ q̄si ad eā recipiendā corp⁹ habilitat vel coaptat: sicq̄ ista duo in vnū agglutinant. Sunt enim vnum non vt cōtinuum vel indiuisibile: sꝫ vnum ratione: nō q̄r eadē sit rō vtriusq̄: sꝫ q̄r faciūt vnū: cui⁹ est vna rō. s. hominē. Est autē triplex vnitas in corpib⁹. Prima est q̄ surgit ex duplici depēdētia. s. materie ad formā ⁊ ecōuerso. Et talis est ī eis q̄ sunt īgenerabilia ⁊ incorruptibilia: vt corpa celestia: hec est maior vnitas in corpib⁹ que. s. nec materiā separari sinit a forma nec ecōuerso. Secūda q̄ surgit ex vnico respectu vel depēdētia. s. forme ad materiā: ⁊ nō ecōuerso: talis ē in oīb⁹ corruptibilib⁹: ⁊ hec est minor. s. que materiā separari sinit a forma: ⁊ nō ecōuerso: vt q̄n ex igne fit aer: perit forma ignis: ⁊ manet materia trāsiens in aliā formam. Tertia q̄ aliq̄ duo ita cōiungunť vt vtrūq̄ separabile sit: ⁊ hec est minima: talis ē inter aīam ⁊ corpus. Ueruntamē miro mō cū homo habeat in se continuare supiora ⁊ inferiora. Hanc triplicē vnitatē hꝫ in se fm diuersa. Prima est enī in aīa fm se ꝯsiderata. Secūda in corpe. Tertia in toto hoīe. Notādū autē q̄ quasdā dispositōes hꝫ aīa in se tm: vt intelligere ⁊ ꝯtemplari. Quasdā hꝫ corpus sibi a se tm vt cōplexionē ⁊ compositionē: ⁊ solutionem ꝯtinuitatꝫ. Quasdā vō dispositiones hꝫ anima ex h̄ qd̄ ē hr̄is corp⁹: vt sūt ꝯcupiscētia ⁊ iracūdia ⁊ imaginatio q̄ sūt etiā ī aīa sepata ꝑ cōpositōez ad corp⁹. Quasdā vō hꝫ corp⁹ ī quātū est hr̄is animā sicut somn⁹ ⁊ vigilia: egritudo ⁊ sanitas. Quasdā vō hꝫ homo ratione ꝯiuncti ex corpore ⁊ aīa: sicut edificare ⁊ artificia perficere.

Epilogus de viribus anime. C. XXXVII.

Na est igitur anima ī homine cuius potētie sunt tres. s. vegetabilis: sensibilis: rationalis: in vna substātia fundate. Uidetur quidē Aristoteles velle q̄ corp⁹ hoīs in vtero matris ꝑus vegeteť q̄̄ sentiat: ⁊ ꝑus etiā in eodē sit sensus q̄̄ intellect⁹: non tamē opꝫ q̄ ibi sint tres aīe vel incorporee substantie: sed vna q̄ ꝑus habuit vim vegetandi: postmodū accepit vim animandi vel sensificandi ⁊ tandē viꝫ intelligēdi. Prima ē quasi materialis dispositio ad secūdā recipiēdā: ⁊ secūda ad tertiā: que ē vltima ꝑfectio sine cōpletiorvī ⁊ sola diciť aīa. Ideoq̄ etiā licet videať puer esse aīal anteq̄̄ homo: q̄r corp⁹ hꝫ ⁊ animā sensibilē anteq̄̄ rationalē: nō ob h̄ sequiť q̄ sit asin⁹: vel capra: vel aliqd̄ aliorꝫ ab homine: q̄r nōdū est animal perfectū: illud enī qd̄ hꝫ materiale est ab vltimo completiuū. s. ab intellectu qui ē ꝑfectio corporis. Est enī cōpletissima oīum virtutū q̄ sunt in corporib⁹: ⁊ est in corpore mediante sensibili: que tamē nō ē medium ꝑ modū materialis dispositiōis ex toto: q̄r exercet operationes suas in corpore: nec est mediū rationalis vel intellectiue ad hoc vt sit: sꝫ ad hoc vt sit in hoīe: vn̄ illa destructa destruiť ⁊ ista nō in se sed in hoīe. i. ad hoc vt non sit in hoīe. Itaq̄ ille due que sūt quasi materiales ad tertiā: corrumpunť cū corpe. s. in morte: ⁊ tertia manet ab alijs separata ⁊ ab ipso corpore. In viuētib⁹ quoq̄ nihil ꝓhibet eā ad operationes intelligibiles rapi: nec ob hoc potest ab alijs separari potētijs oīno: sed ea ex toto illuc ꝯuersa: sicut in raptu pauli remonēt alie due penes quas ꝯsistit reginē corporis ⁊ ꝑ q̄s ꝯseruať in esse vitali. Potētie vegetabilis aīe tres sunt. s. nutritiua: augmentatiua: generatiua. Potētia sensibilis diuidiť ī apprehensiuā ⁊ motiuā. Apprehensiua quoq̄ subdiuidiť in apprehēsiuā exteriorē ⁊ interiorē. Exterior diuidiť in q̄nq̄ sensus. s. visum: auditum: odoratū: gustū: tactū. Interior sīlr in q̄nq̄. s. sensum cōmunē: imaginationē: vim cogitatiuā: estimatiuā: memoratiuā. Potētia motiua duplex ē. Una q̄ impat motū. Alia que efficit motū. Impatiua quoq̄ mot⁹ duplex ē. s. ꝯcupiscibilis ad ꝓpinquandū: ⁊ irascibilis ad repellendum. Potētia vō rōnalis diuidiť in vtutē sciēdi ⁊ agēdi: quarꝫ vna queq̄ vocať intellectus. s. theoricus ⁊ practicus.

De Ratione ⁊ sensualitate. C. XXXVIII.

Atio ē aspectus animi quo per seipm̄ non ꝑ corp⁹ verū intuetur. Rō bipartita ē fm officia. s. ad supiora ꝯtēplanda ⁊ inferiora administrāda. In hac hō precellit brutis. Sensualitas autē ē vtriusq̄ cōmunis: ⁊ hoc fm vnā rōnem. s. fm se. nō tn̄ ratione peccati. sꝫ ꝓpter ordinationē quā hꝫ in hoīe ad vlteriorē potentiā. s. rationalē in qua abūdat sup bruta. ꝓpē hūc enī ordinē aliquo modo ꝑfectior est in hoīe q̄̄ in brutis: ⁊ ideo i humana ꝯtingit esse peccatū in brutali non. Differunt autē fantasia ⁊ sensualitas. q̄r fantasia ē vis fm quā apparet aliquid esse bonū ⁊ malū. Sensualitas vō vis fm quā ꝑcipiť esse bonū vt nunc aut malū. Diuidiť autē ꝓprie rō contra sensualitatē: ⁊ intellect⁹ contra fantasiā. Quidā etiā diuidunt sensualitatē sicut ⁊ rationē in duas partes. s. inferiorē que mouet ad illicita: ⁊ superiorem que ad licita ⁊ corpori necessaria. Prime motus pena est ⁊ culpa. Secunde vero si est moderatus nec culpa nec pena: si immoderatus ⁊ culpa ⁊ pena. Tripliciter autem accipitur sensualitas. Aliquando pro vi sensitiua interiori quam vocat Aristoteles sensum cōmunē. i. virtutē quandā cui creduntur oīa sensibilia: ⁊ discernit a singulis singula. Aliqñ vō ꝓ vi motiua inferiori que extēdiť in quinq̄ corporis sensus ⁊ appetitus. Aliquando etiam pro inferiori parte rōnis que circa sensualia negociať. Ratio quoq̄ multipliciter accipiť. Diciť enī quādoq̄ mens in qua precellit homo bestijs. Et sic tres vires comprehendit. s. rationalē: concupiscibilē: ⁊ irascibilē: fm hoc intellect⁹ nō est ratio: sed potentia quedam rationis: q̄ñq̄ vō sumiť in diuisione ꝯ ꝯcupiscibilē ⁊ irascibilem: ⁊ sic intellect⁹ ⁊ rō sunt eadē potentia. sed intellect⁹ diciť inquantū apprehēdit: ratio inquantū iudicat. Tertio mō sumiť ⁊ forte magis ꝓprie fm qd̄ est vis quedā media inter sensum ⁊ intellectū conferēs. s. intelligibile cū sensibili. sicut sensus cōmunis: sensibile vni⁹ sensus cum sensibili alterius: q̄r sicut vnus sensus particularis non apprehēdit qd̄ alius: sic nec itellect⁹ sensibilia suo modo: nec sensus intelligibilia suo modo. Hoc igiť collatera vis diciť ratio que ē anime rationalis fm qd̄ est coniuncta corpori: ⁊ ab ea sumiť hec differentia rationale in diffinitōe hoīs: nā q̄r per eam solā homo separatur: ⁊ a superioribus ⁊ ab inferiorib⁹: per intellectū enī conuenit cū angelis: ⁊ per sensum conuenit cum brutis: ideo a neutro horꝫ sumiť eius differentia: sed a ratione que collatera est vtriusq̄: sup hoc autem est intellect⁹ conferens intelligibile cum intelligibili: ita q̄ tres sunt collatere in hoīe. s. sensus cōmunis: ⁊ ratio: ⁊ intellectus. Et sensum quidem necesse est corrumpi cum corpore: similiter ⁊ rationem fm hunc modum. Solus autem intellectus corrumpi non potest: q̄r separabilis est.

De Libero arbitrio. C. XXXIX.

Iberū arbitrium est facultas rationis ⁊ voluntas q̄ bonum eligitur gratia assistente: malum vero gratia desistente: voluntas est motus animi cogente nullo ad aliquid non admittendum vel adipiscendum. Itaq̄ rationis officium multiplex est. Primum est comprehendere: ⁊ fm hoc dicitur intellectus. Secundum ratiocinari. i. rationes ad aliquid ostendendū inducere: ⁊ secundum hoc dicitur vis rationalis. Tertium discernere: ⁊ sic proprie dicitur ratio. Quartum media inuenire: ⁊ sic ingenium. Quintum eligere: ⁊ sic voluntas liberi arbitrij. Liberum enim arbitrium dicitur secundum vtrunq̄ officium. scilicet discernendi ⁊ eligēdi. Sextum celestia contemplari. ⁊ sic synderesis. Septimum inferiora disponere: ⁊ sic sensualitas vel inferior pars rationis: ⁊ quantū ad duo vltima comparatur viro ⁊ mulieri propter quatuor. Nam sicut vir regit mulierem: sic superior ratio secundum quod intelligit vel voluntatem a malo retrahit ⁊ ad bonum mouet inferiorem. Unde ⁊ ex ea tanq̄̄ filios bonos generat bona opera: ⁊ hec est secunda causa. Tertia quia sicut de Adam sumpta est Eua: ita ex contemplatione celestium ⁊ cognitione diuine voluntatis oritur discreta administratio temporalium. Quarta quia non poterat aliqua vis anime dari synderesi in adiutorium simile sibi: nisi ratio inferior. Nam alie vires per se sine discretione sunt: voluntas quidem nūq̄̄ contradicit rationi: secundum quod dicitur esse eadem potentia cum ratione. Est enim voluntas appetitus fm rationem qui est in vi rationabili: nō tn̄ inquātū ē rōnabiľ: sꝫ q̄ntū ē appetēs fm rationē vel iperans appetitui. Appetitus autem secundū fantasiam qui est desiderium est in vi concupiscibili: ⁊ hoc dico secundum quod concupiscibilis ⁊ irascibilis communes sunt nobis cum brutis: naꝫ rationalis nullo modo conuenit eis. Quod autem dicunt sancti: liberum arbitrium esse liberius in angelis ⁊ hominibus bonis q̄̄ in malis: intelligendum ē liberius: id est pluribus libertatibus liberum. Triplex enim est libertas: scilicet a necessitate: a peccato: a miseria. A necessitate autem duplici: scilicet ineuitabilitatis ⁊ coactionis: maior ergo est libertas in angelis q̄̄ in hominibus: quia illi tres habent plenarias libertates: scilicet a peccato: a miseria: a necessitate coactionis. sed ineuitabiliter volunt bonum: nec hoc minuit libertatem eorum: sed potius auget: quia ita libere volunt bonum q̄ omnino nolunt peccare: nec sentiunt aliquod impulsiuum ad malum. Boni autem homines tres habent libertates: sed non omnes plenarias. scilicet a necessitate coactionis ⁊ a peccato sed non ex toto: ⁊ a miseria: sed adhuc spe. non re: liberiores ergo sunt q̄̄ mali: quia duas tantum habent. scilicet a necessitate duplici: mali quoq̄ homines liberiores sunt q̄̄ demones: qui vnam tantum habent: scilicet a necessitate coactionis.

De Synderesi. C. XL.

Synderesis ē scintilla conscientie in superiori parte rationis constituta: cui⁹ est peccato remurmurare ⁊ errata corrigere: ⁊ hec est que mouet liberum ar. in bonū cōe: ⁊ retrahit a malo cōi: huius eniꝫ iudiciū ē circa cōe tm̄ immediate: rōnis autē circa bonū singulare. Preterea: rō iudicat cū deliberatione. synderesis autē absqꝫ vlla deliberatione dictat malū nō esse faciendū sed bonū: nō enī est apud eā iudiciū deliberationis sed tm̄ executionis. Differt autem a voluntate naturali sm̄ rōnem: qꝛ ista est pura potētia. synderesis dr̄ potentia habitualis idē tn̄ sunt in subiecto. Volūtas etiā naturalis in plura bona mouet ꝙ̄ hec: qꝛ non solū in bona rationabilia: sed ētīn naturabilia ⁊ vitalia. Motus autē synderesis est tā in cognitiuis ꝙ̄ affectiuis. sed magis ꝓprie in affectiuis sub hoc nōie synderesis: nā ratōe lucis vel cognitōis dr̄ itelligentia: rōne affectus synderesis .i. diuisio: qꝛ semꝑ est diuisiua inē bonū ⁊ malū: ⁊ videt̄ esse vis separata ab alijs trib⁹. s. rōnabili ꝯcupiscibili ⁊ irascibili: sm̄ hoc nullo mō peccat. qꝛ non ipsa se ꝑcipitat: sed inferior ratio nebula peccati lumē eius obnubilat: ita ꝙ min⁹ potēs est in executōe sui effect⁹: vt in remurmuratione contra peccatū: ⁊ hec ipsa obnubilatio vel declinatio dicit̄ ei⁹ ꝑcipitatio: vn̄ nec ei pmo ⁊ ꝓprie debet̄ pena in ifemo: sed sicut i corpe dolēte vno mēbro dolēt ⁊ oīa alia: qꝛ vnita sunt in vna vita sic ⁊ in aīa dum puniunt̄ alie vires sue aīe sm̄ illas ꝑ quas peccauit torquet̄ etiā ⁊ dolet: in synderesi per quā non peccauit. Verū tamē ꝓprie loquendo nec vires aīe puniunt̄ nec aīa etiam in virib⁹: sꝫ in substancia sua ꝓ opib⁹ viriū. Non est autē extincta synderesis etiam in heresiarchis: licet enī errant in particulari: supponētes hāc esse verā fidem quā credūt in cōmuni. tamē placet eis veritas ⁊ bonitas: ⁊ displicet error ac malitia. Unde qn̄qꝫ cognito errore redeūt ad veram fidem. Et ē simile de illo qui scit in vniuersali oēm mulaꝫ esse sterilem: ⁊ tamē cū videt aliquā crossaꝫ credit eā habere in vtero sed quando pertractat ⁊ confert recedit error. Non est enim ita ꝙ error in synderesi que in communi consistit: sed in ratione que ad particulare descendit. Similiter in iudeis non est extincta: sed nec in desperatis omnino nec etiam in damnatis. Ad quod videndum nota ꝙ duo sunt principales effectus synderesis. scilicet cognitio: ⁊ affectio. Affectio duas hꝫ partes. Instinctū boni ꝙ̄ duplex est: vel boni simpliciter: vel in collatione ad gratiā vel gloriā. Et displicentia mali: que simlr̄ duplex. Vel mali simpliciter vel in collatione ad penam. In diabolo extincta ē synderesis: ad instinctū boni oīno: vel etiā quo ad detestationē mali nisi tm̄ in collatōe ad penā. In damnatis aīab⁹ extincta est similr̄ quo ad instinctū boni vtroqꝫ mō: sed remanet quo ad displicentiam mali vtroqꝫ modo: habent enim remorsum conscientie. Unde patet ꝙ eis displicet culpa preterita quadā penitētia infructuosa. Alia tamē ē opinio ꝙ tā in his ꝙ̄ i diabolo extincta est absolute quantū ad displicentiā mali culpe. Displicētia vō mali in collatione ad penā referunt̄ eis ad ipsius pene accumulationē. In desperatis autēꝫ extincta est vno tm̄ modo. s. quo ad istinctū boni cōpati ad gratiā vel ad gloriā: sꝫ remanet quo ad instinctū boni simplr̄: ⁊ quo ad displicētiā vtroqꝫ modo.

¶ De dignitate hoīs ⁊ creatōe mulieris. C. XLI.

Homo excepta illa potissima trinitatis imagine que est in mente hoīs: in qua cōmunicat cum angelo. In quinqꝫ specialiter imaginē dei gerit homo. Primū est auctoritas dñationis: qꝛ sicut deus oīuꝫ dñs est. s. celestium terrestriuꝫ ⁊ infernoꝝ: sic ⁊ homo mundo sensibili prelat⁹ est. Secūda auctoritas ꝑncipij: qꝛ sicut de⁹ principiū est omniū ꝑ creationē: sic adam oīum hominū ꝑ generationē. Tertiū qꝛ sicut de⁹ hꝫ ꝯuenientiā cū oībus vel econuerso: vnde ⁊ dicit̄ mundus archetypus: sic ⁊ homo vnde dicit̄ microcosm⁹. Quartum qꝛ sicut deus omniū finis est: sic ⁊ homo tot⁹ creature: ꝙ̄ ꝓpter ipm̄ facta est. Vn̄ licet pmus omniū sit sm̄ ordinē rationis: vltim⁹ tamē est sm̄ ordinē nature. qꝛ vltimus omniū creatus ē. Quintū qꝛ sicut de⁹ est vbiqꝫ tot⁹ in maiori mundo: sic ⁊ aīa hoīs in suo mundo. i. in corpore humano: itaqꝫ non exꝑmit scriptura de angelo ꝙ ad imaginē dei sit factus sed tm̄ in hoīe: qꝛ in plurib⁹ assimilat̄ deo: ꝙ̄ angelus: licet angel⁹ magis assimilet̄ quātū ad simplicitatē intellectus vel forte qꝛ magis de eo dicit̄. s. ꝙ sit lux: ⁊ hoc sufficit ad exprimēdū dignitatē illi⁹: vel etiā qꝛ de angelo nihil dicit scriptura: qꝺ videat̄ eius nobilitati derogare: de hoīe autem dicit vile quid. s. ꝙ sm̄ corpus sit format⁹ de limo terre. Ideoqꝫ oportuit ei⁹ dignitatē insinuari: ꝙ̄ est ex parte aīe: hominē itaqꝫ perfectū de agro damasceno vbi cum formauerat in paradisuꝫ trāstulit. De latere ipsius dormiētis costam detraxit: vnde mulierem formauit. Adam cuius singularis nomen ei imponit ⁊ de matrimonio carnali ac spirituali prophetauit. Mulier quoqꝫ licet ꝯdita sit ratione sicut vir: dicitur tamen esse gloria viri non tamen imago dei eadem ratione qua nec angelus: ⁊ etiam maiori; qꝛ. s. viro subdita est non domina: ⁊ qꝛ non est origo omniū sicut ille: ⁊ qꝛ non est a deo facta immediate: sꝫ formata de viri latere: ⁊ qꝛ non habuit ab initio rationem ita limpidam sicut vir: vnde a diabolo seducta est: non vir. Itē ꝓpter duplex mysteriū. s. christi ⁊ ecclesie: superioris ⁊ iferioris partis rōnis. In vtroqꝫ enī vir prefertur mulieri.

¶ De pmo statu amboꝝ parentū ⁊ lapsu i peccatū. C. XLII.

Homo in statu inocentie cū essent nudi nihil putabant velandum. qꝛ nihil senserunt refrenādū. Dis itaqꝫ datū ⁊ preceptuꝫ nature a deo triplex. Primū pertinēs ad sustentationeꝫ corporis sui de comedēdo. s. ex oī ligno paradisi. Scdꝫ ad multiplicationem generis sui qꝺ iplendū erat per legē matrimonij. Tertiū ad dilectionē dei ⁊ ꝓximi qꝺ in corde ei⁹ scriptū erat digito dei. Quartuꝫ quoqꝫ ꝑceptū discipline datū est eis ad ꝓbatōem obedientie. s. de ligno sciētie boni ⁊ mali non tangēdo. hoꝝ vō felicitati diabol⁹ inuidens tentare agressus est mulierem per serpentē ⁊ viꝝ per mulieres. mulier ad suggestionē serpētis elata: quatuor modis peccauit. s. diuinitatē rapere volendo: cōtra ꝓhibitionē comedendo: virum ad comedendū inuitādo: ad interrogationē dn̄i culpā suam excusando. Vir autē non quidē seductus vt deitateꝫ se posse rapere crederet: sꝫ quadā amicabili beniuolentia illect⁹: vt mulierem offendere se timeret: si nō oblatū pomuꝫ comederet: duobus tamē modis peccauit. s. comedendo: ⁊ se excusando: vnde mulier plus peccauit ꝙ̄ vir. qꝛ pluribus pcīs: ⁊ ēt i pꝛēs. s. i deū: i ꝓximū ⁊ i se. ⁊ iteꝝ qꝛ ex maiori tumore: ⁊ qꝛ peiori itentiōe. s. vt eēt sic de⁹. Idꝫqꝫ etiā alio modo plus peccauit. i. dānosi⁹: qꝛ punita est grau⁹. Verūtn̄ vir vno mō grau⁹ peccauit. i. grauiori peccādi origine. qꝛ. s. ex certa sciētia cū mulier seducta quodāmō peccauerit ex ignorantia. Deniqꝫ peccatū eoꝝ in trib⁹ punitū est. s. in se ⁊ in tota posteritate sua: ⁊ in tota visibili creatura. In seipso quidē tripliciter. s. qꝛ gratia dei nudati: ⁊ in natura sua corrupti: ⁊ de paradiso electi: excepta etiā pena gehēnali: cui ꝓfecto donec ad penitētiā sui reatus obtinuerūt idulgētiā fuerūt obligati. Porro inē illud peccatū pmū apostasie: ⁊ vltimā penā gehenne: media ꝙ̄ sē peccata: sꝫ ⁊ pene. Iusto enī iudicio dei crimīa criminib⁹ vindicant̄ ⁊ supplicia peccātiū nō tm̄ sūt tormēta: sꝫ vitioꝝ incremēta.

¶ De Multiplici diuisione peccati. C. XLIII.

Peccatum autem diuidit̄ in originale ⁊ actuale. Actuale in duo. s. veniale ⁊ mortale. Mortale vō in delictū ⁊ cōmissum. Delictū autē in duo. s. ignorātiā ⁊ omissionē. Ignorātia ꝑcipue culpabilis ē in sacerdotib⁹ ⁊ ꝑlatis ⁊ iudicib⁹: qui maxie tenent̄ scire ⁊ quoꝝ officiū ē interrogati de lege videre maxie vō in furiosis excusabilis ē: in dormiētib⁹: ⁊ i ebrijs: ꝙ̄ rōneꝫ hntes ligataꝫ nō valēt inē bonū ⁊ malū discernere. Ad omissionē vō ꝑtinet etiā negligētia. Cōmissuꝫ diuidit̄ i septē vitia capitalia. quoꝝ radix ē supbia germina vō multiplica. ex supbia ꝙ̄dē nasc̄ inanis gl'ia supb⁹ enī vlt ab oīb⁹ laudari vt ab oīb⁹ possit honorari. Ex hac āt inuidia: qꝛ dū laus appetit̄ eadē alijs inuidet̄. Ex hac iteꝝ ira. qꝛ dū mēs ex aliēa felicitate torq̄t̄ necesse ē vt ocul⁹ mētis ꝑ iracūdiā turbet̄. Ex ira āt accidia qꝛ dū mēs sordiate turbat̄: oē bonū i fastidiū ei vertit̄. ex accidia vō auaritia: qꝛ dū turbata mens ⁊ tristis nullā interi⁹ ꝯsolationē sentit foris eā i terrenis ꝑ auaritiā q̄rit. Ex auaritia quoqꝫ gula: qꝛ qꝺ auaritia ꝯgregauit gula depascit: vn̄ diuites solēt eē gulosi: sicut ille ꝙ̄ epulabat̄ quotidie splēdide. Ex gula autē luxuria: qꝛ vent̄ ⁊ genitalia vicina sūt: ⁊ ꝓ vicinitate mēbroꝝ sequit̄ ꝯfederatio vitioꝝ. Ex his itaqꝫ vitijs sibiuicē ꝯnexis quasi cathena efficit̄: ꝙ̄ peccator ligat̄ ⁊ ad ifernū trahit̄. Superbia quatuor species hꝫ iuxta illud. Ex se ꝓ merito falso plus omnib⁹ instans.

¶ De Peccato cordis, ⁊ oris ⁊ operis. C. XLIIII.

Iterum peccatum diuiditur in peccatū cordis: oris: ⁊ operis: Peccatū cordis i tria. s. cogitatōis ⁊ delectatōis: ꝯsēsus. Peccatū cogitatōis ē ꝓprie error ꝙ̄ triplex ē. s. error ꝯsciencie: ⁊ infidelitat' ⁊ praui iudicij. Ex errore ꝯsciētie orit̄ ꝑplexitas. Ex prauo iudicio ꝑsonaꝝ acceptio: ꝙ̄ cōmittit̄ triplicit̄. s. i honoꝝ exhibitiōe: i iudicij executōe: i ꝓmotōe quoqꝫ ad dignitates. Peccatū oris multiplex est: in sermone enī requirūt̄ tria. s. veritas: bonitas: equitas siue rectitudo. Contra veritatem peccat̄ in vbo tripliciter. Aut qꝛ veritas violatur quod fit per mendaciū. Aut qꝛ ꝯtemnat̄ qꝺ fit ꝑ periurium. Aut impugnat̄ qꝺ fit ꝑ contentionem. Contra bonitatem vō dupliciter. s. ꝯtra honestatē per scurrilitatē. Contra vtilitatem ꝑ va

niloquium ⁊ multiloquium siue garrulitatem. Contra rectitudinem dupliciter. s. in laude ⁊ vituperatione: in laude quando laudat non laudandū: qđ fit dupliciter. Uel in laude aliena qđ fit p adulationē. Uel in ppria p iactantiam: in vituperio silr quādo vitupat deus qđ fit per blasphemiā. Aut proximus ⁊ hoc dupliciť. Aut imprecando penam: qđ fit per maledictionē. Aut improperando culpam: ⁊ hoc dupliciter. Aut aperte: qđ fit per contumeliā. Aut occulte qđ fit per detractionē. Mendacium triplex est. s. perniciosum: officiosum: iocosum. Aliter vero diuiditur in octo genera fm Aug. Periuriū triplex est cōtra tres comites iuramēti. s. veritatē: iustitiā: discretionē: iuramentū quoqȝ diuidiť in assertoriū ⁊ pmissoriū: spontaneū ⁊ coactū licitū ⁊ illicitū. Adulatio est triplex. s. bonū nō habitū alicui attribuens: habitū extollēs: malū nutriēs. Maledictū. s. triplex. s. subreptionis ex motu subito. Simulationis non ex animo: ⁊ hec duo genera venialia esse dicuntur. Tertiū vo. s. odij mortalis est. Detractio fit septē modis. s. bonū alterius negādo: supprimēdo: deprimēdo: deprauādo: malū occultū reuelādo: augmētando: adinueniēdo. Peccatum ergo triplex. s. impietas ad deū: flagitiū in seipsū: facinus in proximū.

¶ De Speciebus impietatis q̄ cōmittiť in deū. C. XLV.

Impietas

triplex est: aut enī fit derogando diuine sublimitati que attribuiť patri. aut veritati q̄ filio: aut sanctitati q̄ spiritusancto. Eius sublimitati debetur honor: cui derogať tripliciť. s. aut cultū ei debitum alij impendendo: qđ fit p idolatriam: aut cultū indebitū ei impendendo qđ fit per superstitionē iudaicam aut a cultu eius debito retrocedendo: qđ fit per apostasiam. Que triplex est: aut enim recediť a fide: ⁊ sic ē perfidia: aut a precepto: ⁊ sic inobediētia: aut a religione: ⁊ sic irregularitas. Inobedientia est triplex: tribus enim debemus obedientiam. s. primo deo: deinde prelatis: tertio parentibus. Apostasia fit irregulariter multis modis. s. coronam vel tōsurā dimittendo: vxorem ducendo: vestē religionis vel clericalē abijciendo: ad seculū redeundo. Ueritati diuine cui debeť fides derogať tripliciť. s. aut ei cōtradicendo: qđ fit per heresim: aut qđ eius ē pprium sibi falso ascribendo. s. futura predicere: qđ fit per diuinationē: aut mendacijs intēdo: qđ fit per sortilegium. Diuinatio multiplex est: fit enī corporibus mortuorum. illa q̄ dicitur nigromantia: in igne pyromancia: in aere aeromantia: in aqua hidromācia: in terra geomācia ⁊c̄. Ad sortilegiū ptinet diuinatio sortiū: carmina vetularum: obseruantia kalendarum ianuarij. quasi in presagiū boni euentus futuri per totum annū: ⁊ oīa huiusmodi supstitiosa. Oēs quoqȝ ligature ac remedia que medicorum cōdemnat disciplina. Ad heresim vo pertinet scisma. Silr sanctitati diuine derogať tripliciť. s. aut sanctitatē falso simulādo quasi in eius versionē: qđ fit p hypocrisim: aut eius sacra dona vilificando. i. sub vili precio ponēdo: qđ fit p symoniā: aut ei sanctificata violādo. qđ fit tripliciter. s. aut violatione sacri loci. qđ fit per sacrilegiū pprie: aut sacri temporis: qđ fit per transgressionē sabbati aut feriarum: aut sacre rei: ⁊ hoc triplr. s. aut rei quā ipe dñs sibi sanctificauit: vt sunt decime ⁊ primitie: aut quā ipse homo sponte deo consecrauit: vt sunt vota vel votiua: aut quā deo sanctificari vel institutio ecclesiastica sanxit: vel consuetudo approbauit: vt sunt oblatiōes ⁊ huiusmodi. hec enī oīa retinere ē sanctificata deo violare. Symonia tres hȝ differentias: vendiť enī aliqñ spirituale vt sacramēta aliqñ annexū spūali vt pbēda: aliqñ vo spūale ānexū spūali: vt pducatio. Sacrilegiū silr tres hȝ differētias: cōmittiť enī qñqȝ rōne psone vt cū clericus vel religiosus verberať: qñqȝ rōne loci: vt cū ecclie vl cimiterij emunitas violať: qñqȝ vo rōne rei: vt cū sacra vl sacro vsui deputata vsurpanť. Sabbati violatio triplex ē: ɔtra triplicē requiem vel ociū sanctū: est enī ociū sanctū corpale: ɔtra qđ peccať pmo modo. s. die dñico seruilia opando: ⁊ est spūale: ɔtra qđ ē scđo mō. s. mētis ɔtēplationē penitus deserendo: ⁊ ociū celeste: ɔ qđ tertio mō. s. ab eius desiderio torpēdo: ⁊ in pñti vita male ociādo. Fractio voti duplex est: est enī votū simplex ⁊ solēne.

¶ De Speciebus flagitij qđ in seipm. C. XLVI

Flagitium vero

duplex est. Cū enī in corpe humano sit duplex vis conseruatiua. s. vna ad cōseruationem indiuidui: hec est nutritiua: alia ad conseruationem speciei. s. generatiua: peccat homo in carne sua: aut ex inordinatione generatiue. ⁊ hoc per luxuriam: aut nutritiue: ⁊ hoc per gulam: sed dupliciter: aut quantum ad cibum ⁊ sic est ingluuies siue gulositas: aut quantum ad potum: ⁊ sic est ebrietas. Gulositas autem cōmittiť quinqȝ modis iuxta illud. Pre: prope: laute: nimis: ardenť: studiose. Luxuria quoqȝ plures hȝ species: aut enim cōmittitur in coitu naturali aut cōtra naturam. Si primo modo: aut in vxorem ppriam quod fit per immoderatum vsum vel amorem: vel in aliam ⁊ tunc aut in consanguineam: ⁊ est incestus. aut in extraneam: ⁊ tunc aut in virginem: aut in corruptā. In virgine autē dupliciter. illa cōsētiente: ⁊ sic est stuprū: aut renitente: ⁊ sic est raptus. In corruptam similiter dupliciť: aut in coniugatā: ⁊ est adulterium: aut in solutā: ⁊ tunc aut in priuatam psonā: ⁊ dicitur fornicatio: aut in publicā meretricē: ⁊ sic est meretricium. Contra naturam vo peccatur dupliciter. s. aut in seipsum ⁊ dr mollicies: aut in alium ⁊ sic est sodomia. que etiam ipsa quatuor habet ramos. Hanc enim turpitudinē aut facit masculus cum masculo vel femina cum femina. vel mas. cū femi. in membro. s. ad hoc non cōcesso: vel mas. aut femi. cum bruto. Ad luxuriam quoqȝ pertinet vtcūqȝ nocturna pollutio: que tamen aliquando euenit ex nature superfluitate: aliquando ex infirmitate: aliquando ex crapula precedente aliquando ex turpi imaginatione: ⁊ hoc dupliciter aliquando ex precedenti vigilātis cogitatione: aliquādo ex sola somni illusione.

¶ De speciebus facinoris quod in proximum ⁊ de peccato in spiritū sanctū. C. XLVII.

Facinus similiter

triplex ē. Committitur enim ledendo proximum: aut in anima: aut in corpore: aut in possessione In anima leditur per scandalum. Est tamen scandalum duplex: scilicet actiuū ⁊ passiuū. In corpore autem nocetur tripliciter. scilicet aut corporaliter eum vexando. quod fit per angariam: aut corporaliter ledendo vel percutiendo quod fit per iniectionē manuum violentam. aut vitam corporis omnino destruendo quod fit per homicidium. In possessione similiter tripliciter lediť. s. vt debitum ei negando: quod fit per auaritiā: vel tenacitatem: que negat pauperi elemosynam vel rem ab eo possessā surripiendo: quod fit per rapacitatē vel eam penitus destruendo: quod fit p incendia ⁊ huiusmodi. Res autem proximi surripitur dupliciť. scilicet aperte ⁊ occulte. Aperte dupliciter: vel ipso vtcunqȝ permittente: quod fit per vsuram: vl penitus renitente: qđ fit per rapinam. Occulte similiter dupliciter vel in eius absentia: quod fit per furtum: vel in presentia: quod fit per fraudem vt in negocijs. Omnium autem peccatorum maximum ⁊ quasi summum ⁊ finis omnium est peccatum in spiritumsanctum cuius species sunt quinqȝ. scilicet presumptio ⁊c̄. peccatum enim in spiritū sanctum proprie dicitur malliciosa ⁊ obstinata impugnatio diuine bonitatis. Impugnatur autem dupliciter: quia duplicem habet respectum: scilicet vnum ad ipsum deum: alium ad nos. Respectu dei potest dupliciter impugnari scilicet nimis extendēdo: quod fit per presumptionem: vel nimis restringendo: quod fit per desperationem. Respectu nostri potest quis eam impugnare dupliciter vel in seipso quod fit per finalem impenitentiam. i. per finale propositum non penitendi: vel in alio ⁊ hoc dupliciter: vel quo ad intellectum: ⁊ sic est agnite veritatis impugnatio: vel quo ad effectum: ⁊ sic est fraterne charitatis oppugnatio.

De Sequela peccati ⁊ reparatione lapsi per penitentiam ⁊ virtutes. C. XLVIII

Peccatū autem

generaliter tria maxima incommoda sequuntur: scilicet subtractio omniū gratuitorum: corruptio naturalium: obligatio pene eterne sȝ ⁊ peccatū peccato puniť vt supra dictum est. Ueruntamē etiā illum primum parentē: nostre pditionis actorē: legimus ⁊ credimus per penitentiā ⁊ fidem futurorum a reatu suo fuisse purgatū: ac septiformi spiritus gratia renouatū. Unde ⁊ dñs eum vt pius pater filiū de peccato suo corripuit eiqȝ penitentiā iniūxit. s. laborem manuū: ⁊ abstinentiā ciborum. vestemqȝ lugubrē ei circūdedit: ac de loco voluptatis ad exilij locū eū eduxit. Penitētia tres hȝ partes. s. ɔtritionē: ɔfessionē: satisfactionē. Per ɔtritionē quoqȝ remittiť peccatū: ⁊ dr a doctoribus qȝ in iustificationē impij quatuor ɔcurrūt: tpe simul nō natura. s. gratie infusio: motus liberi arbitrij: ɔtritio: peccati remissio. Confessio oȝ esse simplex ⁊ humilis: verecūda ⁊c̄. Satisfactiōis tres sunt partes. s. oratio ɔtra superbiā: ieiuniū cōtra carnis ɔcupiscentiā: elemosyna ɔtra auaritiā. Spēs penitētie sūt tres. s. solēnis: ⁊ publica ⁊ priuata: dicitur autem sacerdos aliquem ligare ⁊ soluere tripliciter. scilicet vno modo ligatū vel solutum ostēdendo. Item penitentie satisfactionem iniungendo: vel aliquid ex ea virtute clauium remittendo. Item excommunicando vel sententiam relaxando. Per penitentiam recuperantur virtutes quarum tres dicuntur theologice: In quibus totus trinitatis cultus consistit: fides scilicet qua delectamur in deo per modum estimationis: Spes qua per modum confidentie. ⁊ charitas per modum coniunctionis.

¶ De Fide ⁊ spe. C. XLIX.

Ides est substantiã rerum sperã/darum ar. non ap. Articuli fidei sunt.xiiij.qui in symbolo exprimunt̃ se/ptem de diuinitate.quoꝝ primus est vnũ deũ esse.Secũ/dus patrẽ esse vnum deũ.Tertius filium esse vnum.deum.Quart⁹ spiritũsanctum esse vnũ deũ:vnũ deũ esse trinũ ⁊ vnum nõ est alius articulus q̃ȝ isti quatuor.Quintus est deũ peccata remittere his tñ. qui sunt de ecclesia catholica.Sextus deum mortuos suscitaturum Septimus ipsum remuneratorem bonoꝝ in vita eterna sub quo eti/am comprehendit̃ ipsum eẽ punitorem maloꝝ in gehenna.Septez ṽo de humanitate sunt:filium dei conceptum esse de spiritusancto. ex Maria virgine natum eẽ:mortuũ fuisse:ad inferos ſm animam descendisse:a mortuis resurrexisse:ad celos ascẽdisse:⁊ ad dexteram patris.i.ad equalitatem eius ꝑ omnia inquantum deus:vel in potio/rib⁹ bonis eius potissimo modo ſm qꝺ homo sedere.s.tanq̃ȝ iudi/cem venturꝫ.Unde septimus articulus ẽ ipsum bonos ⁊ malos iudi/caturꝫ esse:⁊ est eadem fides modernoꝝ ⁊ antiquoꝝ.Idẽ enĩ est arti/culus christũ esse,nasciturũ ⁊ esse natũ:sed olim sufficiebat simplici/bus explicite credere vnum deũ esse creatorẽ ac remuneratorem oĩ/um ⁊ huiusmodi:dũmodo crederent ĩplicite quicq̃d credebat moy/ses:modo ṽo oportet credere explicite oẽs illos articulos:de quib⁹ ecclesia solẽnizat vt cõceptionẽ natiuitatẽ circũcisionẽ passionem: resurrectionẽ:⁊ huiusmodi q: veritas ꝓpalata est nõ solum ꝑ rei ex/hibitionẽ etiã ꝑ apostoloꝝ ꝑdicationẽ ꝑ miraculoꝝ ꝯfirmationẽ ꝑ solẽnitatũ frequẽtationẽ:qꝺ non fuit in ve.testa.Ueruntamẽ etiam tũc maiores ĩ populo qb⁹ facta est reuelatio tenebant̃ explicite cre/dere oẽs articulos sibi reuelatos. Spes aũt a fide differt:q: fides ẽ de bonis ꝓprijs ⁊ alienis:spes autẽ tñ de ꝓprijs.Differt autẽ a ti/more ṽtute ẽt quo ad extrema.nã extrema spei sũt desperatio ⁊ presũ/ptio:extrema timoris pusillanimitas ⁊ temeritas:licet autẽ spes sit certa expectatio future beatitudinis ꝓueniens ex gratia ⁊ meritis ꝓ/cedentib⁹:tñ sancti qui sunt in patria spem non habent:q: stola cor/poris quam expectant non ẽ beatitudo:neq; pars beatitudinis:sꝫ q̃/dã redundantia glorificationis aĩe:christ⁹ etiã in via nec habuit fi/dẽ nec spem:q: semꝑ fuit ver⁹ cõprehensor:habuit tñ quãdã certam boni expectationẽ:iuxta illud.Iuxta diẽ speraui.Qꝺ nõ fuerit alicu⁹ virtutis ꝓprie:sed rationis.Sãcti ṽo qui olim erant in limbo:habe/bant ⁊ fidem ⁊ spem:lꝫ non mererent̃ sibi.q: non erant in loco merẽ/di:sed certitudo spei eorum quasi media erat inter certitudinẽ vie ⁊ pr̃ie:maior ista:minor illa:certitudo vie timorẽ hꝫ ⁊ separationis ⁊ pene:certitudo pr̃ie possessionẽ rei sperate.Certitudo ṽo illoꝝ neu/trꝫ ⁊ sic in parte ꝯueniebat cum vtraq;.

¶De Charitate. C. L.

Haritas procedit ex fide ⁊ spe tan/q̃ȝ ex causis suis originalib⁹:nõ tamẽ ab eis format̃ sed ipsa poti⁹ eas in/format.Quidam tamẽ aiũt q fides nõ informat̃ a cha/ritate:sed in seipsa est perfecta virtus:⁊ inclinat̃ ad bonũ suũ ꝓpriũ per se.s.ad primũ illuminãs sicut charitas ad suum qꝺ est prima bo/nitas.Dicit̃ autẽ charitas radix vel mater omniũ ṽtutũ ꝓpter mot⁹ eax:q: mouet oẽs ad actus ꝓprios:vnde charitas oĩa credit oĩa spe/rat.Differunt aũt he tres ſm actus suos:nã fides facit assentire deo spes confidere:charitas diligere.Itẽ ratione subiecti:q: fides est in rationabili:spes in irascibili:charitas in ꝯcupiscibili.Item rõne ob/iecti:q: fides est circa verꝫ:spes circa arduũ:charitas circa bonũ.Itẽ ratione finis:q: quelibet aĩe vis suã hꝫ beatitudinẽ creatam qua de/fecit in deo.Charitate diligenda sunt quatuor tñ primo ⁊ ꝑcipue.s. qꝺ supra nos ẽ.Deuĩ qꝺ nos sum⁹:siue qꝺ ẽ itra nos.s.aĩa nr̃a.Ter/tio q iuxta.i.proximus.s.homo vel angelus.Quarto q infra nos.i. corpus ꝓprium ⁊ ꝓximi.Diligendus est de⁹ ex toto corde ⁊ ꝓpt̃ se. Proximũ autẽ dꝫ quisq; diligere sicut se.i.citra deũ vt supra corp⁹ ꝓprium.vel ad id ad qꝺ seipsum.Ordo charitatis nihil aliud videt̃ esse q̃ȝ ordo diligendoꝝ in aĩo diligentis:qui potest esse in quatuor.s. in affectu in effectu:in bono vie qꝺ est gratia:in bono patrie qꝺ est gloria.In affectu ṽo diligentis ordinat naturalis ꝯditio ipsi⁹ diligẽ/di.Qꝺ enĩ magis mouet affectum diligentis recte dispositũ ad se dili/gendũ hoc affectuosi⁹ diligit vt deũ q̃ȝ hominẽ:parẽtes q̃ȝ filios.s. ꝓpter beneficia q̃ ab eis suscepit:⁊ mala q̃ ꝓ eis passi sunt.Cogna/tos ⁊ ſm gradus cognatiõis ceter᷑ parib⁹.In effectu ṽo ordinat ipso/rũ diligendoꝝ necessitas:eo q potius subuenit magi indigẽti:ceter᷑ parib⁹.Aliogn in quo plures diligendi rões eque fortes ꝯcurrunt. illi poti⁹ succurrendũ est:ſm hunc ordinẽ magi diligẽdi sunt filij q̃ȝ parentes q: nascuntur paruuli.⁊ ideo mag indigent exterioris exhi/bitione beneficij.Ad bonum vie omnes equaliter diligendi sunt. Ad bonum vero patrie secundum gradus participandi bonum: vnde maiorem gratiam habentes ad maiorem gloriam diligendi sũt. Et ita etiam extraneũ quem scio meliorem esse me:debeo plus dili/gere q̃ȝ me.i.ad maius premium.Alijs tamen modis debeo me plus diligere.i.affectuosius ⁊ effectuosius.Ueruntamen pre omnibus cir/cumstantijs quas attẽdit charitas est communis vtilitas:vnde duo/bus equaliter indigentibus:illi potius succurrendum est:ex cuius succursu maior vtilitas ecclesie secutura est:⁊ in hoc casu videtur q debeat quis sibi alium preferre:scilicet in beneficij exhibitione:⁊ ĩ extrema necessitate verꝫ ad salutẽ eternã nullus dꝫ aliũ sibi ꝑponẽ.

¶De Quatuor virtutib⁹ cardinalib⁹. C. LI.

Irtutes cardinales sunt quatuor.s.prudentia in preca[uen]dis insidijs.Iustitia ĩ sub/ueniendo miserijs:Fortitudo in ꝑferẽdis molestijs:tem/perantia in coercendis delectationibus prauis.Pruden/tie species sunt sex.s.ratio:intellectus:circũspectio:prouidentia:doci/bilitas:⁊ cautela.Temperãtie ṽo nouem.s.modestia:verecũdia:abs/tinentia:castitas:honestas:moderatio:pietas:sobrietas:pudicitia. Castitas siue ꝯtinentia triplex est.s.ꝯiugalis ab omni coitu illicito: vidualis ab omni coitu simpliciter:virginal᷑ ab oĩ coitu cũ integrita/te corꝑis:⁊ talis hẽbit aureolã.Sꝫ ⁊ illa q̃ oĩno ꝓter voluntatẽ suaz corrũpit̃ virgo reputat̃:⁊ habebit aureolã ſm quosdã:q: ſm Aug. non potest corrumpi corpus nisi prius corrumpat̃ anim⁹.Aureola quidẽ vel fruct⁹ centesimus non est de essentia premij:sed accidenta/lis decor superadditus.Unde non sequit̃.Siquis hꝫ equale premi/um virgini q habeat fructum cẽtesimũ.Uirgo q̃ ꝓpria volũtate nu/bit vel nubere ꝓponit ꝓ ꝯiugata habetur ⁊ debet̃ ei fruct⁹ tricesim⁹ Que autẽ ex voluntate parentũ hoc facit ⁊ non ex ꝓpria:ãn carnalẽ coitũ debet̃ ei fruct⁹ cẽtesim⁹.Fortitudinis species sũt sex.s.magna/nimitas:fiducia:securitas:ꝯstãtia:tolerãtia:⁊ firmitas:siue patiẽtia ⁊ ꝑseuerantia.Iustitie ṽo septez.s.innocentia:amicitia:ꝯcordia:pie/tas religio:affect⁹:humilitas.Aliter diuidit eã tullius in sex species .s.religionẽ:pietatẽ:gratiã:obseruãtiã:vindicationẽ:veritatẽ.Ad iu/stitiã ṽo ꝑtinet misericordia qua reddim⁹ inferioꝝ qꝺ suũ est:obedi/entia qua supioꝝ:⁊ latria qua deo Est autẽ triplex adoratio siue ho/noris exhibitio.Prima.s.latria q̃ soli deo debet̃.Secũda dulia que homini ⁊ angelo:ꝓprijssime autẽ christo inquãtũ homo.Tertio ṽo hyperdulia qua honoratur crux vl᷑ corona ⁊ huiusmõi.Oratio spẽs ẽ dulie.Ad iustitiã quoq; pertinet iudicioꝝ executio:maleficioꝝ pu/nitio:aliene rei restitutio.

¶De Septẽ donis spiritussancti:⁊ septẽ beatitudinib⁹. C. LII.

Eptem quoq; sunt dona spũssancti:ꝑ q̃ sufficiẽt̃ excludunt̃ oĩa vitia.Nam timor excludit supbiã:pietas inuidiam: scientia iram fortitudo accidiã:consilium auaritiam:in/tellectus gulam:sapientia:luxuriam:ideo tot sunt ⁊ non plura.Itez quia data sunt ad regimen humane vite:cui⁹ partes sunt due.s.acti/ua ⁊ ꝯtẽplatiua.Cõtẽplatiua duob⁹ primis donis sufficienter regit̃. Nam per donum sapientie perficitur ad contemplandum deum in se:per donum intellectus ad contemplandum deum in creaturis: Item dono sapientie gustatur dei suauitas:dono intellectus vide/tur dei veritas.Unde gustate ⁊ vi.Actiua in duobus consistit:scili/cet in declinatione mali ⁊ in operatione boni.Declinatur autem ma/lum dupliciter: scilicet aut ipsum fugiendo:quod fit per timorem. Est enĩ timor fuga mali:aut ei resistendo per fortitudinem:que q: sine consilio preceps est.vt ait Gregorius adiungitur ei consilium tã/quam rector.Alia vero pars:scilicet operatio boni:pietatis dono re/gitur:que scilicet pietas necessarium habet scientie donum:quia se/cundum Gregorium non bene operatur pietate:qui sine discretione scientie quomodo misereatur ignorat.Species timoris sunt.vj.Na/turalis quo timet quilibet naturaliter nociuum nature.Iste timor nec est bonus nec est malus:quia non subest libero arbitrio:⁊ hic fuit in Christo.Itẽ human⁹ quo timet q̃s pelli sue pl⁹ debito.hic ẽ mal⁹:⁊ q̃nq; venial᷑:q̃nq; mortal᷑ ſm q amor hui⁹ vite ex quo orit̃ minor vel maior ẽ.Itẽ mũdan⁹ quo timet aliq̃s nimis reb⁹ suis ⁊ hꝫ sitr mal⁹ ẽ:nascẽs ex amore reꝝ tpaliũ.Itẽ seruil᷑ quo timet q̃s pec/care ꝓp gehẽnã ꝑncipalr̃.Itẽ inicial᷑ quo timet q̃s ⁊ gehẽnã ⁊ dei offẽ/sã.⁊ hic hꝫ q̃si duos oclos.s.vnũ ad penã alteꝝ ad deũ.⁊ hꝫ ẽ ꝑncipalis/or.Itẽ filial᷑ quo timet q̃s ꝑncipalr̃ offẽsã dei vl᷑ sepatõez a deo.Nec sũt plures timores:q: vt ait Aug.timor ẽ fuga mali:sicut amor appetit⁹ bo/ni.Et sic triplex ẽ bonũ.s.delectabile expediẽs ⁊ decẽs ita triplex ma/lũ.s.tristabile:dannosũ ⁊ indecens.Malum tristabile duplex.s.tẽ/porale:⁊ eternum.Temporale duplex.s.naturale qꝺ in oĩbus trista/bile est:vt mors:⁊ innaturale quod non in omnibus inest sed alicui

agitur fuga mali tristabilis temporalis naturalis: timor naturalis ē fuga mali tristabilis temporalis. Innaturalis timor humanus est: fuga vero mali tristabilis eterni: timor seruilis est: ⁊ sic respectu mali tristabilis sumitur triplex timor. Item malū dampnosum aut eternū est, ⁊ fuga huius est proprie timor initialis: aut temporale ⁊ fuga huius est proprie timor mundanus: ⁊ ita respectu dānosi sumitur duplex timor: respectu vero indecentis sumitur unicus. s. timor reuerentie: qui dicitur filialis: bonus enim filius indecens estimat: ⁊ ob hoc vitat quicquid credit displicē patri. Timor itaq̄ naturalis cōmunis est omnium hominum ⁊ est a deo: humanus ⁊ mundanus nec sunt a spiritusancto: nec cum spiritusancto. Seruilis est a spiritusancto: sed non cum spiritusancto. Initialis ⁊ filialis sunt a spiritusancto: ⁊ cum spiritusancto. s. cū gratia spiritussancti: siue cum charitate: ex hac itaq̄ triplex tm̄ timor. s. seruilis inquantum cessare facit a peccato, initialis ⁊ filialis. alij vero tres non sunt dona spiritussancti. Uita actiua ⁊ contemplatiua se habent ad inuicem: per modū excedentis ⁊ excessi. Nam actiua meritorie fecundior est: ⁊ huic vite congructior: ⁊ pluribus utilior. Contemplatiua vero iocundior ⁊ diuturnior atq̄ securior. Ad reparationē quoq̄ vel renouationē hominis pertinēt etiā. vij beatitudines: in euangelio septē virtutibus attribute: quibus etiam adaptantur. vij. petitiones: in oratione dominica ⁊ septem spiritussancti dona.

¶ De diuisione scientiarum que ⁊ ipse date sunt homini lapso in remedium. C. LIII.

Ectum tabernaculi nõ cõcameratũ langẽdi rã tum sed planũ ad modũ palestine fuit: quatuor operimẽtis aptatũ: et fm bedã ptẽdebant .x. cortine sibi copulate p transuersum totũ operimẽto tabernaculi: et descendẽtes p latera vno cubito distabat ex omni pte a terra: et q̃z sil' iuncte .xl. cubitos implebãt longitudinẽ tabernaculi que erat .xxx. cubitorũ et .v. cubiti depẽdebãt iuxta lat⁹ occidẽtale: alij qnq; descẽdebãt ante apturã q̃ erat ad orientẽ: tñ ne incõposite penderent: vtrobiq; cortine transgrediẽtes. duo magna latera tabernaculi vsq; in mediũ opture trahebant ibiq; mutuo iungebant: et silr in latere occidẽtis: et ita ex omni pte tabernaculũ tectũ erat cortinis. vno cubito tñ circa terrã ex oĩ parte nõ velato: supponebant saga. silr p transuersũ. Sed q̃z erant .xxx. cubitorũ p latera descẽdebãt vsq; ad terram: et ita cubitũ cortinis nõ velatũ ipsa velabãt: et q̃z ex transuerso .xliiij. cubitos habebant cũ essent .xj. sil' iũcta: et vnũquodq; eorũ q̃tuor cubitorũ erat lõgitudinẽ tabernaculi .xxx. cubitis tegebant et de .xiiij. qui supererant .vij. descendebant ad orientem. vij. vero ad occidentẽ: partes vero sagorũ que superant pendentiũ iuxta duo latera magna vsq; ad terrã ex vtraq; parte reducebant ad tegendũ introitum oriẽtale: sed q̃z .vij. cubiti ex vtraq; parte veniebãt. Jn spatio vero introitus .x. tñ erãt: supsuebant sagũ sago. vel forte in sũmitate cutiusq; duo cubiti retroplicati cõsuebant, istar horarũ vestimẽti: et tũc ex equo veniẽtia saga de lateribus in medio introitus copulabant in eodẽ loco in quo cortine: et silr in latere occidẽtis: vt impetũ ventorũ possent sustinere: scdm dispositionẽ hãc tabernaculũ ex oĩ parte tegebat saga vsq; ad terrã [illegible] tertium qđ erat in introitu pclosũ inutiliter ibi erat: et cũ sacerdotes intrabant tabernaculũ vel necesse erat attollere saga et cortinas vt subintrarẽt vel si in medio iungebat vncinis et anulis ad introitũ eorũ dissoluebant. Alia est iosephi expositio cui cõsentit origenes et videt probabilior: ait enim .x. cortinas sibi mutuo iunctas (vt dictũ est.) a fronte tabernaculi sup introitũ extẽdi p trãsuersũ et tegere totũ tabernaculum et descẽdere iuxta latus occidẽtis vsq; ad terrã. Jntroitũ vo nõ tegi aliqua parte cortinarũ cũ propriũ haberet velũ. Silr de sagis totũ dicit operiri tabernaculũ excepto introitu: sed q̃z duo cubiti sagorũ supsunt cortinis ex vtraq; parte dicit eos replicari sub cortina: ne ventus intrãs inter saga et cortinas totũ cõcuteret operamẽtum. pro quo dictũ putat sextũ sagũ in fronte tecti duplex esse. Sz scdm hoc speciosa et pciosa plurimũ pars extrinseca tabernaculi nõ videbat nec illud cortinarũ qđ quasi circa vl' extra tabernaculũ defluebat frustra ergo tãti facta videbant. Quo circa forte ex omni parte cortine et saga funibus extendebant circa tabernaculũ: et paxillis ereis colligebant funes et in modũ tecti depẽdentis attollebant vt tabernaculũ vndiq; videri posset: et circuiri ab igrediẽtibus sub cortinis. Sane tertiũ erat operimẽtũ de pellibus arietũ rubricatis: que superiora tñ tegentes ad latera nõ descendebãt. funibus et paxillis ereis affixis terre circũligate. Quartũ quoq; operimẽtũ in eundem modũ erat superpositum de pellibus arietũ hiacynthinis: superposita vero erant hec propter estum et himbrium effusiones. Multos itaq; (vt ait iosephus) stupor habebat longe aspicientes. nã colorem eius in nullo putabãt differre a celo.

¶ De Arca et ppiciatorio. C. XVII.

Rat autem in interiori sanctuario arca cum his que in ea reposita erant: et que ei superposita. Jn anteriori vero cãdelabrũ ad austrũ. mẽsa ad aquilonẽ. Jn medio antẽ velũ nõ longe ab adito altare aureum. Erat autẽ arca de lignis sethim cuius longitudo habebat duos cu

bitos ⁊ semissem: latitudo cubitum vnũ ⁊ dimidium. altitudo sil cubitum ⁊ dimidium ⁊ intelligit̃ cubitus human⁹ nõ gemeotricus qđ apparet in altari lateranẽsi. infra qđ dicit̃ arca esse: ⁊ dicit̃ nõ habuisse pedes: ⁊ deaurata. s. intus ⁊ foris factaq; supra corona est aurea ad modũ. s. labij: qđ in mẽsis ⁊ in scacarijs fieri solet. ꝑ vtrũq; latus longitudinis bini erant circuli aurei totũ lignũ penetrantes: ⁊ ꝑ eos vectes de lignis sethim deaurati mittebant̃ quibus arca ferebatur ⁊ nunq̃ extrahebant̃: in qua postposita est testificatio. i. tabule ĩ quibus scriptũ erat testamẽtu; tñ queq; ibi reposita testimonia dici possunt. Posita est ibi ⁊ vrna aurea: plena mãna: in testificationẽ ꝙ panẽ dedisset eis de celo. Tabule in testificationẽ ꝙ legẽ naturalem sopitã in cordibus suscitauerat in scripto: virga aaron: in testimoniũ ꝙ oĩs ptãs a deo: deuteronomius in testimoniũ pacti qđ dixerãt. Quecũq; nobis dixerit dñs faciemus. ob hoc dicta est arca testamẽti. Silr ⁊ ob hoc tabernaculũ testimonij dictũ est: ⁊ ideo etia; cause pre foribus eius agebant̃. Factũ est etiã ꝓpiciatoriũ sup arcã. i. tabula aurea eiusdẽ lõgitudinis ⁊ latitudinis: cuius ⁊ arca vt ea; tegere sufficeret: hec dicebat̃ oraculũ q2 dñs de loco illo dabat rñsa orãtibus. Propiciatoriũ q2 exinde loquẽs dñs ꝓpiciabat̃ pplo: vel q2 die ꝓpiciationis dicebãt ibi semp gloriã dñi descendere: vtraq; vo pte oraculi. s. in duob⁹ angulis anteriorib⁹ positi sũt duo cherubin aurei ⁊ ꝓductiles. Sũt autẽ (vt dicit iosephus) animalia volatilia hñtia figurã que a nullo hoie est inspecta: hec dixit moyses se in sede dei conspexisse figurata: cherub vnus respiciebat alterum: versis tamen vultibus in propiciatorium. duobus quoq; alis expansis ⁊ mutuo se tangentibus velabant oraculum. alas ex opposito extendebant.

De Mensa ⁊ Cãdelabro. C. XVIII.

Mensa quoq; est de lignis sethim: hñs duos cubitos lõgitudinis: ⁊ in latitudie cubitũ ⁊ ĩ altitudie cubitũ ⁊ se: ⁊ inaurata ex oĩ pte. Erat aũt (vt dicit iosephus) proxime velut delphica. i. rotũda: hñs. iiij. pedes qui dicunt̃ eius altitudo. Erãtq; ex medietate ptis inferioris rotũdi ⁊ tornatiles pars supior operis quadrãgula erat. In singulis vo pedib⁹ anulus immissus erat. In anulis vo vectes aurati quib⁹ ferebat̃ mẽsa. erat in ea labiũ ꝑ circuitũ sicut in arca ⁊ labio affixa erat aurea corona. alta digitis. iiij. ita ꝙ medietas eius sup mensam eminebat: ne supposita caderent ex ea. altera medietas inferius pẽdebat ad decore;. Et erat corona hec in terra sil. i. interpolata celaturis ⁊ plano. Erant autẽ (vt aiũt hebrei) celature ille quasi imagines ꝓphetice. Tot sunt ibi imagines facte quot reges futuri erãt in hierusalẽ a dauid vsq; ad sedechiã: tñ iosephus videt̃ velle nõ fuisse in ea aliud labiũ: nisi hãc coronã ⁊ iterasilẽ. i. reticulatã. Huic vo superposita erat alia corona minor: ista. s. aureola. hebrei dicunt ⁊ hãc ꝓphetice additã: ad ꝯsignãdã diuisionẽ regni in duo regna fuit enim regnũ israel populosius regno iuda: sed tñ min⁹ dignũ: ⁊ ideo aureola supposita erat ⁊ tñ minor: mẽsa hec ponit̃ in tabernaculo ad aquilonẽ nõ lõge ab adito: ⁊ ponebant̃ sup eã. xij. panes azimi de simila mũdi valde. ⁊ ponebant̃ seni altrinsec⁹: ⁊ ꝯstabãt singuli de duab⁹ decimis ephi. quos ioseph⁹ duos assarios vocat: ⁊ singulis supponebat̃ patena aurea ⁊ sup patenã pugillus thuris: hi diluculo sabbati calidi ⁊ recẽtes imponebant̃ mẽse: ⁊ erant ibi immoti vsq; ad sabbatũ sequens Tunc illis sublatis ⁊ toto thure incẽso sup altare: noui cũ alio thure subastituebant̃. Sublatos vo soli sacerdotes comedebãt: vñ sacerdotes dicebant̃ etiã q2 (vt ait iosephus) dñs ꝓceperat ꝙ soli sacerdotes panes illos formarẽt ⁊ coquerent: ⁊ ponerent in mẽsa ⁊ tollerent: ipsi tñ nõ obseruauerũt hec: dicebant̃ etiã panes ꝓpositionis: q2 positi erant corã dño in memoriã sempiternã. xij. tribuũ. Precepit dñs parari ex auro purissimo quatuor genera vasoꝝ ad offerenda libamina: ⁊ poni sup mensam. s. acetabula in quibus acetum ꝓuidebatur. vtꝝ dignum esset offerri an non. phialas in quibus vinum. thuribula in quibus thus ⁊ similia: ⁊ granum ⁊ sal ⁊ sciathos: in quibus oleum. Candelabꝝ ex auro purissimo ductile erat: cuius bastile basi infixum erat: ⁊ ferreũ superuestitum calamis aureis quinq; geniculatis ad modum canne: vbi autẽ capita calamorum inter se iungebantur capita habebant tumentia: ⁊ inuicem ad modũ ciphi (quem cuppam dicimus) iungebant̃ tanq̃ duo ciphi in modũ nucis. ⁊ ex fũdo cuiusq; ciphi procedebant flores recurui quasi lilia: ⁊ in ipso fundo inter ciphum ⁊ lilia erant spherula volubilis: sicut in capitib⁹ cathenarꝝ tñ nõ videt̃ quibusdam spherulas fuisse in fundo ciphoꝝ vt dictum est: sed in media planicie cuiusq;. Calami. vij. habebat capita equalia sup que ponebant̃. vij. lucerne aurece. Infusoria etiam. vij. ex auro erant quibus oleum lucernis infũdebat̃. Erant ibi forcipes ex auro dicti emunctoria ad emungenda vel extinguenda lichinia. Item ex auro vascula erant: ad extinguendum in aqua que emũgebant̃ ne tetꝝ redderent odorem dicta extinctoria. Omne pondus cãdelabri cum suis vasis habuit talentu; auri ad pondus sanctuarij. tria enim habebãt talenta: minus. l. libraꝝ: qđ erat institoꝝ medium lxx. qđ erat ciuiũ: maximũ. cxx. qđ erat sanctuarij: posita autẽ erat ꝯ mẽsam ad austꝝ. nõ recte quidem sed oblique.

De Utroq; altari. C. XIX

Ex lignis sethi; altare qđ dicebat̃ holocausti vel holocaustoꝝ. poss; dici ⁊ sacrificioꝝ: sed a digniori nomen accepit. Erat autẽ in longitudine ⁊ in altitudine. v. cubitoꝝ s. quadrũ ⁊ in latitudine triu;. Cui tanq̃ nimis alto: ad horã ministrationis aliquid apponebat̃: in quo staret minister: qđ impleta ministratione tollebat̃: altare enim hñre gradus alibi perhibet̃. Eratq; ꝯcauũ in modũ arce sine operimẽto: parietes lignei sed opti erãt ere intus ⁊ extra l; vri nõ possent: sicut nec amicõ vel lignũ paradisi qđlibet: qđ vrẽdo sit mũdus area eius siue arula erea erat tanq̃ fũdus arce. sup quã fiebat ignis qui ꝑ fenestrã que erat a latere oriẽtali imponebat̃ in quatuor angulis superiorib⁹ erãt extra quatuor cornua recurua: in quib⁹ quatuor cathene anulis inserebant̃: in quib⁹ depẽdens craticula erea ĩ modũ retis facta vsq; ad mediũ altaris ꝯscẽdebat: sup quã cremanda in odorẽ dño ponebant̃: que ignis ꝑ oculos craticule ascẽdẽs ꝯ arula ꝯsumebãt. circa vo angulos iferiores quatuor erãt anuli erei: in quib⁹ imponebant̃ de lignis sethim vectes opti ere ad portãdu; altare. Positũ erat altare ante tabernaculu; sub diuo nõ directe añ introitũ sed aliquãto ad meridiẽ descẽdens ita vt ante ipm imolantes stãtes ad aquilonẽ: in ipm tabernaculũ vsq; ad sanctasanctorũ inspicere possent: ⁊ q2 stabãt ad aquilonẽ: ⁊ contra meridiem: quandoq; legitur eos sacrificasse ad aquilone;: qñq; ad meridiẽ. Erãtq; in vsus eius lebetes. ad colligẽdos cineres cu; abundabãt: ⁊ deportãdos qui in locu; secretũ ⁊ mũdu; reponebant̃: ⁊ forcipes ad emũdandũ ignes altaris: ⁊ fuscinule quas greci creagras dicimus: qđ inde de caldarijs cocte carnes extrahebãtur vel proferebant̃: ⁊ batilla. q. vatilla a vehẽdo: quibus prune ab hoc altari thimiamathis deferebant̃ preter cacabos ⁊ ollas ad carnes coquẽdas: q̃ tñ nõ iuxͣ altare coquebant̃: oĩa vo erea erant. Erat autẽ aliud altare de lignis sethim quadru; vestitu; auro purissimo: cornua hñs ⁊ craticulã auream ⁊ cathenas ⁊ anulos ⁊ vectes aureos instar prioris. Utꝝ vo arulã haberet an cineres exciperet terra ambiguũ est. Josephus addit qđ ꝑ angulos singulos corona ser habebat ex auro purissimo qđ singulariter forte in exodo dictũ est: ita faciesq; coronã aureã ꝑ gyꝝ hoc altare dicebat̃ incensi vel thimiamathis: q2 singulis diebus mane ⁊ vespere ad ꝯsummandu; iuge sacrificiu; sup illud incẽdebatur thimiama: nec est putãdu; dubiu; quin esset in sanctuario cũ hebreus hoc dicat ⁊ iosephus plane: ⁊ hec pͥma positio tabernaculi facta a moyse innuit: nisi q2 paulus ad hebreos thuribulu; aureu; ponit intra sancta sanctoꝝ: potuit sane esse q. in templo vbi omnia ampliata fuerũt ⁊ multiplicata: ꝓter altare aureũ qđ erat extra velu;: ad qđ bis in die necesse erat ingredi: erat supadditu; thuribulu; in adito. in quo summus sacerdos prunas ⁊ thimiamatha que secu; ferebat adoleret qñ ad interiora cõtingebat ipsum penetrare.

De Uestib⁹ sacerdotũ communibus. C. XX.

Quatuor erant vestes oĩbus etiã minoribus sacerdotibus cõmunes: quibus ꝯm ordinem hunc induebant̃: Purificatis prius manib⁹ ⁊ pedibus aqua: sacerdos induebat feminalia de bysso retorta: ⁊ vsq; ad genua descendebãt. Secunda byssina syndone duplici vestiebat̃ quã nos lineã strictã siue camisiã dicimus. Erat autẽ descendens vsq; ad talos ⁊ decenter corpori coaptata: sed manicis brachia valde ꝯstringens. nastalibus hincinde sup humeros capicium stringentibus. Tertio cingebat̃ baltheo lato quasi digitis quatuor: sic reticulato (vt quasi pellis vipere quã estate exuit videret̃) ꝯtexto floribus coccineis purpureis ⁊ hiacinthinis: stamen vero tñ byssinum erat: sumens initiu; cingendi a pectore circunductis lateribus ite; ante vmbiculum redibat: ibiq; modice stringebat̃ ⁊ vsq; ad tybias dependebat ad decorẽ dum sacerdos nil operabat̃: cũ aute; sacrificabat ne ĩpediret̃: pendẽtes sũmitates sup leuũ humeꝝ reflectebat. Quarto simplicẽ tyarã gestabat in capite a cidari põtificali plurimũ differẽte;: erat enĩ in modũ ꝑui cassidis: modice medietatẽ verticis excedens: hñs vittas que inuolute sepius nectebãt̃ ne facile laberet̃: hñs desup aliud velamen byssinum vsq; ad inferiora barbe descendens: celans pillei ligaturas ⁊ totã capitis superficiẽ: aptatũ q; perfecte ne laborãte rueret sacerdote.

De Põtificali tũica ⁊ suphumerali. C. XXI.

Uper hoc quatuor vestibus ppais induebatur arabarchis: quarum prima erat tunica biacynthina: poderis dicta .i. talaris. eratq; de duabus insicilo nibus facta: sup humeros osuta et p latera in modū dalmatice facta: manicas eiusdē coloris assutas hñs: capiciū vo ex trāsuerso sup scapulas: sed in longū sectionē habebat a pectore vsq; ad medias scapulas: cui apture ne ante et retro turpiter appareret: assuta erat vitta que sup scapulas hincinde nastalib' astringebat: habebat autē pro fimbrijs .lxx. tintinnabilia aurea: quib' erāt īmixta totidē nastalib' q̄si malapunica. ex biacyntho et purpura et cocco bistincto ita vt post tintinnabulū esset malogranatū. quasi interscalari modo positū vt audiret sonus: cū sacerdos ingrederet vel egrederet sanctuariū et nō moraret: Sup hāc tunicā videt velle iosephus accingi pontificē cingulo pdicto. quo alij sacerdotes sup tunicā lineā. Alij nondū ipm accingi dicūt sed sup ephoth: vt sup oīa indumēta ad vltimū cingeret: fuerūt qui dicerēt duas zonas habuisse pontificē: primā ad modū sacerdotū. secundā sup ephoth: q̄ due tñ p vno habebant indumēto. secūda vestis erat ephoth illis suphumerali grecorum. de pdictis quatuor colorib': auroq; cōtextum: sine manicis ad modū colobij. descēdens vsq; ad renes adeo vt supcingi posset. superiorem partem tunice biacynthine tegens inferiorē relinquens intactā. ore vero laterū vncinis et anulis aureis iungebant aperturam hñs in pectore quadrā ad modū palmi in qua logion inserebat. in cuius parte superiori sup vtrūq; humerū infibulati erāt auro duo lapides onichini sardonices fm iosephū. fm .lxx. iterptes: smaragdi: in quibus erant sculpta nomina .xij. filiorū israel. pnincialibus litteris lingua hebrea iuxta ordinem natiuitatis eorū. sex nomina seniorū in humero dextro. minorū in sinistro: habebat aūt capiciū ex trāsuerso sup humeros foribus oris otextum. Qd legit samuelē et dauid indutos ephoth: aliud erat et pprie ephotar dicebatur. Erat vero lineum istud mira pulchritudine vermiculatum.

¶ De Rationali. C. XXII.

Ertium ornamentū erat qd hebreus essin grecus logion. latinus rōnale dicit q̄drangulū: et duplex. ne pondere gēmarū rumperet. hñs mēsurā palmi. s. aperturā suphumeralis implere sufficiens ex pdictis quatuor coloribus et auro otextū: eodē scemate quo et superhumerale. Erantq; in eo duodecim lapides auro firmiter inclusi per quatuor ordines trini in singulis. in quibus erant sculpta .xij. nomina filiorū israel: iuxta ordinē natiuitatis sue singula in singulis vt gestaret sacerdos memoriale filiorū israel in humeris et in pectore vt. s. populus videns noīa patrū suorū satageret: ne a virtute priorū degeneraret. Sacerdos vero vitam et fidē patriarcharū imitari meminisset: et populū ex his patribus ortum sacrificijs et orationibus deo cōmēdaret: appellabat etiā rōnale iudicij: q2 scripta erāt in eo hec duo nomina iudicium vel doctrina et veritas. Sane vbi nos habem' ponos in rationali iudicium et veritatem hebreus habebat vrim et thummim. vnde sortes quibus iudicium veritatis solet inquiri purim dicunt. Tradunt autem in medio rationalis fuisse lapidem quadrigam magnitudine duorū digitorū: in quo fm coloris mutationem perpēdebant vtrum deum placatum haberent: an offensū. Josephus dicit sardonicem qui in humero dextro gerebatur cum sacrificium sacerdotis deo placebat. tanto splendore micare q' etiam procul positus radius eius appareret. egressuri vero ad prelium: si deus cū eis esset: tantus fulgor in lapidibus rationalis apparebat vt omni foret multitudini manifestum. eorum auxilio deū adesse. et ob hoc rationale iudicij nuncupari. Asserit autem hunc fulgorē sardonicis et rationalis cessasse annis ducentis anteq̄3 ipse scripsisset hoc cum de' moleste ferret transgressiones legis. Erant etiam in quatuor summitatibus rationalis quatuor anuli aurei quorū duobus supremis īserte erant due cathene auree sibi coherentes .i. obliquate ad modum .v. littere simul in medio coniuncte vel potius facturā exprimit cathene in qua macule maculis coherent: pro quo hebreus hz pletas opepleto. Josephus dicit p fistulas venientes iuxta chaldeū sonat terminatas .i. ad quantitatē spacij in quo ptendebat factas que sursū ferebant vsq; ad scapulas pontificis sup quas inserebant duobus vncinis aureis: superhumerali fortiter insertis duobus vero inferioribus anulis assute erāt due vitte biacynthine que circa latera ducte duobus anulis aureis inter scapulas inserebant: que subvtroq; sardonice in ephoth fixe stabāt: vt vtraq; ligatura ephoth et logion sibi inuicē firmiter coherent: sup hoc dicit iosephus zonā ex quattuor coloribus et auro osertā ex vtroq; latere circumductam: et iterū retorlutā ante pectus et in vtraq; summitate infra pendentem: hñtem ex aureis fistulis fimbrias miro ordine cōpositas.

¶ De Tyara. C. XXIII.

Ltimum erat capitis ornamētū: qd cōmuni' tyara vel mitra vel [illegible] dici pōt specialius vo cydaris. Eratq; tyara ad modū pdicte facta q̄ cōis erat sacerdotib': sup quā ab occipite stabāt flores aurei: plātagini siles: a tempore ad tempus. A fronte vo sup stabat flos aureus silis herbe quā greci dicūt iusquiamos: magnitudie digiti vnius. In supiore vo tyare planicie. ex omni pte in circuitu vsq; ad summitatē eius q̄ in in acutissimū ōficiebat cacumē: particulatī p loca erāt aurea malogranata: cū spinosis extremitatib' suis fabre facta: sup frontē vo pendebat lamina aurea quā petalum dicunt. ad modū dimidie facta lune: q̄ arcuationē sursum hñs et in medio anulum aureū vncino aureo inserebat qui [illegible] erat [illegible] scriptū erat ayoth adonay .i. sanctū dñi nomen. s. tetagramaton: qd ineffabile dicit: nō q2 dici nō possit: sed q2 rē ineffabilē significat. Qd his lrīs scribit. he. ioth. heth. vau. et hoc quidē sonat: pncipiū vite passionis [illegible] qd est p passionē hui' qui [illegible] bic sacerdos [illegible] bitur vita in adā pdita: ne vo cū moueret pōtifex: moueret et lamina facta: rursū ligabat vitta biacynthina pspicua. celāte vncinū et anulum q̄ circūdata capiti: et ligata etiā occipite dependentes summitates sup humerū vtrūq; diffundebat.

¶ De Mysterio vestiū et ornatus tabernaculi. C. XXIIII.

Jis vestibus ornatus pōtifex imaginem toti' orbis sup se [illegible] ferebat feminalia enim et linea stricta. q2 byssina erant terrā figurabāt: balthei vo quotquot erāt circūuolutiones oceani. Tunica biacynthina ipso colore aera pferebat: p tintinnabula sonitus tonitruū: p malogranata coruscatiōes signabant: ephoth vo sui varietate celū sydereū q' aurū colorib' intextū erat: signat q' calor vitalis penetrat vniuersa. Duo sardonices solē et lunā. vel duo hemisperia. xij. gēme pectoris. xij. signa in zodiaco. Pulchre qd in medio erat appellabat rōnale: rōne enī cūcta sunt plena: et terrena herēt celestibus. Immo rō terrenorū et tpis caloris et frigoris: et duplex inter vtraq; tempies de celi cursu et rōne descēdit cidaris celū empyreū. Lamina supposita deū oībus psidentē. In ipsa quoq; cōpositione tabernaculi p3 deū et nō holem sic disposuisse. q2 (vt ait ioseph') singula ad formā rex facta repiet siquis absq; inuidia velit hoc [illegible] rare: aditū enī q' soli pōtifici peruiū erat: figurabat celū deo et angelis attributū. Sanctuariū vo qd in duplo erat: terrā et mare cunctis gressibilia sicut et illa pars cōmunis erat sacerdotibus: cortine: celū sydereū fuga aquas q̄ sunt sup firmamētū: pelles rubricate: celum empyreū in quo sūt angeli: biacynthine celū supius: vbi de' sup oia. Tñ in quatuor colorib' velorū dicit iosephus signari quatuor elementa: p byssum terrā q2 et de terra et pmo terreū et viridē colorē habet: p purpurā mare q2 ex [illegible] marinis tingit: p biacynthinū aerem p coccū ignē q2 in colore ei similat: p [illegible] anni vel [illegible] p [illegible] .xij. menses p coronā quatuor [illegible] anni solis quatuor tempora: p minorē anni lunarē: p septe lucernas cādelabri septē planetas: p septuaginta partes ei': decharmoniā planetarū: forte quilibet planeta habet dignitates .x. vel pnātes .v. naturales .v. accidentales: in quib' armonice .i. proportionaliter se hñt: in cādelabro notat: q2 [illegible] eis sunt: ad ipsos tendunt .i. motus naturales et effectus hñt [illegible] qd etiā notat ornatus eius: ciphi vasa liquoris: aquam. Sphericule solum sphericū. Lilia aerem qui solus vitiat odoribus. Completis aūt pdictis sermonibus dedit dñs Moysi duas tabulas lapideas decalogo inscriptas digito dei.

¶ De Peccato populi in vitulo ac pcibus moysi et cōstructione tabernaculi. C. XXV.

Etor. Inter hec populus morem illius impatiens. deos itineris duces instāter petijt: et vt resistentem (spatio vt tradit) suffocauit. vñ timore concitus aaron: inaures eorū accipiēs: vitulum ex eis instar bouis quem in egypto adorauerunt ope fusorio formauit: quē et populus solēnizans et hostias offerēs adorauit. Quod cū dñs moysi reuelasset: moyses eo placato descendit. visoq; eorū scelere: iratus tabulas pijciens in signū abolēdi ve. test. ofregit: vitulū quoq; combussit: et massam in puluerē redactā atq; in aqua sparsam: potū ex ea dedit. vt .s. colere erubescerent qd in secessum emitti viderēt. Cum accusaret aaron. q2 populū exaudierat: ille se excusans ait se timuisse populum: q2 pnus erat ad malū: videns ergo moyses populum nudatū .s. ornamētis aureis de quibus fabricatū erat idolum: vel fm hebreos videns sibi indicatos a deo sceleris actores: p puluerem bibitum qui miraculose apparuit in barbis eorū ad vltionem iniurie domini filios leui sibi adiunxit et ex illis quasi tria milia occidit. Altera igit

die Moyses obnixius pro populo dñm deprecaturus ascendit. a quo nō quidē plenā indulgentiā: sed vltionis dilationē. s. vsq; ad tēpus babylonice vel romane captiuitatis obtinuit: ac de ornatu ppli remouēdo pceptū accepit. Quō cōmode intelligit de trāslatione porte tabernaculi a radice mōtis aliquā prius iura tractauit. moyses tandē veniā quā petebat obtinuit: & posteriora dñi. i. tergū ipsius in humana effigie trāseuntis cū magna claritate vidit: & duas tabulas instar prioꝝ pscidit: in quibus. x. verba federis descripsit: iterūq;. xl. dies in ieiunio cū dño faciē splēdida: facie & quibusdā radijs oculos intuentiū reuerberāte descēdit: ideoq; corā populo faciē velauit. Tertio iterū (vt hebrei tradūt) ad impetrandā venie certitudinē ascendit. Cōpletoq; cū dño tertio ieiunio quadragenario, nona die septēbris rediit. in crastino solēnizantes pro venia data. ieiunijs animas suas afflixerūt: & deinde decimā diē huius mēsis diē ppiciationis vocauerūt. Moyses itaq; de cōstructione tabernaculi cum populo tractat: p̄us tñ ne forte in hoc ipso ope putarent sibi licere opari i sabbato: pceptū de ocio sabbati eoꝝ memorie inculcat: populūq; ad offerendū & artifices ad operandū inuitat: oīs itaq; multitudo a. xx. annis & supra mēte pmptissima quicquid habebat pciosi offert. Sic q; totū opus in mēsibus. vij. completum est.

¶ De Lege sacrificioꝝ in generali. C. XXVI.

Situr anno secūdo ab ingressu ex egypto mense primo. pma die mensis moyses tabernaculum erexit: & glia dñi illud operuit p diem incubans sup illud in nube: & p noctē in igne: ad cuius eleuationem deinceps filij israel castra mouebāt: ea vero stāte & ipsi stabāt: inde dñs Moysen vocauit eiq; legē sacrificioꝝ tradidit. Comestor. De doctrine & traditione sacrificioꝝ quinq; cōsiderāda sunt hic. sacrificia q deo offerunt. psone a quib' offerunt: tpa q̄ḡ. loca vbi. cause p quibus. Triplex aūt eoꝝ que rite offerebant occurrit discretio: aut enim erat oblatio de aīalibus & sacrificiū dicebat: nec añ octauū diem natiuitatis poterat offerri: nec eadē die mater & fetus eius. Aut de sicca materia: vt de silīa & pane vel thure & ppzie dicebat oblatio: aut de liquidis vt vino & oleo que ppzie libamē vel libatio dicebat: his noībus scriptura q̄q; indifferenter vtit. Persone vo offerētium due. s. aīa vel synagoga. Aīaꝝ vo alia sacerdos: alia pnceps: alia priuata de quib' suis locis dicet. sitr de locis & tpibus suo loco. Causaꝝ etiā triplex erat differētia: offerebat enim q̄q; necessario: q̄q; spōte: q̄q; casu. Necessario aūt vel ex voto vel ex pcepto: sane ex pcepto offerebāt pmitias frugū suaꝝ: fructuū decimas quoq; eorumdem & insup suos pmogenita aīaliū & liberoꝝ: & oblationes ēt triū solenitatū & cetera in hūc modū: mel aūt & fermētū nūq offerebāt deo: tñ pmitie eoꝝ suis tpib' offerebant sacerdoti. Sꝫ nihil ex his sup altare ponebat: cōiter aūt a nullo sacrificio sal deesse licebat. & ideo dicebat sal federis: q2 nō erat phas hoc transgredi.

¶ De holocaustis. C. XXVII.

Acrificioꝝum alia holocausta dicebāt illa que tota incēdebant olon enim totū: cauma incēdiū dr: fiebat aūt in trib' tm: in armētis: in pecudibus. sed tñ de ouibus & capris. In auibus: sed tñ in turture & colūba. De armētis & pecudibus sic offerebat tñ masculus anniculus. i. vnius anni vel citra: supra annū nō vō q̄q; agnus: q̄q; aries appellabat. bos eniꝫ supra annū nō poterat offerri vt ait iosephus. Erat quoq; immaculat'. qō nō de macula velleris: sed corpis intelligēdū est. i. nō debile aut fracto membro aut papulas hñs aut scabiē aut cecū & hmōi offerebatur q; primo sacerdoti ad hostiū atrij vt vidēr si idoneus esset ad offerendū. postea ad hostiū tabernaculi dño p manuū impositionē sup caput: totis suis manib': q2 pter mare sacerdotū erant in atrio duo maria. vnū viroꝝ: alteꝝ mulieꝝ. vñ & a loto offerēdo pars erat sacerdotum reliqua offerētiū: de armēto hec offerebant dño: ab hostibus vincēdis hostiā: & a victis hostib' victimā ɔsueuerāt appellare: oblatāq; sic hostiā reducebat sacerdos ad altare holocaustoꝝ: & stās ad aquilonē immolabat eā corā dño ad latus altaris. i. in ɔspectu sanctoꝝ. fundebatq; sanguinē circa crepidinē altaris in circuitu detractaq; pelle hostie q̄ erat sacerdotis: sacerdos artus in frusta cōscindebat. Quibus lotis cū capite: pedibus & itestinis adolebat oīa sup altare in holocaustū. De auib' offerebat pull' turturis vl colūbe. cui sacerdos frāgebat collū sola manu: nō eniꝫ licebat leuare ferrū sup autem & retorto capite sub ascella: vngue cutē colli vbi fractū erat rūpebat: & fuso sanguine circa crepidinē altaris: vesiculā gutturis & plumas pijciebat ad orientē in loco secreto vbi cineres effundebant: confractisq; ascellis manu adolebat eā sup altare in holocaustū: & hec minora & simplicia erāt holocausta que volūtarie fiebāt. Erāt eni que dā maiora quadā necessitate facta q̄ & sanctiora quodāmodo: q2 totū incendebat & pellis & fimus de quibus post dicemus: quodāmodo tñ minus digna: q2 super altare non cremabātur.

¶ De Sacrificijs spontaneis. C. XXVIII.

Hunc de sacrificijs ptialib' psequamur: & voluntarijs. Hoꝝ qdā pacifica qdā salutaria: q. s. pro salute dāda vel data vel ɔseruāda offerebātur: sitr & p pace vel ad deū vel ad hoīes. vel q2 ad modū pacis fiebāt: cū cuiq; qō suū erat dabat: deo. s. & sacerdoti offerenti fiebat aūt cū erat de aīalibus de armēto tñ & de pecudibus pdictis de auibus vō nō. Sane in modo offerēdi ab hoīe vel sacerdote idem fiebat cū hostia holocausti: Sꝫ in hoc erat differētia: q2 hic offerebatur masculus vel femia & annicul' & grādiora īmaculata. ps vō hostie offerebat dño: pars vō sacerdotū: reliqua offerētiū. De armēto hec offerebant dño: oīs adeps qui est pinguedo interioꝝ: pinguedo eni sup carnē aruina: vel lard' dr: queq; carni admixta ppzie pinguedo: q̄ intestinis adeps. Est aūt triplex adeps. s. adeps vitaliū. i. cordis & vētris. adeps iecoris. i. epatis quē reticulū dicim': q2 inuoluit ad modū retis. adeps renū. hos tres adipes duosq; renes. i. ilia & renūculos adolebat sacerdos sup altare. eadē & de capra dño offerebat. si vō de ouibus erat oblatio pter pdicta offerebat de ea cauda integra. pellis vō erat sacerdotis qui offerebat illud. arm' vō dexter qui dicebat sepationis: & pectus eleuationis cedebant in vsus sacerdotum: & lingua cū faucibus vt tradunt forte cum pectore adherebat. Et his vescebant sacerdotes in domibus suis cū vxoribus & liberis & domo tota. mundis tñ. Illi quoq; qui in domibus immolabant causa epuli vel religiōis: pectus & armū sacerdoti dabāt: reliqua vō erāt offerētiū: & epulabant inde corā dño: in locis. s. ad hoc deputatis: in ipo atrio vel iuxta. licebat etiā ex his tam sacerdotib' q̄ alijs edere duobus diebus. si quid superat in diē tertiū cremabat: & nullum animal offerebat vel in sacrificiū. vel in holocaustū sine libatīs sute: si vō manus hoīs animal inuenire nō poterāt: offerebat p salute vel pro pace similē farinā [illegible] & thus offerebat cū ea: sacerdos aūt totū th' & pugillū plenā simile oleate adolebat sup altare in memoziale: vt. s. dño memor eēt ei' vl sacerdos ad deū: reliquūꝫ erat sacerdotū: si vō sacrificiūꝫ de silīa coctum: offerebat panes sine fermēto ɔspersos oleo: coctos in clibāo vel in craticula. offerebat & lagana: azima. i. latos panes & tenues nō ɔspersos sed litos oleo. Quidā tñ per laganā panem coctū in aqua intelligūt: vt sit tertiū genus panis a cocto in clibano & cocto in craticula: si vō offerebat coctū in sartagine: ɔspersum oleo & sine fermēto erat: & diuidebat minutatim. Ex his oblatis sacerdos memoriale adolebat corā dño de panibus vnū: & de frustis vnū. Reliquum erat aaron & filioꝝ eius ad edendū cū omni domo sua: & equa forte diuidebat eis. Pōt esse tertia species sacrificij a salutari & pacifico p graꝝ actione: vel p victoria. s. vel p aliquo bono euentu inopinato: & pōt dici fieri casu. hec omnia erāt voluntaria.

¶ De Sacrificio p peccato sacerdotis vl synagoge. C. XXIX.

Lia vero erāt necessaria & debita vt p peccato & p delicto: Dr aūt peccatū grauius. s. qō ex industria factū est: delictum leuius. s. qō ex ignorātia. Uel peccatū cū sit qō faciendū nō est. delictūꝫ quasi derelictū cū nō fit qō faciēdū est: iuxta psonas peccantiū erat diuersitas sacrificioꝝ: si ergo sacerdos qui vnctus erat peccauerat d linquere faciens populū: q2. s. peccatū cuiuslibet sacerdotis trahitur in exemplū vel sicut in hebreo habet ad culpā populi. i. ita viliter & apte quasi vnus de populo offerebat pro peccato suo p manus impositionē ad hostiū tabernacli vitulū immaculatūꝫ & corā altari immolabat eum: hauriensq; sanguinē inferebat illū in tabernaculum. & intingens in eo digitum aspergebat illum septies cōtra veluꝫ sanctuarij: & de eodem ponebat sup cornua altaris incensi & egrediens reliquum sanguinis fundebat circa crepidinē altaris holocausti: & oēm adipem cum renibus & renūculis adolebat sup altare sicut de vitulo hostie pacificoꝝ: pellē vō & omnes carnes cuꝫ fimo offerebat etiā extra castra in locū mundum vbi cineres effundi solebant: & incendebant ea sup struem lignoꝝ. Quod si omnis turba p ignorātiaꝫ peccauerat: offerebāt seniores populi ad hostiuꝫ tabernaculi: p manuum impositionē vitulum: & fiebat de hoc sicut & de priori. p peccato sacerdotis: & orante pro eis sacerdote: ppicius erat eis dñs. In duobus tñ hic innuit differentia inter peccatum sacerdotis & peccatum populi. q2. s. sacerdos nō dicit peccare p ignorantiā: non enim lꝫ ei ignorare mādata dñi. Item q2 nō legit quis orare pro sacerdote: q2 si p cussus fuerit incantator a serpente quis medebit ei. Ecce patet differētia inter holocausta hec & pdicta q2 nihil ex his erat sa-

cerdotū: sed totū dño cremabat᷑: neq; membra istoꝝ cū capite ⁊ pedibus ⁊ intestinis lotis ponebant᷑ sup altare. Generalis enim regula erat q᷑ de cuius sanguine inferebat᷑ in sanctuariū: nihil ex eo licebat remanere [illegible] aliud ex eo sup altare adolebat᷑ [illegible] adeps cū renibus ⁊ renūculis: in mō etiā offerēdi ⁊ numero sacerdotū offerentiū erat differētia. De carnib⁹ enim holocausti salutaris fiebāt nouē ptes quas sup altare ponebāt nouē sacerdotes quisq; suā. Unus quoq; quattuor simul offerebat: s. caput ⁊ pedes iecur ⁊ intestina lota aqua: duo vō sanguinē offerebant vt oēs simul essent duodecim.

De Sacrificio p peccato principis ⁊ aīe. C. XXX.

Si princeps peccauerat p ignorantiā: ⁊ p⁹ intellexerat peccatū suū offerebat hyrcū. quo immolato tingebat sacerdos digitū in sanguine quo tingebat sacerdos cornua altaris holocausti: reliquū fundēs ad basim eius: ⁊ adolebat adipē renes ⁊ renūculos reliqua erāt sacerdotū. sed q; hostia erat p peccato ⁊ de sanguine eius tincta cornua al. olo. carnes aūt erāt sancte ⁊ sanctificabāt q̄ eis erāt tacta: sed nō q̄libet: immo in genere suo caro carnē: simila similā panis panē: ⁊ nō vescebat᷑ eis nisi sacerdos vnct⁹ ⁊ mūdus: ⁊ nō nisi in loco sācto: ⁊ nō nisi in eadē die q̄ offerebant᷑: si q̄d residuū esset igne cōburebat᷑. si vestis polluebat᷑ ei⁹ sāguine abluebat᷑: vt nullū remaneret sanguis vestigiū in eo. aliogn̄ vrebat᷑: vas testeū in quo coq̄bat᷑ caro statim frāgebat᷑ ⁊ lauabat᷑: ereū defricabat᷑ ⁊ lauabat᷑ aq̄. Cū aūt peccabat p ignorantiā aīa de ppło terre offerebat capraꝫ immaculatā: eo mō quo ⁊ alij vel agnū ⁊ fiebat de hac hostia eodē modo quo ⁊ de hyrco pncipis: si aūt nō poterat hr̄e pec⁹. offerebat duos pullos turturis vel colūbe quoꝝ alteꝝ offerebat᷑ dño in holocaustū. alter vō erat sacerdotū: ei⁹ tn̄ sanguis ad fūdamētū al. olo. distillabat᷑: q; p peccato erat. Qđ si nec auiculas poterat inuenire: offerebat similā decimā partem ephi. nec mittebat in ea oleū aut thus. q; p peccato erat: ⁊ eius memoriale sacerdos adolebat sup altare: reliquum habebat ipse in munere.

De Igne sacro nutriendo ⁊ de adipe ⁊ sanguine non edendo. C. XXXI.

Ector. Inter hec addidit dñs de igne p sacerdotes iugiter in altari nutriēdo: ⁊ de adipe nō edēdo sed dño offerēdo: q; de aīalib⁹ oblatis intelligit᷑: ⁊ de sāguine quoq; nō comedēdo: in quo esus suffocati tn̄ prohiberi accipit᷑. intantū tn̄ sanguinis esum phibuit. q; ⁊ auem vel feram aucupio. vel venatione captā. fuso sanguine in terrā ⁊ opto comedi noluit. q; aīa in sanguine est. Addit᷑ etiā de forma ɔsecratiōis sacerdotū ⁊ tabernaculi ⁊ altariū: qđ ⁊ de potestate eoꝝ. s. offerendi ⁊ partes suas accipiēdi. Qua ɔsecratione p moysen iuxta dñi cōpleta: terreno igne amoto: diuinus ignis superueniens deuorauit oblata que: qui iugiter seruat⁹ vsq; ad transmigrationē babylonis pmāsit nec aliū deinceps in altari nūq̄ ponere licuit: vñ nadab ⁊ abiu: q; eadem die cū igne alieno incēsū obtulerūt: igne diuino cōsumpti sūt quos eoꝝ cognati efferētes: sicut erant induti lineis ⁊ tyaris sepelierunt. Aaron aūt ⁊ filij eius pp vnctionis sanctitatē: ⁊ diuini iudicij reuerentiā: eos lugere vetati sunt.

De Cōsecratione tabernaculi. C. XXXII.

Omestor. In die qua vnxit moyses tabernaculū ⁊ [illegible] obtulerūt xij. pncipes tribuū sex plaustra tecta cū xij. bobus. singuli bouē vnū: ⁊ bini plaustꝝ vnū: ⁊ data sūt duo plaustra gersonitis ad ferēda onera eoꝝ. ⁊ iiij. meraritis. postea singuli singulis diebus obtulerūt vasa altari necessaria. xij. enī dieb⁹ solēnitas protelata est. pma die obtulit naason de tribu iuda acetabulū argēteū cxxx. sicloꝝ. hebre⁹ tn̄ scutellā hꝫ. phialāq; argenteā. lxx. sicloꝝ. vtrūq; plenū silā. in phiala thus ponebat᷑. mortariolū quoq; aureū. x. siclorum plenū incēso in q̄ vase aromata terebat᷑. hebre⁹ hꝫ coclear quo. s. thus in thuribulo ponebat᷑. bouē quoq; ⁊ arietē ⁊c. Eiusdē modi vasa ⁊ easdē hostias obtulerūt alij pncipes q̄sq; die suo. Auctor. De ordine aūt tpis huiꝰ dedicationis ⁊ ɔsecrationis sacerdotis ⁊ tabernaculi ⁊ phase q̄ttuor sunt opiniōes inter q̄s probabilior est q̄ dicit q; eadē die inchoata est ɔsecratio sacerdotū ⁊ vnctio tabernacli: ⁊ oblatio. xij. pncipū. s. pma die pmi mēsis secūdi āni. Et cucurrerūt hec omnia simul p vij. dies: post quos secuta est oblatio principum p. v. dies. xij. die consecrati sunt leuite. xiiij. celebratum est phase. ⁊ sic tempore suo celebratum est: alioquin si hec omnia fierēt successiue pmo mense secundi anni non potuisset phase celebrari tempore suo: q; ɔsecratio sacerdotū ⁊ dedicatio tabernaculi protelarent᷑. xix. diebus vel ad minus. xviij. nec licebat duo festa generalia simul celebrare. s. dedicationem ⁊ phase.

De Immundicia ciboꝝ legali. C. XXXIII.

Ex sacra historia. Dñs aūt officiū sacerdotū erat nō solū offerre ⁊ orare: sed etiā inter mundū ⁊ immundū discernere. post eoꝝ ɔsecrationē addit᷑ de his q̄ immūda erāt sm legem. s. de cibis immūdis. de lege puerpe. de lepra eoꝝ [illegible] de viro spmatico ⁊ muliere. Quorūdā enim aīalū esum phibuit dñs iudeis: nō q; sint aliqua immūda sm naturā cū oīa creatura dei bona sit: sed vt eoꝝ castrimargiā restringeret: ⁊ vt in aīalib⁹ mūdis bonoꝝ hominū. immūdis aūt maloꝝ mores figuraret. Dicunt᷑ ergo quedā immūda vel q; ad esum phibita: sicut carnes in. xl. vel q; designāt immūda. s. hominū vitia. Igit᷑ aīalū alia in terra viuunt: alia in aq̄s alia in aere. Itē que in terra: alia reptātia sunt sup terrā: que oīa immūda: alia latētia: vt talpa q̄ de luto nascit᷑: ⁊ hec oīa sūt immunda. Alia vō gradiētia sup terrā: ⁊ de his est regula general᷑ q; omne qđ ruminat ⁊ findit vngulā sit mundū est: reliq̄ aūt immunda. De piscibus aūt est regula generalis. q; hn̄s pinnulas ⁊ squamas mūdus ē. reliq̄ oēs immūdi. De auibus aūt nō expssit dñs generaliter que mūde essent ⁊ que immūde [illegible] tn̄ in genere dixit q; volatile gradiēs q̄ttuor pedibus immūdū est: nisi habuerit crura retro longiora: sup q̄ saliat vt locuste: quib⁹ iohānes vescebat᷑ in deserto.

De Purificatione puerpere. C. XXXIIII.

Omestor. Addidit quoq; dñs legem purificationis mulieꝝ tal᷑. [illegible] pepererit masculū immūda erit. vij. dieb⁹. iuxta dies separationis menstrue. i. eiusdē immunditie iudicabit᷑: cui⁹ est cū separat᷑ a mundis q̄ patit᷑ menstruum: intantū enim immūda est q; quicquid tangit reddit immūdū. cibum. lectum. vestem. sedē vñ non lꝫ cōmunicare ei: nec in cibo nec in lecto. viij. die circūcidebatur puer post. vij. dies inquinationis manebat. xxxiij. in sāguine purificationis sue: vt ita oēs dies purificationis fierent. xl. q; tot dieb⁹ dicunt phisici carnem masculi formari in vtero. in purificatione vō [illegible] diez licebat ei surgere ⁊ deambulare in domo: sed non egredi vel operari. In tangendo non polluebat ⁊ licebat aliis communicare cū in sede ⁊ cibo: accedere vero ad tabernaculum non poterat nisi expletis. xl. diebus. Si vero pareret feminā publicabantur prius dies inquinationis. ⁊ postea dies purificatiōis vt fierent simul. lxxx. q; tot diebus formatur femina post offerebat pro filio vel filia agnū anniculum in holocaustum. ⁊ pullum columbe vel turturem p peccato suo: q; in libidine cōceperat. Unde dicit glosa. Pro peccato. i. libidinosa concupiscentia in qua concepit que esset peccatum nisi p bonum matrimonij excusaretur. Aug. tamen aliter exponit sic p peccato. s. filij. ⁊ huius expositionis rationem sumit ab illo loco. Luce. ij. obtulerunt pro eo dñō: nō dicit pro ea. Et erat sacerdotis. q; si nō poterat manus eius inuenire agnū offerebat duos turtures vł duos pullos colūbaꝝ. alteꝝ in holocaustū pro puero. alteꝝ p peccato suo vel pro originali filie. q; filio in circumcisione dimissum erat. hebrei tn̄ paruulos non habere peccatum tradunt. pp hoc dicit iosephꝰ primogenitum redimi ⁊ filie.

De Iudicio Lepre. C. XXXV.

Ector. Lepra triplex erat prima hominis que maxime apparebat in tribus. s. in cute. carne: ⁊ in pilis. In cute cognoscebatur quando apparebat in ea albor. i. pallida albedo. vel pustule. i. vesice putride. vel cicatrix alba siue subrufa. In carne quando corrosa erat a lepra: ita q; locus lepre humilior erat carne reliqua. In pilis autem quādo mutati erant in candorem. solito tenuiores: nec sine deliberatione diuturna examinatione eijcebatur de castris: in quo notatur secundū mysteriū q; cum maxima maturitate debet quis eijci de ecclesia p excommunicationem. Cuius autem perspicua erat lepra separatur arbitrio sacerdotis: ⁊ habebat vestimenta dissuta facilia ad induendum ⁊ exuendum: ⁊ caput nudum vt posset agnosci. os veste contectum. ne fetorem loquendo diffunderet ⁊ habitabat solus extra castra. Secunda est lepra vestis: erat autē triplex. s. lepra vestis lanee vel linee. vel pellis. macula. s. albida vel rufa. humilior superficie reliqua. Que post examinationē si perspicua erat comburebatur vestimentum. Si adhuc dubia: rūpebatur locus lepre a solido: ⁊ si iterum alibi macula apparebat lepra volatilis erat ⁊ comburebatur vestis. Tertia erat lepra dom⁹: si enim similis macula corrosiua apparebat in domo vt essent vallicule in pariete pallore vel rubore deformes. Similiter examiābat᷑ a sacerdote vt patet in littera leuitici vbi etiā plene agit᷑ de mundatione leprosi. De viro quoq; spermatico ⁊ muliere patiente fluxū sanguinis ex morbo.

De Purificatiōe emorroisse ⁊ mēstruate. C XXXVI.

Adem enim lex erat immūditie τ purificationis eius q.s. ypmatici τ emorroisse. Silr eiusdē immūditie mēstruata mlier erat: nō tñ purificabatˀ solēnit: sʒ ipsaʒ cū vestibus ablui sufficiebat. morbide nāqʒ īmūditie ꝑ peccato solēt accidere: τ iō ꝓ eis τ ꝑ peccato offerebatˀ salutare. nō aūt ꝓ mēstruo qn̄ ē naturale. Sciēduʒ vō ꝙ in leuitico. xv. accedēti ad menstruatā. purificatio vij dieꝝ cōcediẗ: qđ de ignorāter accedēte intelligēdū est. In eodeʒ aūt. xx. vterqʒ perimēdus dr̄: qđ de illis qui faciūt ex idustria dictū est: nec miꝝ tales imūdos reputari a lege: cū etiā legitime cognoscēteʒ vxorē ꝓpriā: voluerit dom⁹ vestē τ totū corp⁹ abluere τ vsqʒ ad vesperā immūdū ꝑmanere. Si aūt pp corruptionē fetus. sm hiero. ꝓhibetˀ accessus ad mēstruatā. cur nō magis ad leprosaʒ. sʒ mēstruata cito curatˀ τ nō leprosa. ideoqʒ pp fidē m̄rimonij leprose reddendū est debitū: nō tñ simpliciter petēduʒ. Porro sicut lex quosdam cibos īmūdos reputari fecit. vt in iudeis vitiū gule coercet. sic etiā nō absurdū videri pōt qđ a quodā hebreo audiui: quasdā domos eoꝝ lepre odēnari vt eoꝝ supbiā i edificijs repmeret. Cū eñ quis domū pulchrā τ vltra modū curiosaʒ edificasset. dñs illā plagā q̄ lepra dr̄ in ea īmittebat: ita ꝙ eā diruı oportebat. Itē quoqʒ pōt estimari de lepra vestis τ etiā carnis. nā quidā supbiebāt de ꝓciositate vestis. qdā de pulchritudīe corpis: hoꝝ omniū discretionē oportebat (vt dictū est) habere sacerdotē sanctuariū ingredientem.

C De vitula rufa τ hyrco apompeo. C. XXXVII.

Est hec itaqʒ subiūgitˀ de ingressu pōtificis in sancta sanctoꝝ semel in anno tñ. s. decima die septēbris: cū sanguīe aīaliū. i. vitule rufe τ hyrci: qui cū hyrco apōpeio segregat⁹. cedebat in sortē dñi: cui⁹ etiā sanguinis aspersiōe fiebat expiatio altariū τ toti⁹ tabernaculi. De corpib⁹ aūt eoꝝdē aīaliū cōbustis τ in cinerē redactis fiebat aq̄ aspersiōis: a q̄ ꝑ totū annū purificabantˀ immūdi. vñ certe mirādū est cū hic cinis ad purificādū imūdos fieret: τ etiā h̄ sacrm̄ q̄si sanctissimū dñs religionē victime appellet: cur illi qui eū tractabāt oēs immūdi erāt. s. τ ille qui corpa ipsa efferens cōburebat: τ ali⁹ qui illo redeūte remanēs ad ignē vsqʒ ad cinerem oīa ɔsumi faciebat: terti⁹ quoqʒ qui cineres reseruādos ad aquam aspersiōis colligebat. quart⁹ etiā qui īmūduʒ purificabat. q̄libet istorum nō nisi lotus intrabat castra τ immūdus erat vsqʒ ad vesperaʒ. forsitā in signū ꝙ illi q̄ purificāt alios vt ꝑdicatores τ ɔfessores. multos inde ɔbūt neuos: τ vñ alij purgantˀ ipsi vtcūqʒ maculātˀ: ille quoqʒ q̄ capꝛ emissariū dimiserat in desertū: silr immūdus erat: sʒ hui⁹ rō facilis est: qꝛ. s. ppl'i peccata secū hyrcus ferebat. s. capiti suo impsicata. τ vt tradūt quidā charte inscripta: mittebatˀ aūt in desertū nō rediturus: τ ideo dict⁹ est grece apōpeius τ emissari⁹ τ h̄ ꝑ hominē ad ipsuʒ paratū: Tradūt enim hebrei quosdā puulos tribualiter ad hoc parari. medicinaliter eis splene subtracto vt expeditiores essent. Qui. s. hyrcus si forte rediret nō erant iudei a peccato purgati. si vō nō redibat purificati erāt a peccatis. s. illius āni. que ꝑ fragilitatē vl' ignorantiam contraxerant.

C De Cōmixtionib⁹ illicitis. C. XXXVIII

Radidit etiam filijs israel multitudine preceptoꝝ recapitulādo ꝑdicta: τ superaddēdo noua. Inter que ꝓhibuit ne hō domesticā sue carnis accederet. In ꝑmoꝝ quidē parētū cōiugio pp hominū raritatē solū duas ꝑsonas exclusit dñs a coniugio dicēs: pp hoc relinquet homo patrē τ matrem. i. nec filius matri nec patri filia copulabitˀ: sub lege vō plures excepit que sunt fere. xij mater. nouerca. soror. neptis. amita. matertera. vxor. patrui. nurus. vxor fratris: sʒ h̄ determinationē recepit. Intelligēdū est eñi de fratre mortuo q̄ filios reliquit: vel etiā de viuo q̄ vxorē suā repudiauit ꝑuigna. filia ꝑuigni vel ꝑuigne: soror vxoris: sub gr̄a plurime excludūtˀ: vbi ɔiūctio locū h̄ȝ. Coitū quoqʒ cū masculo τ iumēto sub interminatione mortis ꝓhibuit. diligi amicū sicut seipsuʒ ꝑcepit. vbi. lex. primū ponitˀ: nec agꝝ seri diuerso semine: nec iumēta diuersi generis coire: nec veste ex duob⁹ textu indui: nec comā in rotundū tonderi: quibus τ similibus ad litteram intelligendum est secundum ritum gentium τ maxime egyptiorum cum quibus habitauerant. nā dauid mulam legitur habuisse: sed egyptus omnigena venerās mōstra deorum. In honore diuersorum deoꝝ quos putabat talibus preesse: diuersa semina in agro diuersas materias in veste sociebat. diuersos etiam cincinnos capitis diuersis dijs sacrabat: vñ τ in principio hoꝝ ꝑceptoꝝ dixit dñs: iuxta cōsuetudinē terre egypti in qua habitastis non fa. τc̄.

C De Preputijs Arboꝝ auferendis τ de panibus et sanctimonia sacerdotū τ de talione. C. XXXIX.

Ddidit etiam cū intrarent terrā ꝓmissionis vt auferrent ꝑputia arboꝝ quas plantarent: τ videtˀ velle ꝙ fructus ꝑmorum triū annoꝝ immūdus esset τ abijciēdus fructus q̄rti anni sanctus dñō τ cōmunis pauperibus: sed in quīto anno τ deinceps dñi sui essent τ esibiles. Ad euidentiā quoqʒ eoꝝ que hic i leuitico traduntˀ: sciendū est. sacerdotes panū habuisse tria genera. panes sacerdotales. leuiticos. laicos. Sacerdotales erant panes ꝓpositionis qui de publico sumptu fiebant. quos nō licebat edere nisi solis sacerdotibus: panes leuitici qui offertorij quibus soli de genere leui vescebantˀ: etiā qui pp maculā nō poterāt ministrare: τ filia familias: sed nō vxorata vl' vidua repudiata: nisi necessitate rediret ad domū patris: vt esset quasi filiafamilias. Dis nō addescebantˀ aduena. inquilinus: mercenarius. sacerdotis verna tñ vel emptitius ipsis vesci poterat. Laici cōmunes: quib⁹ quicūqʒ poterat vesci. De sanctimonia quoqʒ sacerdotū agens dñs ꝓhibuit ne cōtaminarentˀ in mortibus ciuiū suoꝝ: nisi tñ sup patre τ m̄re filio τ filia: fratre τ sorore virgine. ne. s. lauarēt eos vel sepelirent. Pōtificē vō ad nullum oīno mortuū voluit ingredi. vñ τ dñs papa nullis exequijs interesse dicitˀ: ꝑcepit etiā dñs hominē lapidari ꝓ culpa blasphemie: subiūxit quoqʒ de talione que nō erat in iniurijs reꝝ sed in lesione corpoꝝ qꝛ furta restituebantˀ in duplū vel quadruplū. Determinabaturqʒ talio ꝑ necessitatē vt ledens viꝝ mulier in virilibus. puniebatˀ manu. qꝛ virilia nō h̄ȝ: vir ledens ꝑgnantē τ abortiuū faceret non dū animatū mulctabatˀ pecunia. Qđ vero liuriatus sine iudice posset vlcisci. forte inde videri pōt ꝙ ad ciuitatē refugij fugiebat homicida nō volens vt interficeretˀ a ꝓximis occisi.

C De Sabbatismo anni septimi τ quinquagesimi. i. iubilei τ decimatione animalium. C. XL.

Ddidit quoqʒ d̄ sabbatismo septimi anni in quo nulli debitum repetere licebat: serui egrediebantˀ liberi: agri quidam colebantˀ τ seminabantˀ. sed nō colligebantˀ a dñis sed pauperib⁹ dimittebantˀ: τ qđ paupibus remanebat feris relinquebatˀ. Addidit etiā dñs de obseruatiōe iubilei qui septimanā hebdomadaꝝ annoꝝ sequebatˀ. ad cuius ꝓseruationē septē ānis ꝑcedentibus vt tradūt quidā in singulis neomenijs clāgebāt tubis: τ septē diebus cōtinuis ante ipsum solennizabāt clāgētes tubis. In hoc anno oēs distractiones reꝝ ad ꝑstinos redibant possessores: ꝑter domos que erant in vrbibus muratis. Quas tñ ꝑmo anno venditionis venditori redimere licebat exceptis domibus leuitaꝝ: que in quocūqʒ essent loco in anno iubileo redibant. Eodē anno requiescebat terra. eodē anno serui liberi dimittebantˀ. alienigenas tñ volunt seruos imperpetuū possideri Taliū ꝑceptoꝝ obseruatoribus ꝓmisit dñs b̄ndictiones suas dicēs. dabo vobis pluuias τc̄. vbi. xxx. clausule ꝓmissionū inueniuntˀ. transgressoribus vō longe plures ingeminat maledictiones. In decimatōe aīaliuʒ. qđ decimū veniebat vel nascendo vel numerando sanctificabatˀ dñō: nec licebat immutari in melius vel deterius. similiter aīal qđ vouebatˀ dñō nō licebat immutari: si quis qđ vouerat inmutaret: τ votū τ mutatū erat dñi: sʒ distinguendū est: aliquādo enim sic ex voto aliquid sanctificabatur dñō: ꝙ anathematizabatˀ: illud nō poterat vendi a sacerdotibus vel alienari: qñqʒ nō sic obligabantˀ votiua sed poterāt a sacerdotib⁹ vēdi determinato ꝑcio scđm vtilitatē que ex his poterat ꝓuenire siue esset animal: siue esset fundus qui tñ votū dederat. si volebat illud emere supra estimationē pro quo alij darēt adderet eius quintā partem Qđ ideo statutū est ne qui vouerat ad recipiendū qđ vouerat aspiraret: quasi penitentia ductus ne dignior etiā se alijs putaret i emptione eiusdem rei qꝛ eam dederat.

C De Nūeratiōe ppl'i bellatoꝝ τ excubijs tabernacli. C. XLI

Etoꝛ. Post Sāsonē iudicauit isrl̃ hely q̄ ꝛ sacerdos a digniori officio agnominat⁹ ē: trāslato eniꝫ sacerdotio a filijs eleaꝫar: h̄ p̄m⁹ de filij ithamar sacerdotiũ accepit: ꝛ forsitā ipsemet fact⁹ iudex: sacerdotiũ ad se trāstulit. Quidā tñ tradiderũt hũc esse phinees: fi. ii. f. eleaꝫari. Cepit anno ab exitu de egypto. ccclvj. etatis antē tertie. dccclxi. mũdi vo scd̄i. M. dcccix. ꝛ iudicauit annis. xl. Hi⁹ tpib⁹ vagēte fame pegrinat⁹ ē elymelech cũ vxore ꝛ filijs de bethleē. ĩ regionē Moab vbi noemi vxor ei⁹ orbata viro ac filijs: tādē cũ nuru sua Ruth moabitide redijt: quā. s. ruth booꝫ de tribu iuda rōne ppinquitatis ad suscitādũ ɔsanguineo suo semē accepit: ꝛ ex ea filiũ obeth noīe genuit: q̄ fuit pr̄ isai p̄ris Dauid. Sub hely quoq̄ꝫ Samuel nat⁹ puer in tēplo ministrauit ꝛ anno. xij. pleno (vt ait Joseph⁹) pphetauit. Deniq̄ꝫ iuxta reuelationē samueli factā a dño q̄ pctis hely ac filioꝝ ei⁹ punitur⁹ eēt: filijs ei⁹ corā philisteis ĩ bello pstratis: etiā arca dñi capta ē. Ipse quoq̄ꝫ hely hoc audiēs de sella retrorsũ cecidit: ꝛ fractis ceruicibus expirauit. Eo tpe filij hectoris iliũ receperũt: expulsis antenoris posteris. Sciēdũ aũt q̄ licet Joseph⁹ ꝛ liber regũ ɔsentiāt hely iudicasse p annos. xl. Septuagīta tñ: ꝛ liber palipo. dicunt. xx. sꝫ pōt dici qr post Sāsonē fluxerũt absq̄ꝫ iudice anni. xx. q̄ aggregati sc̄ annis hely: q̄dā tamē dicũt annis. xx. quib⁹ iudicauit Samuel aggregādos annis hely magistri sui: sꝫ veri⁹ anni samuelis iuxta Eusebiũ ꝛ comestorē ascribunt̃ annis saulis.

⁋ De Samuele ꝛ Saule. C. LXIX

Amueli igitur ꝛ Sauli post mortē hely sīl annotant̃ anni. xl. Et arca q̄dē dñi capta sub hely: apud philisteos. vij. mensib⁹ fuit: sꝫ diuino nutu reducta: ĩ domo Aminadab: ĩ gabaa. xx. annis. pmāsit. Interī senescēte samuele: pploq̄ꝫ regē ptinaciter postulāte: Saul d̄ tribu Beniami vir bon⁹ ꝛ humil̃: statura quoq̄ꝫ corpis ab humero ꝛ sursũ eminēs sup oēm ppl̃m: diuino nutu eligit̃: ꝛ a samuele inungit̃: h̄ cũ ionatha filio suo defēdit isrl̃. Primo quidē ab amonitis: postmodũ a philisteis: sꝫ qr dño ꝛ samueli inobediēs fuit a dño reprobari meruit. Itaq̄ꝫ dauid p eo signatur⁹ adhuc puer inungit̃. saul spũ neq̄ꝫ exagitat̃. Dauid īterfecto goliath ĩ pplo suo gl̃iaꝫ acq̄rit. Inde saul cōtra eũ spũ liuor⁹ lardescit īsidiose fraudulēterq̄ꝫ fact eũ gener suũ vt filia dñi gerēs traderet̃ in man⁹ hostiũ. Deniq̄ꝫ dũ eũ instāter psequitur: Dauid vsq̄ꝫ quaq̄ꝫ diffugiēs: tandē apud achis regē Geth philistinoꝝ q̄tuor mēsib⁹ pegrinat̃ ac vicinos hostes depdat̃. Interim saul accepto a phitonissa n̄so ɔtra philisteos in bello pgredit̃: ꝛ in mōte gelboe cũ filijs suis psternit̃ atq̄ꝫ a viris iabes quos pa⁹ ɔtra amonitas defenderat sepelit̃. A Saule itaq̄ꝫ ceperũt in isrl̃ tpa regũ: ꝛ a Samuele tpa noīatoꝝ pphetaꝝ. viuēte quidē samuele saul annis. xviij. regnauit: ꝛ eo mortuo duob⁹: ānos tñ eoꝝ sacra scriptura nō ānotauit: ĩ morte saul terminat̃ etas seculi tertia. hñs annos nōingentos. xl.

⁋ De Ortu regni lacedo. ꝛ corīthi. ꝛ de codro rege athe. C LXX.

Uius temporibus a q̄busdā fuisse putat̃ homerus: duo regna exordiũ habuerũt lacedemonioꝝ. s. ꝛ corinthioꝝ: atheniēsium vo. xvii. h̄ tpe regnauit codr⁹. Eusebi⁹ in cronicis. Anno igit̃ saulis. xv lacedemonie p̄m⁹ regnauit euriste⁹ annis. xlij. Post hunc vo egis anno vno. Post quē terti⁹ archestrat⁹ annis xxxv quart⁹ labores xxxvii. Quint⁹ dorist⁹. xxix. Sext⁹ argesila⁹. xl. ii. Septim⁹ archela⁹. lx. Octau⁹ thelec⁹ xl. Non⁹ alcamenes. xxxvij. Extũc reges lacedemonioꝝ defecerũt. s. anno azarie q̄ ꝛ ozias. xlix. anno quoq̄ꝫ prenotato. s. regni saulis. xv. p̄m⁹ corīthi regnauit aleteo annis. xxxv. Scd̄s ixyon. xxxvij. Terti⁹ agela⁹. xxxvij. Quart⁹ p̄mnas. xxxv. Quint⁹ bacchis. xxxv. a quo reges bachide cognominati sũt. Sext⁹ agelas. xxx. Septim⁹ eudem⁹. xxxv. Octauus aristomedes. xxxvij. Non⁹ egemō. xvi. Decim⁹ alexāder. xxv. Undecim⁹ thelestes. xij. Duodecim⁹ anthomenes anno vno. Extũc corinthioꝝ reges defecerũt. s. anno p̄fati azarie q̄ ꝛ ozias. xlij. Valerius li. v. Codrus rex atheniēsiũ cũ ingēti hostiũ attica regio debilitata: ferro ꝛ igni vastaret̃: humani auxilij diffidētia: ad appollinis oraculũ ɔfugit ac p legatos sciscitat⁹ est quonā mō tam graue bellũ istud discuti posset: rñdit ita finē ei fore. si ipse hostili manu occidissꝫ: hoc nō solũ ĩ atheniēsiũ castris pcrebuit: sꝫ etiā ĩ ɔtrarijs: ob hoc illic edictũ ē ne q̄s codri corp⁹ vulneraret: id postq̄ꝫ cognouit: dpositis ĩsignibus ipis: familiarē cultũ īduit: ac pabulantiũ hostiũ globo se obiecit vnũq̄ꝫ ex his falce pcussũ: ĩ cedē suā cōpulit ne athene occiderēt.

⁋ De Gestis Dauid. C. LXXI.

Ex cronicis. Dauid itaq̄ꝫ p̄m⁹ de tribu iuda regnauit apd̄ hebreos annis. xl. in ipso regni ei⁹ p̄ncipio exordiũ hũit q̄rta etas. nō vt q̄dā volũt p regni iudeoꝝ initio cũ inchoasset a saule: sꝫ p innouatione pmissionis olim p̄rib⁹ facte de Christo ꝛ regno Christiano. Siquidē iurauit domin⁹ Dauid veritatē de fructu ventris eius sessuro sup sedē suā. Cepit aũt anno ab egressione egypti. cccclxxvj. a natiuitate abrahe nōingentesimo. xlt. Ab initio vo mundi secundi M. dccclxxxix. ꝛ regnauit p̄mo q̄dē ĩ ebron sup tribũ iuda. vij. ānos postmodum in hierusalē sup omnē israel. xxxiij. annis: hic quidē pius ac iust⁹ rex: etiā hostibus fidem seruans. eorum necem iniustam vindicauit: atq̄ꝫ vir bellicosissim⁹ cōtra hostes viriliter p populo suo stetit arcam dñi cũ honore ꝛ gaudio in arcē syon quā acquisierat ꝛ edificauerat adduxit: deniq̄ꝫ ppeccato q̄d in vriā ꝛ vxorē eius commiserat: se humilians diuinā misericordiā obtinuit ꝛ tam a filio pprio q̄ꝫ ab alijs psecutiones ꝛ opprobria nō mō patiēter: vex etiā libenter sustinuit. Tandēq̄ꝫ p plaga ppli numerati altare ĩ area ornā iebusei vbi tēplũ dñi construendũ erat extruxit: ꝛ holocausta pacifica offerens: dei ppiciationem obtinuit. Deniq̄ꝫ preparatis impensis ad fabricam templi: Salomonem filium suum adhuc viuens in regem inungi fecit: eoq̄ꝫ instructo de cultu diuino ꝛ de regni gubernaculo in pace dormiuit. Hui⁹ temporibus pphetauerũt gad ꝛ nathā ꝛ asaph: Codrus atheniensis (vt dictũ est) iuxta respōsũ seipꝫ morti tradēs: bello peloponēsiaco interemptus est in quo erictidaꝝ regnũ destructum est.

⁋ De hymnologia dauid. C. LXXII

Ugustinus de ci. dei li. xvij. Dauid vir in canticis eruditus armoniam musicā nō vulgari voluptate sꝫ fideli voluntate dilexit: eaq̄ꝫ deo suo mystice rei magna figuratione seruiuit. Diuersoꝝ enim sonoꝝ rationabil̃ moderatusq̄ꝫ cōcentus: cōcordi varietate cōpactā: bene ordinate ciuitatis dei vnitatē insinuat. Actor. Hic dicit̃ exími⁹ pphetaꝝ qr non solũ futura de christo p̄dixit: sꝫ etiā ipm sibi de semine suo nasci pmissum annũciauit ꝛ soliloq̄a. i. psalmos vel hymnos q̄ solitudinē nisi⁹ exigunt. vtpote q̄ oĩ affectu sp̄uali ꝛ diuina ɔtēplatōe pleni sunt. deuotissime dño decantauit: de q̄b⁹ dicit apostolus ad eph̄. nolite ĩ ebriari vino in quo est luxuria: sed im. s. s. lo. u. l. in p̄s. ꝛc̄. Unde pꝫ q̄ frequētatio eoꝝ: ꝛ carnalia despicere facit: ꝛ mētes psallētiũ sp̄uali deuotione reficit: tristiciā quoq̄ꝫ seculi: ꝛ fastidiũ boni ab animis repellit: dicente iacobo tristat̃ aliq̄s. v. oret equo aīo ꝛ psallat. Diony. ĩ li. de hierarchia angelica. Psalmoꝝ sacra oratio ꝛ oīs agrographia ad deificationem animoꝝ nostroꝝ opportune narrat̃. Cōtinua quoq̄ꝫ sacratissimoꝝ hymnologia animales nostros habitus coadunate disponit.

⁋ De Uirtutibus eiusdē. C. LXXIII.

Mbr. li. i. de officiis. Cũq̄ꝫ vo Dauid nisi lacessitus nec nisi p̄us consulto dño bellũ intulit: prudētiā enī in bello vel p̄lio comitē fortitudinis habuit. ideo ĩ oīb⁹ p̄lijs vsq̄ꝫ ad senectutē sũmā manu pnit⁹ victor extitit. Idē in li. de excessu satiri. Dauid mortuo filio quē de bersabee susceperat luctũ cohibuit: dicēs. Ego ibo ad eũ: non ipse reuertet̃ ad me. O maximũ desiderātis solatiũ O verũ sapiētis iudiciũ idē patricidā filiũ fleuit q̄ nō fleuerat inocētē. fili mi inq̄t Absalon: q̄s mihi det vt ego moriar p te nō sol⁹ flet Absalon flet patricida flet ꝛ Amon flet ꝛ scelerat⁹. nō flet dilect⁹: vna ergo fides ꝛ illos mortuos fleuit ꝛ flendũ infantē mortuũ nō putauit: illos enī sibi piss̄e credebat: hũc resurrecturũ spabat. Idē ĩ apologia Dauid. Idē Dauid Abner: licet aduersarij agminis ducē interemptũ fleuit: ꝛ post luctũ ei⁹ ambulans: depositis ĩful pcātis: exeq̄aꝝ busta curauit quo facto docuit etiā fidē eē aduersarijs seruādā honorādā quoq̄ꝫ ꝛ in hoste virtutē.

¶ De penitentia eiusdem. C. LXXIIII.

Irit quoq3 dauid ad Nathan pec cani dn̄s: quem nūc mihi facile reperias honoratū ac diuitē: q̄ si arguat̄ alicui⁹ culpe re⁹ nō moleste ferat: at iste regio clar⁹ imꝑio tot diuinis ꝓbat⁹ oraculis: cū a priuato hoīe corripet̄: q̄ grauit̄ deliq̄sset: nō idignat⁹ infremuit: s3 ꝯfessus igemuit culpe dolore. Maturitas enī venie ꝓfundā ei⁹ prius3 fuisse declarauit: q̄ tāti erroris offēsa3 trāsduxit dicēte Nathā: dn̄s trāstulit pctī tuū: alij hoīes cū corripiunt̄ pctī suū igrauāt: dū negare cupiūt aut defēdere: ibiq3 eo3 maior ē lapsus vbi spat̄ correctio. Scī aūt dn̄i q̄ ꝯsūmare gestamē piū gestiūt: ⁊ viā salut̄ currere: sicubi forte corruerūt: nature magi fragilitate q̄3 peccādi libidine: acrius ad currēdū resurgūt: pudoris stimulo maiora repātes certamina: vt nō solū nullū estimet̄ attulisse lapsus ipedimētū: s3 etiā velocitati icētiua cumulasse: nō occidit vriā: nō studio crudelitati ipulsus: s3 vt pudorē obūbraret ꝯcupie: verecūdiā tegeret: voluit enī eū dn̄s subiacere tentatōi: ne aliq̄d sibi supra hoīe3 arrogaret: cete3 i psalmo illo pniali: Miserere mei de⁹ ⁊c. vide quot v̄sib⁹ ꝓpheta peccatū suū resonet: nec vll⁹ v̄sus sit sine ꝯfessione delicti ꝓ vno pcō: postulat miserationū multitudinē: ⁊ nos ꝓ pl̄ib⁹ pcīs vix semel ei⁹ misericordiā credim⁹ obsecrādā delictū quoq3 nostrū ꝯfitentes poti⁹ prestringimus q̄3 repetimus.

Apologia eiusdē contra manicheos. C. LXXV

Augustinus contra Faustū libro ii. Legāt autē manichei ⁊ videāt i Dauid deū plura redarguisse q̄3 Faustū: sed ibi ē ⁊ ꝑuie sacrificiū [illegible] ē incōparabilis mansuetudo vsq3 ad atrocissimū inimicū. Ibi ē illa icōpabil' hūilitas sub flagello dī ⁊ ceruix fgida diuīco iugo subdita: vt armat⁹ armatis comitat⁹ arma ex ore inimici ꝯuicia potētissime sustieret: suūq3 comitē accēsum iracūdia q̄ taslia rex ei⁹ audiret: ⁊ id in ꝯuiciatoris caput dextera vltrice pgētē modestissime refrenaret: regali sue vīsioni diuini timoris pōd⁹ adijciēs ⁊ dicēs merit̄ suis hoc redditū supno iudicō quo ille iniuriosus missus eēt vt talia in eū iacularet̄ opprobria. Ibi i gregē sibi cōmissum tāta dilectio pastoralis vt ꝓ eis vellet mori. qn̄ ꝑpl̄o numerato pcīi elatōis ei⁹ sic punire placuit deū: vt eūdē numer3 minueret morte multo3 cui⁹ multitudine cor regi fuerat supbia ptentatū: in quo occulto dei iudicio de⁹ apud quē nō ē iniq̄tas: ⁊ quos nouerat idignos hac vita huic vite subtraxit: ⁊ in eo q̄ de hoī3 copia se extulerat: tumorē animi humani eiusdē copie diminutōe sanauit. Ibi tā religiosus dei timor sacramētū christi i sācta vnctiōe seruabat: vt cor ei⁹ pia solicitudine trepidauerit: qn̄ exiguā ꝑticulā de veste ipsi⁹ saulis latēter abscidit: vt hr̄et vn̄ illi fidē faceret q̄ nollet eū occidere cū posset: hec ⁊ multa alia i isto sancto viro repiunt̄ imitāda: neq3 ꝑtermissa ē i isto paterni flagelli disciplina. vt ⁊ ꝯfessus ieternū liberaret̄ ⁊ afflict⁹ tēporalit̄ ꝓbaret̄. Intelligebatq3 vir sanct⁹ ⁊ nō ꝯtra deū: s3 ad deū leuans aīa3 suā nisi dn̄s eēt ꝯfitēti ⁊ penitēti ꝓpici⁹ q̄3 pena3 eterna3 ei⁹ essent digna peccata ꝓ quib⁹ cū temporalib⁹ emendationib⁹ vteret̄: videbat erga se ⁊ manere veniā ⁊ nō negligi disciplinā. Cur aūt Saul ꝑ Samuelē corrept⁹ cū diceret etiā ipse sicut Dauid peccaui: nō meruit audire qd̄ Dauid. s. q̄ dn̄s ei ignouisset: nūquid ꝑsona3 acceptio ē apud deū: absit: sed in sili voce quā sensus human⁹ audiebat: dissimile pect⁹ erat q̄ diuin⁹ oculus discernebat. Itaq3 multi nulli⁹ [illegible] manifestū [illegible] vsq3 ad mortē [illegible] [illegible] Dauid. cu meritū qd̄ ipse fecerit apud deū habere nō ꝑit. Tantū interest q̄d cuiq3 in seipso: quātūq3 displiceat vt penit⁹ extirpet̄. ⁊ quid ꝓ eo fructifer3 ⁊ opulentū ingenti ꝯsurgat fertilitate: q3 ⁊ agricule plus placēt agri: q̄ spinis etiā eradicati cētenū ꝑferunt q̄3 q̄ nullas vnq̄3 spinas habuerūt ⁊ vix ad tricenū ꝑueniūt.

¶ De Salomone ⁊ fabrica templi. C. LXXVI.

Ex cronicis Salomon regnare cepit anno etat' [illegible] egressione egypti. cccclxxxi. A natiuitate abrahe. dcccc. Ab initio vō mūdi. s. scd̄i millesimo. dcccc xxix. ⁊ regnauit annis. xl. hic filiam Pharaonis regi egypti sibi despōsauit. de q̄ vt dicūt hebrei: cū adhuc. xi. annū ageret ꝯtra naturā filiū genuit: ⁊ in oratōe sua sapiētiā quā ceteri oībus donis ꝑposuit a dn̄o ipetrauit. Anno regni sui q̄rto q̄ fuit. cccclxxx. egressionis isrl' ab egypto mēse maio tēplum dn̄i edificare cepit de marmore candido q̄ pariu3 dr̄. Et in anno. xi. mēse octobri ꝯsummauit. ita q̄ in. vij. annis ⁊ sex mēsib⁹ ipm cū suis vtēsilib⁹ cōpleuit. Ioseph⁹ tn̄ dicit anno q̄dringētesimo secūdo. egressionis de egypto describēs etiā annos etatū precedētū dicē: ab abrahā fluxisse ānos mille. xx. A diluuio mille. ccc. ab Adā tria milia. cū habebat autem domus in longitudine. lx. cubitos. i latitudie vō. xx pars quidem anterior que sancta dicitur: ⁊ erat ab oriente. xl. erat cubitorum in longitudine: reliqua pars ad occidētem. xx. cubito3 erat. ⁊ dicebat̄ sancta sancto3. Porro in altitudine. xxx. cubitos habebat vsq3 ad primu3 tabulatū sup' qd̄ secūda māsio erigebat̄. xxx. cubiti vsq3 ad scd̄m tabulatū: tertia vō māsio erat. lx. cubito3 vsq3 ad tertiu3 tabulatū qd̄ erat tectū dom⁹: ⁊ sic tota tēpli altitudo in. cxx. cubitos ascēdebat. Ioseph⁹ tn̄ mētionē non facit nisi de duab⁹ māsionibus vnicuiq3. lx. cubitos ascribens. s3 duas inferiores māsiones sub vna cōprehendit. Eratq3 portic⁹ ante faciē templi habēs longitudinē iuxta tēpli mēsurā ⁊ latitudinem x cubito3 surgēs in altu et [illegible] sephus) vsq3 ad celsitudinē tēpli: ⁊ fecit in tēplo fenestras obliquas. i. exterius angustas: ⁊ interius obliquando diffusas: has excogitauit Salomon. Trabes autem posuit in domo per transuersum per tria loca in summitatibus trium mansionum adeo longas ⁊ forinsecus capita earum prominerent ex vtraq3 parte. Et edificauit super capita forinsecum prominentia: tria tabulata ad deambulandum circa templum: que in euangelio pinnacula templi dicuntur: latitudo vero tabulatorum differens erat. Tabulatum enim quod erat subtus quinq3 cubitos habebat latitudinis: ⁊ medium sex cubitos: ⁊ tertiū septem. Quod ad litteram quidam tradunt factum vt in superioribus tabulatis manentes: non impedirentur ad aspiciendum inferi⁹ per obstaculum inferiorum: hebreus tamen dicit tria tabulata pare3 habuisse latitudinem: vt si a summo vsq3 ad imum plumbata cementarij dimitterentur: eorum perpenderetur equalitas: verum tamen inferius tabulatum quinq3 cubitorum erat in latum: medium vero. vi quia murus superior artior factus quasi per cubitum erat retractus: vltimum vero septem per retractionem muri superius similiter facta: hec autem tabulata sic erant coniuncta muro vt ei infixa non essent. Porro in extremitatibus cuiuslibet tabulati vt deambulantes ab iniuria lapsus defenderentur edificauit lunculas tanquam appodiationes que in libro Regum latera vocantur: in Paralipomenon cancelli: de quarum altitudine nescimus: nisi de supremo quod habuit in altitudine. v. cubitos.

¶ De ornatu interior' dom⁹ ⁊ superioris māsionis. C. LXXVII.

Orro murus mansionis inferioris intrinsecus opertus erat tabulis cedrinis. Tabulis vō solarij affixa erant laquearia cedrina pauimentum domus tectū erat tabulis abietinis. Tabulata vō late3 ⁊ laquearia trabium pauimētu3: tabulis aureis opiebātur cum clauis aureis quo3 singuli erāt. l. siclo3: nihilq3 erat in illa iferiori pte templi. qd̄ auro nō tegeret̄: vt vult⁹ ingredientiu3 faceret auri lumine resplendē. Porro in iunctura tabula3 fecit anaglipha. i. tornaturas vel celaturas in iuncturis fabrefactis ne loc⁹ iuncture deꝑhendi posset. In medio vō tabule erant imagines ꝓminētes cherubin ⁊ palme. He quidem in tabulis cedrinis celata erāt: s3 auro tecta vel in ipsis tabulis aureis. Oraculum autē qd̄ dicit̄ sanctasancto3: habet xx cubitos lōgitudinis ⁊ xx latitudinis ⁊ xxx [illegible] In [illegible] tn̄ hr̄t ⁊. xx. cubitos altitudinis: qd̄ intelligēdu3 ē de pariete cedrino interposito int' oracula ⁊ sancta sancto3 vt fum⁹ aromatu3 ascendens de altari ꝑ apturā supiorē libere intraret in oraculu3. Erat autē tot⁹ paries tect⁹ auro. hr̄s anaglipha cherubin ⁊ palmas ad ꝯmodu3 parietu3. Huic parieti appēsum erat velu3 de quatuor coloribus cui intexta erant cherubin tante tenuitatis vt parietis non ꝓhiberet aspectū: quod legit̄ in euangelio scissu3 fuisse a summo vsq3 deorsum. De interiori scemate superio3 mansionum non legimus nisi q̄ dum consummaret̄ edificiu3: posit⁹ ē lapis in angulo superiori: nō sine grādiu3 admiratōe. Cu3 [illegible] ⁊ in fundamēto ⁊ in muro [illegible] [illegible] nō ē inuent⁹ loc⁹ ei⁹: donec in angulo superiori: ⁊ postrem⁹ oīu3 ꝯuenientissime posit⁹ est: s̄m qd̄ predixerat Dauid. Lapidem quem reprobauerunt edificantes ⁊c. In summitate vō muri per gyru3 affixa erant aurea verua ad magnitudinē hominis propter aues abigendas: vt delonge aspicientib⁹ quasi silua aurea videret̄: ꝑ gyru3 vō muri erat labiu3 exterius: a quo dependebat grādes vue auree cu3 pāpinis aureis adeo fabrefactis vt sursum aspicietib⁹ q̄si ad aurā sepe moueri viderent̄. Porro iuxta terrā hostiū lateris medij in pariete erat domus dextre. i. meridiane: per qd̄ cocleā ascendebant in medium cenaculū: ⁊ a medio i tertiu3: hoc ē ꝑ ascēsu3 tortuosu3 qui vitis vulgo dicit̄: qui fact⁹ est ad silitudine3 coclee testudinū. Fecit autē in introitu templi postes de ligno oliua3: q̄drangulos ⁊ duo hostia de lignis abietis altrinsecus: ⁊ sculpsit in eis cherubin ⁊ palmas ⁊ celaturas valde eminētes: ⁊ opuit oīa laminis aureis opere q̄dro ad regulā. fores iste multe vetustati erāt: ⁊ (vt ait Ioseph⁹) nō erat in eis lignu3 mai⁹ palmo: qd̄ forte notat̄ in regu3 cu3 dicit̄ opere q̄dro ad regula3: ⁊ erat altitudo ea3. xxx. cubitis s̄m altitudinem in

ferioris oraculi: ⁊ latitudo .xx. Erat quippe latitudo muri .x. cubitoꝝ: ⁊ aptura in q̄ fores erant filīr .x. ⁊ ita in muro oriētali altrinsecus superāt .v. cubiti. in aptura vō erāt q̄tuor fores due extrinsecꝰ ⁊ due intrinsecꝰ: quaꝝ vnaqueqꝫ habebat latitudinē .v. cubitoꝝ: ⁊ sic erant artificiose posite vt clause q̄si ɔtinuū parietē facerent intus ⁊ extra: aperte sibi in medio spissitudinis muri obuiabant ⁊ totā eiꝰ latitudinē tegebāt: ⁊ sic artificiose sibi adherebāt: ⁊ q̄ claudebanť exteriores clauderenť simul ⁊ interiores. Nullus eñi ī tēplo nocte remanebat qui clauderet eas interius.

¶ De Oratu ⁊ oraculo eiusdē. C. LXXVIII

Duo in pariete oraculi fecit duo hostiola de lignis oliuarum: ⁊ postes angulorꝫ .v. vt in q̄nto angulo medio cardies affixe starēt circa quos hostiola mouebanť: ⁊ erāt in hostiolis anaglifa cherubī ⁊ palme: in oraculo autē erat palma: arca: ⁊ ꝓpiciatoriū ⁊ cherubin: q̄ fecerat Moyses in deserto. Fecit autē Salomon cherubin duo: de lignis oliuaꝝ .x. cubitoꝝ altitudinis. stantes sup panimētū in lateribꝰ arce: ⁊ habētes pedes obliq̄tos q̄si ad iubilādū ⁊ eleuatos: optos auro purissimo: hñtes alas aureas singlas .v. cubitoꝝ: quaꝝ due extēdebanť sup arcā: ⁊ obuiā sibi veniētes cōiungebanť sup eā: tegētes sanctuariū īfra se positū: alias autē duas extēdebāt altrinsecus vsqꝫ ad parietes. Porro extra parietē i sancta loꝝ posuit mēsā ad aq̄lonē: ⁊ candelabꝝ ad austꝝ inter q̄ mediū erat altare aureū: qd̄ fecerat Moyses in deserto. Sꝫ p̄ter illud cādelabꝝ: posuit alia cādelabra aurea eiusdē scemati: sed maioris quātitatī .v. hinc ⁊ .v. inde. Similť cū mēsa quā fecerat Moyses ī deserto posuit alias mensas .x. eiusdē scematis sed maioris quātitatī .v. hinc ⁊ .v. inde. Inť hec aūt posuit altare thimiamatī. ⁊ vestiuit illud cedro qd̄ etiā dicitť altare oraculi .i. corā oraculo. Intelligiť hoc altare fuisse de lapidibꝰ quos ferꝝ nō tetigit: ⁊ erat opertū p circuitū tabulť cedrinis: sꝫ ille opte erāt ex oī pte laminis aureis: cuiꝰ quātitatē nō memini me legisse. Illud vō modicū altare qd̄ fecit Moyses in deserto: forte repositū erat in sancta sanctoꝝ nō ad vsus quotidianos thimiamatī: sed ad aliquos vsus singulares q̄ semel in anno igrediebať sacerdos cū sanguine. hoc aūt īde pōt ꝓpꝫdi. q̄ dicit apostolꝰ ī sācta sāctoꝝ fuisse thuribulū aureū: hic erat ornatꝰ templi in interioribus.

¶ De Porticu ⁊ colūnis eius. C. LXXIX.

In facie vero templi erat porticus q̄ ī euāgelio dicitť vestibulū templi hñs colūnas ereas in lōgitudine sui dispositas: ī medio q̄ꝝ erāt due mirabiliores ceteris: posite añ fores tēpli hñtes in medio sui spaciū .x. cubitoꝝ: sꝫ latitudinē porte tēpli: q̄ꝝ talis erat cōpositio: stilus vel stipes colūne habebat .xviii. cubitos altitudinis nō planꝰ sed vallicularꝰ: hñs in circuitu canales cauatione .iii. digitoꝝ: ⁊ erat fusilis: ⁊ linea .xii. cubitoꝝ ambiebat illū. Epistiliū vō colūne: latiꝰ erat stipite ⁊ rotūdū: ope reticulato celatū. Capitellū quoqꝫ suppositū epistilio fusile erat ⁊ .v. cubitoꝝ altitudinis ⁊ supma parte erat lyliatū: latera vō ipsiꝰ ex oī parte in modū retis ⁊ cathenaꝝ erāt ɔtexta septena versuū: retiacula erāt in capitello vno .i. .vii. ordines hñtes eādē celaturā. Sup capitellū vō erat q̄si funiculus sup quē ī duabꝰ ordinibꝰ positū erat retiaculum tegēs eiꝰ summitatē: ⁊ descēdēs aliquātulū circa latera capitelli in circuitu. In cuius extremitate depēdebāt in duobꝰ ordinibꝰ ducēta malagranata. In epistilio quoqꝫ dependebant malagranata: legiť eñi q̄ capitella erāt sup summitatē malagranatoꝝ. Eiusdē cōpositōis erat altera colūna. De cōpositōe vō basiū nō legi: he due colūne ꝓprijs noībꝰ vocabanť: tū ꝓpter sui magnificētiā: tū ꝓpter futuroꝝ multā ꝯfigurationē: dextera dicebať Jachim: sinistra boos: de reliquis colūnis vestibuli modicū agit historia. Capitella eoꝝ minora dicit vno cubito p̄orībꝰ capitellis. De scemate eoꝝ tñ dicit q̄ erāt lyliata ⁊ habebant retiacula supposita. has colūnas ⁊ oia vtensilia tēpli erea: ⁊ q̄cq̄d in eo de ere factū est fudit hyram. Aliq̄ tñ de auricalco dicūť facta qd̄ idē ē cuiꝰ splēdor ⁊ pulchritudo sitis erat auro vt dicit iosephꝰ in h̄ vestibulū ascēdebať ab atrio sacerdotū .xii. gradibꝰ sm̄ Josephum. Quidā tñ dicūt .vii. sm̄ visionē Ezechielis: dicūt eñi in multis ɔcordare cōpositionē templi materialis cū compositōe tēpli spiritualis qd̄ vidit Ezechiel.

¶ De Domūculis ⁊ atrio sacerdotū. C. LXXX

Edificauit autē Salomon ī circuitu tēpli post vestibulū .xxx. ꝑ aulas domos: qui sui copulatōe totū tēpli spaciū extrinsecꝰ ambiebāt heꝝ singule habebāt .v. cubitos latitudinis ⁊ tātūdē lōgitudinis ⁊ .xv. etiā altitudinis. Ingressusqꝫ eaꝝ ita fecit ad inuicem vt ex alia ingredereť ad aliā: aliquo spacio īterposito. Et supra eas edificate erāt alie equales eis: ⁊ mensura ⁊ numero. ita vt latera templi tria .p circuitū tegerenť domūculis vsqꝫ ad p̄mū tabulatū exterius. Reliqua vō ps templi supior circūedificata nō erat: sed libere videri poterat. Nō fuerūt he domūcule pasto foria vel exedre sꝫ cubilia ⁊ cenacula hebdomadarioꝝ: ⁊ gazophilacia vasoꝝ ⁊ vestium tēpli. Et edificauit atriū interꝰ tribꝰ ordinibꝰ lapidū politoꝝ ⁊ vno ordine lignoꝝ cedri. Porro plā fuerūt atria citra tēplū: vt ī psalmo legiť. Qui stati ī domo dñi in a.o d. nr̄i. De īteriori tñ atrio mētio fit in regū: de eodē: ⁊ de scdō tractat iosephꝰ: sꝫ p̄ter hec duo fuerūt alia duo: sigť atriū interiꝰ erat platea grādis ⁊ ex oī parte circa tēplū diffusa p q̄drū q̄ p̄ foribꝰ tēpli ad oriētē plurimū extendebať: q̄ ibi erat altare ereū: ⁊ luteres: ⁊ ibi ministrabāt sacerdotes ⁊ leuite corā dño. circa vō vtrūqꝫ latus tēpli nō adeo diffusa erat: ab occidēte vō strictior pauimētū cuiꝰ vario marmore stratū erat: ⁊ diuersis imaginibꝰ venustatā h̄ atriū cingebat murꝰ bassꝰ ⁊ in latitudine tñ triū cubitoꝝ. Itē erat cubitꝰ vnꝰ lapidū vniꝰ coloris secūdꝰ alterꝰ: ⁊ tertius tertij. Intꝰ autē vestitus erat cedro: ⁊ positꝰ est p gyꝝ in extremitate huiꝰ atrij vt ceteros a ministris ab ingressu atrij ꝓhiberet. Ad hunc appodiabāt se psallētes ⁊ ɔuersi ad ppl̄m sup hūc inclinati loq̄banť. In eodē muro stabāt colūne equis interuallis disposite: populi extra stātē ad legē sācti moniē denūciētes aue līis hebraicis alie grecis alie latinis: ⁊ ne intrarēt locū sanctū ꝓhibētes: hic ambitꝰ muri ꝓprio noīe vocabať gyon. Aliter vō cācellus vnū solū habebat introitū ab oriēte: ɔtra portā templi hñs apturā .xxv. cubitoꝝ: sine foribus vsqꝫ ad hunc introitū ascēdebant viri ⁊ mulieres: deferētes oblatōes suas ad ministros sibi occurrētes: nec licebat eis vlteriꝰ transire nisi in q̄busdā casibꝰ. Et ascēdebant ad ipm̄ p .xiiii. gradus. Hoc atriū dicebať interꝰ vel atriū sacerdotū qd̄ etiā illi q̄ erāt aaronite: sꝫ ꝓpē maculā aliquā offerre nō poterāt: nō ītrabāt: licet de sacrificiorum partibus alerentur.

¶ De Exteriori atrio tēpli C. LXXXI.

Post istud atrium ⁊ infra ipsuꝫ in decliui latere positum erat sm̄ q̄ꝫ dicebať sanctū: qd̄ Josephꝰ vocat aulā vel basilicā grandē. Erat autē diffusuꝫ p circuitum circa atrium interiꝰ: longe tamē maiꝰ eo ⁊ pauimētū vario marmore: eratqꝫ circūcinctū muro ī altitudine .xxv. cubitoꝝ interius: exterius vō altitudinis .xl. cubitorum. scdm̄ decliuitatē collis: ⁊ licet sic eēt altū nō ascēdebat vsqꝫ ad fabricā tēpli: nec ipsiꝰ aspectum prohibebat: erat murus iste ad occidentem simplex: ⁊ nullā habēs portā. In vtroqꝫ vō latere ⁊ ī frōte orientali habebat porticꝰ circūiacētes instar claustri monachoꝝ: in q̄bus erant columne singuloꝝ lapidum diuersi coloris cum basibus argēteis. Camera vō porticuū .i. laquearia cedrina erant: latitudo vō porticus .xxx. cubitoꝝ. In latere meridiano erant quatuor porte duplices valuas habentes: q̄ laminis aureis ⁊ argēteis miro ope erāt decorate: eiusdē numeri ⁊ eiusdē scematis erāt porte ī latere septētrionali. In his sedebāt ianitores vt arcerēt immūdos ab ingressu huiꝰ atrij. Porro in orientali frōte erat porta q̄ dicebať speciosa: habens valuas de ere corinthio factas. In angulis huius frontis erant due porte modice: p quas ascēdebāt mulieres ad offerendū: vł forte ministri descēdebāt in occursū eaꝝ ibi ad suscipiēdas eaꝝ oblatōes: p has portas quas diximꝰ: ascēdebāt vndequaqꝫ viri mūdi in atrium scdm̄ vt orarēt sub diuo tpe serenitatis: sub porticibꝰ tempore tempestatis. In platea orientali huiꝰ atrij vendebanť aīalia ⁊ volucres ad offerendū: ⁊ mense nummularioꝝ stabāt ibi quas euertit dñs. In porticibus autē circa portas stabant gazophilacia diuersi generis .i. arce musach: in qua reponebať oblatio regū ⁊ magnaꝝ festiuitatuꝫ. Corban in qua oblatio sacerdotū ⁊ votiua. Tertia quoqꝫ que ꝓprie dicebať gazophilaciū in qua oblatio paupeꝝ ⁊ oblatio quotidiana ad opa templi: vel ad vsus paupeꝝ. In porticibꝰ lateꝝ erāt pastoforia .i. loca separata ad comedēdū in quibꝰ sacrificantes de partibus sacrificioꝝ: que eos ɔtingebant vescebanť corā dño. Quidam tamē volūt quod ibi tñ a foris veniētes de finibꝰ israel comedebāt: ⁊ ob hoc dici pastoforia. In eisdē porticibꝰ erāt cathedre .i. tria genera sediliū: vt ait Isidorus in cathedris sedebāt doctores ī gymnasio. In synedris auditores in ɔsistorio: ⁊ dicebanť synedre q̄si ɔsessus. In exedris assessores cū iudice q̄si secretius aliquid tractabāt quasi ī locutorio: ⁊ ⁊ dicebanť exedre q̄si assessus: licet exedra impropie legatur p thalamo: hoc atriū sm̄ sepe in euangelio diciť templum vt vbi diciť q̄ oues ⁊ animalia vendebanť in templo: ⁊ q̄ ihesus docebat in templo: ⁊ q̄ filij israel orabāt in tēplo ⁊ cetera in hūc modū. Porro sub hoc atrio erat tertiū atriū: sitū in decliui latere montis positū eiusdē cōpositiōis cū secūdo: ⁊ si nō tante venustatis nec tā preciosi ornatꝰ: ī hoc orabant mulieres mūde tñ. Infra atriū illud erat ⁊ q̄re

rum in quo orabant viri immundi ⁊ mulieres ⁊ gentiles:eratq̄ mu/
rus exterior in radice collis positus erat: ⁊ ascendebat.ccc.cubitis
vsq̄ ad verticem tantum collis in quo templum erat situm: ⁊ ita mu/
ri atriorum in nullo prohibebant aspectum tēpli:nec eorum qui mi/
nistrabant in atrio interiori.

¶De Altari ⁊ mari eneo ⁊ luteribus. C. LXXXII

In atrio interiori erat altare eneū factū ex lapi
dibus impolitis:circūtectum ex omni
parte ere:longe maioris quantitatis q̄ illud portatile qđ
fuit actū in deserto: ⁊ erat sub eo fouea grādis:i quā p fo
ramen in medio altaris positū cineres defluebāt: ⁊ sanguis q̄ ad cre/
pidinē altaris fundebat influebat in eā. Quandoq̄ vero mūdabat fo
uea p fenestrā q̄ erat ad oriētē:altare vero qđ fecerat Moyses ppt re
uerētiā sui in aliq̄ parte atrij reseruatū est. Qđ q̄dā tradūt ibi pman
sisse vsq̄ ad euersionē tēpli factā p romanos imo etiā postea cū gēti
les habitauerūt hierl'm. fecerūt ex eo horologiū sibi. In eodē atrio po
suit Salomon mare eneū fusile qđ nos lauatoriū dicere possum⁹ vt
i eo sacerdotes ministraturi abluerēt pedes ⁊ man⁹ i.scemate hemi
sp[illegible] [illegible] latitudo [illegible] cubitoꝝ erat p diametrū a labio vsq̄ ad
labiū altitudo vero erat.v.cubitoꝝ a labio vsq̄ ad fundum:spissitudo
erat triū digitoꝝ. In laterib⁹ autē ei⁹ extrinsec⁹ duo ordines erāt scul
pturaꝝ historiataꝝ.i.historias aliq̄s habētiū. Fecit quoq̄ salomō
x.luteres eneos ⁊ fusiles:altitudinis quatuor cubitoꝝ in q̄b⁹ ablue/
bāt īuestia ⁊ pedes holocaustoꝝ: ⁊ erāt eiusdē stature oēs sicut ⁊ ba
ses q̄b⁹ īsidebāt. Erat autē basis cōposita ex q̄tuor tabulis ⁊ iunctu/
ris tabulaꝝ:p q̄tuor angulos erāt sculpture eminētes ad modū colū
naꝝ quas quidā dicūt vocari media intercolumnia ⁊ habebāt colū/
ne ppias celaturas:boues:arbores: ⁊ aues:oia a deo fabrefacta erāt
vt nō celata [illegible] sed q̄si apposita p circuitū viderent. ⁊ basis q̄si rotis cir
cūstantib⁹ vehi videbant:hoꝝ luteꝝ v i atrio tēpli steterūt ad dexte
rā.v.ad sinistrā ad hūc vsum:matine [illegible] lauabant hostiaꝝ mēbra i p
batica piscina: ⁊ lota tradebāt sacerdotib⁹ [illegible] iterum sordes
adhesisset:luterib⁹ ea imergebāt vt resincerata supponerent altari.
Porro lauatoria h̄ i hūc modū erāt posita:q ingredientib⁹ atriū sacer
dotale:pmo occurrebat ad meridiē mare eneū ad abluendas macu/
las:postea pgredientib⁹ occurrebāt.x.luteres ad intingēda mēbra ho
stiaꝝ. Rursumq̄ pgredientib⁹ occurrebat altare eneū. Simulq̄ ad me
ridiē positisq̄ hostijs sup altare redibāt offerētes ad mare eneū ⁊ ab
luebāt ibi pedes man⁹ vt sic loti ꝯsūmarēt sacrificia.i.intrarēt i tēplū
cū panis ⁊ thimiamate. Utēsilia vero altaris enei fecit hyram ex ere
lebeta ad suscipiēdos cineres ⁊ paruas altaris:ollas quoq̄ ⁊ calda/
rias ad coquendas carnes ⁊ hamulas ⁊ fuscinulas ad extrahendas
carnes vel disponēdas: ⁊ scutras:vasa.s.equalis amplitudinis i ore
⁊ fundo ad calefaciēdū. Porro vtēsilia tēpli aurea erāt vel argētea.
Sic ergo Salomon (vt dictū ē) tēplū i.vij.annis ⁊.vj.mēsib⁹ cū suis
vtensilibus compleuit. ⁊.vij. mense:forte q2 fere totus solēnis erat
eam dedicauit.

¶De Basilica ⁊ domo regis. C. LXXXIII.

Postea domū sui i regalē edificare cepit quā per
annos.xiij. vix cōpleuit:q2 nec adeo circa
illā studiū populi feruēs:nec sic ad eā a patre sicut ad tē/
plū [illegible] preparata fuerāt. Dom⁹ [illegible] duplex erat ⁊ ex
duplici materia:pars iferior erat lapidea ⁊ dicebat nephora.i.pigmē
taria in q̄ reponebant aromata ⁊ pigmēta ad vsus tēpli ⁊ dom⁹ re/
gie vt ex beneficio terre ⁊ muri diu vigerēt q̄si recētia. Superior pars
domus lignea erat de lignis libani facta:vnde ⁊ dicta est dom⁹ salt⁹
libani. Quidā tū putāt eā ob hoc sic dictā:q2 circūquaq̄ cōsita erat
arborib⁹ ⁊ viridarijs mire recreationis iuxta decētiā salt⁹ libani:in
ea reponebant arma vt beneficio ligni rubiginē nō sentirēt:nec solū
arma ad pugnādū:sz etiā ad decorē ⁊ ostēsionē regij fast⁹. Fecit em̄
rex Salomon.cc.scuta aurea ⁊.ccc.peltas aureas:quaꝝ quedā rotū/
de erāt:alie instar semicirculi facte:his vtebant custodes regis ante
hostium excubātes: ⁊ q̄n rex egrediebat pcedebāt eū eq̄tātes ⁊ ferē
tes huiusmodi arma:iuuenes flaui ⁊ vsq̄ in equoꝝ sessionē diffun/
dentes cesariē comis suis adijciētes auritincturā:vt eoꝝ capita sole
pcussa radiarēt:hos sequebat rex vect⁹ in curru ⁊ ad locū quēdā so
lit⁹ erat exire:q̄ a hierosolimis abest duob⁹ miliarijs: ⁊ dicebat hort⁹
eden.i.deliciaꝝ. Porro pars illa superior q̄ dicebat salt⁹ dom⁹ habebat
lōgitudinē.c.cubitoꝝ: ⁊ in latitudine.l.i altitudine.xxx.cui⁹ camera
tota vestiebat tabulis cedrinis. Sustētabat autē trib⁹ ordinib⁹ co/
lūnaꝝ:vnusquisq̄ ordo hēbat colūnas.xv.e regione se respiciētes ⁊
pari modo a se distātes: ⁊ ita īter muros ⁊ tres ordines colūnaꝝ erāt
q̄tuor deambulatoria. p forib⁹ autē domus fecit porticū colūnaꝝ.l.
cubitoꝝ longitudinis. ⁊.xxx.latitudinis. De cōpositiōe inferioris par
tis domus lapidee tacet liber regum:forte q2 eius [illegible] cōposit[illegible] erat
cui⁹ ⁊ superior. E regione stabat dom⁹ regis [illegible]
eiusdē longitudinis:latitudinis: ⁊ altitudinis ⁊ [illegible] colum/
ta:verūtamē simplex erat ⁊ vni⁹ mansionis. Muri cui⁹ altitudo ha/
bebat.iiij.distinctiōes quaꝝ tres diuersis variebant colorib⁹. Quar
ta vero pars celaturis erat ornata. Erāt ibi arbores sculpte diuersi gene/
ris ramis ⁊ folijs ⁊ pomis obumbrate.ita vt ppter miraculū subtili
tatis agitari quodāmō putarent. In medio toti⁹ amplitudinis erat
domūcula habēs latitudinē.xxx.cubitoꝝ: ⁊ i ea erat soliū validis co
lūnis extēsum:in quo sedēs rex iudicia pferebat:in posteriore parte
dom⁹ laquearia ⁊ parietes vestiti erāt auro:vbi fecit rex thronū de
ebore grādē ⁊ vestiuit eū auro:hui⁹ ascēsus facilis erat p.vj.gradus
de marmore porfirij fact⁹. fecit etiā circa domū reliq̄ habitacula ⁊ se
dilia vbi post causas explicitas residebant:strata oia marmore ⁊ ta/
bulis cedrinis. Fecit ⁊ domū regine in latere descēdētē marmore ce
dro auro argēto opulētissime decoratā. Fecit ⁊ vtēsilia vtriusq̄ do
mus pclara:nec nō vasa quecūq̄ epulis sunt opportuna.oia ex auro
fecit:pfecit itaq̄ Salomō.xx.annis tēplū ⁊ domos regias cū suppl
[illegible] hyram rege tyri [illegible] sibi auxiliū in lignis ⁊ auro

¶De Ceteris opib⁹ ⁊ glia Salomōis ⁊ d fine ei⁹. C. LXXXIIII

Dehinc couertit aīaꝫ Salomon ad muros ciuitat
ꝯstruendos quos miro robore ampliauit.
Uias quoq̄ regias que ad hierl'm ducerēt nigro lapide
strauit in [illegible] ruinas ciuitatū reparauit [illegible] ⁊ no/
uas ciuitates p opportunitate locoꝝ fundauit. De filijs isrl' nullū fe/
cit Salomō seruū.sz erāt viri bellatores ⁊ ministri eius:chananeos
aūt fecit sibi seruos tributarios:classem quoq̄ fecit in insula quadā
egyptiaca rubri maris q̄ dicit asyongaber: ⁊ deferebat de ofir aurū
multū ⁊ argētū: ⁊ dētes elephātoꝝ: ⁊ simias: ⁊ pauos: ⁊ gēmas ⁊ li/
gna thina multa nimis q̄ erāt similia lignis sethim ⁊ odorifera:de q̄/
bus fecit rex fulta ⁊ sedilia dom⁹ dn̄i ⁊ dom⁹ regie ⁊ cytharas can
torib⁹ ⁊ lyras:etiā cinara ⁊ nabla ex electro constituit q̄si null⁹ pcij
erat argētū in dieb⁹ ei⁹:mēsa ⁊ sedilia p forib⁹ domoꝝ plurima in hie
rusalem argentea erant ad horum incredibilem opinionem regina
Sabba excitata venit temptare eū in enigmatib⁹: ⁊ ingressa ē hierl'm
cū comitatu multo ⁊ diuitijs inestimabilib⁹. Est autē Sabba quan/
doq̄ nomē regionis:sz hic ē ciuitas regalis ethiopie.hui⁹ nois signi
ficatiōis apud hebreos distinguunt p apices litteraꝝ sin ⁊ samech.
docuit eā Salomon i oib⁹ his quo pposuerat ⁊ ammirās nō habe
bat vltra spiritū.verūtamē tria pre ceteris ammirabat:domū saltus
etiā supra tēpli fabricā:ordinē quoq̄ ⁊ frequētiā ministrātiū in tē/
plo. Tertiū vero ordinē ⁊ distinctionē seruiētiū regi in mēsa. Dedit at
regi munera.cxx.auri ⁊ gēmas pciosas ⁊ aromata ⁊ quāta ⁊ qualia
visa nō fuerāt in hierl'm. Dicit autē Joseph⁹ eā dedisse regi radices
balsami:vnde ppagati sunt engadi vinee balsamite:cui ⁊ Salomō
multa redonauit q̄ regina grāter suscipiēs ad ppa remeauit. Tradūt
q̄dā eā rescripsisse Salomoni q[illegible] pricipalit ei dicere timuit se vi[illegible]
in domo salt⁹ quoddā lignū in quo suspēdend⁹ erat q̄dā p cui⁹ mor
te regnū iudeoꝝ periret ⁊ certis indicijs illud regi indicauit. Qd timēs
Salomon in pfundissimis terre visceribus occultauit illud. Sz quo/
mō circa tēpora christi i pbatica piscina supnatauerit icertū ē: ⁊ cre
dit hoc fuisse lignū crucis dn̄ice. Actor. Itaq̄ Salomon opibus
suis ⁊ sapiētia atq̄ diuitiaꝝ gloria vbiq̄ noiatus:tandē p mulieres
alienigenas deprauat⁹ vsq̄ ad idolatrie culturā decipuit:habuit enī
vxores septingētas ⁊ ꝯcubinas.ccc.ideoq̄ ⁊ dn̄s aduersarios ei ad/
huc viuēti suscitauit: ⁊ regnū ei⁹ post mortē scindēdū pdixit:sicq̄ p/
us q̄ sm nomē suū pacē habebat vndiq̄ p circuitū vitā i tribulatio/
ne finiuit. Dicūt tamē hebrei q̄ ante mortē penituit ⁊ ob hoc libꝝ d
ꝯtēptu mūdi qui ecclesiastes dicit composuit. Hui⁹ temporib⁹ Sa
doch ⁊ Nathan silonites pphetauerūt:quidā etiā Homeꝝ ⁊ Esodiū
eo tempore fuisse dicūt.

¶De Roboā hieroboam abya ⁊ asa. C. LXXXV.

Post mortem Salomonis regno bifariā
diuiso sup duas trib⁹ iuda
.s. Beniamin regnauit in hierusalē Salomonis fili⁹ Ro
boam: ⁊ sup.x.trib⁹ in samaria seruus eiusdē de tribu ef/
fraim hieroboā. Cepit itaq̄ Roboam anno q̄rte etatis tercij mūdi
vero secūdi. M.dccclxix. ⁊ regnauit annis.xvij. Ipse q̄dē populo sci/
smatis occasionē dedit:qui cū eis alleuiatiōē regalis impij postulantib⁹
bus nō sm ꝯsiliū senioꝝ mitia:sed sm ꝯsilia iuuenū dura respondit.
Itaq̄.x.trib⁹ eo derelicto: Hieroboā secute sunt:illiusq̄ ⁊ relicto do/
mino vitulos aureos quos fecit in dan ⁊ in bethel coluerūt:contra
hunc pphetauerūt ahias ⁊ abdon ad cui⁹ vocē altare scissum ē. Sub
Roboam quoq̄ peccauit iuda:edificauitq̄ sibi aras ⁊ statuas ⁊ lu/

eos sup excelsa. habuitq; roboā vxores. xviij. ⁊ cōcubinas. lx. ⁊ nati sunt ei filij. xviij. filie vo. lx. Anno qnto regni ei⁹ sesach rex egypti in hierusalē ascēdit: ⁊ tēplū spoliauit. Hunc autē sesach refert herodotus multas gētes sibi subiugasse: ⁊ qsdā sine bello cepisse: atq; i earū subiunatiōe in statulo earū q triūphanti pferebantur genitalia mulierū insculpsisse. Refert etiā ethyopias ⁊ phenices circūcisionē ab egyptijs didicisse. Roboā successit Abia filius eius: anno etatis qrte. xviij. mūdi vo scōi. M. dccc. xcvi. ⁊ regnauit annis trib⁹. hic patris sui maliciā imitatus habuit ⁊ ipse aduersariū hieroboā: sicut ⁊ pater eius. huic quoq; successit ⁊ filius eius Asa. anno etatis qrte ei. mūdi vo scōi. M. dccc. lxxxix. ⁊ regnauit annis. xli. Hic bonitatē Dauid imitatus effeminatos de terra: ⁊ sordes idoloꝝ purgauit excelsa tñ nō abstulit: ethyopes in bello supauit. Hic igit i pncipio iustus (vt dictū est) in fine desipuit. nā ⁊ cōtra baasa. syrie regis auxiliū missis munerib⁹ inuocauit. ⁊ pphetā anam se corripientē in nerū mitti iussit. Egrotās deniq; vehemētissimo pedū dolore dñz nō quesiuit: sed magis in medicoꝝ arte fiduciā habuit. Huius tēporib⁹ sup. x. tribus. post hieroboā q cōregnauit ei duob⁹ annis regnauerūt successiue. Nadab ⁊ baasa ⁊ hela ⁊ amri pphetauerūt autem baias ⁊ anani ⁊ iehu filius anani: ⁊ azarias filius obed.

De Josaphat rege ⁊ helia propheta. C. LXXXVI.

Josaphat filius Asa cepit anno qrte etatis c. xlij. mundi vo tertij millesimo ⁊ xxx. ⁊ regnauit annis. xxv. In vijs patris boni ambulauit populū ad cultū dei reuocauit ⁊ lucos destruxit: sed excelsa nō abstulit. Cūq; diues esset ⁊ inclitus affinitate cōiunctus est achab ipiissimo regi: ⁊ iuit cū eo cōtra syros ad recuperandum ramoth in galaad: ctra michee pphete cōsiliū. vnde ⁊ a iehu ppheta est redargut⁹. Porro cū amonite ⁊ moabite arabes irruerēt i iudā. rex indicto ieiunio. oēm populū in tēplū ad obsecrādū dñm cōgregauit. Ibiq; a iaziel ppheta cōfortatus: ⁊ egressus hostes percussit atq; fugauit: sed etiā cū ochozia filio achab cui⁹ opa pessima erant amicitias iniit. Ideoq; naues eius qs miserat in ophir ppē aurū cōfracti sūt in asiongabera sicut ei eliezer filius dodan pphetauit. Hui⁹ ergo tēporibus regnauit in samaria pmo q̄dē achab pessimus idolatra q tēplū in samaria edificauit ⁊ lucū plantauit. Alioq; iezabel vxoris sue gētilis psequēs pphetas dñi. pphetas baal fouit. benadab virū morte dignū cū cepisset dimisit. Insuper ⁊ iusto naboth fraudulēter interfecto vineā eius possedit. Deinde filius eius ochozias qui ⁊ ipse viam patris secutus dominum irritauit. Beelzebub quoq; deū Acharon in infirmitate sua cōsuluit. Prophetauerunt autē his tēporibus Helias: Thesbites: ⁊ Abdias: ⁊ Jehu filius anani: ⁊ Micheas hiemla: ⁊ Jaziel filius Zacharie: ⁊ Eliezer filius Dodan: Helias quidē sub Achab latens alimoniā carnū a coruis accepit. Vidue farinā ⁊ oleum multiplicauit. eiusq; filiū a morte suscitauit. Ignē celestem ad vorandū holocaustum ⁊ ligna ⁊ lapides et puluerem ⁊ aquā impetrauit. Prophetas Baal occidit: ⁊ post tres annos siccitatis. oratione sua mox de celo pluuiā impetrauit. Sub Ochozia vero duos principes quinquagenarios igne celesti cōsumpsit. Abdias autem prophetas domini sub Achab absconditos in speluncis pauit.

De Homero poeta. C. LXXXVI.

In eodē tpe Agrippa apud latinos regnāte: Homerus poeta in grecia claruit vt testatur apollodorus grāmaticus ⁊ euforbi⁹ historicus. Helinādus li. iij. Hic homerus duos libros edidit: hyliadē ⁊ odysseā. Unde seneca in epla. lxxxvi. Sapiēs inqt fact⁹ est Homerus anteq̄ carmina vlla cognosceret. Quatuor milia librorū didimus grāmaticus scripsit: in qb⁹ qrit de patria homeri: ⁊ matre enee. Appion grāmaticus q sub caio cesare circūlat⁹ est grecia: ⁊ in nomē homeri ab oīb⁹ ciuitatib⁹ adoptatus. aiebat homerū vtraq; materia cōsūmata odyssea ⁊ hyliade pncipiū adiecisse opi suo. quo bellū troyanū cōplexus est. Hui⁹ rei argumētū afferebat q duas litteras in pmo ei⁹ posuit. lr̄s ex industria librorū suorū numerū cōtinētes. hec seneca. Hic Homerus apud athenienses p ilsano hitus ē: eo q deos īter se belligerasse diceret. Hic (vt aiūt) leuē nescio quā questionē a nautis sibi ppositā nō potuit explicare: a qb⁹ cū īpudētius ꝑtracti⁹ derideret. vir verecūdi igenij qsi toxicato cōfusionis mo culo. pfossus ad mortē spūz exalauit. Q̄s de platone asserit flamianus in libro de vestigijs phoꝝ. xenophontinos aduersus platonis gloriā cōiuxisse. Fuerūt q homerū synonimū platoni fuisse putauerūt ppter eloquētiā ⁊ pectoris latitudinē. vnde maximus valeri⁹ in li. x. dicit. Homerus in insula qz qstionē a piscatorib⁹ ppositam soluerē nō potuit: dolore absumptus creditur.

De Joram rege ⁊ Heliseo ⁊ Ochozia. C. LXXXVIII.

Etor. Mortuo iosaphat successit fili⁹ ei⁹ ioram anno qrte etatis. clxxvij mūdi vo tertij millesimo ⁊. lv. ⁊ regnauit annis. viij. Hic cōsilio vxoris sue athalie filie. s. achab ⁊ iezabel idola coluit: ⁊ hierosolymitas etiā ad idolatriā cōpulit. sex quoq; fratres suos occidit. tunc edom ab ei⁹ dn̄atione recessit. ⁊ occiso rege suo tributario: nouoq; creato ɔsuetū tributū regi iuda negauit. Iuxta cōminationē quoq; helie arabes irruētes in iudā: vastauerūt domos regias ⁊ pūcias. vxores regis abduxerūt: ⁊ filios pter ochoziā occiderūt. Ipse vo tādē chronicā incidit egritudinē: interna corruptione viscera effūdēs vt quotidie qsi peuntē se videret. sicq; mortuus ē. Hui⁹ tpib⁹ regnauit in samaria ioram fili⁹ achab frater ochozie: helias in celū p turbinē ascēdit cui⁹ spūs duplex. s. a dño sibi datus. s. ad pphetiā ⁊ miracula: sup heliseū redeunt. verūtñ etiā idem spūs ad miracula faciēda quodāmodo duplicat⁹ est in heliseo. Nā helias viuēs quidē tñ vnū suscitauit mortuū. Heliseus aūt viuēs vnū: ⁊ mortuus aliū. Vidue quoq; sunamitis nihilomin⁹ oleū in vasis multiplicauit: ⁊ filiū ei⁹ a morte suscitauit. aquas etiā pessimas sterilesq; sanauit. vrsos ad lacerādos pueros derisores suos maledictiōe sua puocauit. pulmentū amarū indulcorauit. panes paucos cū frumēto. c. viris appositos vt eis sufficerēt multiplicauit. Naamā quoq; syrū a lepra curauit. ⁊ giezi [illegible] cū lepra pcussit. preterea ferrū securi in aquā lapsum natare fecit. seruos regis syrie querētes ipsum cecitate pcussit: ⁊ in samariā pduxit: multaq; vētura pphetice nūciauit. Mortuo iorā successit fili⁹ ei⁹ ochozias anno etatis qrte. clxxv. mundi vo. iij. M. lxiij. ⁊ regnauit anno vno. Hic ambulauit in vijs achab: ⁊ abijt cū ioram rege isrl̄ auūculo suo ɔtra azael regē syrie in ramoth galaad: quē videlicet azael adhuc viuēte benadab heliseus regnaturū pdixerat. Cūq; ioram vulnerat⁹ exercitu in obsidione relicto: sub pncipe iehu redisset in iezrahel: vt ibi curaretur. Ochozias quoq; illuc ad eū inuisendū descēdisset: iehu p heliseū inunctus vt regnaret sup isrl̄ ɔiurauit cōtra iorā: ⁊ domū achab: vt eā iuxta dñi pceptū disperderet. Descēdēs itaq; cū exercitu i iezrahel duos reges sibi occurrētes occidit: ⁊ cadauer ioram in agrū naboth pijci fecit. Jezabel quoq; de turre prospiciente per fenestram precipitari iussit. Hanc igitur equoꝝ vngule conculcauerūt: ⁊ canes in agro iezrahel iuxta verbū helie in vltionē sanguinis ipsius naboth comederunt. Septuaginta quoq; filios achab: ⁊ quadraginta duos frēs ochozie ⁊ oēs reliquias dom⁹ achab deleuit iehu. Sz etiā sacerdotes ⁊ cultores baal astute decipiens interfecit. ⁊ edem totūq; cultū eius destruxit. Uerūtamen a peccatis hieroboam nō recessit: nec vitulos ei⁹ aureos dereliquit.

De Athalia ⁊ Joas. C. LXXXIX.

Athalia mater ochozie filiū suū mortuū videns surrexit: ⁊ regnare volēs omne semē regiū interfecit: excepto ioas ochozie filio: quem adhuc lactentē iosabeth ioiade pōtificis vxor: que soror erat ochozie ex patre. vj. annis in domunculis hebdomadarioꝝ ne interficeretur abscondit. In septimo autē anno ioiade congregatis sacerdotibus ⁊ leuitis ac centurionib⁹ armatis eum in regē inunxit: ⁊ athaliam reclamantē occidi fecit. templū quoq; baal ⁊ aras ⁊ imagines quas fecerant ioram ⁊ athalia destruxerunt. sed ⁊ mathan sacerdotem baal ante altare occiderūt. Temporibus athalie regnauit iehu super decem tribus. Tunc ionadab filius rechab apud iudeos claruit. cuius filij ex precepto patris tanq̄ peregrini ⁊ hospites sup terram seorsum ab hoīb⁹ in tabernaculis habitabāt. domū nō edificabant. sementē nō serebāt ⁊ vineā nō plantabāt vinūq; nō bibebāt. Joiada quoq; pōtifex insignis fuit: q solus post moysen ānis. cxxx vixit: sicut Eusebi⁹ scribit. Joas itaq; septēnis regnare cepit. anno qrte etatis. clxxxvi. mūdi vo tertij millesimo ⁊. lxx. ⁊ regnauit annis xl. Hic templi ruinas restaurari fecit. ⁊ cunctis diebus ioiade recte egit. Uerumtamen excelsa nō abstulit mortuo ioiada ioas a legittimis dei declinauit. ⁊ optimates etiā exemplo suo vitiauit. quē cum zacharias propheta ioiade filius argueret eum in templum ⁊ altare lapidibus obrui fecit. Et extunc (vt Epiphanius ait) populus in templo nec ex dabyrance ex ephot manifeste sicut prius responsum accepit. Nec multo post azael rex syrie cōtra hierusalem ascendit. sed acceptis a ioas muneribus recessit. Cūq; ioas languorem pessimum incurrisset: eo q honores diuinos sibi volebat impendi: vt dicūt hebrei: percusserunt eum duo serui sui: ⁊ mortuus est. Huius temporibus regnauit iehu super isrl. deinde filius eius ioathan: ⁊ post ioathan filius eius ioas: sub quo heliseus obijt. ⁊ mortuus cōtactu suo mortuū suscitauit.

De ligurgo legislatore. C. XC.

Eusebius in cronicis. Eo tēpore ligurgus insignis habitus est. [illegible] li. b. xiij. Hic est ligurgus q̄ lacedemonijs iura cōposuit. Justinus li. iij. Ligurgus cū fratre suo polibite spartanorū regi successisset: ⁊ regnare si vellet potuisset carillo filio ei⁹ q̄ natus posthumus erat: cū ad etatē adultā puenisset: regnū cum fide sūma restituit vt sciret oēs quāto plus apud bonos pietatis iura valerēt q̄ opes. Medio autē tpe dū īfans cōualescit leges īstituit exēplo earū q̄ inuētione clarior: nihil enī lege illa in alios sanxit. cuius nō ipse documentū pmus daret auri argētiq̄ vsum vt oīuz scelerū materiā sustulit. populo legēdi senatū vel creādi quos vellet magistratus potestatē pmisit. fundos oīuz equaliter inter oēs diuisit: vt equata patrimonia neminē potētiorē altero redderēt. cōuiuari oēs publice iussit. ne cuius diuitie vel luxurie in occulto essent. Juuenibus non amplius vna veste vti toto anno pmisit. nec aliquē cultius q̄ alterū permisit: nec opulētius epulari. Emi singula nō pecunia: sed cōpensatiōe merciū iussit. Pueros puberes nō in forū: sed in agrū deduci iussit vt pmos annos nō in luxuria: sed in omni ope ⁊ labore agerēt Nihil eos sōni causa substernere: ⁊ vitā sine pulmēto degere: neq̄ prius in vrbem redire q̄ viri facti essent statuit. Uirgines sine dote nubere iussit: vt vxores nō pecunie causa eligerent. seueriusq̄ matrimonia sua viri coercerēt: cū nullis frenis dotis tenerēt. maximū honorē nō diuitū ⁊ potentū: sed senū esse statuit. nec vsq̄ terrarum locū honoratiorē senect⁹ habet. Hec ⁊ similia q̄n solutis antea moribus dura videbant. auctorē earū Apollinē delphicū finxit ⁊ inde se ea detulisse. deinde vt eternitatē suis legibus daret iureiurādo obligat ciuitatē. nihil eos de eius legib⁹ mutaturos priusq̄ reuerteret. simulās se ad oraculū delphicū pficisci. cōsulturū q̄d addendū vel mutandū legibus videret. pfectus est autē cretā vbi voluntariū exiliū ppetuo egit. moriēsq̄ abijci ossa sua ī mari iussit: ne forte lacedemonē referrent: ⁊ sic se putarēt lacedemonij solutos iureiurādo.

De Amasia ⁊ cur in genealogia christi cum patre ⁊ auo pretermittitur. C. XCI.

Comestor. Porro cōtra cōsilium Hieremie descēderunt reliquie iuda ducētes secū ip̄s Hieremiā et baruch in egyptum: et habitauerunt ibi: et factus est sermo domini ad Hieremiā in thaphnis. Sume lapides grādes et absconde eos in cripta que est sub muro latericon in porta domus Pharaonis: et dices ad iudeos. hec dicit dominus. Ecce assumam seruum meū Nabuchodonosorem: et ponam thronum eius super lapides istos: et percutiet terram Egypti: et peribitis vos cum Egyptijs. Et insurrexit populus aduersus Hieremiam: et lapidauerūt eum cum lapidibus quos absconderat sub muro Latericij. Egyptij vero honorauerunt Prophetā sepeliētes eum iuxta tumulum regum. memores beneficioꝝ que prestiterat egyptijs. Oratione enim sua fugauerat aspides et bestias aquaꝝ quas greci crocodilos vocant: quibus prius egyptus infestabatur. Tradunt etiam q̄ adhuc de puluere eiusdē loci aspidis percussura sanatur: et fugātur crocodili. De eodē ait Epiphanius: Audiuimus a viris seniorib⁹ q̄ Alexāder macedo veniēs ad sepulchrū ꝓphete: et cognoscēs loci mysteriū: transtulit ipsum in alexandriam et sepeliuit gloriose: et extūc a terra illa ꝓhibiti sunt crocodili et aspides penitus. nā et idē Alexāder primo introduxerat illuc serpētes quosdā qui ... marsoꝝ aspides fugabant sed non poterant eos penitus extirpare. Hic est hieremias: q̄ regib⁹ egypti signū dedit: q̄ eorum idola euerti oporterēt: cū virgo pareret. vn̄ et sacerdotes eoꝝ in secreto templi loco imaginē virginis et pueri statuētes adorabāt. Dū vo ptolemeus rex interrogaret eos: q̄ ratione hec agerēt: dixerūt paterne traditionis eē ministeriū: quod a sancto propheta acceperāt maiores et credebāt in reb⁹ ita fore euenturā. Hic est hieremias: q̄ tēplū euertendū esse prenoscēs: arcā testamēti cū his q̄ in ea erāt tulit: et precibus suis absorberi fecit in petra. petram vo digito designās dei nomen impressit. Quod nubis opimēto ita celatū est: vt extūc nec locū quis recognoscere queat: nec ipsum nomen legere: et pristine figure instar illic sepe nubes fit vt ignis nocturno tpe: eo q̄ dei glīa ab ei⁹ lege nō desinat. Est autē petra illa in heremi loco inter duos mōtes in quib⁹ iacent moyses et aaron. dixitq̄ hieremias pr̄tib⁹. Dn̄s ex syō recessit ad celos: inde rursus in virtute vētur⁹. et erit signū pr̄tie ei⁹: qn̄ vniuerse gētes adorauerint lignū. dixitq̄ q̄ hāc arcā nemo nisi aarō poterat ꝓducē. et tabulas q̄ in ea sūt nullus apiret sacerdotū: nullus ꝓphaꝝ: nisi elect⁹ dei moyses. et in prima resurrectiōe resurget hec arca: et exibit de petra: et ponet̃ in mōte synai. et oēs sci ꝯgregabunt̃ ad eam regressum dei sustinentes.

De Exordio q̄nte etatis: et de regib⁹ babylonis. C. CXVII.

Ex chroni. Igitur ab initio captiuitatis etas quinta exordium habuit que ī captiuitas iuxta propheciā hieremie ꝑseuerauit. lxx. annis vsq̄ ad annū secundū darij filij itaspis. hoꝝ. xxx per ... cōputant̃ iuxta Eusebiū vsq̄ ad regnū cyri. Comestor. Anno quinto euersionis hierusalē descēdit nabucho. in syriā inferiorē: et obtinuit eā. Moabitas quoq̄ et amonitas subiugauit sibi. et tandē intrauit in egyptū: eāq̄ subuertit: et regē q̄ tūc erat in ea occidit. aliūq̄ in ea ꝯstituēs: denuo iudeos in ea captiuos duxit. Eusebi⁹ in chronicis. Anno captiuitatis. ix. mortuo nabucho. rege babylonis suscepit imperiū euilmeradach. cui successit frater eius balthasar. Comestor. Mortuo magno nabucħ. et regnauit ꝓ eo fili⁹ ei⁹ nabucho. q̄ hostiū manib⁹ tēplū belis magnifice decorauit: ciuitatē reparās: ita vt nequaquā obsidētes valerēt fluuiū auertere. Huiusmodi meminit megasthenes in libro iudicioꝝ: et asserit eū fortitudine et actuū magnitudine herculē transcēdisse. Sed Diocles dicit: q̄ iste nabuchodonosor obsedit tyrū trib⁹ annis et. x. mensib⁹. eo mortuo regnauit pro eo euilmeradach: qui. xxxvij. anno trāsmigrationis subleuauit caput ioachim regis iude de carcere: q̄ pater eius seruauerat cū eo fedus. Tradūt quidā q̄ euilmeradach frater minoris nabucho. in dieb⁹ eiectionis paterne multa gessit impie in terra. et patre restituto accusatus apud eū missus est in carcerē: vbi erat ioachim vsq̄ ad mortē fr̄is sui. Cūq̄ regnare cepisset eleuauit ioachim: quē sociū habuerat in carcere. timēsq̄ ne resurgeret pater suus: qui de bestia redierat in hominē: ꝯsuluit ioachim: ad cui⁹ ꝯsiliū cadauer pr̄is effossum diuisit in. ccc. partes. et dedit eas. ccc. vulturib⁹. et ait ad eum ioachim: Non resurget pater tuus: nisi redeant vultures in vnū. hic habuit tres filios: egesarim qui et regusar dictus est. labusardachū et nabar: q̄ balthasar cognoiat⁹ est. ad quē post regnū fratrū regnū deuolutū est. Hiero. sup Danielē. Sciendū est itaq̄ balthasar nō eē filiū nabucho. vt vulgo legētes arbitrant̃. Sed iuxta Berosum: q̄ chaldeā scripsit historiā: et Josephū q̄ berosum sequit̃ post nabuchodo. q̄ regnauit annis. xliij. successisse in regnū filiū eius: qui vocabat̃ euilmeradach. Refert idem Josephus: q̄ post mortē euilmeradach in regnū patris successerit filius eius neglisar. post quē fili⁹ ei⁹ labusardach. quo mortuo balthasar fili⁹ eius regnū tenuit. quo interfecto a dario rege medoꝝ: q̄ cyri regis ꝑsarū auunculus fuit et cyro ꝑsa: quē ꝓpter duo regna isaias ascēsorē byge cameli et asini vocat destructū eē imꝑiū chaldeoꝝ. Qđ quidē et xenophon in cyri maioris scribit infantia: et pompei⁹ trogus: et multi alij q̄ barbaras scripsere historias. Actor. Nō legit̃ āt q̄ntū vnusquisq̄ istoꝝ q̄ttuor successoꝝ nabucho. regnauerit. sz nō regnauerūt ipsi q̄ttuor (vt videtur) nisi tris annos. xxi. Tantū enī tpis est a nono anno captiuitatis iuda: in quo Eusebius ponit mortē nabuchoð. vsq̄ ad primū annū cyri: in quo balthasar occisus est.

De Tullio seruilio et morte Ezechielis. C. CXVIII.

Eusebius. Anno captiuitatis primotato romanoꝝ sextus tullius seruili⁹ regnauit. ancille sed nobilis captiue filius. Hic tres montes vrbi addidit. quirinalem: ruminalem: esquilinū. fossas circum muros duxit. census romanoꝝ ciuiū primus instituit. et ad extremū tarquinij superbi generi sui superioris regis filij scelere occisus est. Helinādus. Hic seruili⁹ cognoiat⁹ est quia de ancilla

natus. De hoc Ualerius ait sic: Tullij seruilij adolescentia in pecore pascēdo fuit occupata. validior etas romanū imperiū rexit. Seruio tullio puero dormiēti flāma circa caput emicuit. Cu anci marci regis vxor tanaquil admirata cōseruatū in modum filij educauit: et ad regni fastigiū euexit. Comestor. Anno. xiiij. postꝗ̄ percussa est ciuitas facta est manus dn̄i sup Ezechielem: et adduxit eū in spiritu in montē excelsum in terra israel: et ostēdit ei descriptionē ciuitatis et tēpli. sup quā ad litterā nostri siluerūt auctores. Porro ezechiel in chaldea inter cōcaptiuos iudicauit transgressores legis. et precipue quosdā de tribu Dan et Gad qui in deum committerēt ydola. legis persequēdo custodes: et fecit (vt dicit Epiphanius) contra eos prodigiū magnū. qr filij eorū et vniuersa pecora a serpētibus perierunt. Et predixit ꝙ tribus ille nō reuerterent̄ ad propria: sed in medie regionibus remanerēt. Ob hoc exacerbati in eū distraxerūt eū equis per crepidines saxorum: et excerebrauerūt eū: et sepelierūt in sepulchro Sem et Arphaxat in spelūca duplici. Iste ꝓpheta signū dedit populo in fluuio chobar: vt quādo deficeret sustinerēt desolationē terre sue. tūc aūt sperarēt regressum ad hierusalē qn̄ inundaret. ad eū qn̄qꝫ cōueniret plurima multitudo captiuorum ad fluuiū chobar et chaldei rebellionē veriti irruerēt sup eos. Ipse vero precibus suis sistēs aquas fluminis. sup aquas ambulās cū omni multitudine ad alterā ripam se recepit. et quotquot hostiū presumpserūt eos sequi submersi sūt. Itē idē per orationē subito largā piscīū copiam prestitit populo ad vescendū. Sepe quoqꝫ multis deficiētibus vitā restituit.

De Septem sapientibus grecie: et primo de Talete milesio. C. CXIX.

Elinandus. Eo tēpore. vij. sapiētes sūt appellati. s. Tales milesius: Solon atheniensis: Pitacus mitilenus: Chilon lacedemonius: Cleobolus lidius: Periādrus corinthius: Baias prienensis. Augu. li. viij. de ciuitate dei. Duo philosophorum genera traduntur: vnū italicū ex parte italie que quondā magna grecia nūcupata est. alterū Ionicū vbi et nunc grecia noiat̄. Italicū genus auctorē habuit pythagorā samiū. Ionici generis princeps fuit Tales milesius. vnus illorum. vij. qui appellati sunt sapiētes. Sed illi ex vite genere distinguebant̄: et ꝗbusdā preceptis ad bene viuendum accōmodatis. Iste aūt tales vt successores ꝓpagaret. etiā rerū naturā perscrutatus. suasqꝫ disputationes litteris mandās pre ceteris eminuit. maximeqꝫ admirabilis extitit ꝙ astrologie numeris cōprehēsis. defect⁹ solis et lune etiā ꝑdicere potuit. aquā tamē putauit rex esse principiū et hinc elemēta oia mūdi. ipsūqꝫ mundū et que in eo gignunt̄ existere. Nihil autē huic operi ꝙ mūdo cōsiderato tam admirabile cōspicimus ex diuina mēte ꝓposuit. Taleti vero successit Anaximāder eius auditor: mutauitqꝫ de rerū natura opinionē. Nō eni ex vna re sicut Tales ex humore: sed ex suis ꝓprijs principijs quasqꝫ res nasci putauit. Que rerū principia singulorum credidit esse infinita: et innumerabiles mūdos gignere. et quecūqꝫ in eis oriunt̄ eosqꝫ mūdos modo dissolui. mō iterū gigni existimauit. quāta ꝗsqꝫ etate sua manere potuit. nec ipse sicut Tales aliqd diuine mēti in his opib⁹ tribuens.

De Solone et pitaco: et cleobolo et bia prieneo. C. CXX.

Alerius li. iiij. Piscatoribus in melesia regione verriculū trahentibus: quidā iactū emerat. extracta deinde magni ponderis aurea delphica mensa. cōtrouersia orta est illis pisciū se capturā vendidisse affirmātibus. Isto vero dicēte se emisse fortunā iactus. Qua contradictione propter rei nouitatē et pecunie magnitudinē: ad vniuersum illius ciuitatis populū delata. Placuit Apollinē delphicū consuli cuinā mensa deberet adiudicari. Qui respondit eā illi esse dandā: qui sapiētia ceteris prestaret. tunc illi Taleti milesio dederunt eam: et ille cessit byati: et byas pitaco: et is protinus alij. Sicqꝫ per omniū septē sapiētiū orbem ad vltimū ad Solonem peruenit: qui et titulū amplissime prudentie et premiū ad ipsum Apollinē trāstulit. Actor. Solon aiebat si in vnum locū mala sua cūcti contulissent. futurum vt propria deportare domū ꝗ̄ ex cōmuni miseriarum aceruo portionem suam ferre mallent. Quo colligebat non oportere nos que fortuito patimur: precipue intolerabilis amaritudinis iudicare. Idem Solon se dicebat aliquid quotidie addiscentē senescere. Hic moriens assidētibus amicis et sermonem de quadā re inuicē cōferentibus caput erexit. Interrogatus quare id fecisse: respōdit vt cū istud quicquid est de quo disputatis percepero moriar. Hui⁹ quoqꝫ Solonis legit̄ esse elegās illa snia felicitatis index dies vltim⁹ est: et appellatiōe honorat̄ sapiēti cōfirmat rogus. Siqdē rerū initia debent̄ fortune. phiam solus ꝯsecrat finis. Tull. in li. de senec. Pysistrato tyrāno a solone respōsum est querenti qua tandē re fretus sibi tā audaciter resisteret senectute. Ualerius li. iiij. Pitacus moderatione pectus instructū habuit: qui alceum poetā in amaritudine odij et viribus ingenij contra se pertinacissime vsum. tyrānidē a ciuibus delatā adeptus: tantūmodo quid in opprimēdo posset admonuit. Cleobolus lydius. Magis amicorum inuidiam ꝗ̄ inimicorum insidias debemus cauere. Illud eni apertum hoc celatū est malum. nocēdiqꝫ fraus quo nō est sperare potentior. Byas prieneus. Molestius est inter duos amicos ꝗ̄ int̄ duos inimicos iudicare. Ualerius. Byas prienensis cū patriā ei⁹ prienē hostes inuaderēt: omnib⁹ preciosarū rerū pōdere onustis fugiētibus: interrogatus quid ita nil ex bonis suis secū ferret. Ego certe inquit bona oia mea mecū porto. Pectore eni illa gestabat: non humeris nec oculis visenda: sed animo estimāda: que domicilio mētis inclusa: manibus mortaliū labefactari nequeunt. et vt manētibus presto sunt: ita fugiētes nō deserunt. Idem byas prienensis ita aiebat: ita oportere hominib⁹ in vsum amicitie versari: vt meminissent eā ad graues inimicitias posse conuerti.

De Daniele propheta. C. CXXI.

Ex historia scholastica. Eodē anno prophetauit daniel in chaldea: qui sm Iosephū et Epiphaniū fuit de semine regio iuda. sm. lxx. vero interpretes sacerdos de tribu leui. fuitqꝫ adeo castus: vt a cōtribulib⁹ suis spado putaret̄. Hic apud nabuchodonosor honoratus: sup oēs ꝓuincias babylonis: et sup cunctos sapiētes principatū meruit. tribus quoqꝫ socijs suis sup ꝓuincias principatū obtinuit. Quibus videlicet pueris de camino diuinit⁹ liberatis: rex dei potentiā ꝑdicauit. Et ne a quoquā blasphemaret̄ edictū proposuit. Epistolā quoqꝫ scripsit in vniuerso regno suo. postꝗ̄ de bestia in hominē et in regnū est restitut⁹: in ꝗ predicauit mirabilia que fecerat apud illum deus excelsus. Cui⁹ epistole formā daniel operi suo interserit: vbi dicit: Ego nabuchodonosor florens et cetera. Testat̄ autē Epiphanius: ꝙ non sit passus corporis mutationē: sed mentis alienationē. et est ablatus ei vsus lingue ad loquendum. Dataqꝫ est herba nature cibus humane videbatur ei ꝙ bos esset in anterioribus: et leo in posterioribus. Sm mysterium tyrannorū qui in prima etate voluptatibus dediti ac ceruici iugo belial se subiciunt: et in fine interficiunt: diripiunt et cōculcant. Multi vero egrediebant̄ et videbant eum. Solus daniel non exibat: quia toto tempore alienationis eius orationi pro eo vacabat: et ad preces eius anni. vij. quos totidem tempora dixerat: in septē mēses versi sunt. in quibus quadraginta diebus insaniam patiebatur Et p alios quadraginta reuersus ad cor hominis flebat: deoqꝫ supplicabat: adeo vt oculi eius caro fierent. Et iterum per alios quadraginta dies in insaniam vertebat̄: donec septē menses complerent̄. post quos reuocatus non statī regnauit: sed pro eo statute sunt prouincie septem iudices. et vsqꝫ ad finem septē annorū penitētiā egit: panē non comedens: et vinū nō bibēs. leguminib⁹ vtebat̄. et herbis iuxta ꝯsiliū danielis. et cū iterū regnasset: danielē filiorum suorum coheredem facere voluit. Qui ait: Absit vt hereditatē patrū relinquā: et incircūcisorū donis adhereā. Hic dicit Iosephus: ꝙ ipse libros hebraicos in latinū trāstulit eloquiū. Historiā susanne patet eē factā adhuc recēte captiuitate: q: daniel adhuc erat iuuenis. ꝗ [illegible] vsqꝫ ad annū primū cyri regis.

Liber Tertius Incipit.

De Initio regni cyri apud persas. CA. I.

Usebius. Anno captiuitatis. xxx. cyr⁹ medorum impiū destruxit. subuersoqꝫ rege eorum astiage regnū ad psas trāstulit. Cepit igit̄ anno etatis sue. xxxj. mūdi vero. iij. M. ccccliij Et regnauit an. xxx. Comestor. Ipse fuit nepos darij ex sorore. nepos autē astiagis ex filia. Nā astiages vnicā habuit filiā. et vidit sōniū: ꝙ de gēitalib⁹ filie oriebat̄ vitis: ꝗ totā occupabat asiā et accepit a coniectorib⁹ se habiturū nepotē ex filia: ꝗ dñs eēt asie: et ipm deiicēt de regno. Quo timēs dedit filiā suā vxorē militi plebeio: ne fili⁹ ex ea nascēt̄ nobilis et potēs. [illegible] filiā [illegible] asciuit: et natū ex eo filiū cuidā principi arpago [illegible] occidēdū. [illegible] regnū [illegible] ad filia [illegible] ipsi⁹ [illegible] occidē [illegible] o pastorib⁹ regi [illegible] puulū exponēdū i nemore

q̄ cū expoſuiſſz eū: ⁊ id indicaſſz vxori q̄ i diebꝰ illꝭ pepererat ſupplicauit ei mlier vt ei puulū deſerret alēdū ⁊ ꝓpriū ꝓ eo exponēt. cūq̧ paſtor rediſſz ad puez: īuenit canē ei pbētē vbera ⁊ a ferꝭ eū ⁊ auibꝰ defendētē. Cūq̧ tuliſſet eū ad vxorez alluſit ei tanq̄ diu note vocauitq̄ puerū ſpartacū. i. catulū: ſparcos enī grece canē ſonat qui cū eſſet grandiuſculus: a pueris ludētibꝰ factus eſt rex eoꝝ: ⁊ contumaces ⁊ inobedientes ſibi grauiter affligebat. Qđ grauiter ferētes patres eorū: verbū detulerūt ad regē de filio paſtoris. Quē cū aduocaſſet rex ⁊ argueret eū: q̄ pueros plagaſſet: ille intrepidus ſe vt regē feciſſe reſpondit: ⁊ admiratus rex: ⁊ quedā ſigna generis ſui in eo depzehendēs. Aſcito paſtore ſecretius veritatē rei agnouit: verūtamen timor eius de nepote mitigatus eſt: eſtimans q̄ verbū coniectoꝝ de regno impletū eſſet in regno pueroꝝ: ⁊ eidē cui prius cōmiſerat occidendū cōmiſit alēdū: nō indicans tñ eſſe niſi filiū paſtoris. Filiū quidē illius ſecretarij ſui clanculo dedit patri ad cōmedendū: q2 non obedierat ori eius: ⁊ poſt ipſum indicauit ei. Factū eſt autē vt aſtiages traderet exercitū illi ſecretario ad hoſtes expugnandos. Ipſe vero reſidebat in ꝓuincia media. Porro ille nō immemor maleficij regis: pſuaſit exercitui vt ſpartacū regē perſidis ſibi eligerent. Et cognominauit eū cyrū qđ interpꝛetatur heres quaſi diceret licet relactetur aſtiages: hic eſt heres quo facto timens aſtiages dariū conſobꝛinum adoptauit ſibi in filiū: ⁊ collecto exercitu cōgreſſus eſt aduerſus cyrum ⁊ fugerunt perſe: vxores autē eoꝝ ⁊ matres egreſſe ſunt ad eos ⁊ detectis ſuis poſterioribꝰ aiebāt: vultis ne introire in vteros matrum ⁊ renaſci: hoc pudore excitati perſe acriter redierūt in hoſtes ⁊ victus ē aſtiages. Cyrus aūt magis exhibuit ſe illi nepotē q̄ victorē nā regnū hyrcanoꝝ cōceſſit ei: dario vero tanq̄ fratri matris ſue tradidit regnū medoꝝ: tamē ſub certa ſpe reuertēdi ad ipſum.

De Eſopo ⁊ fabulis eius moraliter fictis contra calumniosos ⁊ inſidioſos cupidos ⁊ incautos. C. II.

Uſebius ⁊ Actor. Anno regni cyri p̄mo eſopus a delphis interimit. Erat eſopi fabule clare ites ⁊ famoſe q̄s romulus q̄ ſi de greco latinū trāſtulit: ⁊ ad filiū ſuū tyberinū dirigit ita ſcribēs De ciuitate attica eſopus q̄dā homo grecꝰ ⁊ igenioſus: famulos ſuos docet q̄d obſeruare debeāt homies. Et vt vitā hoīum oſtēdat ⁊ mores: īducit aues ⁊ beſtias ⁊ arbores loquētes ꝓbāda cuiuſlibet fabula: id ego romulus trāſtuli de greco ſermōe in latinū. Si autez legas tyberine fili ⁊ pleno aīo aduertas īuenies appoſita ioca q̄ tibi miſceant riſum: ⁊ acuāt ſatis igeniū: verbigrā. Cōtra calūnioſos fingit: q̄ agnꝰ ⁊ lupꝰ ſitiētes ad riuulū e diuerſo venerunt: ſurſum bibebat lupus lōgeq̧ īferior agnꝰ: lupus vt agnū vidit ſic ait: turbaſti mihi aq̄ȝ bibēti: agnus patiēs dixit: quō aquā turbaui tibi: a te ad me decurrit: cui lupus maledicis mihi inq̄t: ait ille nō maledixi: lupꝰ vo: pater inq̄t tuus multa mala mihi oſtēdit: in fine aūt altercatiōis lupꝰ īproba voce dixit: ⁊ adhuc mihi loqueris latro: ſtatimq̧ ſe in eū direxit ⁊ īnocēti vitā eripuit. Cōtra illos quoq̧ q̄ aliene ſaluti inſidias parāt: fingit q̄ mus vt flumē tranſiret: auxiliū a rana petiit: illa croſſum filū petēs: murē ad pedē ſibi ligauit: ⁊ natare cepit in medio vo fluminis rana ſe imerſit. At ille validꝰ dū teneret vires: miluus ecōtra volans murē cū vnguibꝰ rapuit ſimul ⁊ ranā pēdētē ſuſtulit. Preterea ɔtra cupidos fingit: q̄ canis flumē trāſiēs ptē carnis ore tenebat: cuius vmbrā cū vidiſſet in aqua patefecit os ſuū vt illā caperet: ſtatim eā quā prius tenebat fluuius tulit: ⁊ illā quā eſſe ſub aqua putabat obtinere nō potuit. Sic quiſquis alienū querit dū plus vult ſuū perdit. Item contra illos qui incaute ſociātur potentibus: fingit q̄ vacca ⁊ capella. i. parua capra ⁊ ouis fuerunt ſimul ſocie cū leone. Qui cū in ſaltibus venarentur ⁊ ceruum caperent: factis partibus leo ſic ait: ego primus tollo: quia leo. Secūda pars mea eſt: eo q̄ fortior vobis ſim. Tertiā vero mihi defendo: q2 plus vobis cucurri. Quartam autē qui tetigerit: inimicū me habebit: ſicq̧ totā predā illā ſola improbitas abſtulit. Item contra illos qui malos incaute iuuant: fabulaz componit dicens. Oſſa dum lupus deuoraret vnum ex illis trāſuerſum grauiter in faucibus heſit: lupus magno precio qui hoc malum extraheret inuitauit. Rogabatur grus longo collo vt medicinaz preſtaret lupo: id egit vt caput mitteret ⁊ malū de faucibus extraheret. Sanato lupo grus ſibi reddi ꝓmiſſa premia petiit: ⁊ lupus ait. O iniuria meis virtutibus ingrata eſt illa grus: que caput incolumis extulit non vexatum dente noſtro: ⁊ mercedem ſibi poſtulat.

De Eiſdē contra vanegloꝛioſos: ſuperbos: preſumptuoſos: contemptores. C. III.

Item cōtra illos qui laudanti: verbis ſubdolis gaudēt ⁊ poſtea penitēt hanc fabulā fingit. Cū de feneſtra coruus occaſione caſeum raperet. altā arborez ſuperſedit. vulpes ⁊ hunc vidit. decōtra ſic ait. O corue quis ſilis tibi: ⁊ pēnarū tuarū q̄ȝ magnus eſt nitor q̄lis decor eſſet ſi vocē claram habuiſſes. nulla prior auis fuiſſet. At ille dum placere voluit ⁊ vocē ſuā validius oſtendere ſurſum clamauit: ⁊ ore patefacto caſeum oblitus deiecit. Quē celeriter doloſa vulpes auidius rapuit. Tunc ſtupēs coruus ingemuit. ac deceptus penituit. Fingit etiā idem fabulā hoīes in dignitate manſuetos eē cōmonentē hoc modo. Annis defectus ⁊ viribꝰ leo cū grauatꝰ iaceret. ſpūm extremū trahens aper ad eū venit iratus. ſpumans fulmineis dentibꝰ. ⁊ ictū veterē vindicauit. Taurus etiā cornibꝰ hoſtile corpꝰ leonis confodit. Aſinus quoq̧ ferā vt ſic vidit calcibꝰ illi frontē aperuit. ⁊ ille cū gemitu ſuſpirās ſic dixiſſe fert. Cū eſſet virtus mea. fuit honor. fuit timor. vt oēs viſione mea fugerēt: ⁊ opinio ipſa terreret plures. Quos aūt beniuolos nō leſi. quibꝰ ⁊ auxiliator fui. ipſi maligrantur mihi: ⁊ q2 ſum ſine viribꝰ nullus eſt honor priſtinus. Item cōtra illos qui indecēter ad officia melioꝛa reddēda indigni ſe ingerūt. hanc quoq̧ fingit. Aſinus quotidie videbat catello blandiri dominū: ⁊ de menſa eius ſaturari. ⁊ familiā illi largiri plura. Sicq̧ dixiſſe aſinus fert. Si aīal īmundiſſimū ſic diligit dn̄s meus ita ⁊ familia quātū me. ſi obſequiū illi fecero. plus enī melior ſū cane. qui in pluribꝰ rebꝰ ſum vtilis. aquis e fontibꝰ alor. cibus mundus mihi dat. melior ſum catello. meliori vita frui poſſū: ⁊ maximū honorez habere. Cū hoc aſinus ſecū cogitaſſet vidit dn̄m introire occurrit velocius. clamans proſiluit ⁊ ſupſtetit. leuans pedes priores impoſuit ambos humeris dn̄i ſui. lingua eū lingēs linit: ⁊ maculans veſtes fatigat dn̄m pondere ſuo. Clamore aūt dn̄i concitat oīs familia. fuſtes ⁊ lapides arripiūt aſinū faciunt debilē. mēbris coſtiſq̧ fractis. ſic abijciunt ad p̄ſepia laſſum atq̧ ſeminecē. Item ad exhortandū ne quis minores ledat. fingit q̄ dormiēte leone in ſilua mures agrarij luxuriebant. ⁊ vnus ex illis ſup leonē caſu trāſiuit. Expgefactus leo celeri māu miſerū murē cōprehēdit. qui veniā ſibi dari rogabat q2 non ſponte fecerat. Leo vero de mure cogitat vindicte quid eſſet in tali ſi eū occideret. crimēq̧ illi nō gloꝛia laudis q̄ eſſet. Ignouit igit ⁊ dimiſit. poſt paucos dies ipſe in foueā cecidit. qui vt ſe captū agnouit. magno dolore rugire cepit: mus aūt vt agnouit ad eū cucurrit. ⁊ re cognita. nō eſt inquit iam q̄ tu timeas. parē gratiā reddam tibi non īmemor beneficij. Tūc oēs artus illius ligaturas luſtrare cepit: ⁊ loca rodēda cognoſcens neruos ſecare dentibꝰ ⁊ artus illius ingenia laxare cepit. ſicq̧ leonē captum liberum reſtituit.

Item de eodem contra guloſos. timidos. puſillanimes arrogantes. C. IIII.

Contra guloſos qui ad vnū prandiū rem ſuam perdūt hoc quoq̧ cōponit. Nocturnus quidā fur cū panē cani immitteret canis ait panis tuꝰ nō ꝓ gratia dat. tu ideo das vt me ledas. ſi modo panē mihi porrigas nunq̄d poſtea daturꝰ es mihi cū fame victus fuero. non p̄ſentem tm̄ vitā volo ſed futurā ꝓuideo. Nolo igit fauces meas pane claudas: ſed niſi receſſeris. ipſe ɔtra te latrabo. dn̄m ac familiā ſuſcitabo. furēq̧ illis nūciabo. Itē ɔtra illos qui vanis tumoribus nimis terrent. ſic fingit. Quidā mons parturiebat. ⁊ gemitꝰ magnos dabat. oīs natio vt audiuit timuit cūctiſq̧ perturbatis nullus ſui memor erat: mons ille tandē pepit murē: huiꝰ fama volat: ⁊ qđ malum putabant in nihilū oībꝰ venit quos timor inuaſerat. Itē ɔtra illos qui nimis puſillanimes ſtatū ſuū ferre nō pñt. ſic cōponit. Cū ſtrepitꝰ magnus ad lepores veniret ſubito ɔſiliū inierūt. vt ſe p̄cipitarēt ꝓpter aſſiduos metꝰ. At vbi ad orā fluminis venerūt. rane multe q̄ ibi erāt expauerunt ⁊ in fluuiū ſe iactauerūt. cū hoc viderūt lepores vnus illoꝝ inq̄t. Sūt enī ⁊ alij timētes. ſequamur vitā vt ceteri. feramus ſi quid acciderit neq̧ erit toto tp̄e malū. Quiſq̄s ḡ malū tolerare non pōt. alioꝝ mala inſpiciat. Itē ne quis de alienis bonis magnū ſe iactet exhortat. fingēs q̄ graculus pēnas pauonū q̄ ceciderāt ſuſtulit ⁊ inde ſe ornauit ſuoſq̧ ɔtēnere cepit. ⁊ gregi ſe pauonum miſcuit. At illi ignoto ⁊ impudēti pēnas iniurioſe eripiūt. calcibꝰ eū ac moꝛſibus fatigāt. Miſerq̧ ſemiuiuꝰ ab eis relictus. ad ꝓpꝛiū genus redire timuit: vbi cū eſſet ornatus multos iniurioſe terruit. tūc vnus ex eis ait illi. ſi veſtes tuas q̄s natura dedit amaſſes hec tibi ſufficerēt. nec ab illis iniuriā paſſus. nec a nobis pulſus fuiſſes. Itē cōtra eos qui laudāt ſibi inutilia ⁊ vituperant vtilia. Ceruꝰ de fonte bibēs ſua cornua magna vt vidit nimiū laudare cepit. crura tenuia vituperauit Quod cum faceret venatoꝝ voces ac repente latrare canes audiens fuga per campū euaſit. At vbi eū ſilua ſuſcepit. magnitudo illa cornuum venantibꝰ eū retinuit. Tunc mortē ſuam videns ait. Que mihi vtilia erant vituperaui. ⁊ deceptuoſa laudaui. Item contra eos q̄ ſe contentioſe laudant. Formica ⁊ muſca cōtendebant acriter q̄ me

lior earū esset: musca ait. Nunquid te nostris potes comparare lau dib⁹: vbi immolant̄ exta: prima gusto. In capite regis sedeo: ⁊ omni bus matronis oscula dulcia figo: de quib⁹ rebus tu nihil facis. For mica ait: ꝯtra te hoc tu dixeris improba pestis laudas importunita tē tuā. Nunq̄d optata venis: reges ⁊ matronas quos nominas tu importuna adis: ⁊ tua omnia esse dicis cū vbi accedis fugaris ⁊ vn diq̄ȝ quasi iniuriosa abigeris. Estate vales bruma non appares. Ego vero delitiosa hieme sum secura: meq̄ȝ sequentur gaudia. Tu vero ventosa flabell̄a pellaris sordida.

De Eodem contra superbos paupere vel diuites: etiam contra inuidos vel instabiles. C. V.

Item ꝯtra pauperē superbū: in prato quodā rana vidit pascētē bouē putabat se posse fieri ta lē si rugosam ipleret pellē ⁊ isflās se natos suos iterroga uit: suȝ ipsa quāta bos: dixerūt nō: iteȝ inflauit se potius: ⁊ dixit suis q̄d mō: rn̄derūt nihil simile. Tertio cū se isflaret rupta pelle mortua ē: ideo vulgo dicit̄: noli te isflare ne crepes. Itē vt q̄ felices se estimāt nulli iniuriā faciāt: dubiāq̄ȝ meminerint esse fortune rotā. Equus q̄dē ornat⁹ freno ex argēto ⁊ auro sellaq̄ȝ decora occurrit asi no in angusto delōge venieti ⁊ onusto: ⁊ q̄ȝ illi trāseūte tarde⁹ dede rat viā eo q̄ȝ itinere lassus erat: dixit equus. Nisi me satis ꝯtinerē: te calcib⁹ rūperē q̄ obuiāti mihi nō cessisti: aut stetisti vt trāsirē. Terro re igit̄ ⁊ supbia illi⁹ tacuit ⁊ igemuit miser asellus nec multo post e quus currēdo rupt⁹ ac macer effect⁹ iussu dn̄i sui ad villā duct⁹ ē vt agris portaret stercus: acceptis q̄ȝ rusticis ornamētis p semitā ibat o nustus quē tā iselicē in prato pascēs: ille cognouit asellus: taliq̄ȝ ser mo increpauit q̄d tibi ꝓfuerūt illa p̄ciosa ornamenta vt talē habere audac̄ a nuc ⁊ tu nostrus etere noluisti cū rusticis officiis. Itē ꝯ illos q̄ a suis isfidelit̄ trāseūt ad alienos. Quadrupedes cū auib⁹ bellū ge rebāt: nullaq̄ȝ pars alij cedebat s̄ȝ fortit̄ ac diu pugnabāt: ac vesperti lio dubi⁹ ⁊ grauis euēt⁹ timēs: q̄ȝ supior erat ⁊ magna acies quadru pedū: ⁊ tulit se ad eosdē ipsi cū vincētib⁹. Subito veniēs aq̄la volu crib⁹ se miscuit: ⁊ cedētib⁹ quadrupedibus: victoria auiū stetit: re uersiq̄ȝ sūt ad p̄stina pacē aues ⁊ q̄drupedes. Vespertilio igit̄ auium sententia dānat⁹ eo q̄ȝ suos reliq̄sset: plumis suis expoliat⁹ ē vt lucē fugiēs noctibus nudus volaret: sic qui se dnab⁹ partibus obnoxium cōmisit: hic ⁊ illic ingratus viuit: ⁊ sibi potius reus erit.

Item Contra insidiosos ⁊ impudentes ⁊ liberta tis sue venditores. C. VI.

Item ꝯtra insidiosos. In nido lucinie cū accipiter sederet: vt specularet̄ auras: paruos illic pul los inuenit: lucinia cito superuenit: ⁊ rogabat parcere pullis suis: faciā inq̄t qđ vis si bene mihi cantaueris: at illa q̄ȝ tis animus exciderit tanto metu coacta patiens ⁊ dolore plena can tauit. Accipiter qui predā inuenerat nō bene cantasti inquit: prendi daq̄ȝ vnū de pullis suis ⁊ deuorare cepit: e diuerso aucē auceps quī dā venit ⁊ calamo lēto leuans accipitrē visco contractū in terrā stra uit: sic qui alij insidiat̄ timere debet ne capiat̄. Itē ne quis hosti ar ma prestet: securis cū facta esset homo postulabat ab arboribus vt illi manubriū darent de ligno quod firmum esset. Quo facto homo manubriū sumpsit: ⁊ aptata securi ramos ac robora magna ⁊ oīa q̄ voluit incidit. Tunc fraxino quercus ait: digne ⁊ bene patimur: qui roganti hosti nostro vt ceci manubria dedimus: ideo quis ante co giret ne hosti aliq̄d prestet. Itē ad cōmēdatiōnē libertatis fingit: q̄ȝ canis ⁊ lupus in silua dū cōuenirēt: ait lupus cani: vnde frater sic ni tidus ⁊ pinguis es. Qui rn̄dit: q̄ȝ domi custos sum ꝯtra latrones. Af fertur mihi panis: dat dn̄s ossa amat me tota familia: quisq̄ȝ mihi ci bū porrigit: aqua non deest: sub tectis cubo: ⁊ sic ociosus vitā gero. Cui lupus: bene inquit frater vellē mihi ista cōtingerent vt ociosus saturarer cibo: ⁊ melior viuereȝ sub tecto: canis ait lupo. Si vis esse tibi bene: veni mecum noli timere. Cūq̄ȝ simul ambularent vidit lu pus canis collum cathena tritum: ⁊ ait: quid hoc est frater quod iu gum attriuit collū tuū: ⁊ canis: q̄ȝ suȝ inquit acrior: interdū ligor: noc te soluor: inter duos domos vagor: ⁊ vbi volo illic dormio. Cui lu pus. Non est aūt opus mihi istis frui que laudasti: viuere volo liber quodcunq̄ȝ venerit mihi rapio: liber vbi volo peragro. In eo quod placet nulla cathena me tenet: nulla me īpedit causa vie mihi patent in campo: de grege prius gusto: canes ingenio deludo: viue vt con sueuisti. ego vt consueui ita viuo.

Itē Cōtra inuidos: pigros ⁊ auaros: ignaros iact̄a tores ⁊ adulatorum fautores. C. VII

Item contra pigros qui laborare nolunt fingit: in dignatas manus ⁊ pedes ventri cibum da re noluisse eo q̄ȝ sine vllo labore repleatur: illiq̄ȝ sedent e ocioso contra eum indignantes laborare noluerunt ⁊ ei seruiti um negauerunt. Venter esuriens clamabat. At illi per paucos dies nihil dare voluerunt. Ieiuno autem ventre mēbra omnia lassauerūt postea vero cibum dare volentes. recusat venter: q̄ȝ iam clauserat vi as: sicq̄ȝ membra ⁊ venter simul lassa interierūt. Item cōtra inuidiā ⁊ auaritiam fingit: q̄ȝ simia vulpē rogauit: vt de magnitudine caude sibi daret. vnde nates suas turpissimas tegeret. Quid enī inquit va le: vt sit ponderis sine causa tante longitudinis caude quā per terram trahis. Cui vulpes ait. longior fiat ⁊ maior vt per terram illam tra ham. siue per petras ⁊ spinas ⁊ lutum. ne tu meo tegmine pulchrior videaris. locuples inquit ⁊ auare te nunc fabula increpat: q̄ȝ nō das qđ tibi superat. Item cōtra illos qui tedio victi ⁊ labore mortē desi derant. Quidā negociator fuit in via qui onustū asellum flagello ⁊ fuste cedebat vt veniret citius ad nundinas. lucri causa. Asellus aūt mortē optabat. putans se post esse securū lassatus ⁊ quassatus: de il lius pelle fiunt tympana ⁊ cribra que semper baculātur: ⁊ qui puta bat se fore securū. post mortē cedit̄. Iteȝ contra illos qui facere nō possunt: verbis tñ se posse ⁊ velle ostendūt: fame coacta vulpes vuā sursum aspexit pendentē ⁊ alto gradu se excutiēs: quotiens hoc vo luit attingere sursum nō potuit. Tandē irata nolo te acerbā ⁊ ima turam inquit: ⁊ quasi eā tangere nolens abijt. Item cōtra adulato res ⁊ eoȝ fautores. Duo homines vnus fallax ⁊ alter verax. cū ambula rent venerūt in ꝓuinciā simioȝ. quos vt vidit vnus eoȝ qui se prio rem alijs cōstituerat. iussit homines illos teneri. ⁊ q̄d de ipso dixis sent interrogari. Iussit quoq̄ȝ oēs simios sibi similes ante se ⁊ dex tra leuaq̄ȝ astare sibiq̄ȝ sedeȝ contra pari. sicut viderat imperatorē aliquando facere. Iubent̄ ergo homines illi in mediū adduci. Dixit q̄ȝ maior ille simius. Quid sum ego. fallax ait. tu es imꝑator. Et iteȝ ille. Et qui isti quos ante me vides stare. Qui rn̄dit. hi sunt comites tui primicerij. milites ⁊ ceteri officiales. Ille ergo in mēdacio lauda tus est ⁊ munerari iussus: q̄ȝ adulat⁹ est: ⁊ oēs illos fefellit. Ille aūt verax homo hoc apud se aiebat. Si iste qui mendax ē sic est accept⁹ ⁊ muneratus. ego quid si verū dixero. Interrogatus ergo ab illo si mio. dic tu quid sum ego: ⁊ hi quos ante me vides. ille qui veritatē amabat respondit. Tu simius es ⁊ omnes hi simij sunt similes tibi. Continuo iubet̄ lacerari dentibus ⁊ vnguibus: q̄ȝ qđ verum est di xit: hoc modo fieri solet a malis hominib⁹ vt fallacia ⁊ malitia ame tur: ⁊ honestas ⁊ veritas laceretur.

Item contra arrogantes ⁊ pigros. ⁊ qualiter huiusmodi fabulis vtendum sit. C. VIII.

Item cōtra illos qui virtute nihil facere valent ⁊ verbis inanib⁹ alios terrent. Asinus e diuer so leoni occurrit: ⁊ sic ait. ascendamus in cacumen mon tis ⁊ ostendā tibi: q̄ȝ ⁊ multi me timent. leo ridens ait. Eamus. Cumq̄ȝ venirent ad locum. stans asellus in edito loco voce dimissa clamare cepit. quem audientes vulpes ⁊ lepores currere ce perunt. cui leo ait. poterat ⁊ me terrere vox tua. si non te scirem quis esses. Iteȝ contra illos qui domos potentū facile intrant. Leo iam deficiens languorem fingebat: ⁊ per hanc fallaciā cum cetere bestie ad visitandum eum introirent mox eas comedebat. Vulpes autem ante speluncam veniens stetit ⁊ salutauit eum. interrogata autem a leone. Quare non intrasti. Respondit quoniā introeuntiuȝ vestigia video. exeuntium autē nō video. Item contra pigros formica hie me frumentum ex cauernis trahens siccabat qđ estate colligens co agulauerat. Cycada autem eaȝ rogabat esuriens vt daret aliq̄d illi de cibo vt viueret. Cui formica. Quid faciebas inquit in estate. At illa. non mihi vacabat. per sepes oberrabam cantando. Formica igi tur ridens ⁊ frumentum includens ait. Si estate cantasti. hieme sal ta. hec fabula pigrum docet vt certo tempore laboret. ne duȝ minus habuerit nō accipiat. cū petierit. Actor. Hec de fabulis esopi excer pere volui quas ⁊ si fore plurium liceat in sermonibus publicis re citare. quod ⁊ nōnulli prudentium faciunt propter audientiuȝ tedia releuanda. qui talibus delectant̄. simul ⁊ ꝓpter integumenta subiū cta que aliquid edificatiōis habere vident̄. Nunq̄ȝ tamē nisi caute ⁊ parce id estimo faciendum. ne qui vbis sacris ad luctū penitentie. deiq̄ȝ deuotionē ꝓuocari debent. ipsi per huiusmōi nugas in risum ma gis atq̄ȝ lasciuiā dissoluant̄. Simul etiam ne ad narrandas fabulas q̄si licenter exēplo p̄dicantiū male informent̄. Ceterū vtruȝ esopus ipse sit ille quē eusebius a delphis āno primo cirri pompeū ee testat̄. An forsitan alius incertū habeo. Nūc aūt ad historiam redeo.

De Cronica regni persarum. C. IX.

X. xvi. anno iosie vsq̄ȝ ad annum primum cyri cōputant̄ anni. lxx. quos quidā cōputāt a captiuitate iudaica. Sciēdū quoq̄ȝ q̄ȝ ab āno. iiij. ioathā

vsq; ad annū primū cyri cōputari annos.cc.⁊.x. Tātū aūt tpis dicit iosephus isaiam de cyro anteq̃ regnaret prophetasse. Unde videt anno ii.ii.ii.d.bā velle dixisse isaia scripsisse. hec dicit dñs christo meo cyro. Persay itaq; primus rex cyrus regnauit annis.xxx. secundus cābises regnauit annis viii. Hunc scdm nabucdo. aliqui vocant. sub quo historia iudith dscribit. Post hūc duo fratres regnauerūt mēsib⁹.vii. post quos darius filius itaspis.xxxvi.annis quintus xerxes xx. sextus artbabanus mēsib⁹.vii. septimus artaxerxes longanimus annis.xl. octauus xerxes secūdus mēsib⁹ duob⁹: nonus sogdianus annis.viii. decimus darius nothus annis.xix. vndecimus artaxerxes qui ⁊ asuerus sub quo historia hester expleta videt.xl. duodecimus artaxerses qui ⁊ ochus.xxvi. tertiusdecim⁹ arses ochi fili⁹.iiii. quartusdecimus darius arsami filius.vi. Quo alexander rex macedonū interfecto obtinuit babylonē: ⁊ sic regnū psay destructū ē: hoc de cronicis eusebii breuiter excerpsi: nūc aūt psequar historiā cyri.

Qualiter Cyrus ⁊ darius obsederit babylonē. C. X.

Babilonē quidē primo anno cyri regis fuisse captā videt velle danielis historia dicēs. Fuit aūt daniel vsq; ad primū annū cyri regis: ⁊ iter. Porro daniel pseuerauit vsq; ad regnū darii: regnumq; cyri psay: sup quē locū dicit hieronymus: ē q supra in fine prime visionis legimus. Fuit aūt daniel vsq; ad primū annū regis cyri: non vite illius tempus accipiēdū est. Siquidē in vltima visione legimus anno tertio cyri regis persay verbū reuelatū est danieli. Sed hoc significat q vsq; ad annū primū cyri regis qui chaldeos destruxit imperiū: daniel potēs fuerit in chaldea: postea vero a dario in medos trāslatus est. Comestor. Factū est igitur vt cyrus ⁊ darius obsiderēt balthasar in babylone: balthasar aūt fecit grāde conuiuiū optimatibus suis. M. ⁊ fecit vt afferrent vasa q̄ asportauerat nabuchodonosor auus suus de templo dñi ⁊ bibebāt in eis rex ⁊ optimates: ⁊ vxores ⁊ concubine eius: ⁊ laudabant deos suos. Scdm iosephū solemnitas erat in babylone ob tuitionē vrbis: fabulabant hebrei q balthasar intellexerat.lxx. annos captiuitatis (quos hieremias predixerat) fluxisse: ⁊ tamen hebrei non erant liberati a sua iurisdictione: vnde exultabat ⁊ diis suis gratias agebat. Sane illa septuagena annorū nondū fluxerat: sed.vii. decas iam currebat. In eadem hora apparuit contra eū manus scribens in pariete. Mane.thecel: phares: qđ sonat numerus: appensio: diuisio: ⁊ est sensus: numerauit deus regnū tuum: id est compleuit: appensus est in statera ⁊ inuentus es minus habens: id est iusto dei iudicio minus viues q̃ putabas: diuisū est regnum tuum ⁊ datum medis ⁊ persis. Eadem nocte capta est ciuitas ⁊ balthasar interfectus.

Qualiter capta est babylon. C. XI.

Orosius li.ii. Cyrus eteni cūctis cōtra quos ierat pdomitis: assirio ⁊ babyloniā petiit: gētē vrbēq; cūctis tūc opulentiorē: sed impetus eius ganges fluuius secunde post eufraten magnitudinis intercepit. Nā vnū regnorū equitū candore formaq; excellentē: transmeandi fiducia persuasum: quia per rapacē alueū offensi vado vertices attollebātur: abreptū precipitatūq; merserunt. Rex iratus vlcisci in amnē statuit: constans eū qui nunc equitem preclarum vorasset: feminis vix genua tingentibus permeabilem relinquendum: nec peragendo segnior: totis copiis perpeti anno gange fluuium per magnas conscisū deductūq; fossas.s. quadringētos.xl. alueos comminuit. Actor. Hic est ganges de quo dicit martianus: q eius latitudo vbi diffusior ē.xx.M. profunditas vbi validior est pedes.c. Et ab scythicis montib⁹ venit. De eodē dicit lucanus q solus fluuiorum contra solis ortū currit. De eodē dicit solinus q anguillas educat triginta pedes longas. Orosius vbi supra. Productis quoq; fossoribus cyrus in eufratē longe validissimū ⁊ mediā babyloniā influētē diruit: sic meabilibus vadis siccum etiam patentibus aluei partibus iter fecit. Cepitq; vrbē quā vel humano opere extrui posse: vel humana virtute destrui posse: vtrūq; pene incredibile apud mortales erat. Deniq; quicquid est opere vel manu factum: labi ⁊ cōsumi vetustate: babylon capta confirmat: cuius vt primum imperium ac potentissimum extitit ita ⁊ primum cessit.

De Nobilitate eiusdem vrbis ⁊ eius subuersione ⁊ de regno darii. C. XII.

Hiero. sup isaiā li.v. Babylonē fuisse potētissimā ⁊ in capitib⁹ p quadru sit.i. ab angulo vsq; ad angulū muri.xvi.M. tenuisse passuū.i. simul p circuitū.lx. q̃ttuor refert herodot⁹ ⁊ alii multi q̄ grecas historias cōscripserūt. Arx aūt.i. capitoliū illi⁹ vrbis ē turris q̄ edificata ē p⁹ diluuiū i altitudie tria milia dicit tenere passuū: paulatī de lato i angustias coartata. vt pondus iminens facilius a latioribus sustentetur. describunt ibi templa marmorea. aureas statuas. plateas lapidibus auroq; fulgentes: ⁊ multa alia que pene videntur incredibilia. hoc totū narrauim⁹ vt cōsideremus q ad irā dei omnis potētia puluis sit ⁊ fauille ⁊ cineri cōparet. si liceret introire barbaras nationes: ⁊ videre tāte vrbis extrema vestigia. videremus possessionē hericii ⁊ paludes aquarū: ⁊ vere completū esse qđ isaie vocib⁹ canit. Scopabo eam in scopa terens. Excepti enī muris coctilibus qui pp bestias cōcludendas post ānos plurimos instaurati sunt. omne mediū spaciū solitudo est. Comestor. Igitur cyrus diuiserat eufraten longe a ciuitate per plures riuos. vt alueum qui in ciuitate fluebat vadabilem faceret. Et per ipsū ingressi sunt hostes in ciuitatē sub muro ⁊ interfectus est balthasar: ⁊ successit ei darius in regnū ānos natus.lx. duos nam ⁊ cyrus ei tanq̃ maior in oibus deferebat. Q aūt eadē nocte visionis capta est ciuitas apparet in isaia qui loquēs ad balthasar ait pone mēsā: cōtemplare.m.s.⁊c. Quidā vero tradūt q mater balthasar p qua factus est hort⁹ suspēsilis. filia fuit darii: ⁊ qz balthasar filium nō habebat festinabat darius occupare regnū babylonis. Porro daniel a dario ductus in mediā. Erat vn⁹ de satrapis q̄ preerant.cxx. sed in daniele spūs dei amplior erat: ⁊ cogitabat eum rex cōstituere sup omne regnū. vnde principes inuidebāt ei: ⁊ accusatus ab eis per manū dei de manu leonū illesus euasit.

Qualiter p cyrū relaxata est captiuitas iudeorū. C. XIII.

Anno aūt darii primo intelligēs daniel in libris hieremie vt cōplerent̄ i ad cōpletionē venirēt desolationis hierlm āni.lxx. orauit dñm in ieiuniis ⁊ sacco ⁊ cinere dicēs. Iustus es dñe peccauimus. auertat obsecro ira tua. Ostēde faciē tuā sup sanctuariū tuū qđ desertū est. Adhuc eo loquēte ecce vir gabriel tetigit eū tpe sacrificii vespertini ⁊ aperuit ei liberationē spūalem futurā p christū ⁊ forte iminentē p qua orabat addidit etiā destructionē p romanos futurā. Anno itaq; darii primo daniel orauit dñm vt darius ⁊ cyr⁹ liberarēt populum suū: ⁊ data est sentētia de licētia redeūdi danda quā egressam a dño nūciauit gabriel danieli. Ex tūc darius disponebat de libertate ⁊ licētia danda hebreis: sed pueniens morte non impleuit. Post mortē vero darii cyrus monarchiā tenuit oriētis. Cui⁹ sedem posuit apud psas. licet regnū medorū maius esset ⁊ honorabilius: eo q pse eum in regē sublimauerāt. Itaq; cū vniuersum regnū deuolutum esset ad eū. in huius anni regno primo suscitauit dominus spiritū eius vt impleret verbū hieremie ⁊ dedit libertatē oib⁹ iudeis: qui erant in vniuerso regno suo: ⁊ licentiā redeūdi in iudeam ⁊ edificādi domū dñi: excitatus aūt fuit ex verbis isaie: qui ante.cc. ⁊.x. ānos scripserat dñm de ipso dicentē christo meo cyro cuius apprehendendi dexterā subiiciā gentes ⁊ regna: ⁊ ipse reedificabit domum meā in hierusalem. Ut ergo hāc viderent scripturā impleret etiam scriptura libertatis ⁊ licentie traduxit in vniuersum regnum suum dicēs: omnia regna terre dedit mihi dñs deus celi. credo hūc esse quē gens israel adorat. In hac epistola hortatus est etiā iudeos vt ascenderēt in iudeā: ⁊ q̄ nollēt ascēdere. iuuarēt ascendētes in pecunia vestib⁹ ⁊ iumētis. Ipsi vero qz fere oēs nati erāt in chaldea ⁊ possessiōes habebāt ibi elligebant remanere in terra natiuitatis sue. pauci vero qui ascendere dispōebāt pigri erāt ⁊ morosi vsq; ad tertiū annū cyri. Q attēdens daniel vehemētius affligebat dolore q̃ prius: ⁊ orabat dñm vt qui prius dederat regibus animū liberandi daret ei ⁊ populo animū redeūdi.

Q Angeli prouinciales persarum ⁊ grecorū impediebantur reditum captiuorum. C. XIIII.

Actum est ergo tertio anno regni cyri. prīa die mensis primi lugebat daniel triū hebdomadarum diebus. die autem.xxiiii. dū esset iuxta fluuium tigris. vidit ⁊ ecce vir vestitus lineis. accinctus zona aurea. cuius facies quasi fulgor. oculi vt lampades: ⁊ sermo eius quasi vox multitudinis. Porro viri qui erant cum eo territi fugerūt ⁊ solus vidit visionem ⁊ corruit in faciem suam. Sed vir ille accessit ⁊ erigens eum ⁊ confortans ait. Noli timere daniel; quia ex die primo mensis quo posuisti cor tuum vt te affligeres coram deo. exaudita sunt verba tua: ⁊ egressa est sententia a deo de reditu populi ⁊ eadem die volui ad te venire vt nunciarē tibi. Sed princeps regni persarum restitit mihi.xx. diebus ⁊ vno. Cumq; tunc egrederer apparuit princeps grecorū veniens vt aduersaret principi persarum ⁊ mihi: ⁊ aliquantā feci morā: ⁊ nunc venio vt certificem te de reditu ppli: ⁊ in his nemo est mihi adiutor nisi michael princeps vr̄ hos duos principes grecorū ⁊ psarū dicit hieronym⁹ angelos malos fuisse q̄ appositi sunt regni illius in exercitiū. Laborabat itaq; angel⁹ psay ne

hebrei liberarentur a dñio persaꝝ: tñ q2 delectabatur afflictionibus eoꝝ: tñ vt pſe piutius affligētes eo grauius peccarēt: laborabat etiā angelus grecoꝝ: t pſe vt captiuitas hebreoꝝ cū eis trāiret in dominiū grecoꝝ. Gregorius enim vult eos fuisse angelos bonos qui satagebant ne tā cito liberarent̄ hebrei: vt ſi quid erat in eis purgandū purgaretur t decoqueretur ad vnguem. Porro a primo anno darij orabat daniel pro eo vt ſtaret t roboraretur regnū eius: t sollicitus erat de successoribus regni perſaꝝ: volens eos ſcire de quoꝝ manifestatione. x. viſio ei oſſenſa ſit.

De primo reditu ſub zorobabel duce. C. XV.

Porro clari. ſani iudeoꝝ habitabant in babylonia id eſt in terra babylonis euerſe. Inter eos zacharias natus in chaldea iam prohetabat. Hic bene dixit salathiel in filio vocans eū zorobabel. qd̄ interpretat̄ magiſter babylonis. q. d. hic erit magiſter captiuitatis babylonice. Ad cuius prophete exhortationē primi ſurrexerūt viri iuda vt aſcēderent in hieruſalem: poſtea vero viri beniamin t leuite. Ideo in tertio anno cyri egreſſi ſūt ſub zorobabel duce theſu magno ſacerdote adhortantibus eos zacharia propheta: t aggeo iuuene ſed nondum propheta. Erant autē circiter. l. milia: fuerunt autem de iudeis. xlij. milia. ccclx. Reliqui vero erāt ſerui t ancille t homines generis promiſcui. Et remiſit cū eis cyrus partem vaſoꝝ domini. v. milia. t. ccc. hic eſt annus. lxx. relaxande captiuitatis quē predixerat hieremias: nā t hieronymus primū annū cyri dicit fuiſſe ſeptimū vltime decadis. Itaq3 tertius annus cyri fuit. lxx. cui ɔſonat ioſeph⁹: t h̄ opinio magis certa eſt: t pluriū auctoritatib⁹ ſancita. Cui tñ euſebi⁹ i cronicis obloq̄ videt̄: ſcd̄3 annū darij filij itaſpis dicēs fuiſſe. lxx. ſcd̄3 auctoritatē zacharie q̄ ſcd̄o anno darij ſcribēs audiuit virū ſtātē inter mirteta dicentē. Dñe exercituū vſq3quo tu nō miſereberis hieruſalē t vrbiū iuda quibus iratus es. iſte iā. lxx. annus eſt. Videtur autem euſebius diſtinguere inter. lxx. annos captiuitatis: t. lxx. deſolationis tēpli dicēs. lxx. anni captiuitatis: ſm̄ quoſdā cōputant̄ ab anno ioſie regis. xiij. ſub quo hieremias ,ppħetare cepit vſq3 ad primū annū regis cyri: ſcd̄m alios vo a tertio anno elyachim vſq3 ad. xx. annū cyri. Reſtaurationis vo tēpli ſub dario rege cōplentur anni. lxx. Clemēs quoq3 cōgruit in primo ſtromate ſcribēs: t perſeuerauit captiuitas annis. lxx. vſq3 ad ſcd̄m annum darij filij itaſpis ſed prior opinio (vt dixi) magis certa eſt. Sola zacharie auctoritas nos mouet q̄ ita forte determinari poteſt vt iam accipiatur de preterito. q. d. lxx. annus iſte eſt notus. ſ. t famoſus: iam diu eſt: vel forte dictus eſt in zacharia. lxx. annus non captiuitatis: ſed quinte etatis que ſcd̄m hebreos inchoauit anno. xxx. ante cyri monarchiam.

De fundatione altaris t templi t intermiſſione operis. C. XVI.

Porro in anno regreſſionis in iudeā congregatus eſt populus quaſi vir vnus in hieruſalē: t edificantes altare collocauerūtq3 illud ſuper baſes ſuas: t obtulerunt ſuper illud holocauſta domino mane t veſpere: feceruntq3 ſolemnitatē tabernaculoꝝ: vnde vero habuerunt ignem neſcimus: niſi forte ex calculis veteris altaris excuſſerunt illū. Anno autem ſecundo menſe ſecundo iecerunt fundamenta templi. Cumq3 autem apparuiſſent fundamenta ſuper terram: eleuauit populus vocem in iubilatione. Porro quidam ſeniores qui viderant templum prius eiulabant voce magna: nec poterat quiſquā cognoſcere clamorē letantiū t planctum eiulantium. Porro ſamarite indignati impediebant manus eoꝝ. Cumq3 per ſe impedire non poſſent dederunt munera a principibus regis qui pecunijs corrupti vēdiderunt negligentiam edificationis: cyro tamē ignorante: t adeo impedierunt eos q̄ in. xxx. annis quib⁹ cyrus regnauit non erexerūt muros templi: niſi vſq3 ad appodiationem: porro de daniele quantum ſuperuixerit poſt reditum populi in iudeā neſcimus defunctus aut ſepultus eſt in ſpelunca regali ſolus cū gloria: hic eſt daniel qui dedit ſigna in montibus ſuper babyloniā dicens: quādo pars montiū a borea fumigabit: venit finis babylonie. Quando vero velut ignis ardebit: finis erit vniuerſe terre. Quādo vero a parte nothi aque decurrerint: reuertetur populus ad terram ſuam. Qz ſi ſanguine fluxerint erunt homicidia belial in vniuerſa terra.

De creſo rege lidoꝝ t ei⁹ regno p cyrū deſtructo. C. XVII.

insidijs liberauit. Ex chronicis. Igit̄ regnauit persarū. vi. artbaba-
nus mensibus. vij. post hunc. vij. artarxerxes: qui longiman⁹ cogno-
minabatur. cepit anno quinte etatis. cxxv. mūdi vo tertij millesimo
cccxxvij. et regnauit annis. xl.

De Pericle et Sophocle ducib⁹ atheniensib⁹. C. XLII.

Iustinus vbi supra. His tēporibus duces eligū-
tur athenis ꝑicles et sophocles tra-
gediarū scriptor cōtra thebanos et lacedemonios. Cūqȝ
lacedemonij agros atheniēsiū postularēt agros periclis
intactos reliquerūt sperantes se acquirere illi posse aut periculū ex
inuidia: aut ex suspicione proditionis infamiā. Quod pericles ante
ꝓspiciēs: et futurū populo predixerat: et ad inuidie declinandū impe-
tum agros ipsos dono reipublice dederat. Valeri⁹ li. viij. Pericles
sub anaxagora preceptore summo studio instructus: egit athenas: et
versauit arbitrio suo. Cūqȝ aduersus voluntatē populi loqueretur
iocunda nihilomin⁹ et popularis eius vox erat. Itaqȝ veteris come-
die maledica lingua q̄uis potentiā viri perstringere cupiebat. tñ in
labijs eius melle dulciorē leporē fatebat̄ habitare: et in animas eorū
qui illum audierant: quasi aculeos quosdam relinqui predicabat.
Quid enī inter pysistratū et periclē interfuit: nisi q̄ ille armatus: hic
sine armis tyrannidē gessit. Tullius in libro de officijs. Cum peri-
cles et sophocles ad colloquendū de consultationib⁹ publicis simul
consedissent: et casu pulcher adolescens trāsiret: ait sophocles: O pe-
ricle pulchrum puerū. Respondit pericles: Pretorem decet non so-
lum manus et linguā: sed et oculos habere continētes. Comestor.
Eo tēpore natus est socrates. Lapis habens formā caprinā in egeū
mare de celo cecidit.

De Esdra propheta et gestis eius. C. XLIII.

Eo tēpore esdras aaronita legem succensam
a caldeis reparauit. Nouos quoqȝ
litterarū apices excogitauit: qui faciliores ad scribendū
fierent: et ad ꝓnūciandū. et propterea velox scriba dictus
est. Addidit etiam quedā de suo: sicut titulos psalmorū: et plura que
leguntur in pentatheuco. Sic quoqȝ verisimile est quedam que su-
perflua intellexit ipsum subtraxisse. Tradunt etiam quēdā modum
scribendi a dextra in sinistrā eum iudeis tradidisse: cū prius ad mo-
dum arantiū scriptitarēt. vnde et scriptura exaratio solet dici. Scri-
bebat enī a sinistro cornu in dextrū. et a dextro redeundo scribebāt
in sinistrū. forte ꝑ illū modū scribēdi prefigurauit spōsalem⁹ idipsum
quod modo significat̄ in missa ꝑ trāslationē libri de dextra in sini-
stram. Porro esdras inuenit gratiā in oculis artarxerxis: et petit ab
ab eo licentiam ascēdendi in hierusalem: vt in lege quam reparaue-
rat populum suū erudiret. Dedit ergo ei rex licentiā redeundi: et tra

didit epistolam ad principes suos trans flumen ⁊ ad custodes arce publice vt traderēt Esdre necessaria. ministros v̄o tēpli ab omni vectigali tributo ⁊ annonis absoluit. Dedit etiā Esdre potestatē amouēdi ⁊ cōstituēdi iudices ⁊ p̄sides trans flumē s̄m sapientiā suam: ⁊ puniēdi cōtumaces. Et fuerūt cū eo mille septingēti: ⁊ venerunt in hierusalē mēse. v. ⁊ siluerūt tribus dieb⁹: quarto die obtulerunt in domo dn̄i q̄ secū tulerāt. Tunc adiunauit Esdras sacerdotes p̄ncipes ⁊ leuitas vt proiicerēt vniuersas vxores alienigenas: ⁊ eos q̄ de his nati erant. Glosa sup malachiā. Nā vxores sui generis reuersi de babylonia tam p̄ncipes ⁊ sacerdotes q̄ȝ reliquus pp̄ls: q̄ paupertate ⁊ labore vie infirmitatē vel deformitatē cōtraxerāt repudiauerant vel eiecerāt: ⁊ filiab⁹ alienigenaꝝ etate vel diuitijs florentibus se copulauerāt: vnde sicut Esdras peccatores corripuit: sic Malachias eos ꝓuocauit: vt eiectis alienigenis antiq̄s vxores reciperēt.

¶ De Empedocle ⁊ ꝑmenide philosophis. C. XLIIII.

Eusebius in chronicis. Eo tēpore Empedocles ⁊ ꝑmenides ph̄i agnoscunt᷑. Boetius in ꝓlogo de arte musica. Empedocles cū eius hospitē gladio q̄dā furibūdus inuaderet: q꞉ eius ille patrē accusatione dānasset. inflexisse dicit᷑ modū canendi: ⁊ ita adolescētis iracūdiā tēperasse. Aristoteles in li. de vegetabilibus. Tria sunt (vt ait empedocles) in tota rerū varietate precipua. s. mobilis affluētie cōtēptus: future felicitatis appetitus: mētis illustratio: quorum p̄mo nihil honestius: scd̄o nihil felicius tertio nihil ad amborum adeptionē efficaci⁹. Idē in methaphisica li. ij. Empedocles finxit q꞉ lis est causa corruptionis ⁊ p̄ncipiū eius: ⁊ estimauit q꞉ oīa generat lis ista p̄ter vnū: ⁊ q꞉ oīa p̄ter deū ab illa facta sunt. Fingit enim q꞉ ex lite est generatio oīuȝ que fuerūt vel sunt vel erunt. Et q꞉ si lis nō esset in reb⁹ oīa essent vnū: sed lis cū sit in reb⁹ dispgit eas: ⁊ nō sin t quiescere. Fingit etiā q꞉ amicitia est causa ꝓpter quā oīa sunt vnū. Bernardus siluestris. Querēti empedocles cur viueret: inq̄t: vt astra inspiciā: celū subtrahe nullus ero. Actor. Hic est empedocles q̄ sic deū legit᷑ descripsisse. deus (inq̄t) est sphera cuius centrum est vbiq̄ ⁊ circūferētia nusq̄. Hic totū sese athenis incendijs dedit (vt refert lactanti⁹) mortē sibi īnuliēs q꞉ eternas esse aīas suspicabat᷑. dicit tn̄ macrobi⁹ eū dixisse aīam sanguinē esse: in q̄ sn̄ia fuit ⁊ critia⁹. De Parmenide autē legit᷑ q꞉ in rupe caucasi logicā inuenerit.

¶ De decē viris Rome scribēdis legibus deputatis: ⁊ de apio claudio. C. XLV.

Eusebius in chronicis. Eo t̄pe s. anno. xiiij. Artaxerxis ccc[illegible] ab vrbe cōdita decē viri creati post annū eiecti sunt. ꝓp̄ apiū claudiū qui in virginis cuiusdā filiā ꝯtra latinos in algido militātis voluit abducere. Actor. Noīa aūt ipsoꝝ decē viroꝝ ponit Isidorus li. v. c. i. dicēs. Numa pōpili⁹ q̄ romulo successit: prius leges romanis edidit. Deinde cū pp̄ls sediciosus magistratus ferre nō posset. decē viros legibus scribendis decreuit qui leges ex libris Solonis in latinum sermonē translatas duodecim tabulis exposuerunt. Fuerūt autem hi Apius claudius: Henutius veterius: Juli⁹: Ma[illegible] Sulpi[illegible] Sestius Curacius Romulus Posthumius.

Orosius libro secūdo. Potestas decē viris tradita constituendarum legum additarūȝ gratia magnā perniciem reipublice intulerit. Nam primus ex decē viris cedentibus ceteris: solus Apius claudius continuauit sibi īperiū. statimq̄ aliorū coniuratio subsecuta est: vt more contempto quo insigne imperij penes vnum. potestas autē cōmunis erat omnes oīa proprijs libidinibus agitarēt. Itaq̄ inter cetera que insolentissime cuncti presumebant. repente singuli cum duodenis fascibus ceterisq̄ imperatorijs insignibus processerunt: ⁊ nouo improbe ordinationis incepto oblitterata religione cōsulum cuncuit agmen tyrannoꝝ. duabus tabulis legum ad decem priores additis. agentes insolētissimo fastu prima die quo deponere magistratus mos erat: cum eisdē insignibus processerunt. Maximā autem Apij claudij libido auxit inuidiā: qui vt virgini stuprū inferret: prius seruitutis causam intulit. Quāobrē adactus virgini⁹ pater dolore libertatis: ⁊ pudore dedecoris. protractam ad seruitutem filiā in conspectu populi Pius parricida prostrauit. Qua populus necessitatis atrocitate permotus: ⁊ periculo libertatis admonitus. montem Auentinum occupauit armatus: nec tueri libertatem armis destitit: nisi postq̄ȝ se coniuratoꝝ conspiratio ipsis quoq̄ honoribus abdicauit. Ualerius. Uirginius filiaȝ suā in medio foro occidit. malēs esse occisor virginis q̄ȝ corrupte pater. Eusebius in chronicis. Romani autem per legatos ab Atheniensibus iura petierunt. ex quibus. xij. tabule conscripte sunt. Hoc quoq̄ tempore Zeno et heraclitus tenebrosus agnoscuntur: Anaxagoras moritur. aristarchus tragediographus agnoscit᷑. Cheratin⁹ ⁊ plato comediarū scriptores. Crates quoq̄ comicus: ⁊ telesilla ac bachilides lirc⁹ clari habent᷑. Praxilla quoq̄ ⁊ cleobulina sunt celebres.

¶ De Neemia ⁊ reedificatione muroꝝ hierusalē. C. XLVI.

Neemias In anno vicesimo regi artaxerxis erat pincerna regis neemias de filijs captiuitatis. Qui dum esset in susis castro audiuit peregrinos hebraice loquentes. ⁊ accedens sciscitatus est ab eis de statu iudee ⁊ hierusalem. ⁊ accepit ab eis vrbē esse sine muris: ⁊ habitare in ea populū dei in afflictione. nā p̄ diē sustinebāt impetū hostiū. ⁊ noctibus intrabant latrunculi: ⁊ plateas implebant cadaueribus occisoꝝ. Et fleuit neemias: ⁊ cibum desiderabilem non comedit: nocte ⁊ die clamans ad dominū. Sciscitata tristitie causa rex: tempore reuertendi sibi constituto: dedit ei epistolā ad principes trans fluuiū. in qua mandauit de honore exhibendo neemie tanq̄ duci. ⁊ legato misso de latere eius: ⁊ de impēdijs vrbis reedificāde. Et misit cū eo principes militū ⁊ equites. Et trāsitū faciens per babyloniā multos de filijs captiuitatis secum reduxit. ⁊ venit in hierusalem vicesimoquinto anno artaxerxis s̄m Josephū. Porro in hierusalem summus erat sacerdos elysaphat filius eliachim. Et siluit neemias tribus diebus. ⁊ nocte consurgēs cum paucis circuibat ruinas muroꝝ. considerans qualiter reedificari possent. quarta die locutus est ad multitudinē Uenite ⁊ edificemus: ⁊ non simus vltra in opprobriū gentibus. Et cōsūmatū est opus per annos duos ⁊ quattuor menses: licȝ in multa angustia ⁊ plurimis impedimētis. Primo enī finitime nationes in manu forti aggrediebantur eos. Neemias v̄o mediam partē populi armatā statuit extra ciuitatē: vt sustinerēt impet⁹ aggredientiū. Alia v̄o media pars edificabant: vna manu ponētes lapidem: ⁊ altera gladiū tenentes. Porro s̄m q̄d interuenit impedimentū. orta est enī fames in terra: ⁊ obligauit se populus debitis sub vsuris. Sed ⁊ agros ⁊ vineas ⁊ oliueta vendere compulsi sunt. tandem filios ⁊ filias. Preterea tertium habuit impedimentū: q꞉ principes trans fluuiū: qui inuidebant ei: corruperūt munerib⁹ quosdā senioꝝ: qui erant in hierusalē eum morte proderent. Quod cum nequirent: varijs eum terrebant rumoribus: ⁊ vt sic ab opere cessaret. Cūq̄ multa fingerent in hunc modum non preualuerunt: quia manus dn̄i erat cum eo. Postq̄ȝ autē edificatus est murus: quia viri erant habitātes in hierusalem: precepit vt clauderentur porte ante solis occasum: nec aperirentur ante solis calorem.

De Lectione legis in festo scenophegie. C. XLVII.

Cumq̄ȝ immineret mensis septim⁹ q̄ v̄o tot⁹ apud eos solēnis est: conuenerūt omnes in hierusalem: quasi vir vnus. ⁊ percepit neemias: q꞉ nō habebant ignem de sublimi. Traditūq̄ est ei a seniorib⁹: q꞉ hieremias in dieb⁹ captiuitatis abscōderat stipites. altarisq̄ prunas in inferiorib⁹ terre in valle iosaphat. Cūq̄ venissent ad locū erudauerūt puteū: ⁊ inuenerunt stipites ⁊ prunas: ⁊ aquā crassam. ⁊ tollentes eas sup struem lignorum: ⁊ hostias q̄ erāt sup altare ꝓiecerūt: ⁊ erupit ignis: ⁊ orabāt sacerdotes: ionatha inchoāte ceterisq̄ respōdētib⁹. Neemias quoq̄ specialē edidit orationē. Porro primo die scenophegiarū dixerunt esdre vt afferret librū legis: ⁊ legeret corā pp̄lo. stetitq̄ esdras sup gradū ligneū iuxta portā aquarū. i. portā atrij: secus quā erant luteres. ⁊ legit de mane vsq̄ ad mediū diem. Leuite v̄o. xij silētiū faciebant in pp̄lo. Fleuit autē oīs pp̄ls: ⁊ dixit ad eos esdras Nolite cōtristari: quia sanctus dies dn̄i est. Cūq̄ redissent in diem secundū mādante esdra egressi sunt: ⁊ tulerūt frondes arboꝝ: ⁊ fecerunt sibi tabernacula in atrijs ⁊ domatib⁹ suis: ⁊ in atrijs domus dei. q̄d nō fecerant a diebus iosue filij nun: ⁊ obseruatū est deinceps in israel. Die v̄o octaua fecerūt collectā iuxta ritū ad oleū ⁊ panes propositionis ⁊ sacrificia. Post hec iuxta legem separauerunt alienigenas ab ecclesia. ⁊ in emūdatione sui statuerunt in crastinū generale ieiuniū vt affligerent animas suas: homines ⁊ iumenta vsq̄ ad pueros septennes. Et conuenerūt octies ad audiendam legem quater in die et q̄ter in nocte. Lectione terminata ꝓsternebat᷑ pp̄ls ad orandū: ⁊ fiebāt preces super eum: ⁊ tandem benedictio sacerdotū. Ex his (vt dicit Beda) ecclesia traxit exemplum. Nam octies conuenimus ad ecclesiam: et si non penitus eo modo quo illi. Semel enim in nocte surgim⁹ ad nocturnas psalmodias. s̄m illud Media nocte sur. ad confitendum tibi. In die v̄o septies psallimus. s̄m illud Septies in die laudem dixi tibi. Singulis autē horis legitur lectio: quam capitulare dicimus: postq̄ prosternimur ad preces in diebus ꝓfestis. ⁊ subditur oratio pro benedictione.

¶De Muri edificatione. C. XLVIII.

Ero videns neemias vrbē fere vacuā habitantibus: rogauit optimates vt habitarent in hierusalē ⁊ benedixit eis ꝙ se sponte obtulerūt. reliqua vō multitudo misit sortē: ⁊ decimū caput sup qḋ cecidit sors fecit habitare hierusalē. Post aliquot tp̄s ꝯgregati sunt in hierusalē ad dedicationē muri: ⁊ ascenderūt sacerdotes ⁊ leuite. cantoresqꝫ cū musicis: ⁊ psallētes incedebāt ꝑ muros: Esdras vō precedebat. Neemias aūt ⁊ optimates cū eo sup alterā partē muri incedebant psallētes. Reliq̄ vō multitudo sequebaꝰ eos sup terrā ⁊ ducebāt choros. His expletis rediit neemias ad regē: anno. xij. regni sui. Et mortuus est Esdras in senectute venerāda: ⁊ cū multa liberalitate sepultus est in hierusalē. Hunc quidam hebreoꝝ autumāt fuisse Malachiā: sed malachias post regressum captiuitatis natus est in Iudea in sophis. Quē qꝛ vite optime fuit: ⁊ aspectu decorus. ꝓplus appellauit Malachim. i. angelū. Tradūt etiā ꝙ que ꝓphetice dicebat: eadē die angelus dei apparens iterabat.

¶De Spe resurrectiōis ⁊ glorie celestis que reuelata sunt Esdre. C. XLIX.

Etor. Preter duos aūt Esdre libros: primū ⁊ secundū ꝙ vulgati sunt apud nos. extāt etiā tres alij. s. terti⁹ q̄rtus ⁊ quintus: noīe eiusdē intitulati: sꝫ iter apocripha reputati. Ex q̄bus tn̄ qꝛ veteres auctores videnꝰ nōnulla sumpsisse testimonia: pauca h̄ breuiꝰ excerpsi.

Ex tertio libro esdre. Ego vobis in escā māna dedi: aquam de petra ꝓduxi: ⁊ ꝓpter estus folijs arboꝝ vos texi. Noluistis me audire trāsferā me ad gentes alias: ⁊ dabo eis nomen meū. Rogaui vos vt pater filios: ⁊ vt mater filias. ita vos collegi vt gallina filios sub alas. Dies festos vestros ⁊ circūcisiones carnis repudiaui. generatio eorū dispergaꝰ in gentes. annuncia populo meo qm̄ dabo eis regnū hierusalē qḋ daturus erā israel: ⁊ assumā mihi gloriā eorum: ⁊ dabo eis tabernacula eterna que preparaueram illis. Resuscitabo mortuos de locis suis: quoniā cognoui nomē meū in illis. Noli timere mater filioꝝ: qꝛ te elegi ⁊ paraui tibi arbores. xij. grauatas varijs fructib⁹: ⁊ totidē fontes fluētes lac ⁊ mel: ⁊ mōtes īmensos. vij. habētes rosam ⁊ liliū: in q̄bus gaudio replebo filios tuos. Orphanū tuere nudū vesti: debilē cura: claudū ridere noli: mortuū sepeli: ⁊ dabo tibi primā sessionē in resurrectiōe mea. alij plorabūt ⁊ tristes erunt. tu aūt hylaris ⁊ copiosa manus teget tene filij tui gehēnā videāt. filios tuos moriētes memorare: qm̄ educam eos de latibulis terre: ⁊ misericordiā cū illis faciaꝫ: quia misericors sum. Ego esdras accepi preceptū a dn̄o in monte oreb: vt irē ad israel. ad quos cum venirē reprobauerunt me ⁊ respuerūt mandatū dn̄i. Ideo vobis dico gentes que intelligitis: expectate pastorē vestrū: requiem eternitatis dabit vobis: quoniā in proximo est ille qui in fine seculi adueniet. Parati estote ad premia regni: qꝛ lux perpetua lucebit vobis ꝑ eternitates temporū: fugite vmbrā seculi huius: accipite iocunditatē glorie vestre. ego testor saluatorē meū cōmendatū domini accipite ⁊ iocundamini gratias agētes ei: qui vos ad celestia regna vocauit. Surgite instate ⁊ videte numerū signatoꝝ in cōuiuio dn̄i. qui se de vmbra seculi trāstulerunt: ⁊ splendidas tunicas a dn̄o acceperūt. Recipe syon numeꝝ tuum ⁊ cōclude candidos tuos qui legem dn̄i cōpleuerunt. filiorū tuorū quos optabas plenus est numerus. Ego Esdras vidi in monte syon turbā magnam quam dinumerare non potui: et oēs canticis collaudabant dominū: ⁊ in medio eorū erat statura iuuenis celsus eminentior illis omnibus: ⁊ singulis eorū capitibus imponebat coronas. Tunc interrogaui angelum. Domine qui sunt hi: ⁊ respondit. Hi sunt qui mortalē tunicā deposuerunt: ⁊ immortalem sumpserunt. Confessi sunt nomē domini. modo coronantur ⁊ accipiunt palmas. Et dixi: Ille iuuenis quis est: qui eis coronas imponit: ⁊ palmas in manus tradit. Qui respondit: Ipse est filius dei quē in seculū confessi sunt.

¶Querela Esdre de afflictione bonorum: ⁊ de multitudine reproborum. C. L.

Ex li. iiii. Anno tricesimo ruine ciuitatis: eram in babylone cōturbatus sup cubili meo recūbens: qꝛ vidi desertionē syon: ⁊ abundantiā eoꝝ ꝙ habitabāt in babylone: ⁊ cepi loq̄ ad altissimū v̄ba timorata ⁊ dixi. Dn̄e ꝙ plātasti terrā solus ⁊ iperasti populis: dereliquerūt te ꝙ habitāt hierusalē: faciētes sicut Adā: ⁊ tradidisti ciuitatē ī manus inimicoꝝ: ⁊ tūc dixi in corde meo: nunqḋ meliora faciūt ꝙ habitāt in babylone: ⁊ ꝓp̄ hoc dn̄abiꝰ syon? Cūqꝫ venissem huc: Vidi ipietates quarū nō est numerus: ⁊ pepercisti ipis agētibus: ⁊ ꝑdidisti ꝑplm tuū. Que enim gens alia cognouit te ꝑter israel. Dominus quidē per nomina inuenies seruasse mandata tua. gentes autē non inuenies. ⁊ respondit angelus ad me missus: cui nomen vriel: Excedens excessit cor tuū in hoc seculo: ⁊ cōprehēdere cogitas viā altissimi: tu ꝙ tua sunt tecū cogita. Et dixi: Quid ꝓdest in p̄sēti viuere in tristitia: ⁊ mortuos sperare punitiones? Quid ꝓdest: si ꝓmissuꝫ est nobis imortale tp̄s. nos vō mortalia opera gerim⁹. ⁊ qm̄ super stellas fulgebit facies eoꝝ ꝙ abstinentiā habuerūt. nr̄e vō facies sup tenebras nigre erūt. Et respōdit: Hoc est cogitamentū certaminis: vt si nō vicerit hō: patiaꝰ quod dixisti. si autē vicerit: recipiet qḋ dico. Quō autē dat terra multo magis vnde fiat vas fictile paruū autem puluerē vnde fit aurū. sic pauci saluabunꝰ. Nam ⁊ agricola multa seminat sup terrā: ⁊ multa plātat. sꝫ nō oīa in tp̄e saluabunꝰ vel radicabunꝰ. Tu aūt pro te intellige: ⁊ de similib⁹ tuis inquire gl̄iaꝫ. Vobis enī apertus est paradisus. plātata est arbor vite. preparatū est futurū tp̄s. preparata habūdātia. edificata est ciuitas. ꝓbata est requies. ꝑfecta est bonitas. infirmitas extincta est a vobis ⁊ corruptio. in obliuionē trāsierūt dolores. ostensus est in finē thesaur⁹ imortalitatꝭ. Noli ergo addiscere inquirēdo de multitudine eoꝝ ꝙ pierūt. Nā ⁊ accipiētes libertatē spreuerūt altissimū: ⁊ legē ei⁹ dn̄i contēpserunt. adhuc aūt ⁊ iustos conculcauerūt. ⁊ sicut vos suscipiēt: ꝙ ꝑdicta sunt: sic eos cedes ⁊ cruciatus que preparata sunt. Et dixi: ecce dn̄e demōstrasti mihi signa que facies in nouissimis. sed nō demōstrasti quo tp̄e. Et respōdit: Tempus in quo incipiet altissim⁹ visitare seculū. qn̄ videbiꝰ in seculo mutuo locoꝝ turbatio ꝑ locꝫ inconstantia ducū ⁊ dis ꝙ poterit effugere ꝑ opera sua: vel ꝑ fidē in qua credidisti: relinquetur de predictis periculis. ⁊ videbit salutare meū in finib⁹ meis. tūc mirabunꝰ qui nunc vias meas abusi sunt: ⁊ in cruciamentis morabuntur. Quotquot enī cognouerūt me viuentes beneficia consecuti. ⁊ cum adhuc haberent libertatē: ⁊ esset eis apertus penitentie locus intellexerūt: sed spreuerunt. hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere. Cōsideraui nāqꝫ seculum: ⁊ ecce perditum erat per orbē. ⁊ ecce erat periculū: ⁊ peperci eis vix valde. ⁊ saluaui mihi acinū de botro: ⁊ plantationes de tribu multa. Pereat ergo multitudo ꝙ sine causa nata est. ⁊ seruenꝰ acinus meus ⁊ plātatio mea: qꝛ cum multo labore perfeci hec.

¶Ꝙ in typo mulieris ostensa est ei desolatio ⁊ reedificatio vrbis. C. LI.

Et profectus sum sicut dixit mihi in campū ardad. ⁊ sedi ibi in florib⁹: ⁊ de herbis agri māducaui. ⁊ post. vij. dies discumbēte me supra fenū: iterū sicut antea turbatū est cor meū. Cūqꝫ loq̄rer altissimo ī corde meo: respexi ⁊ vidi mulierē in dextera parte dolentē ⁊ plorantē cū voce magna. cuius vestimēta discissa: ⁊ cinis sup caput ei⁹. ⁊ dixi ei: Vt qḋ fles: hei qḋ passa es? Rn̄dit mihi: Sterilꝭ fui dn̄e: habēs maritū annis triginta. quibus nocte ⁊ die depcāte me dn̄m. tādē exaudiuit me: ⁊ dedit mihi filiū. ⁊ iocūdata sū sup eū valde: ⁊ nutriui eū cū multo labore. Cūqꝫ creuisset: ⁊ vxorē accipe voluissꝫ: feci diē epuli. sꝫ cū in thalamū suū introisset: cecidit ⁊ mortuus est. ⁊ surrexerūt oēs ꝯciues ad me cōsolandū: ⁊ quieui vsqꝫ ad aliā noctē. Tūc oib⁹ quiescētib⁹ nocte surrexi: ⁊ veni in hunc campū: ⁊ fugi: ⁊ cogitaui nō reuerti: sꝫ ꝯsistere h̄ sine cibo ⁊ potu: lugere donec moriar. Respondi ad eā cū ira ⁊ dixi: Stultissima mulierū: nō vides ꝙ nobis ꝯtigerūt. quō syō mat̄ oīuꝫ nostrū humiliata est lugēs validissime. ⁊ oēs lugem⁹ ⁊ tristes sum⁹. Interroga enī terrā ⁊ dicet tibi qm̄ hec ē ꝙ luget: qꝛ ex ipsa oēs nati ⁊ ecce oēs pene in ꝑditionē. Quis ergo magis debet lugere: nisi hec ꝙ tantā multitudinē ꝑdidit: ꝙꝫ tu: ꝙ pro vno filio doles. Nūc itaqꝫ ꝯtine dolorē tuū: ⁊ fortiter fer: ꝙ tibi ꝯtigerūt casus. ⁊ ingredere ciuitatē ad virū tuū. Et dū loquebar ad eā: subito facies eius refulsit valde: ita vt pauerē. ⁊ emisit vocē magnā ⁊ terribilē: ita vt cōmoueretur terra a sono. ⁊ ecce mulier amplius nō comparebat mihi. ⁊ ciuitas edificabaꝰ. ⁊ timui vocē magnā: ⁊ cecidi quasi mortu⁹: ⁊ dixi vbi est vriel qui me fecit huc venire. ⁊ venit angelus ⁊ confortauit me ⁊ ait: Mulier que tibi apparuit ipsa est syō: super quā lugebas valde. que tribus annoꝝ seculi milibus sterilis. i. absqꝫ oblationib⁹ fuit. ⁊ tempore salomonis: qui edificauit ⁊ obtulit: quasi filium peperit: qui in ruina hierusalem quasi mortuus cecidit. nunc autē conspicies eam quasi ciuitatē edificatā. noli ergo timere: sed ingredere ⁊ vide splēdorē: edificij magnitudinē. in nocte autē crastina ostēdet tibi altissimus que faciet in nouissimis.

¶Reuelatio Eiusdem de aduētu iudicis: ⁊ nouē tribubus. C. LII.

Ecūda etiā nocte vidi somniū: ⁊ ecce ascēdebat aquila de mari. cui ale erant. xij. ⁊ capi

ta tria ⁊ extendebat alas suas in oẽm terram: ⁊ oẽs venti celi insufflabãt in eam ⁊ colligebant̃: ⁊c̃. Cumq̃ visionis interpretationẽ requirerẽ: dixit ad me aquila: hoc est regnũ quartũ: qd̃ ostensum est Danieli fratri tuo. vir autẽ quẽ vidisti ascendentem de corde maris. Ipse est quẽ cõseruauit altissimus multis tẽporibus: q̃ per semetipsum liberabit creaturã suã: ⁊ qm̃ vidisti de ore eius exire spiritum ⁊ ignẽ ⁊ tẽpestatẽ. bellabit ciuitas cõtra ciuitatẽ: ⁊ gens cõtra gentẽ: et regnũ aduersus regnũ: ⁊ tũc reuelabit̃ filius meus: ⁊ colliget̃ in vnum multitudo innumera. Ipse autẽ stabit sup cacumen syon: ⁊ ostendent̃ oĩa parata ⁊ edificata: sicut vidisti montẽ sculpi sine manibus Arguet impietates gentiũ que aduenient ꝓperans eis mala cogitamẽta eoꝝ ⁊ cruciamẽta eoꝝ q̃bus incipiẽt cruciari: ⁊ quoniã vidisti eũ colligentẽ ad se aliã multitudinẽ pacificã. Hec sunt nouem tribus que captiue ducte sunt a Salmanasar: trans flumẽ. Sed dantes sibi cõsiliũ vt derelicta multitudine gẽtiũ: ꝓficiscerent̃ in vlteriorem regionẽ nunq̃ ab hoib⁹ habitatã. ibiq̃ seruarẽt legitima sua per angustos introitus fluminis introierũt: faciente altissimo tunc eis signa. ⁊ statuẽte venas fluminis vsq̃quo trãsirent: ⁊ habitauerunt ibi vsq̃ in nouissimo tẽpore. Et tunc iterum cũ ceperint venire: statuet venas fluminis vt possint venas fluminis trãsire. Ideo aũt vidisti virũ ascendentẽ de corde maris: q̃ non potest quis scrutari vel scire quid sit in ꝓfundo maris. sic nõ poterit super terrã quisq̃ videre filiũ meũ: vel eos qui sunt cum eo nisi in tẽpore diei. Tunc minuentur tẽpora: qm̃ tunc perdidit seculũ iuuentutẽ suã: ⁊ qm̃ tũc inualidũ fuerit a senectute. iterũ multiplicabunt̃ sup inhabitãtes mala. Nunc ergo dispone domũ tuã: ⁊ corripe populũ tuũ: ⁊ cõsolare humiles eoꝝ: ⁊ dimitte a te mortales cogitationes: ⁊ proijce abs te pondera humana: exue iam infirmã naturã: ⁊ festina trãsmigrare a temporibus his.

¶ De his q̃ scripsit ex precepto domini. C. LIII.

Et respondi ⁊ dixi: Ecce dñe abibo sicut p̃cepisti mihi: ⁊ corripiã p̃sentem populũ. Qui autẽ iterũ nati fuerint q̃s cõmonebit: positũ est enĩ seculũ in tenebris: ⁊ qui habitãt in eo sine lumine sũt. qm̃ lex tua incẽsa est ꝓpẽ qd̃ nemo scit q̃ a te facta sunt vel q̃ faciẽda. Si ergo inueni gratiã apud te immitte spũm in me scũm: et scribã omne qd̃ factũ est in seculo. ab initio qd̃ erat in lege tua scriptũ: vt possint inuenire semitã: ⁊ q̃ voluerint viuẽt. Et dixit ad me: Vade cõgrega ppl̃m ⁊ dices eis. vt nõ querãt te dieb⁹. xl. Tu autem prepara tibi buxos multos: ⁊ accipe tecũ quinq̃ viros scribas velo ces: ⁊ venies huc ⁊ ego incendã in corde tuo lucernã intellect⁹ q̃ nõ extinguet̃ quoadusq̃ finiant̃ q̃ incipiẽs scribere. Cõgregaui itaq̃ ppl̃m ⁊ dixi: p̃res nostri pegrinati sunt in egypto et inde liberati acceperũt legẽ vite: ⁊ data est nobis terra in sortẽ: ⁊ vos ⁊ patres fecistis iniquitatẽ: ⁊ abstulit a nobis in tẽpore qd̃ donauerat. et nũc si impauentis sensui vestro ⁊ erudientis cor vestrũ viui. post mortẽ misericordiã cõsequimini. Judiciũ enĩ post mortẽ veniet: qñ reuiuiscemus: ⁊ tũc iustoꝝ nomẽ apparebit: ⁊ ipioꝝ facta ostendent̃. nũc aũt nemo accedat ad me dieb⁹. xl. ⁊ accepi viros sicut mãdauit mihi. et ꝓfecti sum⁹ in campũ: ⁊ mãsimus ibi. In crastino autẽ vox vocauit me dicẽs: Aperi os tuũ ⁊ bibe: ⁊ ecce calix offerebat̃ mihi plenus sicut aqua: color aũt ei⁹ sicut ignis. ⁊ cũ bibissem cor meũ ructuabat itellectũ: ⁊ apertũ est os meũ. Altissimus quoq̃ dedit quinq̃ viris intellectũ: ⁊ sederũt. xl. dieb⁹ ac scribebãt. Nocte autẽ mãducabãt panẽ. ego autẽ per diẽ loquebar ⁊ nocte nõ tacebã. Scripti sunt in xl. diebus libri noningẽti. iiij. et dixit mihi vt q̃ prius scripserã: ⁊ palam ponerẽ vt legerẽt digni ⁊ indigni: nouissima võ traderẽ sapientibus de populo: in his enim sapiẽtie fons.

¶ De hipocrate medico ⁊ gorgia rethore. C. LIIII.

Eusebius in chroni. Anno Artaxersis. xxxv. Sophocles democritusq̃ empedocles ⁊ hipocras medicus: ⁊ gorgias ⁊ zeno ⁊ parmenides philosophi insignes habebantur. euripides quoq̃ tragediarũ scriptor. Actor. De sophocle ⁊ democrito ⁊ empedocle ⁊ parmenide ⁊ euripide iã supra diximus. De zenone autẽ inferius: ⁊ nũc de ceteris dicamus. Hiero. in questionib⁹ sup gen. Scriptũ erat in libris hipocratis q̃ quedã suspiciõe adulterij fuerat puniẽda cũ pulcherrimũ peperisset. vtrisq̃ parẽtis generi dissimilẽ: nisi memoratus medicus soluisset questionẽ: monens querere ne forte talis pictura esset in cubiculo. Qua inuenta: mulier a suspicione liberata est. Actor. Gorgias aũt prefatus nõ est ille gorgias epirota: de quo refert Valeri⁹ li. i. q̃ dũ mater eius mortua feretro portaretur. vtero lapsus inopinato vagitu ferentes stare coegit. Sed est Gorgias leontinus de quo refert idem Valerius in libro. viij. q̃ sapientissimus sui tp̃is fuerit. ⁊ in cõcione sella publice posita ꝓposuerit se oĩb⁹ questionib⁹ responsurũ Unde ⁊ cuncte eius eundẽ honorẽ secuti sunt: quẽ oraculũ delphicũ: vel nemus clodoneũ. De h̃ refert Tull. in li. de senec. q̃ magister socratis fuerit. ⁊ q̃ centũ ⁊ septẽ annos cõpleuit: nec vnq̃ in suo studio ab opera cessauit. Qui cũ ab ea quereret̃: cur tãdiu vellet eẽ in vita: q̃ nihil inq̃t habeo quo accusem senectutẽ. Hiero. li. j. contra Jouinũ. Gorgias rhetor librũ pulcherrimũ de cõcordia greci inẽ se dissidẽtib⁹ recitauit olimpie. Cui melanci⁹ inimic⁹ ei⁹: h̃ nobis inq̃t de ꝯcordia ꝓcipit: q̃ se ⁊ vxorẽ ⁊ ancillã tres in vno domo ꝯcordare nõ potuit. emulabat̃ quippe vxor ei⁹ ancille pulchritudinẽ: ⁊ castissimũ virũ quotidianis iurgijs exagitabat.

¶ De Prothagora sophista. C. LV.

Eusebius. Eodẽ tp̃e claruit prothagoras sophista. cui⁹ libros athenienses decreto publico combusserũt. Actor. De hoc refert A. gellius in li. v. noctiũ atticarũ: q̃ ei se in disciplinã dederit euthalus adolescẽs ad discendã eloquentiã in causis orandis. ꝓpigitq̃ pecuniã se grãdẽ ei daturũ. quo primũ die causam apud iudices perorasset ⁊ vicisset. Cũq̃ ille diu inde ꝓfecisset in facũdia: ⁊ causas nõ reciperet ꝓthagoras ex pacto mercedẽ petere instituit: ⁊ litẽ cum euthalo ꝯtestat̃. Cũq̃ ad iudices cõmittende cause grã venissent: prothagoras ait: Reddes mihi quod peto: siue cõtra te pronunciatũ fuerit: siue pro te. nam si cõtra te: merces mihi ex sententia debet̃: quia ego vicero. Si võ pro te: mihi merces ex pacto debebit̃ q̃ tu viceris. Cui euthalus: Disce magister vtroq̃ modo fore: vtiq̃ nõ reddã quod petis: siue ꝯtra me ꝓnũciatũ erit: siue pro me. Nam si pro me: nihil tibi ex sentẽtia debebit̃: q̃ ego vicero. Si autẽ ꝯtra me: nihil debeo: q̃ nõ vicero. Judices etiã h̃ inexplicabile rati rem iniudicatã reliquerũt. Causãq̃ in diẽ lõgissimã distulerũt. Huius autẽ prothagore quare libri combusti sunt: non legi.

¶ De Socrate pho ⁊ eius studio ac libris. C. LVI.

Eusebius in chroni. Anno artaxersis q̃dragesimo socrates plurimo sermone celebrat̃. Augusti. in libro de ciuita. dei. viij. Socrates archelai discipulus fuisse perhibet̃. qui primus vniuersam philosophiã ad corrigẽdos compõẽdosq̃ mores flexisse memorat̃. Cum ante illũ omnes magis phisicis. i. naturalibus rebus perscrutãdis operã maximã impẽderunt. nõ mihi autẽ posse videt̃ ad liquidũ colligi: vtrũ socrates h̃ faceret tedio rerũ obscurarũ ⁊ incertarũ ad aliq̃d apertũ ⁊ certũ reperiendũ animũ intẽderit: quod esset beate vite necessariũ. propter quã vitã omniũ philosophorũ inuigilasse ac laborasse videt̃ industria. An võ sicut de illo quidã beniuolentius suspicant̃: nolebat imundos terrenis cupiditatib⁹ animos se extẽdere in diuina ⁊ conari. quãdoquidẽ ab eis causas rerũ videbat inquiri: quas primas ac summas nõ nisi in vnius veri ac sũmi dei volũtate esse credebat. vnde nec eas putabat nisi munda ⁊ pura mẽte posse comprehẽdi. ⁊ ideo purgande bonis moribus vite censebat instandũ: vt deprimẽtibus libidinib⁹ exoneratus animus naturali vigore in eterna se tolleret. naturãq̃ incorporei ⁊ incõmutabilis luminis: vbi cause omniũ factarũ naturarũ stabiliter viuũt intelligẽtie puritate conspiceret. Cõstat tamen eum imperitorũ stultitiam se scire aliquid opinantium: etiã in ipsis moralibus questionib⁹. quo totũ animũ intẽdisse videbatur: vel cõfessa ignorãtia sua: vel dissimulata sciẽtia: lepore mirabili disserẽdi: ⁊ acutissima vrbanitate agitasse atq̃ versasse. vnde et cõcitatis inimicitijs calumniosa criminatione damnatus est: morte multatus est. In questionũ võ moraliũ disceptatiõe agit̃ de summo bono: sine quo fieri homo beatus nõ potest. Est autẽ finis boni quo quis cum peruenerit beatus est. Quod in socraticis disputationibus dum omnia mouet: astruit: destruit: quoniã non euidẽter apparuit: quod cuiq̃ placuit successorũ socratis: inde sumpserũt: ⁊ vbi cuiq̃ visum est constituerũt finem boni. Aristippus enim summũ bonum dixit voluptatẽ: antistenes virtutẽ. Hugo libro. iij. ordal. Ethice inuentor socrates fuisse dicit̃: qui de ea. xxiiij libros fm̃ persuasam iustitiam conscripsit.

¶ De Moribus eiusdem. C. LVII.

Jero. ꝯtra Joui. li. j. Socrates xantipen ⁊ mirto neptim aristidis duas habebat vxores: que cum crebro inter se iurgarent̃: ⁊ ille eas solitus eẽt irridere: q̃ ꝓpter se fedissimũ hominẽ. simis naribus recalua fronte: pilosis humeris: repandisq̃ cruribus disceptarẽt. Nouissime verterunt in eum impetũ: ⁊ male mulctatũ fugientẽq̃ diu persecute sunt. Quodam autẽ tempore cum infinita conuitia ex su

pertori loco ingerēti xantipe restitisset. aqua pfusus immūda nihil
amplius respondit: q̄z capite deterso. sciebā inquit futurū vt ista to
nitrua bimber seq̄ret. Actor. Idē interrogatus ab Alcibiade cur
Xantipen mulierē tam acerbā nō ambigeret. qm̄ inq̄t cū illā domi
talē ꝑpetior. īsuesco ꝛ exerceor quoq̄z foris pestilētiā ꝛ iniuriā faci
li⁹ ferā. Idē interrogatus cui attentū se esse diceret: mūdanū se in
quit. Totius ei⁹ se mundi incolā ꝛ ciuē arbitrabaẗ: nihil autē scire
dicebat: nisi hoc ip̄z q̄ nihil sciret. Dicit etiā Seneca hūc aliq̄n ab ar
chelao inuitatū vt ad se veniret q̄tēn⁹ eū honorare posset. Socratē q̄
rn̄disse: ab eo nolle accipe bn̄ficia: cui paria reddere nō posset. Cas
sianus in li. collationū. Socratē q̄dē chyrsios intuēs ait. oculi corru
ptoris puerorꝫ. Cūq̄z discipuli irruētes in eū vltū vellēt ire illatū ma
gistro cōuiciū. hac sentētia illos repressit. Quiescite o sodales: quie
scite. etenī sum: sz me cōtineo. A. Helli⁹ li. i. Stare socrates solitus
dicit̄ ptinaci statu ꝑdiu atq̄z pnocꝫ. a sūmo lucis ortu ad solē alterꝫ
orientē in cōnuēs imobilis eisdē in vestigijs. et ore atq̄z oculis eun
dē i locū directis cogitabūdus tanq̄z quodā secessu mētis atq̄z ani
mi facto a corpe. Tēperātia quoq̄z eū fuisse tāta traditū ē: vt oīa fe
re vite sue tēpora: valitudine ioffensa vixerit. Idē in eodē. Socra
tes dicebat multos hoīes ꝓpterea velle viuere vt ederēt ꝛ biberēt.
se autē edere ꝛ bibere vt viueret. Tertullian⁹ in apologetico: So
crati demoniū a puericia adhesisse dicitur. Phi fm̄ deos demones
deputāt. Socratis vox ē: si demoniū ꝑmittat. Idē ꝛ cū aliq̄d de ve
ritate sapiebat deos negās. Esculapio gallinaciū ꝓsecari iam ī fine
iubebat. credo ob honorē patris ei⁹: q2 socratē apollo sapiētissimū
oīm cecinit. o apollinē ncōsideratū sapiētie testimoniū reddidit ei
viro q̄ negabat deos eē. Idē etiā corruptor adolescētiū ꝓnūciatus
est. Hiero. cōtra pelagiū li. iij. Eundē semꝑ vultū habere nō possu
mus: qđ de Socrate falso philosophi gloriant̄: quātomagis aīum
multe facies hoīm: sic ꝛ corda diuersa.

De Dictis eius moralibus. C. LVIII.

Eneca ad lucillū. Dicebat autē Socrates Quisq̄z vo
let tibi cōtumeliā faciet ꝛ iniuriam. tu tn̄ nihil patierꝭ: si
modo tecū erit virtus. Idē querēti cuidā cur mutatio locorū nihil sibi ꝓdesset ad depositionē vitiorū: ait. Quid miraris nihil
tibi peregrinationis prodesse: cum te circumferas. Actor. Huius
quoq̄z sentētie laudabiles inueniuntur tales: Melius est cauere q̄
pauere. Qui multarū rerum potestatē habet primū purgare cōsciē
tiā debet: vt q̄ delicta corrigit: nō admittat. Stultū est vt imꝑare de
alijs velit. cū sibiipsi imꝑare nō possit. Oriēte sole cōsiliū occidente
cōuiuiū cogitato. Age sic alienū: vt tuū nō obliuiscarꝭ negociū. Ami
co ita ꝓdesto: ne tibi noceas. Qđ habes ita vtere: vt alieno nō egeas
In tuo q̄z in alieno labore sarcinā suscipe. Pecunie querēde ꝛ tuen
de modū habere oportet. Velox cōsiliū sequit̄ penitētia. Maxime
cōtraria cōsilio sunt: festinatio ꝛ ira. Cū amicis breues orōnes ami
cicias lōgas oportet habere. Negat sibiipse qui qđ difficile est pe
tit. Malū alienū tuū ne feceris gaudiū. Principiū amicitie bene lo
qui: exordiū inimicitiarꝫ maledicere. Amicus raro acq̄rit̄: cito amit
tit̄. Multo turpius damnat̄: cui⁹ delictū cognoscit̄. Cōscientiam
plusq̄z famā attēde: fallere enī poteris famā: cōscientiam vo nusq̄z
Nulli īponas qđ ipse pati nō possis. Hoc exhibe qđ tibi optauerꝭ
exhiberi. Presentē laudare minime decet. Sepult⁹ apud te sermo
sit: quē solus audieris. Si bene egeris ipse tibi persone auctoritatē
dabis. Peccatū geminat quē nō pudet delicti. Felicitas semꝑ sub
iecta est aduersis. Damnū nisi ex abundātia raro venit. Que supra
nos nihil ad nos. Valer⁹ li. vij. Socrates humane sapiētie quasi
quoddā terrestre oraculū. nihil vltra petendū a dijs immortalibus
arbitrabat̄: q̄z vt bona tribuerēt: q2 hi demū scirēt q̄d vnicuiq̄z eēt
vtile. Idē: Socrates expedita ꝛ cōpendiaria via eos ad gloriā ꝑue
nire dicebat: qui id agerēt vt q̄les videri vellent: tales etiam essent.
Idē ab adolescētulo cōsultus vtrū vxorē duceret. an se omni matri
monio abstineret. respōdit: Vtrū eorū fecisset: acturū penitētiā. nā
hic te inq̄t solitudo. ibi te orbitas excipiet. hic generis interitus. hic
heres alienus. hic ꝑpetua solicitudo: cōtextus querelarū. dotis ex
probratio: affiniū graue superciliū: garrula socrus lingua: subsessor
alieni matrimonij: incertus liberorꝫ euentus. Actor. Hec de gestis
ꝛ dictis Socratis ex diuersis locis collegim⁹. ceterū de morte eius
dem inferius suo loco dicendū reseruamus.

De Regno alteri⁹ Xerxis ꝛ sogdiani darij nothi. C. LIX.

Eusebius in chronic. Post artaxerxem re
gnauit xerxes duob⁹ mēsib⁹ ꝑlarū
viij. Post quē. ix. sogdian⁹ mensib⁹. vij. cui successit da
rius cognomēto nothus. Cepit anno etatis. v. clxvj. mū
di vo. iij. M. dcxxix. Et regnauit annis. xix. Actor. Hic iam est ter
tius darius a dario medo cyri auunculo. Nā secūdus fuit darius fi
lius itaspis. Valerius autē. ix. libro sic dicit: Ochus qui postea da
rius appellatus est: sanctissimo a persis iureiurando obstrictus: ne
quē ex coniuratione: que. vij. magos cū eo oppresserat: aut veneno:
aut ferro: aut vlla vi: aut inopia alimētorꝫ necaret. crudeliorē morti
excogitauit rationē: q̄ onerosos sibi nō perrupto vinculo religionis
tolleret. septū enī parietib⁹ altis locū cinere cōpleuit. superpositoq̄z
tigno ꝓminēte: eos benigne cibo ꝛ potione exceptos in eo colloca
bat. e quo somno sopiti in illam insidiosam cōgeriē decidebāt. Hec
Valerius. Quis autē sit iste darius ignoro. nā nec darius iste legit̄
nec ochus alibi noiat⁹ ochus fili⁹ artaxerxis darius. Dari⁹ quoq̄z
fili⁹ itaspis fuit vnus ex. vij. magis: quorꝫ q̄nq̄z extra duos diruaue
runt. ꝛ ip̄e fuit vnus ex quinq̄z: q̄ duos oppresserūt. Quid ergo Va
lerius velit dicere. vij. magos a coniuratis cum dario oppressos nō
bene intelligo. Orosius in. ij. li. His tpibus grauissimo terremotu
cōcussa sicilia: insuꝑ ex estuanti ethna monte ignibus fauillisq̄z cali
dis cū detrimēto plurimorꝫ agrorꝫ ac villarū vastata est. Tūc etiam
atlante ciuitas locris adherēs terre contigua: repētino maris impetu
abscisa atq̄z in insulā desolata est. atheniēsiū quoq̄z miserabiles re
liquias pestis inuasit: diuq̄z populata est.

De Ortu Platonis. C. LX.

Eusebius ī chronicis. Anno sequēti terremo
tū: q̄ fuit annus q̄rtus darij nothi
plato nascit̄. s. anno ab ortu socratis. xliij. Hiero. cōtra
Iouī. li. i. Speusippus sororis platonis fili⁹: ꝛ cleant⁹ in
laude platonis: ꝛ anaxilides ī. ij. li. phie. pictōnem matrem platonis
fantasmate apollinis oppressam ferūt. ꝛ sapiētie principē non aliter
nisi de partu virginis editū arbitrant̄. Valerius li. i. Dormiēti pla
toni in cunis: apes mella labellis paruuli inserebāt: significātes singu
laris eloquij suauitatē. Apuleius de vita ꝛ morib⁹ platonis. Pla
to prius aristocles noiatus est. pater eius ariston. de genere neptu
ni fuit. mater eius pictōne a solone sapiētissimo legū atticarū funda
tore traxit originē. Cum autē ariston pater platonis deferret eum
ad socratem: vt ab eo instrueretur: nocte precedente somniū vide
rat socrates: q̄ in sinū eius aduolabat pullus coloris candoris exi
mij: ꝛ voce canora. de ara cupidinis in achademia: ꝛ de sinu suo can
tando volabat in celū. Cū igit̄ vidisset puerū platonē a patre ad se
deferri mox interpretationē somnij sui dixit completā esse.

De Alcibiade socratico. C. LXI.

Eusebius in chroni. Anno quīto
darij nothi al
cibiades socraticus ab atheniēsib⁹ propter inuidiā pro
fugit ad lacedemonios: qui erant hostes atheniēsiū. sed
iterū apud lacedemonios virtus eius plus inuidie contraxit q̄z gra
tie. Quo cognito alcibiades per vxorē agitis regis: quā adulterio
cognouerat: ad tysaphernē prefectū darij regis ꝓfugit. Cui se cele
riter officij gratia ꝛ obsequendi comitate insinuauit. Erat enī ꝛ eta
tis forme ꝛ florꝫ: veneratione: nec minus eloquētia etiā inter athe
nienses insignis: sed ꝛ in conciliandis amicitijs q̄z in retinendis vir
melior. Actor. Hic est alcibiades: de quo refert Boecius in libro
de consolatio. dixisse Aristotelem: q̄ siquis linceos haberet oculos
vt interiora corporis humani posset inspicere: videret illud corp⁹ al
cibiadis: quod in superficie pulcherrimū erat: intus esse turpissimū
De hoc quoq̄z refert Valerius q̄ discipulus socratis fuerit. de quo
etiā dicit Augustin⁹: q̄ cū se beatū putaret: quia videlicet diues ꝛ
pulcher ꝛ eloquēs erat. Socrates cū eo disputauit: ꝛ demōstrauit
q̄z miser esset: q̄z stultus esset. ꝛ tantū suis rationib⁹ eū exagitauit:
vt ipsum flere cogeret. A. gellius. Alcibiades atheniēsis cū apud
periclem auunculū artibus liberalib⁹ erudiret̄: ꝛ accersiret pericles
archigenidā tibicinē: vt eum canere tibijs (quod honestissimū tunc
videbatur) doceret. tradita sq̄z sibi tibias cum ad os adhibuisset: in
flasset q̄ pudefact⁹ oris deformitate infregit abiecitq̄z. Ea res cum
percrebuisset: omniū tunc atheniēsiū consensu disciplina tibijs canen
di desita est. Hieronym⁹ cōtra Iouinianū. Alcibiades socraticus
victis atheniēsib⁹ fugit ad farnabazū. qui accepto precio a lisandro la
cedemoniorū principe iussit eū interfici. Cūq̄z suffocato caput esset
ablatum: ꝛ misso lisandro in testimonio cedis explete: reliqua pars
corporis iacebat insepulta. Sola igit̄ cōcubina contra crudelissimū
hostis imperium: inter extraneos: imminēs discrimen funeri com
busta persoluit. mori parata pro mortuo: quem viuum dilexerat.

Actor. Hec Hierony. alij autē dicunt Alcibiadē seipsūz incendisse. Nam. xxx. tyrāni atheniēses cum cōperissent eum fugisse in persas. citato itinere miserunt qui eū interciperēt. a quibus occupatus

eum aperte occidi non posset: viuus in cubiculo in quo dormiebat crematus est: vt aiunt Justinus et Orosius. Ualerius. vi. libro. Alcibiadē q̄si due fortune sunt partite: altera q̄ ei nobilitatē eximiā. abundātes diuitias: formā p̄stantissimā: fauorē ciuium ꝓpensum: sūma imperia: p̄cipuas vires: flagrātissimū ingeniū assignaret: altera q̄ dominationē: exiliū: inopiā: odiū patrie: violentā mortē infligeret: ne aut hec aut illa vniuersa: sed varia: ꝑplexa: freto estuiq; similima.

¶ De Eudoxo astrologo et theatro heraclie et archelao macedone et euripide. C. LXII.

Eusebius in chronicis. Anno p̄fati Darij. ix. Eudoxus gnidius clarus habetur. Pancronius. Hic eudoxus astrologus fuit q̄ excelsi montis cacumina cōscēdit: vt astroꝝ celiq; motus deprehēderet. Eusebius in chronicis. Anno sequenti lacedemonij ter sacrū destinātes heracleā cōdunt. Helinādus in chroni. li. xvi. In heraclea fuit theatrum illud mirabile: qd̄ inter. vij. miracula mundi quintū ponit. nā de vno mōte marmoreo ita sculptū est: vt oēs cellule et māsiones et muri et antra bestiarū ex vno solidoq; lapide facta sunt. Est autē totū theatrū sup. vij. cancros de ipso lapide sculptos appendēs: et nemo in gyro ipsius tam secrete aut solus aut cū alio loqui poterat: quin oēs qui in circuitu erāt ipm̄ audirēt. Eusebius in chronicis. Eo tēpore egypt⁹ a persis recessit: et rursus egyptioꝝ renascit dinastia: euripides apud archelaum et socrates athenis morit. Actor. Hunc archelaū (quē regē macedonie dicit seneca) quodā tēpore cū solis facta est defectio: ita timuisse, vt se intra regiā cōcluserit: et filiū suū totonderit: et vestē lugubrē indueret: putans mundū defecisse. Ab eodē archelao dicit ipse socratē aliquādo inuitatū vt ad se veniret, quatenus cū honorare posset: Socratē respondisse: se ab eo nolle accipere beneficia: cui paria reddere non posset. Hiero. in chro. lib. ij. Euripides in creta iouis ꝓphetas nō solū carnibus: sed et coctis cibis abstinuisse refert.

¶ De Horeste macedone et xxx. tyrānis atheniēsib⁹. C. LXIII.

Elinādus vbi supra. Anno darij nothi decimooctauo macedonū. xij. regnauit Horestes annis tribus, cui⁹ anno scd̄o mortuus est darius. s; annus (vt ait iustinus et qui eū sequitur orosius) insignis fuit expugnatiōe atheniēsiū: et morte Darij: et exilio dionysij tyrāni: verūtamen Hieronymus dicit dionysiū in tyrannide p̄seuerasse vsq; ad olympiadē. ciuj. et tunc sicilia pulsum esse. His diebus s. li. xxx. rectores quos superius a lacedemonijs relictos memorauimus ad disponendā rempublicā Atheniensiū conuersi sunt ad tyrannidem. Adiunatis sibi tribus milibus satellitum: et septingentis milibus de exercitu victorie. Hieronymus contra Jouī. libro primo. Triginta Atheniensium tyranni cum phidonē necassent in conuiuio. Filias eius virgines ad se venire iusserunt: et scortoꝝ more nudari. ac super pauimenta patris sanguine cruentata, impudicis gestibus ludere que paulisꝑ dissimulat dolorē. cū temulentos conuiuas cernerent quasi ad requisita nature egrediētes: inuicē se complexe precipitauerunt in puteū. vt virginitatē morte seruarent.

¶ De Regno Artaxerxis qui et Assuerus: et de ascensu Cyri. C. LXIIII.

Ex chroni. Post dariū Artaxerxes q̄ cognominatus est Memnon darij filius: cepit anno quinte etatis. cētesimo. lxxxi. mundi vero. iij. M. quingentesimo quinquagesimooctauo: et regnauit annis quadraginta. Comestor. Hic ab hebreis dicitur Assuerus sub quo historia Hester conscripta est. Regnauit autem hic Assuerus ab india vsq; Ethyopiam: super centū vigintiseptē ꝓuincias: et erat in Susis ciuitate solium regni eius. Actor. Justinus et pompeius trogus dicunt artaxerxem istū ex pelicibus. c. et. xv. filios habuisse Quod valde concordat libro hester: i quo legit̄ q̄ post abiectōē; regine vasthi: ꝑ vniuersas ꝓuincias quesite sunt semel et secūdo puelle speciose et virgines et adducte ad ciuitatē susim et tradite sub manu egei eunuchi q̄ erat ꝑpositus et custos mulierū regiaꝝ. Huius anno regni. vij. annotatur in chronicis eusebij cyri regi ascēsus: quē scribit xenofon s; nec librū vnq; illū vidisse meminimus: nec q̄s ascensus iste fuerit vspiā; legi. Hierony. dicit q̄ xenophon vitā cyri in. viij. voluminib⁹ descripsit. Tullius in libro de senectute. Apud xenophontem cyrus maior moriēs dixit. Nolite arbitrari o filij charissimi me cū a vobis recessero nusquā aut nullū fore: nec eni dū essem vobiscum animū meū videbatis: sed eū esse in hoc corpore ex eis reb⁹ quas gerebā intelligebatis. Eandē igit̄ esse credi tote etiā si nullū videbitis.

¶ De Inuentione grecarum litterarū. C. LXV.

Eusebius in chro. Anno artaxerxis decimo athenienses viginti quattuor litteris vti ceperunt cū antea sedecē tā haberēt. Isidorus libro. j. Grecarū litterarū vsum p̄mi fenices inuenerūt. Unde Lucan⁹. Fenices p̄mi fame si credit̄ ausi Mansurā rudibus vocē signare figuris. Hinc est q̄ feniceo colore capita librorū scribunt̄: quia ab ipsis litere initiū habuerūt. Cathmus agenoris filius grecas litteras a fenice in grecū primus attulit decemseptē. His palamedes troiano bello tres adiecit Post quē symonides similiter tres alias addidit Pythagoras autē samius Y. littera inuenit: ad exēplum vite humane. Cui⁹ virgula subterior primā etatē signat incertam. que nondū se dedit aut vitijs aut virtutibus. biuiū quod supra est adolescentiā significat. cuius dextera pars ardua: sed ad virtutē tendens. finistra facilior: sed ad labem interitūq; deducens. de qua Persius: Et tibi q̄ samios deduxit littera ramos Surgentē dextro monstrauit limite callem. Quinq; autē apud grecos littere mystice sunt. Prima. y. que humanā vitā signat. Secunda. que mortem signat. Nā iudices eandē litterā apponebāt: ad eorū nomina: quos supplicio afficiebāt. Et dicit̄ tetha a po thoy tanathon id est a morte. vnde et habet per mediū telū: hoc est mortis signū. de q̄ quid. o. multū ante alias infelix littera theta. Tertia ē tau: figurā dn̄ice crucis demonstrās. vnde et hebraice signū dicit̄ interpretatū. de qua dicitur in Ezechiele. Transi per mediā ciuitatē: et signa tau in frontib⁹ viroꝝ gementiū et dolentiū reliquas duas summā et vltimam. s. alpha et o sibi vendicat christus. Ipse eni eni est principiū: ipse est finis: dicēs: Ego sum alpha et o.

¶ De Morte Socratis. C. LXI.

Eusebius in chro. Anno vndecimo artaxerxis socrates venenū bibit. Orosius libro. ij. Socrates ille actor clarissimorū philosophorū: adactis malis: veneno sibi apud athenienses vitā extorsit. Actor. Hec Orosius. Ex quib⁹ intelligi potest socratē nō expectasse: vt ei a carnifice venenū propinaretur. sed deceptus consilio familiaris sui demonis: quē Apuleius deū socratis appellat: mortē sibi intulerit: aut amore popularis glorie: aut timore maioris pene. Tertulianus in apologetico. Socrates in contumeliā deorū quercū hircūq; et canē deierebat. sed dicitis propterea damnatus est quia deos destruebat. plane olim atq; semper veritas odio est. tamen cū penitētia sententie atheniēses et criminatores socratis postea afflixerint: et imaginē eius auream in templo collocauerint: rescissa damnatio testimoniū veritatis socrati reddidit. Ualerius libro. vij. Socrates cum athenieses tristem de capite eius sententiā tulissent: fortiq; animo potionem veneni e manu carnificis accepisset: admoto iam labijs poculo: vxore xantippe inter fletum et lamentationē vociferāte innocentē eum periturū. Quid ergo inquit nocēti mihi mori satius esse duxisti: immensam sapientiā: que nec in ipso vite quidē excessu obliuisci sui potuit. Idē in libro. viij. Socratē constat etate ꝓfectū: fidibus tractādis operā dare cepisse. Tātis eni doctrine sue diuitijs etiā musice rationis vilissimū elementū accedere voluit. Cūq; ad discendū semꝑ pauperē se credidit: ad docendū locupletissimū fecit. ocium quoq; industrie studio maxime videt̄ cōtrariū. precipue vō subnecti debet: nō quo euanescat virtus: sed quo recuperet̄. Alterū eni inertibus est vitandum. alterū quoq; strēnuis interdū appetēdū. Illis ne propriē vitā inertē exigant. his vt tempestiua laboris intermissione vegetiores ad laborādū fiant. Hominē quippe rerū natura cōtinui laboris patientē esse nō sinit. Id quidē vidit sapiētissim⁹ socrates: ideoq; non erubuit: cum interposita arūdine cruribus suis cū paruulis filiolis suis ludens ab alcibiade derisus est. Homerus quoq; nō aliud sensit vehemētissimis achillis manibus canoras fides aptādo: vt earū militare robur leni pacis studio relaxaret. Isidorus decimoseptimo libro. Socrates cicutā in carcē bibit et expirauit. Actor. Mortuus est autē anno etatis sue. lxx. s̄m chronicas. Lactāti⁹ in li. de falsa sapiētia. Socrates se nihil scire dixit: nisi hoc ipm̄ q̄ nihil sciret. hinc achademie disciplina intonauit. Si tñ disciplina dici pōt in qua ignoratio et dicit̄ et docetur.

¶ De Xenophonte socratico. C. LXVII.

Eusebius in chroni. Eo tempore Xenophon grylli filius: et eschines: et ceteri socratici clari habentur. Actor. De xenophonte refert A. gellius: q̄ quidam putauerunt inter ipsum et platonē fuisse rancores et discordias: quia assecutus est famā et palmam eloquentie q̄; oēs alij socratis discipuli

pusi post Platonem ⁊ inter pares semper videtur esse quedã emu/
latio. Huius dicit̃ esse illa sententia quã sibi maledicẽti respõdit. tu
inquit maledixisti. ego cõsciẽtia teste didici maledicta cõtemnere.
Ualerius lib. v. Xenophon cũ sacrificaret maiorẽ e duobus filijs
in prelio perisse cognouit. nec ideo cultũ deoꝝ dimittẽdũ putauit:
sed tantũmodo coronã deponere cõtentus fuit quã ipsam p̃cũcta
tus quonã modo cecidisset. vt audiuit fortissime pugnãtẽ interisse
capiti reposuit. numina q̃bus sacrificabat testatus. maiorẽ se de vir
tute filij voluptatẽ q̃ȝ ex morte sentire amaritudinẽ. Idẽ cõtra io/
ui. lib. ij. Xenophon (vt dictũ est) vitã persarũ. viij. voluminibus de/
scribẽs. polẽta ⁊ cardamo ⁊ sale ac pane p̃sas asserit victitare.

De diogene ⁊ secta cinicoꝝ. C. LXVIII.

Eusebius in chroni. Anno Artax/
erxis tertio
Tullius li. j. de officijs. Virtutis omnis laus in actione consistit. a qua tamen sepe fit intermissio multeque dantur ad studia reditus. Scire debemus quod in terris gignitur ad vsum hominum creari omnia. homines autem hominum causa fuisse generatos: vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint. In hoc autem debemus naturam ducem sequi et communes vtilitates afferre in medium. Fundamentum primum iustitie est ne cui noceatur. Deinde vt communi vtilitati seruiatur. in illis promissis standum non esse que non videt. que quis metu coactus vel dolo deceptus promiserit. Fundamentum iustitie est fides. i. dictorum conuentorumque constans veritas. Existunt sepe in iure quedam nimis callida: sed maliciosa iuris interpretatione ex quo illud summum ius summa iniuria est factum: est iam tritum prouerbium. Quare suscipienda sunt bella. vt sine iniurie in pace viuatur. itaque paci que nihil habitura sit. insidiarum semper est consulendum. Totius iniustitie nulla capitalior quam eorum qui cum maxime fallant. id agunt vt boni viri videantur. Liberalitate et beneficientia nihil est nature hominis accommodatius: sed hec multas debet habere cautiones. videndum est enim primum ne obsit illi cui datur beneficium vel alij. Sunt enim multi cupidi splendoris et glorie. qui alijs eripiunt quod alijs largiantur: et sic alijs nocent: vt in alios liberales existimentur. nos autem ea liberalitate vtamur que amicis prosit et nemini obsit. Deinde ne maior sit liberalitas quam facultas: et tandem pro dignitate cuique tribuatur quod est fundamentum iustitie. nihil enim liberale est quod non sit iustum. Spectandi etiam sunt mores eius in quem beneficium confertur: et animus eius erga nos: et communitas ac societas vite: et ad nostras vtilitates officia prius collata. Omnium societatum nulla prestantior est: nulla firmior quam cum boni viri moribus similes familiaritate coniuncti sunt. nihil enim amabilius est: nec copulatius quam morum similitudo bonorum. In quibus enim eadem studia eedem voluntates. in his fit vt alter altero eque delectetur vt in seipso: et sic vnum fiat ex pluribus. Vita victusque communis. consilia. sermones cohortationes. interdum etiam obiurgationes maxime in amicitijs vigent. Estque illa iocundissima amicitia quam similitudo coniugauit. Sicut scientia que remota est a iustitia calliditas potius quam sapientia est appellanda. Sic et animus paratus ad periculum. si sua cupiditate non communi vtilitate impellitur. audacie potius nomen habet quam fortitudinis. Fortes et magnanimi sunt habendi non qui faciunt: sed qui propulsant iniuriam. Vix inuenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis: non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Non est consentaneum rationi qui metu non frangitur eum frangi cupiditate: nec qui se inuictum a labore prestiterit. vinci a voluntate.

¶ Item de eodem. C. VIII.

Fugienda est pecunie cupiditas. nihil enim tam angusti tamque parui est animi quam amare diuitias. nihil honestius atque magnificentius quam pecuniam contemnere si non habeas. Si autem habeas ad beneficentiam liberalitatemque conferre. Multi tranquillitatem expetentes. a negocijs publicis se remouerunt. atque ad ocium profugerunt. inter quos et nobilissimi philosophi quidam homines seueri et graues nec populi nec principum mores ferre potuerunt. vixeruntque nonnulli in agris. facilior quidem et tutior et alijs minus grauis aut molesta ociosorum vita. fructuosior autem hominum generi et ad claritatem atque amplitudinem aptior. eorum qui ad rempublicam et ad res magnas gerendas se accommodauerunt. Bellum ita suscipiatur vt nihil aliud nisi pax quesita videatur. Fortis est enim animi et constantis. non perturbari in rebus asperis. nec tumultuantem gradu deijci: sed presenti animo et consilio suo vti: nec a ratione discedere. illud etiam magni ingenij est cogitatione futura percipere: et ante constituere quid euenire possit: et quid agendum sit cum euenerit. Qui reipublice profuturi sunt: duo precepta platonis teneant. Vnum quod vtilitatem ciuium sic tueantur: vt quicquid agunt ad eam referant obliti commodorum suorum. Alterum vt totum corpus reipublice procurent nedum aliquam partem tuentur reliquas deserant. tutela autem et procuratio reipublice ad eorum vtilitatem qui commissi sunt: non ad eorum quibus est commissa gerenda est. Nihil est laudabilius nihil magno preclaroque viro dignius. placabilitate et clementia. que tamen ita probanda est vt adhibeatur .r. p. seueritas. sine qua ciuitas non potest administrari. Omnis enim animaduersio et castigatio debet vacare contumelia: nec ad eius qui punit vel castigat aliquem: sed ad reipublice vtilitatem referri. Cauendum est etiam ne maior sit pena quam culpa: et ideo prohibenda est ira in puniendo maxime. nunquam enim iratus qui ad puniendum accedit mediocritatem illam tenebit que est inter nimium et parum. Qui ergo reipublice presunt legum similes sunt que ad puniendum non iracundia sed equitate ducuntur. In rebus etiam prosperis superbia fugienda est et arrogantia: nam vt aduersas res sic et secundas immoderate ferre leuitatis est. Preclara est equalitas in vita. s. vt sit idem semper vultus eademque frons. sicut de socrate dictum est. Cauendum est ne assentatoribus siue adulatoribus aures patefaciamus in quo falli facile est. Tales enim nos putamus vt iure laudemur ex quo inflati vanis opinionibus innumerabiliores peccata et maximos errores incidimus. Sunt quidam homines non re sed nomine.

De Eodem. C. IX.

Idendū est vt cōtra naturā cōem nihil cōdamus sʒ studia nostra eius regula metiamur. nec enī attinet nature repugnare. nec quicꝙ seqꝫ qd nō queas assequi. Id maxie quēqꝫ decet qd maxime suū ē. Amicitias q̄ min⁹ delectāt: magis censent sapiētes sensim dissuere ꝙ repēte pscidere. Luxuria cū oi etati turpis sit: senibus maxime fedissima est. Peregrini ⁊ incole officiū est: nihil pter negocium suū agere. nihil de alio inqrere. minimeqꝫ esse in aliena republica curiosum. Forme corpali adhibēda est mūdicia. nō odiosa nec exqsita nimis. sed tm̄ q̄ fugiat in humanā negligētiā. in vestib⁹ autē mediocritas optima est. Cavēdū est ne aut in gressu tarditatib⁹ mollioribus vtamur: vt pōpaꝝ ferculis siles videamur aut nimias celeritates in festinatiōe suscipiam⁹: in qb⁹ est significatio inconstantie: sit vox loquētis dulcis ⁊ non cōtētiosa: neqꝫ languēs: neqꝫ canora: videatqꝫ in p̄mis: de qb⁹ rebus loquat: si de serijs veritatē adhibeat: si de iocosis lepoꝛē. Ornāda est dignitas domo: nō ex domo tota q̄rēda est: nec domo dn̄s: sed dn̄o dom⁹ honestāda ē. In domo clari hoīs hospites multi recipiēdi sūt. ⁊ admittēda hoīuʒ cuiusciꝙ generi multitudo: atqꝫ adhibēda est cura laxitati. aliter enī ampla domus dedecori dn̄o fit: si est in ea solitudo: ⁊ maxime si sub alio dn̄o solita est freqūtari. odiosuʒ est enī cū a pteraītib⁹ dicit. o domus antiq̄ heu ꝙ dispari dn̄o dn̄aris. Turpe est valde ⁊ vitiosuʒ in re severa delicatū inferre sermonē. Quēadmodū ergo in ōꝛone cōstanti sic in vita oīa apta sint inter se ⁊ cōuenientia: ⁊ q̄ parua videnť eē delicta: nec a multis itelligi possunt. ab his diligēti⁹ est declinandū. Si enī organis musicis q̄uis paululū discrepēt. vitať tn̄ ne qd i eis discrepet multo magis ordinis oīmode cōuenientiā in actiōib⁹ nostris adhibēda est: qꝛ maioꝛ ⁊ melioꝛ est actionū ꝙ sonoꝝ accētus. Nescio qm̄o fit vt magis in alijs ꝙ in nosmetipsis cernam⁹ si qd delinquiť. Illiberales ⁊ sordidi sūt q̄stus mercēnarioꝝ oīum: quoꝝ opa nō quoꝝ artes emunť. Est enī in illis ipsa merces auctoramētū servitutis. Sordidi etiā sūt q̄ mercanť a mercatorib⁹ qd statī vēdāt. nihil enī pficiūt nisi admodū mentianť. Minime quoqꝫ artes pbāde sūt q̄ ministre sunt voluptatū: vt q̄s exercēt lanijste piscatores coqui fartores ⁊ etiā vnguētarij saltatores ludiqꝫ talares. Quib⁹ aūt artib⁹ aut prudētia maioꝛ inest: aut nō mediocris vtilitas q̄ritur: vt medicina architectura ⁊ doctrina reru honestaꝝ he q̄z honeste sī his quoꝝ ordini cōueniūt. Mercatura si tenuis est: sordida putanda est. Oīuʒ ex q̄bus aliqd acq̄riť: nihil est agricultura meli⁹: nihil vberius: nihil dulcius: nihil hoīe libero digni⁹. Omne autē officiuʒ qd ad cōiunctionē hoīuʒ ⁊ ad societatē tuendā valet. anteponēduʒ est illi officio qd ex cognitiōe ⁊ sciētia cōtineť. Est enī humane nature aptius ⁊ vtilius: magnitudo animi remota comitate ⁊ coniunctione humana feritas quedā est ⁊ inhumanitas.

De Eodem. C. X.

Tem in lib. ij. Sicut magnas vtilitates adipiscimur cō peratiōe hoīuʒ atqꝫ cōsensu: sic nulla tam detestabiľ pestis ē q̄ hoī ab hoīe nō nascať. Morte se hʒ res: cū qd vtute effici debet. id pecunia tētať. Quicqꝫ qd honestū decoꝛūqꝫ dicim⁹ p se nobis placet. aīosqꝫ oīuʒ natura sui cōmouet. Idcirco illos in q̄b⁹ hoc esse remur a nā ipsa diligere cogimur: atqꝫ hʒ q̄dē est cā diligēdi grauissima. Nemo iustus esse pōt q̄ moꝛtē: q̄ doloꝛē vel egestatē timet: aut ea q̄ his sūt cōtraria equitati anteponit. Tāta est iustitie vis: vt nec illi qui maleficio ⁊ scelere pascanť: sine vlla eius particula viuere possint. nam ⁊ princeps latronū nisi equaliter predā dispertiatur: aut interficieť a socijs aut relinquetur. Omnia ficta celeriter tanꝙ flosculi decidunt: nec simulatū quicꝙ potest esse diuturnū. Qui verā iustitie gloriā adipisci vult iustitie fungatur officijs. Prima adolescentis cōmendatio proficiscitur a modestia cū pietate in parētes: ⁊ in suos beniuolētia. Deinde etiam facile in optimā partē venire cognoscitur: si ad sapiētes ⁊ claros viros ⁊ bene cōsulentes reipublice se cōtulit: ⁊ cum eis assiduus sit. Iudicis est semper in causis verū sequi. Beneficientie ac liberalitatis est duplex ratio: aut enim opera impenditur indigētibus: aut pecunia facilior quidē posterior locupleti presertim: sed prima lautior ac splendidior: et viro forti claroqꝫ dignior: ac pluribus vtilior. Nam prima ex arca: secunda ex virtute depromitur. et sepe qui pecunie beneficium accipit deterior inde fit. atqꝫ ad idem expectandum semper paratior. Nec ita claudenda est res familiaris: vt eam benignitas aperire non possit: nec ita referāda vt pateat omnibus. Causa autem largitionis est duplex: scilicet si aut est necesse: aut vtile: ⁊ in his ipsis mediocritatis regula seruanda est: temeritate enim remota gratissima est liberalitas. Nam viri liberalis bonitate: cōe oīuʒ pfugiū est. Nec vno modo in disparib⁹ causis affecti eē debem⁹. ppēsioꝛ enī debet eē benignitas i calamitosos: nisi forte calamitate digni fuerint. Cōuenit aūt viro liberali in dādo eē munificū. in exigēdo nō acerbū. in oi quoqꝫ re cōtrahēda: vēdendo: emēdo: cōducēdo: locādo facilē ⁊ equū. multa multis de iure suo cedentē. ⁊ a litib⁹ q̄ntū liceat abhoꝛrentē. Habēda tamen est ratio rei familiaris. quā quidē dilabi sinere flagitiosum est. sʒ ita illiberalitatis ⁊ auaritie suspicio absit. Decoꝛū valde est patere dom⁹ illustriū viroꝝ illustrib⁹ hospitib⁹. In beneficijs collocādis moꝛes hominū nō fortunā seqꝫ honesta rō est. Sed q̄s est tandē q̄ inopis ⁊ optimi viri cause nō anteponat gratiā viri fortunati ⁊ potētis. a quo enī videť remuneratio foꝛe expeditioꝛ atqꝫ celerioꝛ: in eo nr̄a volūtas est ppēsioꝛ. coꝛruptiqꝫ sunt moꝛes: ⁊ admiratiōe diuitiarū deprauati. Nullū vitiū deterius est auaritia: p̄sertim in p̄ncipib⁹ ⁊ rempublicā gubernātib⁹. habere enī questui reipublice nō modo turpe est: sed etiā sceleratū ⁊ nephariū. In iulio cesare tāta peccādi libido fuit: vt hoc ipm peccare eū delectaret: etiā si causa nō esset.

De Eodem. C. XI.

Dem in. iij. li. Publiū sciponē scripsit cato dicere solitū: nunꝙ se min⁹ ociosum eē ꝙ cū ociosus. nec min⁹ solū ꝙ cū solus eēt. Magnifica vere vox ac viro magno ⁊ sapiēte digna: q̄ declarat illū ⁊ in ocio de negocijs cogitare: ⁊ in solitudine secū loq̄ solitū. hinc itaqꝫ res q̄ languorē afferūt ceteris: illū acuebāt. s. ociū ⁊ solitudo. Detrahere aliqd alteri: ⁊ hominē hoīs incōmodo suū augere cōmodū: magis est contra naturā ꝙ moꝛs. Sicut enī si vnūquodqꝫ coꝛpoꝛis membꝛū hunc haberet sensū: vt posset putare se valere. si p̄rimi mēbꝛi valitudinē detraxisset: debilitari ⁊ interire totū coꝛpus necesse est. Sic vnusquisqꝫ nostrū si ad se rapiat cōmoda alioꝛū: detrahatqꝫ cui possit emolimēti sui grā societas hominū ⁊ cōitas euertať necesse est. Multo magis est s̄m naturā cōitas et iustitia ⁊ liberalitas ꝙ voluptas vita ⁊ diuitie. Magis quoqꝫ est s̄m naturā pro oīb⁹ gētib⁹ (si fieri possit) conseruādis atqꝫ iuuādis maximos laboꝛes molestiasqꝫ suscipere: ꝙ viuere in solitudine: nō solū sine vllis molestijs: sed etiā in voluptatib⁹ ⁊ omniū rerū copijs. Errāt qui vitiū vllū coꝛpoꝛis aut foꝛtune vitijs animi grau⁹ existimant. Homo natura obediēs homini nocere nō potest. Unū oīb⁹ debet esse propositū: vt eadem sit vtilitas vniuscuiusqꝫ ⁊ vniuersorum. Societatis artissimū vinculū est: arbitrari magis contra naturam eē: hominē homini aliquid detrahere sui cōmodi causa: ꝙ oīa incōmoda subire. Iustitia est vna omniū dn̄a ⁊ regina virtutū. Sicut quedā mēbꝛa amputanť: si sāguine ⁊ tanꝙ spū carere ceperint: ne noceant reliquis partib⁹ coꝛpoꝛis. sic in figura ista hoīs feritas ⁊ immanitas belue a cōi humanitate segregāda est. Nihil tam s̄m naturā est ꝙ vtilitas. sed certe in re vtili turpitudo esse nō potest. Qui deliberant vtrū id quod honestū vident sequanť. an sciētes scelere se contaminēt. etiam si ad id quod deliberāt nō peruenerint: in ipsa dubitatione facinus cōmittunt. etenī deliberāda omnino non sunt in quibus turpissima est ipsa deliberatio. Certe si omnes deos hominesqꝫ celare possum⁹. nihil tn̄ auare vel iniuste nihil libidinose nihil incōtinēter faciendū est.

De Eodem. C. XII.

In amicitijs maxime perturbanť officia quibus ⁊ nō tribuere quod recte possis: ⁊ tribuere quod nō sit equū cōtra officium est. Honoꝛes ⁊ diuitie ⁊ voluptates ⁊ cetera huius generis que videnť vtilia nunꝙ amicitie anteponēda sunt. At neqꝫ contra rempublicā neqꝫ cōtra iusiurandū ac fidē amici causa vir bonus faciet. neqꝫ si iudex fuerit de ipso amico. ponit enī personā amici cū induit iudicis. sʒ tātū dabit amicitie: vt amici cām malit eē verā. ⁊ vt perorande litis temp⁹: quo ad leges liceat accōmodet. Cū aūt iurato sentētia dicēda sit: meminerit se deū testē adhibere. Si oīa faciēda sunt: que amici volunt: nō amicitie tales: sed coniurationes putande sunt. Cum id quod vtile videť in amicitia: cū eo quod honestum est comparať: iaceat vtilitatis species valeat honestas. Et cū in amicitia: q̄ honesta nō sunt postulanť: religio ⁊ fides anteponātur amicitie: hominū nature (quā maxime sequi debemus) inimica est crudelitas. Qui aliud agētes ⁊ aliud simulātes p̄stāt sūt improbi ⁊ malitiosi. Nullū igiť eoꝝ factū vtile esse potest: cū tot sit vitijs inquinatū. Tollendū est ex rebus contrahēdis omne mēdaciū. tam emptoꝛ ꝙ vēditoꝛ si ad loquendū venerit: nō plus ꝙ semel eloquatur. Uir bonus ⁊ iustus nihil cuiquā quod in se trāsferat detrahet. Bon⁹ vir nō modo facere: sed nec cogitare quidē audebit quicquā qd non audeat predicare. Quid interest: vtrū ex hoīe quis in beluā

se conuerterit. an sub hoīs figura imanitatē belue gerat. Est ius belli cū fideq̄ iurisiurādi etiā cū hoste sepe seruāda: sʒ nō sen ꝑ. Qđ n. ita iuratū est vt ⁊ mente fieri oportere cōciperet: id seruādū est: qđ aūt aliē: si nō feceris nullū est piuriū: vt si ꝑdonibꝰ piratis pactū ꝑ capite p̄ciū nō attuleris: nulla fraus est: etiā si iuratꝰ id q̄dē non feceris. nā pirata cū sit cōis oīūʒ hostis: nec fides nec iuramētū cū eo debet eē cōe. Nō falsūʒ iurare peierare est: sed qđ ex animi tui sniā iuraueris. sicut vbis cōcipit more nr̄o: id nō facere piuriū est. Nec illa q̄dē ꝑmissa sūt seruāda q̄ his ipsis inutilia sūt qbꝰ illa ꝑmiseris. Peruertunt hoīes ea q̄ sunt fundamēta nature: cū vtilitatē ab honestate seiungūt: oēs eīn expetimꝰ vtilitatē ad eāq̄ rapimur. In iureiurādo nō q̄s metus: sed qđ sit ius debet itelligi. est eīn iusiurādū affirmatio religiosa: qđ ḡ affirmatiue ⁊ q̄si deo teste ꝑmiseris id tenēdū est.

Flosculi Eiusdem de amicitia. C. XIII.

Dem in li. de amicitia. Amicitia oībꝰ rebꝰ humanis ꝑponēda est: nihil eīn est tam nature aptū tanq̄ cōueniēs ad res scdas vel aduersas: sed h̄ p̄mūʒ sētio: amicitiā nisi in bonis esse nō posse. Negāt etiā quēq̄ esse virū bonū nisi sapientē: sed illā sapientiā interp̄tantur quā nemo adhuc mortalis est assecutus. Illos bonos viros appellādos putemus q̄ assequunt quātū hoīes possunt: naturā optimā bene viuēdi ducē. Quāta sit vis amicitie: ex hoc itelligi pōt: q̄ ex infinita societate generis humani quā cōciliauit ipsa natura. ita cōtracta res est ⁊ adducta in angustū: vt oīs charitas vel īter duos vel inter paucos iungeret. Est autē amicitia nihil aliud nisi oīūʒ diuinarū humanarūq̄ rerū cū beniuolētia ⁊ charitate consensio. Quō pōt esse vita vtilis ē. q̄ nō amici mutua beniuolētia cōquiescit. Quid eīn dulciꝰ q̄ hr̄e cū quo audeas sic loq̄ vt tecū: q̄s esset tātus fructꝰ in ꝓsperis rebus nisi haberes q̄ illi eque vt tu gauderet. Aduersas vo ferre difficile esset: sine eo q̄ eas grauiꝰ etiā q̄ tu ferret. Et scdas res facit amicitia splēdidiores: ⁊ aduersas partiēs cōicansq̄ leuiores. Cūq̄ plurimas ⁊ maximas cōmoditates amicitia cōtineat: tū illa nimirū p̄stat oībus q̄ bona spe p̄lucet in posterū: nec debilitare aīos aut cadere patit: verū etiā amicū q̄ intuet: tanq̄ exēplar aliqđ ītuetur sui. Nihil eīn v̄tute amabiliꝰ: nihil qđ magis alliciat ad diligendū. quippe cū ꝓp̄ veritatē ⁊ ꝓbitatē etiā eos quos nunq̄ vidimꝰ diligamus. Scipio nihil difficilius esse dicebat: q̄ amicitiā vsq̄ ad extremū vite diē ꝑmanere. Interdū eīn dirimit cōtentione luxurie vel alterꝰ cōmodi: qđ idē adipisci vterq̄ nō pōt. Pestē vo nullam esse maiorē amicitijs q̄ in plerisq̄ pecunie cupiditatē. In optimis q̄buisq̄ certamē honoris ⁊ glorie: ex quo inimicitias maximas sepe inter amicissimos extitisse videmus. Nulla est excusatio peccati si amici causa peccaueris. nā cū cōciliatrix amicitie virtutis opinio fuerit difficile est amicitiā manere: si a v̄tute defeceris. Qz si rectū statuerimus: vel cōcedere amicis quicq̄d velint: vel ipetrare ab eis q̄cquid velimꝰ. ꝑfecte q̄dē sapiētie sumꝰ: si nihil habeat res vitij. Hec igitur lex in amicitia sancit: vt neq̄ rogemus res turpes: neq̄ rogati faciamus turpis eīn excusatio hec est: ⁊ minime accipienda: si q̄s cōtra rēpublicā amici causa se fecisse fateat. Precipiendū igit bonis est: vt si in prauorū amicitias ignari aliquo casu inciderint: ne existimēt ita se alligatos: vt ab amicis in republica peccātibꝰ nō discedāt: nec minor pena statuēda est his qui alterū secuti fuerint: q̄ his qui ipietatis duces ipsi fuerūt. Nō mihi minoris cure est q̄lis respublica post mortē meā futura sit: q̄ q̄lis hodie sit. Hec igit p̄ma lex amicitie sanciat: vt ab amicis honesta petamus: ⁊ amicorū causa honesta faciamus. Cōsiliū verū libere dare gaudeamus. plurimūq̄ in amicitia amicorū bene suadentiū valet auctoritas. Cōceditur profecto esse verū: vt bonos boni diligāt: asciscantq̄ sibi q̄si ꝓpinquitate cōiunctos atq̄ natura. Nihil est appetentius similiū sui atq̄ rapacius q̄ natura. In vera amicitia nō tam vtilitas ꝑ amicum q̄ amor ipse delectat. Amicitiarū sua cuiq̄ permanet stabilis ⁊ certa possessio. ita etiā si illa maneāt que sunt quasi dona fortune: cū vita inculta ⁊ deserta ab amicis iocūda esse nō possit. Multa que nostri causa nunq̄ faceremus: causa amicorū facimus: que enim in nostris rebus inhoneste: in amicorū sunt honestissime vt precari ꝑ amico indigno in aliquē acerbius inuehi pro eo.

Item De eodem. C. XIIII.

Uidam diffiniunt amicitiā paribus officijs ⁊ voluntatibus se. I hoc quidem est nimis exigue ⁊ exiliter ad calculos vocare amicitiā: vt par sit ratio acceptorū ⁊ datorū. Ditior eīn ⁊ affluētior videt eē amicitia. nec obseruare restricte qn plus reddat q̄ accepit: neq̄ eīn verēdū est ne q̄d excidat: aut ne q̄d i terrā ōfluat aut plus equo in amicitiam conferatur. Boni viri ⁊ sapiētis est: hec duo tenere in amicitia. primū ne quid fictū vel simulatū sit. aperte eīn odisse magis ingenuū est q̄ frōte occultare sententiā. Deinde nō solū allatas ab aliquo criminatiōes repellē: sʒ ne ipm quidē suspiciosū eē: semp existimātē aliq̄d ab amico eē violatū. accedat huc vt oportet suauitas q̄dā sermonū atq̄ morū aut mediocre cōdimentū amicitie. Nō est negligēda fama: nec mediocre telū ad res gerēdas oportet existimare beniuolentiā ciuiū: quā cū blāditijs assentādo colligere turpe est: virtus quā sequit charitas minime repudiāda est. Uere amicitie difficillime repiunt i illis q̄ i honoribꝰ reipublice v̄sant. vbi eīn inuenias q̄ honorē amici suo anteponat. Firmamentū stabilitatis ⁊ ōstātie quā i amicitia q̄rimꝰ ē fides. Uetustissima queq̄ (vt ea vina q̄ vetustatē ferūt) debēt eē suauissima. maxima eīn est vis vetustatis ⁊ ōsuetudinis. Odiosum sane genꝰ hominū officia exprobrantiū: q̄ meminisse debet is in quē collata sunt: nō cōmemorare q̄ ōtulit: hi q̄ superiores sunt submittere se debent in amicitia: ⁊ sic quodāmodo inferiores extollere. Dispares mores disparia studia sequūt: quorū dissimilitudo dissociat amicitias. nec ob vllā aliā causam boni improbis: ⁊ improbi bonis amici eē nō p̄nt. nisi q̄ tāta est inter eos q̄ maxima pōt eē morū studiorūq̄ distātia. Erumpūt sepe vitia amicorū: tum in ipsos amicos: tum in alienos: quorū tū ad amicos redūdat infamia. Tales amicitie sunt remissione vsus luāde. Et (vt catonē audiui dicere) dissuende magis q̄ discindēde. Cauēdū ē nāq̄ ne non solū amicitie deposite: sʒ etiā inimicitie suscepte videant. Nihil turpiꝰ q̄ cū eo bellū gerere: cū quo familiarit vixeris. hec aūt dico vbi quedā admodū intollerabilis exarserit iniuria: vt neq̄ rectū neq̄ honestū sit: neq̄ fieri possit vt nō statim alienatio disiūctioq̄ faciēda sit. sic ergo fiant amicorū discidia si necesse sit: vt extincte potius amicitie q̄ cōpresse videant. ⁊ h̄ honor veteri amicitie tribuēdus est: vt in culpa sit is q̄ facit: nō qui patit iniuriā. Caueamꝰ aūt ne nimis cito diligē incipiamꝰ: neue indignos. Digni sūt amicitia qbꝰ i ipsis est cā cur diligant. sʒ rarū genꝰ est. eq̄uidē oīa p̄clara rara. nec q̄cquā difficiliꝰ est q̄ reperire qđ sit ex oī pte in suo genē p̄fectū. Ipse hō seipm diligit ꝑ se. nō vt aliquā a seipso mercedē exigat charitatis. Qz nisi in amicitia idē trāsferat verꝰ amicꝰ nunq̄ repiet. est eīn verꝰ amicꝰ tanq̄ idē. Equū est eīn ipm virū p̄mo bonū eē: ⁊ seipm ꝑ se diligere. deinde alterū similē sui querere: cuiꝰ animū ita cum suo misceat: vt pene efficiat vnū e duobus.

De Eodem. C. XV.

In talibus autē stabilitas amicitie cōfirmari pōt q̄ beniuolētia iuncti primū cupiditatibꝰ qbꝰ ceteri seruiūt ipērāt. Deinde equitate ⁊ iustitia gaudēt: oīaq̄ alter pro altero suscipit nec quicquā nisi rectum ⁊ honestū alter ab altero petit. nec solū se colunt inter se ⁊ diligūt: sʒ etiā verent. nā ornamentū amicitie tollit: q̄ ex ea tollit verecūdiā. periculosusq̄ i his error est: q̄ existimant libidinū peccatorūq̄ oīmū in amicitia patere licentiā. Uirtutū eīn amicitia adiutrix a natura data est: nō vitiorum comes. vt qm̄ solitaria nō posset virtꝰ ad ea q̄ sūma sunt ꝑuenire: ōiūcta ⁊ sociata cū altera ꝑueniret. Si q̄s deus nos ex hominū frequētia tolleret: ⁊ in solitudine vsquam collocaret atq̄ ibi suppeditās oīūʒ rerū nā desiderat copiā. hoīs vo aspiciēdi oīno eripet potestatē: quis tā ferreus eēt: q̄ hāc vitā ferre posset: cuiq̄ nō auferret voluptatū oīūʒ fructū solitudo. nā eīn nihil solitariū amat. vñ verū est qđ ab archita tarētino (vt opinor) dici solitū a senibꝰ nr̄is audiui. Si q̄s in celū ascēdisset: naturāq̄ mūdi: ⁊ pulchritudinē syderū ꝑspexisset: i suauē illi fore admirationē: q̄ iocūdissima quidē fuisset: si cui narraret habuisset. Et monēdi sepe amici sunt: ⁊ obiurgādi. sic tū vt ⁊ monitio acerbitate ⁊ obiurgatio ōtumelia careat ⁊ tūc amice accipiende sūt: cū beniuole sunt. Sed nescio quo modo verū est: qđ in andria familiaris meus ait terētius: Obsequiū amicos: veritas odiū parit. Molesta veritas est siquidē ex ea nascit odiū: qđ est venenū amicitie. Sed obsequiū multo molestius: qđ petis indulgēs: precipitē amicū ferri sinit. maxima autē in eo est culpa: q̄ ⁊ veritatē aspnat: ⁊ in fraudē obsequio impellit. Cuiꝰ aūt aures veritati clause sunt: vt vl ab amico verū audire nequeat: huiꝰ salus desperāda est. ⁊ monē igit ⁊ moneri ꝓpriū est vere amicitie. ⁊ alterū libere facere: nō aspere: alterū patiēter recipe. Sciēdū etiā nullā in amicis maiorē eē pestē q̄ adulationē: q̄ est vitiū hominū leuiū ac fallaciū ad voluptatē oīa loquētiū: nihilq̄ ad veritatē. Dinoscit amicus sicut virtus. optime eīn seipsa nouit: q̄q̄ amabilis sit itelligit. Omniū rerū simulatio vitiosa est. tollit eīn iudiciū veri. Cū in hoc vis amicitie cōsistat: vt vnus quasi animus ex pluribꝰ fiat quō id fieri poterit: si nec in vno vnus animꝰ erit: sʒ variꝰ ⁊ cōmutabil ⁊ multiplex. Nulla est hec amicitia cū alter verū non vult audire: alter ad mētiendū paratus sit. Aperte

quidem adulantē nemo nō videt:nisi qui admodum excors est: sed callidus ⁊ occultus nō facile agnoscit: quippe q̄ etiā aduersando se pe assentat ⁊ ligari se simulās blādit: atq̧ ad extremū dat manus. vinciq̧ se patit: vt is q̄ illusus est plus vicisse videat. Oīa bseuia tolerabilia esse debent: etiā si magna sint.

Flosculi Eiusdē de senectute. C. XVI.

Item in li. de senectute. Cita inest hoībus stultis ac inc̄sitas. atq̧ peruersitas: q̄ oēs eam vt adipiscant exoptāt: ⁊ eandē adepti accusant: q̄ete ⁊ pure atq̧ eleganť acte etatī placida ⁊ lenis est senectꝰ. Nā ipsa bene acte vite benefactorūq̧ multoꝝ recordatio iocūdissima ē. Temeritas est florētis etatis. prudētia autē senescētis. vnde q̄ legere aut audire antiq̄ voluerit. maximas respublicas ab adolescētibꝰ labefactas. a senibꝰ aūt sustētatas ⁊ restitutas repiet. nemo tam senex ē q̄ se annū viuere posse nō putat. Nō viribꝰ aut velocitate corporis res magne gerunť: sed cōsilio auctoritate ⁊ snīa. Decorus est sermo senis q̄etus ⁊ remissus facitq̧ sepe ipsa sibi audiētiā diserti senis cōpta ⁊ mitis orō. Ipsa defectio viriū adolescētie vitijs efficitur sepiꝰ q̄ꝫ senectutī. libidinosa eni ⁊ intēperās adolescētia effectū corpus tradit senectuti. Ut cōtra morbū sic cōtra senectutē pugnādū est: ⁊ hn̄da rō valitudinis. vtēdū est q̄ exercitationibꝰ modicis: ⁊ tm̄ cibi ac potus adhibēdū vt vires reficiant nō opp̄mant. pōt enī exercitatio ⁊ tēperātia etiā in senectute aliq̄d p̄stini roboris ꝯseruare. nec corpi tm̄ subueniēdū est: sed etiā mēti atq̧ aīo multo magis. Nā q̄ senes aiunt stultos: credulos: obliuiosos: ⁊ dissolutos: non sunt hec vitia senectutī: sed inertis ignauie ac sōniculose senectutis: sicut enī petulātia vel libido magis est adolescētū q̄ꝫ senū. Nec tñ oīuꝫ adolēscētiū: sed iproboꝝ: sic illa senilis stultitia q̄ deliratio dicitur: senū est nō oīuꝫ sed leuiū. Senectꝰ honesta est si ius suū retinet sicut adolescentē in quo est senile aliq̄d sic ⁊ senē in quo est adolescētis aliq̄d ꝓbo. Qui q̄ sedē corpe senex esse poterit: aīo nunq̄ꝫ ī studijs laboribusq̧ inuētī nō intelligiť q̄n obrepit senectꝰ. Ita sensim sine sensu etas senescit: nec subito frāgiť: sed diuturnitate extīguiť. O p̄clarū munus etatis: siquidē aufert nobis qd̄ est in adolescētia viciosissimū. s. libidinē corpis. impedit cōsiliū voluptas rōnis inimica: ac mētis oculos p̄stringit. nec hꝫ vllū cū virtute cōmerciū. Cupidis rerū odiosuꝫ ⁊ molestū est carere: satiatis v̄o ⁊ expletis iocūdiꝰ est carere q̄ frui. Quāti illa sūt q̄ affert senectꝰ aīo tanq̄ꝫ emeritis stipēdijs libidinis: ambitiōis cōtentiōis inimicitiaꝝ ⁊ cupiditatū oīuꝫ secū eē. secūq̧ (vt dicit) viuere. Si v̄o ⁊ aliq̄d pabulū hꝫ studij atq̧ doctrine: nihil ociosa senectute iocūdiꝰ. Ueniā ad voluptates agricolaꝝ q̄bus ego icredibiliť delector: q̄ nec vlla īpediunť senectute: ⁊ mihi ad sapiētis vitā maxime videnť accedere. hñt enī rōnē cū terra q̄ nunq̄ꝫ recusat imperiuꝫ: nec vnq̄ꝫ sine vsura reddit qd̄ accepit: agroq̧ ornato ⁊ beneculto nihil pōt eē vberiꝰ nec specie ornatius.

Item de eodē. C. XVII.

Apex senectutis est auctoritas. vnde in senatu vt quisq̧ etate antecedit: eiꝰ snīa p̄cipatū tenet: nō tñ cani nec ruge auctoritatē repēte arripe pñt. sꝫ honeste acta supior etas fructꝰ capit auctoritatis extremos. Auaritia senilis q̄d sibi velit nō ītelligo. Quid enī absurdiꝰ eē pōt q̄ꝫ quo minus restat vie: eo plus viatici querere. Frustra sperat adolescēs vel ꝓmittit se diu victurū. Quid enī stultius q̄ꝫ incerta ꝓ certis hr̄e: q̄n enī illa etas multo plures q̄ꝫ senectus habet mortis casus. facilius enī in morbos adolescētes incidūt: grauius egrotāt tristius curant. In hoc enī melioris ꝯditiōis est senex: q̄ꝛ qd̄ sperat adolescēs ipse cōsecutus est: ille vult diu viuere: iste diu vixit: q̄ꝫq̄ꝫ mihi q̄dē nec diuturnū videť quicq̄ꝫ: in quo est aliq̄d extremuꝫ. Cū enim id aduenit tunc id qd̄ preterijt effluxit. hoc tantū remanet qd̄ virtute ⁊ recte factis quisq̧ cōsecutus est. Mors etiā cōtingit adolescentibꝰ aduersante ⁊ repugnāte natura: ⁊ ideo grauis. Senibus v̄o venit tanq̄ꝫ sponte nulla vi adhibita: ⁊ ideo leuis. Sicut ergo poma ex arboribꝰ si cruda sunt vi auellunť: si matura ⁊ cocta decidūt sic vis adolescētibꝰ vitā aufert: senibus maturitas. Nō est lugenda mors quā imortalitas cōsequiť. Meditatū debet esse ab adolescētia vt mortē negligamus. sine qua meditatione trāquillo aīo nemo esse pōt: cū certissime sit moriendū: ⁊ quo tēpore incertū. Cū in his inclusi corpis cōpagibus sumus: munere quodā necessitatis ⁊ graui opere p̄fungimur. Est enī aīus celestis ex altissimo domicilio depressus: ⁊ q̄si demersus in terrā: locū diuine nature eternitatiq̧ cōtrariū. Sapiētissimꝰ q̄sq̧ eq̄ssimo aīo moriť: nec eū vixisse penitet q̄ ita vixit: vt nō frustra natū se existimet: ⁊ ex hac vita discedit tanq̄ꝫ ex hospitio nō ex domo. Cōmorādi. n. diuersoꝝ nā nobis dedit: nō habitandi. O preclarum diem: cum ad illud diuinū animorū concilium cetūq̧ proficiscar. Cunq̧ ex hac turbe colluuione discedam: proficiscor enim ad viros sapientes: ⁊ ad catonem meum precipue: cuiꝰ corpus a me crematum est: quo nemo vir melior natus est: nemo pietate prestantior.

Flosculi de oratore. C. XVIII.

Idem in li. de oratore. Memoria est thesaurus omniū rerū: q̄ nisi custos inuentis cogitatisq̧ rebꝰ adhibeať: oīa etiā si p̄clara fuerint: in oratore sunt peritura. In h̄ maxime bestijs precellimus: q̄ inter nos loq̄mur: ⁊ sensum verbis exprimē possumꝰ. Quis ergo iure nō miref: ⁊ in eo laborādū eē arbitreť: vt in quo hoīes maxime bestijs in h̄ hoībꝰ ipsis antecellat: Ingeniū aūt ꝓpter celeres motus ⁊ vberes ad cogitādū ⁊ loquēdū maximā vim affert ad orādū. Quicq̄d autē est in quo in dicēdo offendiť: illud etiam ea q̄ laudāda sūt obruit. Qui autē etiā optime dicit: maxie dicēdi difficultatē variosq̧ euētus orōnis expectationēq̧ hominū ꝑtimescit. qd̄ in multis aduertere soleo: ⁊ in meipso etiā sepissime experior: vt ⁊ exalbescā in p̄ncipijs dicēdi. ⁊ tota mēte atq̧ artubꝰ oībꝰ ꝯtremiscā. Historia ē tēporū testis: lux veritatī: vita memorie: magistra vite: nūcia vetustatī.

Flosculi de paradoxis. C. XIX.

Item in libro de paradoxis. Nō expletur vnq̄: neq̧ satiať sitis cupiditatis. nec solū augendi q̄ habēt libidine cruciant hoīes: sꝫ etiā amittēdi metu. Cū tibi deus vel mať oīuꝫ natura dederit animū: quo nihil est prestātius: nihil diuinius. sic te ipse proijcies atq̧ ꝓsternes: vt nihil inter te ⁊ quadrupedē interesse putes. Uoluptas quo maior est: eo magis animū a sede sua ⁊ statu dimouet. Quid est igiť (queret aliquis) bonū. Si quid recte fit ⁊ honeste ⁊ cū virtute: id bene fieri diciť. Quod rectū ⁊ honestū ⁊ cū virtute est: id solū opinor bonū. Nihil est tā incredibile: quod nō dicēdo fiat ꝓbabile. nihil tā horrādū ⁊ incultū: quod nō splēdescat oratione. O qui te beata qui te florētē putas te infelix te crimine premunt: te tue libidines torquēt. tu die noctuq̧ cruciarī: cui nec satis est qd̄ est. ⁊ idipsum nō diu futurū sit timeo. te ꝯscientie stimulant maleficioꝝ tuoꝝ. te metꝰ examināt iudicioꝝ atq̧ legū. Sicut improbo ⁊ stulto ⁊ inerti nunq̄ꝫ bene esse potest. sic bonꝰ vir ⁊ sapiēs ⁊ fortis miser eē nō potest. Quicq̄d est laudabile: idem ⁊ beatū ⁊ florēs ⁊ expetēdū videri debet. Nō peccata rerū euētu: sed vitijs hominū metienda sunt. Nihil meū vel cuiusq̄ā alteriꝰ est: quod auferri vel amitti potest. Oīs sapiēs liber: oīs stultus seruus. Cui libere imperabit: qui nō potest cupiditatibꝰ suis impare. refrenet primū libidines. spernat voluptates. iracūdiā teneat. auaritiā coerceat. ceteros animi labes repellat. Tunc incipiat impare: cū ipse improbissimus oīs dedecori ac turpitudini parere desierit. quid est libertas. potestas viuēdi vt velis. Quis autē viuit vt vult. qui recte viuit. qui gaudet officio. qui nec legibꝰ quidem propter metum paret: sed eas sequiť ⁊ colit. qui nihil facit vel dicit vel cogitat nisi libenter ac libere. Soli igitur sapienti conuenit: vt nihil faciat inuitus. nihil dolens. nihil coactus. Cum seruitus sit obediētia fracti animi atq̧ abiecti ⁊ arbitrio suo carētis. Quis neget omnes leues: omnes cupidos: omnesq̧ improbos eē seruos. Nunq̄d ille liber est: cui mulier imperat: cui leges imponit: prescribit: iubet: vetat quod ei videť. nec ille imperāti aliquid negare potest: vel audet recusare. Poscit dandum est. vocat veniendū. eijcit abeundū. minať extimescendū. ergo istum nō modo seruū: sed etiā nequissimū seruū appellandū puto: licꝫ amplissima familia natus sit. Nō estimatione census: sed victu ⁊ cultu terminať pecunie modus nō esse cupidum pecunie. contentūq̧ suis rebus esse: maxime sunt atq̧ certissime diuitie. Si isti callidi rerū estimatores: prata ⁊ areas quasdā magni estimāt: q̄ huic generi possessionū q̄si nocere non potest: quia neq̧ naufragio neq̧ incēdio amitti potest: quāti estimāda est virtus: q̄ nec eripi: nec subripi potest. q̄ neq̧ incēdio neq̧ naufragio amittiť. q̄ q̄ predita sunt soli diuites sūt. Soli enī possidēt res fructuosas ⁊ sempiternas: soliq̧ qd̄ est ꝓpriū diuitiarū rebꝰ suis ꝯtenti sunt. Mors terribiľ est his: quoꝝ cū vita oīa extinguunť: nō his quoꝝ laus emori nō pōt. Oīs animi debilitas ⁊ humilis ⁊ fracta timiditas seruitus est. Animus hoīs nō arca diues appellari solet.

Flosculi Philippicarū eius. C. XX.

Item in philippica prima. Nos nobis ea magna quedam spectare decet: nō pecuniā quidē: nō opes violentas: ⁊ minime ferēdā potētiā: sꝫ charitatē ciuiū ⁊ gl̄iaꝫ concupisse. Idē in secūda. Quod est aliud beneficiū latronū nisi vt cōmemorare possint his se dedisse vitā quibus non ademerint

rint: q̄tus hoīes in turbidis rebus sint: tū si vere hoīes sunt interdū aīs relaxant. Nullū armatoꝝ est presidiū: charitate ⁊ beniuolentia ciuiū oportet esse septū nō armis. Male parte male dilabunt. Nomen certe pacis dulce est: ⁊ ⁊ ipsa res salutaris: nec est aliud q̄ȝ tranquilla libertas. Sicut quidā morbo aliquo ob stuporē sensus: suauitatē cibi nō sentiūt: sic libidinosi ⁊ auari vere laudis gustū nō hābēt. Idē in quinta. Oīa alia incerta sunt caduca ⁊ mobilia virtutus est vna altissimis infixa radicibus q̄ nulla vi labefactari pōt: nec dimoueri loco. Idē in septima. Per o̾ia malū nascēs facile opprimit: inueteratū plurimū fit robustius. Idē in octaua. Turpis fuga mortis oī morte peior est. Idē in nona. Maioris cōsilij est puidere ne quid triste accidat: sed aī nō minoris fortiē ferre si euenerit. quo maior est vis aī q̄ȝ corpis. eo grauiora sunt mala q̄ aīo cōcipiūtur q̄ȝ que corpore ferunt. miserior ergo est q̄ in se suscipit scelus q̄ȝ qui alteri⁹ facinus suscipe cogit. Lex nihil aliud est q̄ȝ recta a numine deoꝝ tracta ratio impans honesta: ⁊ ꝓhibēs cōtraria. Idem in. xij. Cuiusuis hoīs est errare: nulli⁹ autē nisi insipiētis in errato ꝑseuerare. Posteriores eni cogitatiōes (vt aiunt) solēt esse sapientiores. Optimus est portus penitēti: mutatio cōsilij. Idē in. xiij. Id licere dicimus qd̄ legib⁹ qd̄ more more maioꝝ ⁊ institutis cōcedit. neq̄ȝ eni qd̄ quisq̄ȝ pōt id ei licet: aut vo si nemo obstat ꝓpterea pmittit. Idē in. xiiij. Breuis a natura nobis data est vita: sȝ memoria bene acte sempiterna. Que si nō eēt lōgior q̄ȝ h̄ vita q̄s esset tam amēs q̄ maximis laborib⁹ ⁊ piculis ad sūmā laudē gl̄iamq̄ȝ ꝯtēderet.

Flosculi Rethoricarū eius. C. XXI.

Idem in ꝓlogo rethoricarū. Sapientia sine eloquētia parū ꝓdest. eloquentia vo sine sapiētia nimis q̄ȝ prodest: sed plerūq̄ȝ nimiū obest. Cū hoīes multis in reb⁹ humiliores ⁊ īferiores sint bestijs. hac in re maxīe in bestijs ꝓstare vident q̄ loq̄ possunt. q̄re preclarum mihi quiddā videt adeptus. q̄ in ea re hoībus antecellit: q̄ in re hoīes bestijs ꝓstant. Idē in rethorica pma. Partes orōnis rethorice sunt sex. s. exordiū narratio: ꝑticio: cōfirmatio: reprehensio: cōclusio. Exordiū est orō aīuȝ auditoris idonee ad reliquā cōparās dictionē. qd̄ eueniet si eū beniuolū attentū docilēq̄ȝ fecerit. Beniuolētia q̄tuor ex locis cōparat. s. a nostra: ab aduersarioꝝ: ⁊ a iudicū ꝑsona: ⁊ a causa ipsa vnde agit. Attētos auditores facim⁹: si ea q̄ dicturi sumus noua ⁊ magna ⁊ vtilia esse demōstramus: ⁊ nos breuit causaȝ nostrā expositiuros pollicemur. Et nos breuit dociles eos facimus: si apte ac breuiter summā cause exponimus. Cūq̄ȝ docilē velis facere: simul ⁊ attentū facias oportet. nā is maxime docilis est q̄ attentissime audire paratus est. Narratio est rerū gestarū: aut vt gestarū expositio: quā oportet habere tria. s. vt sit breuis ⁊ ꝓbabilis: ⁊ aperta. Multos autē imitatio breuitatis decipit: vt cū breues se esse putent longissimi sint: cū dent operā vt res multas breuit: non vt paucas dicant. Partitio illustrē ⁊ ꝑspicuā totā facit orationē. Hui⁹ partes sunt due: vna q̄ qd̄ cū aduersarijs cōueniat: ⁊ qd̄ in cōtrouersia relinq̄tur ostēdit ex q̄ certū quiddā designat auditori: in quo aīum debeat habere occupatū. Altera in q̄ earū rerū de quibus dicturi sumus breuiter expositio ponit distributa. Ex q̄ conficit vt certas res aīo teneat auditor. q̄bus dictis intelligat fore peroratū: ⁊ hec debet habere tria. s. ab solutionē: ⁊ breuitatē. ⁊ paucitatē. Confirmatio est per quā augmētādo nostre cause fidē ⁊ auctoritatē ⁊ firmamentuȝ adiungit orō. Reprehēsio est ꝑ quā argumētando aduersarioꝝ cōfirmatio diluit aut īfirmat aut alleuiat. Cōclusio est tot⁹ orōnis exitus ⁊ determinatio. Rerū expetēdarū tria sūt genera: vnū qd̄ sua vi nos allicit ad se: nō emolumēto aliquo captās: sȝ sua dignitate trahēs vt vt⁹: sciā: vitas. Aliud qd̄ nō ꝓpē suā vim ⁊ nāȝ: sȝ ꝓpē fructū ⁊ vtilitatē petēdū est vt pecunia. Tertiū ex hoꝝ ꝑtib⁹ iunctū. s. qd̄ ⁊ sua vi ⁊ dignitate nos ducit: ⁊ ꝑ se q̄ndā vtilitatē gerit. ex quo magis expetat vt amicitia in pmo genere sūt honesta: in scdo vtilia: in tertio ea q̄ partē honestatis cōtinēt: partē vtilitatis. sed ī meliorē ptē vocabuli cōferāt ⁊ honesta noīent. Ex his cōficit vt appetēdaruȝ rerū ptes sint honestas ⁊ vtilitas. vitādaꝝ aūt turpitudo ⁊ inutilitas.

Item de eodem. C. XXII.

Honesti aūt partes due sūt: q̄rū altera simplex: altera iuncta. s. vna ꝓpē se ex toto appetit. altera ex aliq̄ pte ꝓpē se ex altera ꝓpē vtilitatis fructū. ī pmo genere oēs res vna vi atq̄ȝ vno noīe vtus amplectit. Nā vtus est habitus aī nature mō rōni cōsentaneus: ⁊ hȝ q̄tuor ptes. s. prudētiā: iustitiā: fortitudinē: temperantiā. Prudentia est rerū bonaꝝ ⁊ malarū sciētia: cui⁹ ptes sunt memoria: ītelligētia: ꝓuidentia. Memoria est per quā aīus repetit illa que fuerunt. Intelligentia est per quam prospicit animus ea que sunt. Prouidentia est ꝑ quā futurū aliquod videt antēq̄ȝ factū est. Iustitia est habitus animi cōi vtilitate ꝯseruata: suā cuiq̄ȝ tribuēs dignitatē. Huius initiū a natura ꝓfectū est. deinde q̄dā in ꝯsuetudinē ex vtilitatis rōne venerūt. postea vo res ⁊ a natura ꝓfectas: ⁊ a ꝯsuetudine ꝓbatas: legū metus ⁊ religio sanxit. Ius nature est qd̄ nō opinio genuit sed quedā innata vis nobis inseruit: vt religionē: pietatē: gratiā: vindicationē: obseruantiā: veritatē. Religio est: q̄ superioris nature cuiusdā (quā diuinā vocāt) curā ceremoniāq̄ȝ affert. Pietas ē ꝑ quā sanguine ꝯiūctis patrieq̄ȝ beniuolis officiū ⁊ diligēs cultus tribuitur. Grā est in q̄ amicitiarū ⁊ alterius officioꝝ memoria: ⁊ alteri⁹ remunerādi volūtas cōtinet. Vindicatio est ꝑ quā vis ⁊ iniuria et omnino offuturū defendendo aut vlciscēdo propulsat. Obseruantia est per quā etate aut sapiētia aut dignitate aliq̄ antecedētes veneramur ⁊ colimus. Veritas est ꝑ quā operā damus: ne quid aliter fiat aut factū vel futurū sit q̄ȝ ꝯfirmauim⁹. Ius cōsuetudinis est: qd̄ volūtate oīuȝ sine lege vetustas cōprobauit. qd̄ gen⁹ est pactū. par iudicatū. Pactū est qd̄ in aliquos ꝯuenit. Par qd̄ inter oēs equabile ē. Iudicatū est de quo alicui⁹ aut aliquoꝝ sentētijs iam ꝯstitutū est. Legis ius est qd̄ in scripto qd̄ ppl'o expositū est vt obseruet continet. Fortitudo est considerata periculoꝝ susceptio: ⁊ laborū perpessio. Hui⁹ partes sunt magnificētia: fidentia: patiētia: ꝑseuerātia. Magnificētia est rerū magnarū ⁊ excelsarū cū animi ampla quadā ⁊ splendida ꝓpōne cogitatio atq̄ȝ admīstratio. Fidētia est ꝑ quā magnis ⁊ honestis in rebus multū ipse anim⁹ in se fiducie certa cū spe collocauit. Patientia est honestatis aut vtilitatis causa rerū arduarū ac difficiliū volūtaria aut diuturna ꝑpessio. Perseuerātia est in rōne bene considerata stabilis ⁊ perpetua permāsio. Temperātia est rationis in libidinē atq̄ȝ in alios nō rectos impet⁹ animi firma ⁊ moderata dn̄atio. Cui⁹ partes sunt ꝯtinētia: clemētia: modestia. Cōtinētia est: ꝑ quā cupiditas cōsilij gubernatione regitur. Clementia est: per quā animi temere in odiū alicuius inuectio comitate retinetur. Modestia est: per quā pudor honestus clarum ⁊ stabilem cōparat auctoritatē. Hec omnia propter se solū vt nihil addat emolimenti petenda sunt.

Item de eodem. C. XXIII.

Propter se autē vitāda sunt nō modo ea q̄ his ꝯtraria sunt vt fortitudini ignauia: iustitie iniustitia. Verumetiā illa q̄ propinq̄ ⁊ finitima eē vident. vnicuiq̄ȝ eni virtuti finitimū vitiū repit: vt audacia fidētie: ꝑtinacia ꝑseuerātie: superstitio religioni ⁊ hmōi. In secūdo autē genē honesti. s. qd̄ ꝑtinet dignitatis sui partim nos vtilitate allicit: sunt hec. s. gl̄ia: dignitas: amplitudo: amicitia. Gl̄ia ē frequēs fama de aliquo cū laude. Dignitas est alicuius honesta ⁊ cultu ⁊ honore ⁊ vere digna cōditi auctoritas. Amplitudo est potētie vel maiestatis vel aliq̄rū copiarū magna habundātia. Amicitia ē volūtas erga aliquē bonarū rerū illius ꝓpt⁹ eū: qui diligit cū pari volūtate. Vtilitatis āt due sunt partes. s. incolumitas ⁊ potētia. Incolumitas est salutis tuta ⁊ integra ꝯseruatio. Potētia est ad sua ꝯseruāda ⁊ alteri⁹ obtinēda idonea rerū facultas. Idē in rethorica secūda. Tria sunt genera causarū: q̄ recipe debet orator. s. demōstratiuū: deliberatiuū: iudiciale. Demōstratiuū est: qd̄ tribuitur in alicui⁹ certe ꝑsone laudē vel vituperationē. Deliberatiuū est positū ī ꝯsultatiōe: qd̄ hȝ in se suasionē ⁊ dissuasionē. Judiciale ē qd̄ in ꝯtrauersia positū est: qd̄ hȝ accusationē aut petitionē cū defēsiōe. Oportet āt in oratore eē inuētionē: dispositionē: elocutionē: memoriā: ꝓnūciationē. Inuētio āt in sex ptes orōnis ꝯsumit. s. exordiū narrationē: diuisionē ⁊c. de quib⁹ supra.

Flosculi tusculanarū eius. C. XXIIII.

Idem in li. i. Honos alit artes: oēsq̄ȝ incēdunt ad studia gl̄ia. Quo melior ī hominū genē nā: q̄ȝ eoꝝ q̄ se natos ad hoīes iuuādos ⁊ ꝯseruādos arbitrant. Nemo vnquā sine magna spe imortal' se pro pria offerret ad mortē. ⁊ nescio quō inheret mētib⁹ q̄si seclōꝝ quoddā augurium futuroꝝ. idq̄ȝ in maximis ingenijs ⁊ altissimis animis ⁊ maxīe existit ⁊ apparet facillime. quo q̄dē dēpto q̄s tā amēs eēt: q̄ semp in laborib⁹ q̄ȝ picul viuēt. Grecoꝝ ꝓuerbiū ē: quā q̄sq̄ȝ nouit artē: in hac se exerceat. Nulla ē celeritas q̄ possit cū animi celeritate ꝯtendē. Qui si pmanēt incorrupt⁹ singularis indagator: necesse ē vt ita ferat: vt penetret ⁊ diuidat oē celū h. Eaq̄ȝ ei demū sedes nāliter erit: cū ad sui sile penetrauerit: ī quo nulla re egens alet. ⁊ sustētabit eisdē reb⁹ quib⁹ astra sustētant. Cūq̄ȝ corpis facib⁹ ad oēs cupiditates inflāmari soleam⁹: pfecto btī erimus: cū corpib⁹ relictis ⁊ cupiditatū ⁊ emulationū expres fuerim⁹: totosq̄ȝ nos in ꝯtēplādis reb⁹ ꝯspiciēdisq̄ȝ proponem⁹: q̄ etiā nā

tura inest in mentibus nostris insatiabilis quedã cupiditas veri vi- dendi. q̃ ꝓcipue visione fruent. q̃ tũc etiã cũ hãs terras incolẽtes ca- ligine circũfusi erãt. tñ acie mẽtis cõspicere cupiebãt. Tota pħoꝝ vita vt ait cato cõmẽtatio mortis est. nã q̃d aliud agim⁹ cũ a volu- ptatib⁹ corpis ⁊ a re familiari q̃ est ministra corporis: ⁊ a reipublice negocijs aĩuꝫ seuocam⁹ nisi ꝙ ipꝫ ad se vocam⁹ maximeq̃ a corpo- re abducimus: secũq̃ esse cogim⁹. aĩuꝫ autẽ a corpe secernere nihil aliud est q̃ͣ mori discere. Hec ꝗ mihi crede cõmẽtemur: nosq̃ a cor- pore seiũgamus. i. mori cõsuescamus. Magni refert q̃li in corpore animi locati sint. nã multa e corpe existunt que mentẽ acuant. mul- ta que obtundãt: vnde Aristote. ait. Oẽs igeniosos melãcolicos eẽ: vt ego me tardiorẽ esse moleste nõ feram.

Item de eodem. C. XXV.

Idem in ij libro. Qui nõ modo q: necesse mori est: verũetiã q: nihil mors hꝫ qȯ sit horrẽdũ mortẽ nõ timet. magnũ sibi ꝓsidiũ ad beatã vitã cõparat: cõsuetudinis maxima vis est. Idẽ in. iij. lib. Nã parvulos dedit nobis igniculos quos celerit̃ malis morib⁹ opinio- nibusq̃ depravãtes sic restinguimus: vt nusq̃ͣ nature lumen appa- reat. sũt enĩ ingenijs nostris semina innata virtutũ: q̃ si adolescere li- ceret: ipsa nos ad beatã vitã natura ꝑduceret. nũc autẽ simul vt edi- ti in lucẽ ⁊ suscepti sumus. in oĩ cõtinuo pravitate ⁊ opinionũ per- versitate versamur: vt pene cũ lacte nutricis errorẽ suxisse videamur. Hõ qui in sũma vanitate versaĩ: nullã effigiẽ eminentẽ virtutis: sꝫ adũbra- tã imaginẽ glorie cõspectaĩ. Est. n. gloria solida q̃dã res ⁊ expressa nõ adũbrata. Ista est cõsentiẽs laus bonoꝝ vox incorrupta bene iu- dicãtiũ de excellẽti virtute. hꝫ virtute resonat tanq̃ͣ imago glorie. Que q: recte factoꝝ comes est: nõ est bonis viris repudiãda. Illa autẽ q̃ se imitatricẽ ei⁹ esse vult. temeraria atq̃ icõsiderata ⁊ plurimũq̃ vi- tioꝝ laudatrix fama popularis. simulatiõe honestatis formã ei⁹ cor- rũpit aĩus eger (vt ait Ennius) semp errat. nec pati nec ꝑpeti põt cu- pere nunq̃ͣ desinit. Queadmoꝫ misericordia est egritudo ex reb⁹ al- teri⁹ adversis sic invidẽtia egritudo ex alterius rebus scḋis. Stulti- tie ꝓpriũ est alioꝝ vitia cernere: suoꝝ oblivisci.

De Eodẽ in li. iiij. C. XXVI.

Amplissima est oĩuꝫ artiũ bene vivẽdi di- sciplina quam vita magis q̃ͣ li- ris q̃dã ꝓsecuti sũt. nã oẽs ea q̃ bona videntĩ sequunĩ fugiũtq̃ cõtraria. Volũtas aũt q̃ q̃d cũ rõne desiderat. sic enim eã stoici diffiniũt quã putãt eẽ in solo sapiẽte. Oꝫ aũt rõni adversa vehemẽti⁹ incitata est libido: vel cupiditas est effrenata: q̃ in oĩb⁹ stultis iuenit̃. Met⁹ est opinio ĩpendẽtis mali: qȯ ĩtolerabi- le esse videt̃: q̃ facit recessuꝫ aĩ q̃dã ⁊ fugã. Opinatio est imbecilla assensio. Invidẽtia est egritudo suscepta ꝓpẽ alteri⁹ res secũdas q̃ nihil noceãt invidẽti. Misericordia est egritudo ex miseria alteri⁹ vĩ iniu- ria laborãtis. Desperatio est egritudo sine vlla rerũ expectatiõe me- lioꝝ. Pigricia est metus cõsequẽtis laboris. Malicia est voluptas ex malo alteri⁹ sine emolumẽto suo. Ira est libido puniẽdi eũ q̃ fe- cisse videt̃ iniuriã. Odiũ est ira inveterata. Inimicitia est ira vicisc- ẽdi tpe observãs. Discordia ẽ ira acerbior ĩtimo odio ⁊ corde ↄcepta. Oĩuꝫ ꝑturbationũ fontẽ dicũt eẽ intẽperãtiã: q̃ est a recta rõne de- fectio: sic aversa a ꝑscriptiõe rõnis: vt nullo mõ appetitiões aĩ conti- neri ⁊ regi queãt. Avaricia ẽ opinio vehemẽs de pecunia q̃si valde expetẽda sit inherẽs ⁊ penit⁹ insita. Fortitudo est affectio aĩ legi sũ- me in ꝑpetiẽdis reb⁹ obtẽperãs. Vel observatio stabilis iudicij in eis reb⁹ q̃ formidolose videnĩ subeũdis ⁊ repellẽdis: vel scĩa rerum formidolosaꝝ cõtrariarũq̃: aut oĩno negligẽdaꝝ cõservãs earũ sta- bile iudiciũ: vel breui⁹: vt ait crisippus. Fortitudo est scĩa rerũ ꝑfe- rẽdaꝝ vel affectio aĩ in patiẽdo ac ꝑferẽdo sũme legi sine timore pa- rẽs. Flagicij ꝑncipiũ est (vt ait ennius) iter cives nudare corpora.

De Eodem. C. XXVII.

Idem in li. v. Nõ sunt ea bona dicẽda nec habẽ- da q̃b⁹ abũdantẽ li. ꝙ esse miserrimũ. Tar- dis mẽtib⁹ virtus nõ facile cõmittit̃. Sapiẽtis ꝓpriũ ẽ ni- hil qȯ penitere posset facere: nihil invitus: sꝫ splẽdide con- stãter graviẽ honeste oĩa. nihil expectare ita q̃si certo futuruꝫ. nihil cũ acciderit admirari sui stare iudicijs: Stoici finẽ bonoꝝ eẽ sense- rũt cõgruere nature. ⁊ cũ ea ↄveniẽtẽ vivere. Si q̃dã etiã suavitas ea dendẽ q̃ͣ multa ex terra arboribusq̃ gignunĩ cũ facili copia cũ suavitate ꝓstãtia adde itegritatẽ valitudinis que cõtinẽtiã in vi- ctu cõsequit̃ ⁊ cõfert: sudẽtes: ructãtes: refectos epulis tanq̃ͣ opi- mos boves: tũc itelliges q̃ voluptatẽ maxime sequũt̃: eos minime cõseq. Quid dulci⁹ ocio lĩrato: leiũculos sane noster demostenes q̃ il- lo susurrio se delectari dicebat cõsuetẽtis muliercole (vt mos est ĩ gre- cia) h̃ est ille demostenes. Quid hoc lenius si orator ille tãtus apud alios videlicet loqui didicerat nõ multũ ipse secum.

De Legibus ⁊ de fine boni ⁊ mali. C. XXVIII.

Idem de legib⁹ li. j. Lex est sũma ratio insita na- tura: q̃ iubet ea q̃ facienda sunt: ꝓhibet q̃ ↄtraria. Nihil ꝓstabili⁹ q̃ͣ plane intelligi nos ad iusti- ciã eẽ natos. nec opinione sed natura constitutũ eẽ ius. Si quȯ natura sit iudicio hoĩes humani nihil a se alienũ putarẽt cole- ret̃ ius eque ab oĩb⁹. sed tãta est corruptio male ↄsuetudinis: vt ab ea male extinguanĩ tanq̃ͣ igniculi a natura dati: ⁊ cõfirmenĩ vitia cõtraria. Lex est recta ratio imperãdi ac ꝓhibẽdi. quã q̃ ignorat: in- iustus est: sive scripta sit vsq̃ͣ: sive nusquã. Iusticia est obtẽperan- tia legib⁹ scriptis institutisq̃ ppłoꝝ. Virtus est ꝑfecta ratio ei⁹ qȯ certe a natura inest. idq̃ ipsũq̃ iustissimũ est: iustitie mercedẽ nõ q̃rẽ. Nõ est viri boni errare: ⁊ diligere qȯ ꝑ se nõ est diligẽdũ. Idẽ in ij li. Hãc video sapiẽtissimoꝝ sententiã fuisse: legẽ nõ hominũ inge- nijs excogitatã nec scitũ aliqȯ eẽ ppłoꝝ: sed eternũ quoddã qȯ vni- versum mũdũ regeret: imperãdi ꝓhibẽdiq̃ sapiẽtia: ita ꝑncipẽ legẽ illã ⁊ vltimã eẽ dicebãt oĩa rõne aut cogẽtis aut vetãtis dei. ex q̃ il- la lex: quã de humano genere dederũt recte laudata est. Idẽ in li. iij. Et qui bene imperat: paruerit aliq̃n necesse est. ⁊ qui modeste pa- ret: videt̃ ꝙ aliq̃n impare dign⁹ eẽt. Idẽ de boni ⁊ mali fine li. j. Nemo voluptatẽ q: voluptas sit aspnat̃: neq̃ dolorẽ q: dolor est ↄsectaĩ. Denique aut voluptates omittunĩ maiorũ voluptatũ adipi- scendarũ cã: aut dolores suscipiunĩ: maloꝝ doloꝝ effugiẽdoꝝ grã. Idẽ in secũdo. Oĩa officia eo referri oportet: vt adipiscamur prin- cipia nature. Idẽ in li. iij. Una voluptas multis obscurat̃ in vita voluptaria. Idẽ in. v. li. Virtus rõnis differẽte absolutio diffinit̃.

De Ceteris eiusdem libris. C. XXIX.

Idem de natura deoꝝ li. j. Multa sunt incommo- da in vita: q̃ sapiẽtes cõmodoꝝ cõpensa- tione leniũt. stulti nec vitare venientia: nec ferre presentia ꝑ̃nt. Oĩb⁹ fere in rebus quid non sit q̃ͣ ꝙ quid sit citius dixerim. Egyptij nullã beluã nec ob aliquã vtilitatẽ: quã ex ea cape- rent cõsecraverũt. Nihil est virtute amabili⁹ q̃ͣ qui adeptus fuerit vbicũq̃ gentiũ erit vt a nobis diligat̃. Amicitiã si ad fructũ nostrũ referimus: ⁊ nõ ad illius cõmodũ quẽ diligim⁹: nõ est amicitia: sed mercatura quedã vtilitatũ suarũ prata ⁊ arva ⁊ pecudes h̃ mõ dili- gunt̃: ꝙ ex eis fructus capiunt̃. hominũ autẽ charitas gratuita est. Idẽ in ij. li. Quid tã ꝑspicuũ cũ celestia ↄtẽplamur: q̃ͣ eẽ aliquod numen ꝑstantissime mẽtis: quo hec regant̃. Ad cõsiderandũ q̃ sit natura deorum nihil difficilius q̃ͣ a ↄsuetudine oculoꝝ mẽtis aciẽ abducere. Idem in. iij. li. Versutos eos appello: quorum celeriter mens versat̃. Idẽ de divinatione li. j. Oĩb⁹ in rebus temeritas in assentiendo error turpis est. Si quis mortalis colligationes omniũ causarũ animo ꝑspicere posset: nihil eũ ꝑfecto falleret. Idẽ in. ij. Causarũ ignoratio in re nova admirationẽ facit. Qȯ autẽ crebro vi- det quis nõ miraĩ: etiã si cur fiat nesciat. Idẽ in fato. Ad animorũ motus volũtarios nõ est requirẽda externa causa. Motus eni vo- lũtarius eã naturã ↄtinet in se: vt sit in nostra potestate: nobisq̃ pa- reat. Idem de creatione mũdi. Parentẽ vniversitatis huius inve- nire difficile est. ⁊ cũ iam quis eum invenerit: iudicare in vulgus ne- phas est. Idẽ in dialogo ad Hortensiũ. Oĩs cogitatio multis est obstricta difficultatib⁹. est enĩ ⁊ in ipsis rebus obscuritas: ⁊ in iudi- cijs nostris infirmitas est animorũ ingenioꝝq̃ naturale: quasi pa- bulũ quoddã contẽplatio nature nulla virtus eẽ potest: nisi gratui- ta sit. nã que voluptate quasi mercede aliq̃ ad officiũ impellit̃: non est virtus: sed fallax quedã simulatio: ac imitatio virtutis. Idẽ de partitione orationis. Cõmunia q̃si quinq̃ lumina orõnis sunt hec. Dilucidũ: breve: ꝓbabile: illustre: suave. Idẽ in li. de archademicis. Inepte quis miserũ docet.

De Orationibus eiusdem. C. XXX.

Cicero oratione sua pro marcello. Iste dolorum natus est ex cuius salute nõ minor pene ad oẽs q̃ͣ ad ipsum letitia perveniet. Nulla corpore tanta vis est q̃ nõ ferro ac virib⁹ debilitari frãgiq̃ possit. aĩu- mũ do vincẽ iracũdiã cohibẽ victoriã tẽperare adversariũ non mõ extollẽ iacentẽ: sꝫ etiã amplificare ei⁹ pristinã dignitatẽ. h̃ q̃ fecerit: nõ ego eũ sũmis viris cõparo: sed simillimũ deo iudico. iracũdia ↄsilio inimica est. ⁊ victoria nã insolẽs ac superba est ipsam victoriã vicisse videt̃: q̃ ea q̃ illa adepta est victis remisit. Idẽ in orõne ꝓ ligario. Nihil est tã populare q̃ͣ bonitas. Nulla de virtutib⁹ plurimis mira- bilior nec gravior misia. hoĩes enĩ ad deos nulla re ꝓpi⁹ accedũt q̃ͣ hoĩb⁹ oĩa. Nihil hꝫ fortuna mai⁹ q̃ͣ vt possit. nec natura meli⁹ q̃

vt velit seruare q̄ plurimos. Idem pro diuinatore. Nemo fere est qui sui periculi iudex: non sibi se equiorē q̄ reo prebeat. Idē p̄dic q̄ iret in exiliū. Officiū liberare: est ferere beneficiū: vt possis metere fidei fructū. Nemo tam facinorosa inuētus est vita: vt nō tū p̄pio iudiciū sentētijs cōuinceret q̄ suppliciys addiceret. Multoꝝ aūis vultu multa flagitia pietib⁹ tegunt: sꝫ h̄ obstructio nec diuturna ē: nec obducta: vt curiosis oculis ꝑspici nō possit. Quis vnq̄ tam crudelis in aliquē fuerit: vt ꝓhiberet eū aut sibi merere: aut ceteris supplicare. Presentes fruct⁹ negligam⁹ posteritatis glorie seruemus: spernemus q̄d volumus: q̄d accidērit feramus. Idē ꝓ celio. Illud te esse admonitū volo. p̄mū vt q̄lis es talē te boies existiment. ⁊ vt quantū a rerū turpitudine habes. tantū te a v̄boꝝ libertate seiūgas Deinde ne ea in alteꝝ dicas: q̄ cū tibi falso responsa sint erubescas.

¶ Item de eodem. C. XXXI.

Idem de cathelina. Habuit ille plurima maxima rū nō expssa signa: sꝫ adūbrata v̄tutū. vtebat' bois⁹ iprobis ⁊ q̄dē optimis viris se deditū esse simulabat. nunq̄ tale monstrū in terris vllum fuisse puto tam 𝔷rijs diuersisq̄ ⁊ īter se pugnātibus nature studijs cupiditatibusq̄ cōflatū. Quis enī clarioib⁹ viris q̄nq̄ iocūdior. Quis turpiorib⁹ cōiunctior. q̄s ciuis aliq̄n melior: q̄s hostis ciuitati deterior: q̄s in voluptatib⁹ inquinatior: q̄s in laborib⁹ patiētior. Quis in rapacitate auarior: q̄s in largitiōe effusior. illud quoq̄ in eo erat mirabile. nā; suā versare ⁊ regere ad tpa atq̄ huc atq̄ illuc torq̄re ⁊ flectere cū tristib⁹ seuere: cū remissis iocūde: cū senib⁹ grauiē: cū iuuentute comiē: cū facinorosis audacter: cū luxuriosis luxuriose viuere. Multos vidi ⁊ audiui q̄ cū totā adolescētiā voluptatib⁹ dedissent: se tandē ad frugē bonā recepisse graues boies atq̄ illustres fuisse. O magna vis v̄itatis q̄ cōtra oīuꝫ īgenia calliditate solertia: cōtraq̄ fictas oīuꝫ īsidias facile p seipsā; se defendit. Idē cū grās egit ppl'o. Bona valitudo iocūdior est hꝭs q̄ e graui morbo recreati sūt: q̄ illis q̄ nunq̄ egro corpe fuerūt. oīa dsiderata magis q̄ assidue ꝑcepta delectāt. Idē de domo sua. Est q̄dē modus religiōis: nimiū eē supstitiosum nō oportet. Caduca sūt h̄ ⁊ mobilia nō v̄tutis atq̄ ingenij sed fortune ⁊ tēpoꝝ munera: quoꝝ nō tam facultas ⁊ copia extēdenda est: q̄ in vtēdo ratio: ⁊ in carēdo patiētia. Idē de penitentijs ⁊ cōsuetudinib⁹. Nō his nō solū gratus eē debet: q̄ accipit beneficiū: sed etiā is cui potestas accipiēdi fuit. Idē de respōsis aruspicij. Miserior es cū in oēꝫ fraudē oculis rapisq̄ si oīno oculos non habueris. Idē pro cornelio balbo Est h̄ seculi malicia quedā atq̄ labes v̄tuti velle inuidere. ꝑimq̄ florē dignitatis īfringere. Virus assiduus viri rei dedituꝫ: ⁊ ingeniū ⁊ artē sepe vincit. Idē inuectiua in cathelinā p̄sentē. Jā tecū sic loqr: vt nō odio ꝑmotus videar quo debeo: sed vt misc'dia q̄ tibi nulla debet. neq̄ enī is es vt aut pudor a turpitudine aut metus a p'iculo: aut ratio te a furore reuocauerit. Idē in eundē absentē. Nō intelligo cur minore q̄dā dolore pituros se cū multis q̄ si soli pereāt accipiāt. Idē vt īterficiant deprehēsi. Nequaq̄ turpis mors viro forti pōt accidere. Idē ī achonimū. Oīno nulla est eā cuiq̄ iusta arma 𝔷 patriā capiēdi. Actor. Hec de libris ciceronis ad p̄sens excerpta sufficiāt.

¶ De Inuectiuis salustij ⁊ ciceronis ad inuicē. C. XXXII.

Hic quoq̄ cōtēporane⁹ fuit Salusti⁹: vt patet supi⁹ vbi dictū est: q̄ fuit eiusdē inimicus: vnde ⁊ scrip serūt inuectiuas adinuicē. Scripsit etiā Salusti⁹ de bello cathelinario librū vnū. de iugurthino lib. i. de q̄b⁹ oib⁹ h̄ pauca excerpsi. Salusti⁹ contra tullium. Nō leuissimus supplex inimicis: cōtumeliosus amicis: nemini fidus: seruator ī fidissim⁹: patronus mercenari⁹: cui⁹ nulla pars corporis a turpitudine vacat: lingua vana: manus rapacissime: gula imēsa: pedes fugaces: ⁊ q̄ honeste noīari non possunt. honestissima ea maxime cuspe salusti voluptas est eq̄lē ⁊ parē verbis vitā agere: vt oīs morib⁹ o fo cōfouet. Tulli⁹ cōtra salustiū. Nō q̄ ita viuit vt tu alter ac tu loq pōt: nec q̄ ita illo quopiā sermone vtit vita honestior est. Sepe vidi graui⁹ offendere alios auditoꝝ eos q̄ aliena vitia aperte dixerūt q̄ eos qui cōmiserunt.

¶ Flosculi Salustij in cathelinario. C. XXXIII.

Idem in cathelinario Priusq̄ īcipias consulto vbi 𝔷sulueris mature opus est facto. Fortuna simul cū morib⁹ imutat. Multos pessima ac diuersa īter se mala luxuria atq̄ auaricia vexāt. Regib⁹ boni q̄ mali suspectiores sūt sempq̄ his v̄tus aliena formidolosa ē. Optimus q̄sq̄ facere mauult q̄ dicere. Virtuti oīa parēt. Auaricia fidē ⁊ ꝓbitatē ceterasq̄ bonas artes subuertit: ⁊ ꝓ his supbiā ⁊ crudelitatē deū negligere: oīaq̄ venalia h̄re edocuit. Sed hec res etiā sapientum animos fatigant. Auaricia pecunie studiū habet quam nemo sapiēs amauit vel concupiuit. hec quasi malis venenis imbuta corpus animūq̄ virilē effeminat. semp infinita insatiabilisq̄ est. neq̄ copia neq̄ inopia minuit. Adolescentū animi molles ⁊ etate fluxi haud difficile capiunt. Idē velle ⁊ idē nolle ea demū vera est amicitia. Si q̄s etiā a culpa vacuus in amicitiā prauoꝝ incidit quotidiano vsu atq̄ illecebris facile par similisq̄ ceteris efficitur. Nulli mortaliū iniurie sue parue vident. alia alijs licentia est. Qui enī demissi in obscuro vitā agunt: si q̄d deliquerint pauci sciunt. nā fama ⁊ fortuna eoꝝ pares sunt. q̄ vo magno impio p̄diti in excelso etatē agunt facta eoꝝ cūcti mortales nouerūt. Itaq̄ in maxima fortuna minima licētia est. Et q̄ apud alios iracūdia dicit: hec impio crudelitas appellatur. In luctu atq̄ miserijs mors erumnarū requies est nō cruciat⁹. Quō 𝔷ueniet te in minore negocio legē timere: si eā in maiore neglexeri. Jam pridē rerū vera vocabula amisim⁹: q̄ bona aliena largiri liberalitas: malarū rerum audacia fortitudo laudat. Plurima maiores n̄ros magnos fecerūt. q̄ nobis nulla sūt. s. domi industria. foris iustitia. anim⁹ in 𝔷sulēdo liber. neq̄ delicto neq̄ libidini obnoxius. Pro his autē nos habem⁹ luxuriā atq̄ auaritiā. publice egestatē. priuatim opulentiā. inter bonos ⁊ malos nullū discrimen. oīa premia virtutis ambitio possidet domi voluptati. foris aut pecunie seruit aut gratie.

¶ Flosculi eiusdem de iugurtino. C. XXXIIII.

Idem in iugurtino. Frustra niti nec aliud fatigando nisi odiū querere extreme dementie est. Audax est imperij natura mortaliū: ⁊ preceps ad explendā animi cupiditatē. Inter mortales difficillimū est glīa inuidiā vincere. Veros amicos neq̄ armis cogere: neq̄ auro parare queas: sed officio ⁊ fide parant. Cōcordia parue res crescunt: discordia maxime dilabunt. Miserū est prius oneri esse q̄ vsui. Rome oīa venalia sunt. paucis carior est fides q̄ pecunia. oīa eadē cupere eadēq̄ odisse. inter bonos amicitia: inter malos factio est. Maius est dedecus parta amittere: q̄ oīno nō parasse. Plura sunt: q̄ licꝫ grauia sint: tū p consuetudinē pro nihilo habent. Bono more satius est vinci q̄ malo iniuriā vincere. Post gloriam inuidiā sequi meminerit. itaq̄ quo clarior es vel eris: eo magis anxiū ac sollicitū te esse oportet. Animo cupienti nihil satius festinatur. superbia cōmune nobilitatis est malum. Actor. De ciceronis atq̄ salustij dictis moralibus hec ad presens sufficiant. Nunc igit' vide paululū horum causa digressi sumus: ad ordinē historie bellorū cesaris redeamus.

¶ De Fuga ⁊ nece Pompei. C. XXXV.

Jchar. vbi supra. Hic nāq̄ iulius cesar galloꝝ gentē ferocissimā multis prelijs expugnauit. Deniq̄ nauibus in britāniā trāsuectis romanū imperiū vltra limitē videlicet oceanū dilatauit: q̄d totū intra decenniū cōsūmauit. Quo trāsacto decenni sibi postulauit alterū 𝔷sulatū a senatu romano. q̄ traditū est a marcello tēr 𝔷sule: pompeio admittēte. Deinde decretū est a senatu: vt in vrbē nunq̄ nisi dimisso veniret exercitu. q̄d cesar grauiter tulit. ⁊ 𝔷tractis vndiq̄ virib⁹ romā hostiliter 𝔷tēdit. a ptaq̄ arimino rauennā se cōtulit. At vo pompeius ⁊ oīs romanoꝝ senat⁹: crescētib⁹ cesaris virib⁹ trepidi tanq̄ italia pulsi greciā adierunt. dirachiū gerēdi belli sedē eligētes. Porro cesar cū iam ducto 𝔷tra pompei certamina multa peregisset. tādē romā intrauit: ⁊ ex erario publico fracti ianuis pecuniā tulit: quā suis militibus erogauit. Interea vo apud dirachiū multi reges oriēt cū auxilijs venerūt ad pōpeiū. q̄d vt cesar audiuit: agmē ꝑpato p epyrū in thessaliā venit. pōpei⁹. lxxxviij. cohortes ordine triplici collocauit. fuerūtq̄ ī ei⁹ exercitu peditū. xl. milia equites in sinistro cornu sexingēti: ⁊ ī dextro ṡngēti. īnt' quos erāt reges multi ⁊ senatores eq̄tesq̄ romanoꝝ plurimi. Ecōtra vo cesar sīlr. lxxx. cohortes ordīe triplici disposuit. ⁊ in ei⁹ exercitu fuere min⁹ q̄. xxx. milia peditū. eq̄tes. M. Sꝫ dū vtriq̄ certat' vniu'sus pōpei exercit⁹ ī fugā v̄tit'. Cesa sūt ibi pōpeianoꝝ xij. milia: ⁊ cēturiones. xxxiij. Pōpei⁹ ita fugiēs onerariā nauiū nactus ī asiā ꝑperauit: ⁊ inde p tyrū ī egyptū trāsīit: ibiq̄ stati vt litus attigit: iussu ptolemei adolescētis in gratiā cesaris victoris occisus ē.

¶ Qualiter Ptolemeus adolescens cesari repugnans perijt. C. XXXVI.

Tunc cesar syriā ꝑuagat' alexandria venit: vbi ptēdib⁹ alexādrinus prefatū ptolemei alexandrie regno donauit. q̄ cū illico 𝔷 cesarē rebellauit: ⁊ bellū īstruxit: ī quo bello cesa referūt hoīuꝫ. xx. milia. ⁊. xij. milia nauib⁹ dedita. Vīci terris⁹ ptolome⁹ scapbā ascēdit vt fugēt. s

multis post eũ in eadẽ insluctib⁹ mersus ac necat⁹ ẽ. cui⁹ dũ corp⁹ ad littus deuolutũ fuisset: indicio lorice auree cognitũ est. quam cesar alexãdrie ꝓmisit: ⁊ sic alexãdrios ad dditionẽ desꝑatiõe coegit. Qui b⁹ patratis rursus egypti regnũ cleopatre dedit. Deĩde ṽo syriã ꝑagat⁹: pharnacẽ in ponto deiecit. Inde romã sc̃do regressus dictator ⁊ cõsul ẽ appellat⁹. Deĩde trãsiẽs ĩ aphricã oẽs Põpei duces ac nepotes debellauit. filiãqꝫ ei⁹ põpeiã ⁊ faustũ ⁊ sillã affraniũ ⁊ postremũ ĩterfecit. Cato ṽo apud vticã sese interemit. Suetoni⁹ vbi supra. Questori viterior hispania obuenit vbi cũ mãdato ppli. R. iure dicẽdo cõuẽtus circuiret. gadesqꝫ venisset aĩaduersa apud herculis tẽplũ alexãdri magni imagine ĩgemuit: ⁊ qͣsi pertesus ignauiã suã ꝙ nihil dũ a se memorabile actũ eẽt. ĩ etate q̃ iã alexãder orbẽ terrarũ subegisset. missionẽ cõtinuo efflagitauit. ad captãdas q̃ ꝓ⁹ maiorũ rerũ occasiões ĩ vrbe etiã cõfusũ eũ sõnio ꝓxime noctis (nã visus erat ꝑ q̄etẽ stupũ mr̃i ĩtulisse) coniectores ad amplissimã spem incitauerũt. arbitriũ terrarũ orbis portẽdi ĩterꝑtãtes: qn̄ m̃ rẽ quã sub iectã sibi vidisset. nõ alia eẽt q̃ terra q̃ oĩuꝫ parẽs h̃ret.

¶ De Initio imperij cesaris. C. XXXVII.

Sichardus. Deniq̃ cesar romã reuersus rerũ summã ac potentiã quã greci monarchiã vocãt: solus sibi ꝑsumpsit. Sic ẽ in ro. republica impiũ obtinuerũt monarchi: ⁊ repetitũ ẽ post tẽpora cõsulũ iussu parẽdi. Anno ab vrbe cõdita. dcc. xxij. ab exactis ṽo regib⁹. ccc. lxxix. ac ꝓ regib⁹ ĩpatores sũt appellati. Euse. ĩ chro. Primus itaqꝫ apud ro. Caius iuli⁹ cesar singulare arripuit ĩperiũ. Cepit anno regni cleopatre. iij. hyrcani ṽo. xxx. ĩ. etatis q̄nte q̄ngentesimo ꝓxĩj. mũdi ṽo. iij. M. dccc. xvi. ⁊ imꝑauit annis fere quinqꝫ. Ab hoc romano ⁊ ꝑncipes appellati sunt Cesares.

¶ De Uita iulij cesaris ⁊ ꝓbitate eiusdẽ in armis. C. XXXVIII.

Suetonius de. xij. cesarib⁹ li. i. Dic fuisse traditur excelsa statura: colore candido: teretib⁹ mẽbris: ore paulo pleniore: nigris vegetisqꝫ oculis: valitudine ꝓspera: nisi ꝙ repẽte aĩo lĩquĩ aut etiã ꝑ sõnũ exterreri solebat. Comitiali quoqꝫ morbo bis inter res gerendas correpꝰ ẽ. Circa corporis curã morosior: vt nõ solũ tõderet diligentẽ ac raderet: sꝫ velleret etiã vt q̄dã exprobrauerũt. Caluicij ṽo deformitate iniq̄ssime ferre sepe obtrectatorũ iocis obnoxiã expt⁹. Ĩdꝫ ⁊ deficientẽ capillũ reuocare a vertice cõsueuerat. vini q̄dẽ parcissimũ ne inimici q̄dẽ negauerũt: circa victũ. C. oppi⁹ adeo ĩdifferẽtẽ docet vt quõdã ab hospite cõditũ oleũ ꝓ viridi appositũ aspnãtib⁹ ceteris solũ etiã argi⁹ appetisse dicat ne hospitẽ aut rusticitatis aut negligẽtie arguere videret: eloq̄ntia mirabili arte militari. q̃re aut equauit ꝓstãtissimorũ gloriã: aut excessit. Reliq̃t ⁊ rerũ suarũ cõmẽtarios: de quib⁹ cicero sic refert. cõmẽtarios scripsit valde q̄dẽ ꝓbãdos: nudi sũt recti ac venusti ⁊ oĩ ornatu orõnis tanq̃ veste detracta. Armorũ ⁊ eq̄tãdi ꝑitissim⁹: laboris vltra fidẽ patiẽs erat ĩ agmine: nõnunq̃ equo sepi⁹ pedib⁹ anteibat: capite detecto seu sol: seu himber esset. longissimas vias ĩcredibili celeritate cõfecit. expedit⁹ meritoria rheda cẽtena passuũ milia in singulos dies si flumina morarent. nãdo traiciẽs: vel innixus inflatis vtrib⁹ vt ꝑsepe nuncios de se ꝓuenerit. Ancipiti ꝑlio equos dimittebat: ⁊ in primis suũ: quo maior ꝑmanẽdi necessitas ĩponeret: auxilio fuge erepto. vtebat aũt equo insigni pedib⁹ ꝓpe hũanis ⁊ ĩ morẽ digitorũ vngulis scissis. quẽ nec patiẽtẽ sessorẽ alteri⁹ ꝑm⁹ ascẽdit. Inclinatã aciẽ solus sepe restituit. obsistẽs fugiẽtib⁹: retinẽsqꝫ singulos ⁊ cõtortis faucib⁹ cõuertẽs in hostẽ. Alexãdrie circa oppugnationẽ põtis eruptiõe hostiũ subita cõpulsus ĩ scaphã plurib⁹ eodẽ ꝑcipitãtib⁹ cũ desilisset in mare. nãdo ꝑ ducẽtos passus euasit ad ꝓximã nauẽ: elata leua: ne libelli quos tenebat madefierent. paludamentum mordicus trahens ne spolio potiretur hostis.

¶ Qualiter se hẽbat erga subditos ⁊ erga pares. C. XXXIX

Elicta neqꝫ obseruabat omnia neqꝫ ꝓ modo exeq̄bat sꝫ desertorũ ac sediciosorũ ⁊ inq̄sitor ⁊ punitor acerrim⁹ cõniuebat in ceteris. ac nõnunq̃ post magnã pugnã atqꝫ victoriã remisso officiorũ munere: licentiã oĩꝫ lasciuiendi passim ꝑmittebat: iactare solit⁹ milites suos etiaꝫ vnguẽtatos bñ pugnare posse. nec milites eos ꝓ cõtiõe: sꝫ blãdiore noĩe cõmilitones appellabat. hẽbatqꝫ eos tã cultos vt argẽto ⁊ auro politis armis ornaret: simul ad spẽꝫ ⁊ quo tenaciores eorũ essẽt ĩ ꝑlio metu dãni. diligebatqꝫ vsqꝫ adeo vt audita clade. Tituriana barbã capillũqꝫ summiserit. Nec añ depsuerit q̃ꝫ vindicasset. q̄b⁹ rebus et deuotissimos sibi ⁊ fortissimos reddidit: apud dirachium sceua excusso oculo: femore ⁊ humero transfixus. cxx. ictibus scuto ꝑforato custodiã porte cõmissi castelli retinuit. Acilius nauali ad massiliã prelio iniecta in puppẽ hostiũ dextera ⁊ abscissa transiliuit in nauẽ vmbone obuios agens. Studiũ ⁊ fides erga clientes ne iuueni q̄dẽ cesari defuerũt: amicos semꝑ tãta felicitate indulgẽtiaqꝫ tractauit: vt gaio oppio comitãti se ꝑ siluestre iter: correptoqꝫ subito valitudine diuersorio loco qd̄ vnũ erat cessent. ⁊ ipse humi ac sub diuo cubuerit. Simultates ĩ nullos excepit tã graues: vt vnq̃ꝫ nõ occasiõe oblata libẽs deponẽt: sꝫ ⁊ ĩ vlciscẽdo nã lenissim⁹. In. P. clodiũ põpeie vxoris sue adulterũ atqꝫ eadẽ de rã pollutarũ cerimoniarũ reũ testis citatus negauit se quicquã cõperisse q̄uis ⁊ mater aurelia ⁊ soror iulia apud eosdẽ iudices oĩa ex fide retulissent. ĩterrogatusqꝫ cur repudiasset vxorem: Quoniã inquit meos tã suspicione q̃ꝫ crimine iudico carere oportere.

¶ De Nece Aristobili ⁊ exaltatione Antipatri. C. XL.

Comestor. Cesar aũt post sedat⁹ ⁊ pompei fugã trãs mare ioniũ reb⁹ oib⁹ romaqꝫ potit⁹ solutũ aristobolũ cũ duab⁹ cohortib⁹ in syriã misit facile ꝑ hunc iudeã sibi posse subiici rat⁹. verũ spes cesaris frustrata est. nã a studiosis põpei veneno ꝑijt aristobolus. seruabaturqꝫ corp⁹ ei⁹ melle cõditũ ꝓhibita sepultura donec iussu antonij in monumẽtis regalib⁹ sepult⁹ ẽ. occiditurqꝫ fili⁹ ei⁹ alexãder antiochie a scipiõe securi ꝑcussus. superstes antigon⁹ cũ sororib⁹ suis ad ptolomeũ menei filiũ cõfugit. accepitqꝫ ptolome⁹ minorẽ sororũ alexãdrã vxorẽ. ex q̃ (vt quidã tradũt) suscepit lisaniã abyline postea tetrarchã. Postea factũ est preliũ in emathia: cui interfuit antipater ⁊ iudei sub pompeio. Qui cũ redisset in iudeã timẽs cesaris impetũ liberos suos ad arabas cognatos eorũ transmisit. Mortuo autẽ pompeio antipať in cliẽtelã cesaris se cõtulit. cui⁹ virt⁹ ĩ prelijs cũ plurimũ enituisset: fact⁹ est amic⁹ cesaris. Quẽ cesar romana ciuilitate sil̃ ⁊ ĩmunitate donauit. eiusqꝫ grã põtificatũ hircano cõfirmauit. Deniqꝫ antipať ipse ꝓcurator iudee declarat⁹ est: ⁊ regnũ hircano concessum: ita tamen ne rex vocaret. Post hoc antipater filium maiorẽ fasellon hierosolymis sub se procuratorẽ statuit: ⁊ herodem galilee prefecit.

¶ De Presagijs mortis cesaris. C. XLI.

Suetonius. Porro cesari futura cedes euidentib⁹ ꝓdigijs denunciata est paucos ante mẽses cũ in colonia capua deducta lege iulia coloni ad extruendas villas vetustissima sepulchra disicerẽt: idqꝫ eo studiosius facerẽt: ꝙ aliquãtulũ vasculorũ operis antiq̄ scrutãtes repiebãt. tabula enea in monumẽto (in quo dicebatur capis cõditor capue sepult⁹) inuẽta est scripta lr̃is grecis vbisqꝫ hac sentẽtia. Q̃ñcũqꝫ ossa capis detecta eẽnt: fore vt iulio ꝓgnatus manu cõsãguineorũ necaret: magnisqꝫ mox italie gladib⁹ vindicaretur. Cui⁹ rei ne q̄s fabulosam aut cõmentitiã putet: auctor est Cornelius balb⁹ familiarissim⁹ cesaris. Proximis dieb⁹ equorũ greges: quos in traiciendo rubicone flumine cõsecrarat: ac vagos ⁊ sine custode dimiserat comꝑit ꝑtinacissime pabulo abstinẽ: vbertimqꝫ flere. ⁊ imolantẽ monuit: caueret ꝑiculũ ꝙ nõ vltra martias idus ꝓferretur. Pridie aũt idus easdẽ auẽ regaliolũ cũ laureo ramulo põpeiane curie se inferentẽ: volucres varij generis ex ꝓximo nemore ꝑsecute ibidẽ discerpserũt. Ea ṽo nocte cui illuxit dies cedis ⁊ ipse sibi visus est ꝑ quietẽ interdũ supra nubes volitare. alias cũ ioue dextrã iungere. ⁊ calphurnia vxor imaginata est collabi fastigiũ dom⁹: maritũqꝫ in gremio suo cõfodi: ac subito cubilis fores spõte patuerunt. Comestor. Centesimo die ante mortem eius fulmen cecidit iuxta statuã ei⁹ in foro. ⁊ de noĩe ei⁹ suꝑscripto c litterã ei⁹ capitalẽ abrupit. nocte ꝑcedẽte diẽ obit⁹ ei⁹: fenestre thalami ei⁹ cũ tãto strepitu apte sũt: vt exiliẽs a stratis ruiturã domũ estimaret. Eadẽ die cũ iret in capitoliũ: date sunt ei lr̃e indices mortis ĩminẽtis. Que dũ referret occisus: in manu eius inuẽte sunt nõdũ solute. Die sequente apparuerũt tres soles in oriente. qui paulatim in vnũ corpus solis redacte sunt. significãtes ꝙ dominiũ lucij antonij ⁊ marci antonij ⁊ augusti in monarchiã rediret. vel potius ꝙ notitia trini dei ⁊ vnius toti orbi futura ĩminebat.

¶ De Nece eiusdem ⁊ exequijs. C. XLII.

Sichardus. Deniqꝫ cesar dum reipublice statum iuxta morem maiorum clementer instauraret actoribus bruto ⁊ cassio in curia viginti quattuor vulneribus confossus interijt. In hac coniuratione. cclx. ferunt conscios fuisse. Romanus itaqꝫ populus dolore stimulat⁹ capitoliũ cũ auctorib⁹ cedis incẽdere voluit apud quos etiã ita postmodũ memorabilis fact⁹ est: vt oẽs post eũ imꝑatores appellarent cesares. Suetonius. Aiaduertens cesar vndiqꝫ se strictis pugiõibus peti. toga caput obuoluit. simulqꝫ sinistra ma

nu sursum ad ima crura deduxit. quo honestius caderet etiã inferiori parte corporis velata atq3 ita trib⁹ 7 .xx. plagis confossus est. vno tantũmodo ad p̃mũ ictũ gemitu sine voce edito. pcussoꝝ cesaris fere neq3 triẽnio q̃sq3 ampli⁹ supuixit: neq3 sua morte defunctus est. Dannati oẽs: ali⁹ alio casu perijt: pars naufragio: pars p̃lio. Nonnulli semet eodẽ pugione quo cesarẽ violauerãt interemerũt. Comestor. Occisus est autẽ cesar dolo bruti 7 cassij. anno etatis sue. lvi. corpus eius p rostris cõbustũ est. Statuit aũt pplus in foro solitaz colũnã lapidis numidici. xx. ppe pedũ supra quã tumulat⁹ est: que 7 iulia dicta est. Ex chronicis. Inuente sunt autẽ in manu eius l̃re precauẽtes de cõiuratiõe: q̃s si legisset vtiq3 cauisset.

C De Imp. octauiani augusti 7 ei⁹ pulchritudine. C. XLIII.

Ex chronicis. Romanorum scds regnauit octauian⁹ cesar augustus annis. lvi. a quo 7 ceteri romani imperatores augusti appellati sũt. Cepit anno q̃nte etatis q̃ngẽtesimo. xlviij. mũdi vero. iij. M. dcccc. xxi. Hugo floriacẽs. in historia ecclastica li. viij. Eo nullus romanoꝝ ĩperatoꝝ in bellis felicior: nec in pace moderatior fuit. adolescẽtiã tñ suã ciuilibus bellis iplicauit: 7 illiricã: 7 pannoniã occupauit: 7 siceãbros 7 astures hispanie pplos superauit: 7 eiusdẽ terre pplm barbaꝝ 7 agrestẽ romanis legib⁹ informauit. Norici quoq3 dalmate: mesi: bosroani: crates: daci: 7 sarmate ducis ei⁹ sunt supati v̄tute: sed anteq̃ regni monarchiã obtinuisset: ita inter ip3 7 antoniũ romana respu. diuisa manebat: vt augustus italiam 7 galliã 7 hispaniã. Anton⁹ vo asiã pontũq3 possideret erat autẽ antonius gener ei⁹. Suetoni⁹ liber. ij. Fuit autẽ augustus forma eximia: 7 p oẽs etatis gradus venustissima. q̃q̃ oẽs lenocinij negligẽs 7 in capite comẽdo tam incuriosus vt raptim cõplurib⁹ simul tonsorib⁹ operã daret: ac mõ tonderet: mõ raderet barbã: eoq3 ipso tẽpore aut legeret aliq̃d: aut scriberet. vultu erat aut in sermone vel etiaz tacitus a deo trãquillo sereroq3: vt q̃dã ex p̃moribꝰ galliaꝝ confessus sit inter suos eo se inhibitũ ac remollitũ. quo minus vt destinaret in trãsitu alpiũ p simulationẽ colloquij ppius admissus in p̃cipicium ppelleret. oculos habuit claros ac nitidos: q̃b⁹ existimari volebat inesse quiddã diuini vigoris. gaudebatq3 si q̃s sibi acrius contuẽtu q̃si ad fulgorẽ solis vultũ submitteret: statura breuẽ: sed q̃ cõmoditate 7 equitate mẽbroꝝ occultaret: vt nõ nisi ex cõparatione alterius astãtis pcerioris intelligi posset.

C De Strenuitate 7 pitia ei⁹ in re militari. C. XLIIII.

Taq3 natiões male q̃etas ad obsequiũ redegit nec vlli gẽti sine iustis 7 necessarijs causis bellũ intulit. Disciplinã militarẽ seuerissime rexit: nec legatoꝝ quidẽ cuiq̃ nisi grauate hibernisq3 demũ mensibus pmisit vxorẽ iteruisere. cohortes si q̃ cessissent loco decimatas ordeo pauit. cẽturiones statione deserta itidem vt manipulares capitali aiaduersione puniẽt. p cetero delictoꝝ genere varijs ignominijs affecit: vt stare p totũ diẽ iuberet ante pretoriũ interdũ tunicatos discinctosq3 nõnunq̃ cũ decẽpedis vel cespitẽ portantes. nihil autẽ minus ĩperfecto duce q̃ festinationẽ temeritatẽq3 ↄuenire arbitrabat. crebro id iactãs satis celeriter fieri quicq̃d satis benefiat. bellũ suscipiendũ oĩno negabat: nisi cum maior emolumẽti spes q̃ damni metus ostẽderet. Nã minima cõmoda nõ minimo sectantes discrimine. siles aiebat esse aureo hamo piscãtibus. cuius abrupti damnũ nulla captura pensari possit. Urbẽ pro maiestate ĩperij ornatã: 7 inũdatiõibus incẽdijsq3 obnoxiã excoluit: adeo vt iure sit gloriatus marmoreã se relinquere: q̃ latericiã accepisset. Itẽ secularibus ludis iuuenes vtriusq3 sexus phibuit nullũ nocturnũ spectaculũ frequẽtare: nisi cũ aliquo maiore natu ppinquoꝝ. Impetrauit a senatu decẽ adiutoribus vnũquenq3 equitẽ rõne vite reddere cogit: atq3 ex improbatis alios pena: alios ignominia notauit plures admonitione: sed varia. notauitq3 aliquos q pecunias leuioribus vsuris mutuati grauiore fenore collocassent.

C De Liberalitate 7 humanitate eiusdẽ. C. XLV.

Liberalitatem oĩbus ordinib⁹ per occasiones frequenter exhibuit. sed vt salubrẽ magisq3 ambitiosum p̃cipem scires: querentẽ de inopia 7 charitate vini populũ seuerissima correxit oratione satis puisum dicens a genero suo agrippa pductis ĩ vrbẽ plurib⁹ aq̃s ne hoĩes sitirẽt. Regna q̃b⁹ iure belli potit⁹ ẽ p̃ter pauca: aut eidẽ q̃b⁹ ademerat reddidit: aut alienigenis ↄtribuit. Reges socios ẽt iter semetipsos mutuis necessitudinib⁹ iũxit pmptissim⁹ affinitatis cuiusq3 atq3 amicitie ↄciliator 7 fautor plurimorũ liberos educauit sil' cũ suis 7 instituit. clẽtieq3 ei⁹ ciuilitatisq3 multa 7 mag̃ documẽta sũt. cũ emilio elião cordubẽsi ĩ ceña eria l'maxie

obiceret: q male opinari de cesare soleret. ↄuersus ad accusatorem cõmotoq3 similis velim inquit hoc mihi pbes. nec quicquã vltra aut statim aut postea inquisiuit. Tyberio quoq3 de eadẽ re sedulo violentius apud se p eplam cõquerẽti rescripsit ita: Etati tue mi tyberi noli in hac re indulgere: 7 nimiũ indignari quẽq̃ã eẽ: q̃ de me male loquat. satis est enĩ si hoc habem⁹: ne q̃s nobis malefacere possit. Tẽpla q̃uis sciret etiã pro ↄsulib⁹ decerni solere: in nulla tñ puincia nisi cõi suo romeq3 noĩe recepit. Nã in vrbe quidẽ ptinacissime abstinuit hoc honore. argẽteas etiam statuas olim sibi positas cõflauit. Dñi appellationẽ vt maledictũ 7 opprobriũ semp exhorruit. Cũ spectãte eo ludos pnũciatũ eẽt in mimo: O dñm equũ 7 bonũ. 7 vniuersi q̃si de ipso dictũ exultantes cõprobassent: statim manu vultuq3 indecoras adulatiões repressit. 7 in sequẽti die grauissime corripuit edicto: dominũq3 se postea appellari. nec a liberis quidẽ aut nepotib⁹ suis serio vel ioco passus est. atq3 eiusmodi blãditias etiã inẽ ipsos phibuit. Nõ temere vrbẽ oppidove vllo egressus aut quoquã ingressus est nisi vespa aut noctu ne quẽ officij cã inquietaret. ecitẽ se in iudicijs 7 interrogari 7 refelli equissimo aio patieba.

C De Pietate 7 equitate ipsius in subditos. C. XLVI.

Dñũ augustus. fecit: nõ audẽs extorquere possessoribus primas domos. Nunq̃ filios suos pplo cõmendauit vt nõ adiceret si merebunt. Eisdẽ pretextatis adhuc assurrectũ ab vniuersis in theatro 7 astãtib⁹ plausũ grauissime quest⁹ est. Ita amicos magnos 7 potẽtes in ciuitate eẽ voluit: vt tñ pari iure essent quo ceteri: legibusq3 iudiciarijs eque tenerent. Reuententẽ a puĩcia nõ solũ faustis oib⁹. s3 7 modulatis carmib⁹ psequebant. Obseruatũ est etiã: ne quotiẽs introiret vrbẽ: suppliciũ de quoq̃ sumeret. Patris patrie cognomen vniuersi repẽtino maximoq3 ↄsensu detulerũt ei. Nõnulli patrũfamilias testamẽto cauerũt: vt ab heredib⁹ suis prelato titulo victime in capitoliũ ducerent: votũq3 pro se soluerent: q superstitẽ augustũ reliquissent. Reges amici atq3 socij: 7 singuli in suo quisq3 regno cesareas vrbes cõdiderũt. Filias 7 neptes ita ĩstituit: vt etiã lanificio assuefaceret: vetaretq3 loq̃ aut agere quicq̃ã nisi propalã 7 quod in diurnos cõmentarios referretur. Extraneoꝝ quidẽ cetũ adeo phibuit: vt. L. tucinio claro decoroq3 iuueni scripserit quondã parũ modeste eũ fecisse: q filiã suam baias salutatũ venisset. Nepotes 7 l̃ras 7 natare aliaq3 rudimenta p se plerũq3 docuit. Amicitias neq3 facile admisit 7 ↄstãtissime retinuit. non tñ virtutes ac merita cuiusq3 digne prosecutus. sed vitia quoq3 7 delicta dũtaxat modica perpessus. Patronus dominusq3 est nõ min⁹ seuerus q̃ facil' 7 clemẽs. Diomedẽ dispẽsatorẽ: a quo simul ambulante incurrẽti repẽte fero apro per metũ obiectus est. maluit timiditatis arguere q̃ noxe. rẽq3 non minimi periculi: q tñ fraus aberat in iocum vertit.

C De Parsimonia eius in victu 7 eloquẽtia 7 ingenio eiusdem. C. XLVII.

E quidem thoro eũ cubuisse aiunt: nisi humili et modico instrato. Veste quoq3 nõ temere alia q̃ domestica vsus est: a sorore 7 vxore 7 filia neptibusq3 ↄfecta. Togis nec restrictis nec fusis: clauo nec lato nec angusto. Calciamẽtis altiusculis vt procerior q̃ erat videret. Cenã ternis ferculis: aut cũ habundantissime senis prebebat: vt nõ nimio sumptu ita sũma comitate: cibi minimi erat. vini quoq3 natura parcissim⁹ nõ amplius ter bibere sup cenã solit⁹ neq3 temere interdiu bibit: s3 pro potione sumebat pfusũ aq̃ frigida panẽ. aut cucumeris frustũ: vel lactucule thyrsum: aut recens aridũ ve pomũ succi vinosioris. Eloquentiam studiaq3 liberalia ab etate p̃ma 7 cupide 7 laboriosissime exercuit. Mutinẽsi bello in tãta mole rerũ 7 legisse 7 scripsisse 7 declamasse quotidie tradit. Gen⁹ eloquẽdi secut⁹ est elegãs 7 tẽperatũ vitatis sẽtẽtiarũ ineptijs 7 recõditoꝝ verboꝝ (vt ipse dicit) fetorib⁹. precipuã curã duxit sensũ animi q̃ aptissime exprimẽ. Sed nec tyberio parcens exoletas interdũ 7 recõditas voces aucupanti. Marcum quidẽ antoniũ increpabat q̃si ea scribentẽ: q̃ mirent potius hoĩes q̃ intelligãt. Ingenia seculi sui modis oib⁹ fouit. Recitãtes 7 benigne 7 patiẽter audiuit. Componi tñ aliq̃d de se nisi 7 serio 7 a p̃stãtissimis offẽdebat. Tonitrua 7 fulgura paulo infirmi⁹ expauescebat: vt semp 7 vbiq3 pellẽ vituli marini circũferret pro remedio atq3 ad maioris tẽpestatis suspicionẽ in abditũ 7 concameratũ locũ se reciperet.

C De his q̃ ĩ p̃ncipio impij sui acciderũt. C. XLVIII.

Uinc. in chro. Anno impij augusti p̃mo incerta portẽta q̃ facta sũt toto orbe: bos in suburbio rome ad arantẽ locut⁹ est. frustra se vrgeri mẽ

enim frumēta sed homines breui defuturos. Laberius mimorum scriptor decimo mēse p⁹. Caij iulij cesaris īteritu puteolꝭ morit̃. Publi⁹ mimograph⁹ natiōe syrus: rome scenā tenet: cicero in formiano suo ab herenio ⁊ popillo occidit̃. lxiij. etatis sue ā̄no: caput ei⁹ cū manu dextera ꝓ rostris positū iuxta qđ coronata popilij militis imago q̄ eū occiderat. Ouidius naso nascit̃ ī pelignis. Caius falcidi⁹ tribunus plebis legē tulit: ne q̄s pl⁹ testō legaret q̄ꝫ vt q̄rta ps hedib⁹ sup eēt. Anno seq̄nti e taberna meritoria trās tyberim oleū terra erupit fluxitq̄ꝫ tota die sine intermissiōe: signās xp̄i graꝫ in gētib⁹. Anno sequēti cornifici⁹ poeta militib⁹ desert⁹ īterijt: quos sepe fugiētes galeatos lepores appellarat. Hui⁹ soror cornificia c⁹ insignia extāt epygrāmata. Eo quoq̄ꝫ tpe corneli⁹ nepos scriptor historic⁹ clar⁹ habet̃. Marc⁹ bauı⁹ poeta quē virgili⁹ ī bucolicꝭ notat ī capadocia morit̃.

¶ De Prefectura herodis ascalonite: ⁊ vxoribus eius ⁊ filijs ⁊ filiabus. C. XLIX.

Domestor. Inter hec herodes ascalonita ab antipatre pre suo procuratore iudee a cesare ↄstituto p̄m⁹ p̄fect⁹ ē galilee. Qui cū nā stre nuus eēt p̄ncipē latronū ezechiā cū seq̄cib⁹ ei⁹ īterfecit: adeo q̄ terrā q̄etā reddidit et publice herodes pater galilee cātaret. Habebat aūt vxorē noīe dosidē sꝫ ignobilē: de q̄ ⁊ antipatrē suscepit: superduxitq̄ꝫ mariānē neptē hircani: cui⁹ etiā amore circūscidit se ⁊ fact⁹ ē ꝓselit⁹. Habuit sīl'r vxores nouē ex q̄s vij. nūerosam suscepit sobolē: sꝫ de his paucos nūerare sufficiat. Paraogent⁹ ei⁹ antipater ex dosidē. Alexāder ⁊ aristobolus ex mariāne. archelaus et malthata ⁊ samaritide: herodes antipas q̄ p⁹ tetrarcha fuit: ⁊ philippus ex cleopatra ⁊ hierosolomitide herod. Ↄ tū hūc q̄dā mariāne filiū putāt. At vo iudeorum optimates faselū ⁊ herodē apud antoniū accusabāt q̄ rex sūmā vi possiderēt: nomē tn̄ sup esset hircano. herodes aūt munerib⁹ placauit antoniū: reuocās ei in memoriā piā sui antiquā cū eo familiaritatē: cū aūt denuo antiochie a c. viris iudeis accusaret̃ attestāte ēt hircano: ꝓcūctabat̃ hircanū antoni⁹ q̄ņ ad reb⁹ agēdis eēnt aptissimi: cūq̄ꝫ herodē ⁊ frēm ei⁹ alijs ꝓtulisset: hilarat⁹ antoni⁹ eos de ꝓcuratorib⁹ tetrarchas iudee declarauit.

¶ De Restitutione antigoni in regnū. C. L.

Beunte aūt antonio romā pachorus rex parthor in manu valida eufratē trāgressus ē: ad quē descēdēs lisanias antigoni fili⁹ nepos ptolemei ex alexādra pollicit⁹ ē talēta mille: ⁊ virgines q̄ngētas vt antigonū ī regnū reduceret. Acceptis itaq̄ꝫ a pachoro multis milib⁹ pthor antigon⁹ hierlm expugnabat: ⁊ faselus q̄dē muros: herodes domū regiā custodiebat. Sꝫ cū īntrasset vrbē antigon⁹ ī dieb⁹ pēthecostē etiā ī foro dimicatū ē cūq̄ꝫ de pace tractatū ē antigonus pthor regē arbitrū ī dolo deposcebat. Egressus aūt hircanus cū fasello ⁊ antigono ad pthor regē hircanus ⁊ faselus ī itinere a pthis cōprehēsi st̄. Quo accepto herodes noctu ad idumeos ↄtribules suos ↄfugit: p̄misit q̄dē vxores ⁊ filios ⁊ vniuersaꝫ supellectilē: ⁊ ipse subseq̄ns ipet⁹ subseq̄ntiū sustinebat: grauiores aūt p̄tis iudeos ī fuga expt⁹ ē: cū q̄b⁹ sexagesimo a ciuitate stadio dimicauit ibiq̄ꝫ ob incredibilē victoriā castrū munitissimū postea firmauit qđ herodion vocauit. Dimissis aūt vxorib⁹ ⁊ liberis ī oppido massada sub custodia fratris sui iosippi ī petrā ciuitatē arabū p̄rexit: pthi vo nō solum antigonū restituerunt in regnū verūetiā hircanū ⁊ faseluꝫ vinctos ei tradiderunt verberandos. At ille hircani auriculas dētib⁹ trūcauit: ne quando mutatis rebus solutus pontificatū reciperet: ab integris enī sacra celebrari oportet. Faseli vero virtute preuētus est. Qui cuꝫ nec ferri copiā nec manus liberas haberet: ad saxū fracto capite expirauit: cognito quidē q̄ herodes euaserat ait se equanimiter mori q̄ꝫ vltorē viuū relinqueret. De hircano sunt qui dicant q̄ medicus ab antigono sibi missus in auriculas eius venenum pro medicamento infudit: ⁊ mortuus est. Josephus vero refert eum ad parthos missum: ⁊ ibi habitum ludibrio.

¶ Qualiter herodes ꝑ antoniū creatus ē rex iudee. C. LI.

Erodes accepta morte fratris romā ꝓperauit primo ꝑ causas vie expositis antonio q̄ miserat⁹ ei⁹ casus ⁊ murat⁹ senatus p̄suasit vt herodeꝫ regē iudee declararēt. Coronatus igit̃ herodes augusto ⁊ antonio hincinde astantib⁹ in capitoliū ductus ē: vbi ⁊ decretū senat⁹ sup hoc facto repositū est. Remissus est ī iudeā herodes duosq̄ꝫ principes cū eo ventidius ⁊ silo: q̄ eū in regno collocarent. Cū ergo venissent in galileam: silonē antigonus mercede corrupit: ⁊ propterea cum p̄cedi aduersus ant gonu simulatis occasionibus differebat: cūq̄ꝫ tādē obsedissent hierusalē romani: tū pro hiemis asperitate: tū ꝓ inopia victus ab obsidione discedentes: in idumea ⁊ galilea hiemabant: nec tñ herodes tūc ociosus erat: sed latronū multitudinē ꝓseq̄ns etiā in cauernis eos igne suffocabat. Inter quos erat quidā senior septē filiorum p̄r: quos ipse occidit in hūc modū. Stans ī ore spelunce singulos euocabat noīatim: ⁊ prodeuntē quēq̄ꝫ filiorū trucidabat. nouissime ⁊ vxorem. Tandē senē cōfossuꝫ vulnere sup mortuos misit: cū aūt accepisset antonius dolū silonis. misit sosiū cuꝫ herode in manu valida. Qui veniens in iudeā occurrēte sibi papiū vicit caputq̄ꝫ eius ferox frī suo in solatuꝫ fratris sui occisi transmisit. Tandē quinq̄ꝫ mēsib⁹ obsessa hierusalē cū in sexto romani vi irruerent in eam. nulli p̄cebāt etati. licet herodes rogaret vt p̄cerēt. Antigonus quoq̄ꝫ descendēs ad pedes solij ꝓstratus est: quē nō miseratus sosius: sꝫ irridēs antigonū appellauit: ⁊ vinctū ducēs ad antoniū remeauit: quē antonius securi ꝑcussit. Cōfirmatusq̄ꝫ est herodes in regno iudee quarto ā̄no ex quo rome diadema susceperat. Inde est q̄ q̄dā plures: q̄dā paucioꝛes anni regni herodis legunt̃. Translatum est itaq̄ꝫ regnū de iuda ad alienigenā īminente xp̄i aduētu. Audiēs hircanus herodē regnantē redijt in iudeam ⁊ in pristinum statū restitutus est: excepto q̄ non ministrabat.

¶ De Prophetijs in eo adimpletis. C. LII.

Usebius in chro. Anno igit̃ augusti decimo herodes antipatri ascalonite fili⁹ ⁊ matris cipridis arabice regnū iudeorum a romanis suscepit. ⁊ ā̄nis. xxxvij. regnauit. Ex tūc ḡ deficiēte principatu pōtificū regnauerūt herodes ⁊ filij ei⁹ post eū vsq̄ꝫ ad vltimā captiuitatē hierlm: neq̄ꝫ ex successiōe sacerdotal' generi pōtificib⁹ ↄstitutis neq̄ꝫ ꝑpetuitate vite s̄m legē mosi seruiētib⁹ deo: sꝫ ignobiles q̄dē ⁊ alio tpe alij. Nōnulliq̄ꝫ quoq̄ꝫ modico tpe sacerdotiū a romanis imperatorib⁹ emebāt: tūc cōpleta est ꝓphetia q̄ dicit. Nō deficiet princeps ex iuda ⁊c̄. In hoc etiā loco christus quē danielis scriptura significat accepit finē nā vsq̄ꝫ ad herodē. xl. sacerdotes erant reges iudeoū qui īperare ceperūt ab īstauratiōe tēpli sub dario vsq̄ꝫ ad hircanū ā̄nis q̄dringētis octingētatrib⁹ in medio trāsactis: quos daniel quoq̄ꝫ significat dicēs ⁊ scito ⁊ itellige ab exitu sermonis restaurādi ⁊ edificādi hierlm vsq̄ꝫ ad christi p̄ncipatū ebdomades. vij. ⁊ ebdomades sexagintaduas q̄ī ebdomades lxxx faciūt ānos q̄ngētos lxxxiij in q̄b⁹ el' sacerdotes ꝑ vnctionē decreti regnauerūt vsq̄ꝫ ad hircanū. Quo extremo oīm a pthis capto herodes antipatris filius nihil ad se ꝑtinētē iudeā ab augusto ⁊ senatu accepit. Et iterū post ebdomadas. vij. ⁊. lxij. interibit crisma: ⁊ sup templū inquit abominatio desolationis. Itaq̄ꝫ herodes ananelū quēdam de babylonia accitū pontificē iudeos constituit ⁊ post ei' ignū tpis aristobolū fratrē vxoris sue nepotē hircani successorē ei dedit. quo post animum interfecto rursum ananelo reddidit sacerdotium.

¶ De Nece antonij ⁊ cleopatre. C. LIII.

Ugo vbi supra. Porro cū esset lasciuus antoni⁹ corrept⁹ amore cleopatre egypti regine. repudiata augusti sorore ipsaꝫ sibi cleopatrā matrimōio copulauit: ⁊ augusto bellū indixit. S; august⁹ apud p̄lia nouorum motuū ſpēs cū īnuētiōe in itinere a brūdusio in epyrhū trāsmeauit. Antonius vo occupauerat actiū littus: sꝫ vbi ventū ē ad p̄liū ⁊ augusti classis cepit antonij nauigiū turbare. cleopatra regina cū aurea puppe veloq̄ꝫ purpureo p̄lia fugere cepit: ⁊ ilico insecutus est eā antoni⁹. istareq̄ꝫ vestigijs augustus: qđ cernēs antoni⁹ ꝓpria se manu īteremit. regina vo ad pedes augusti ꝓuoluta tentauit oculos ei⁹: sed spreta ab eo dispuit. Que vbi se triūpho seruari cognouit: ⁊ incautiorē nacta custodiā. in mausoleū odorib⁹ refertū iuxta suū se collocauit antonium. Deinde admotis sibi serpentibus morte sopita est. Tūc augustus potit⁹ alexādria vrbe oīū vrbiū tunc opulentissima. romā triūphans ingressus est: q̄bus patratis pthi inclyti noīs eius fama inuitati: licet iaꝫ se pareo romanorum magnitudini crederent romana signa q̄ crasso interfecto diripuerūt. vltro ei reddiderūt: ⁊ obsidib⁹ traditis firmū fedus ab eo fideli supplicatiōe suscipe meruerūt. Eusebi⁹ in chro. Igit̃ cleopatra ⁊ antonio a semet interfectis ⁊ alexādrie regno destructo anno impij augusti. xv. egyptus romana ꝓuincia fit: quā p̄mus cornelius gallus poeta rexit. Et ex h̄ loco quidā p̄miū annum augusti monarchie supputant.

¶ De Apologia herodis apud augustum. C. LIIII.

Iber vbi s. Herodes igit̃ rex iudeus gen anto nio ⁊ cleopatra iā extinctis sponte ad augustū nauigauit ⁊ deposito diademate. se illi obtulit humili q̄dē habitu: sꝫ regia mēte ⁊ his eū adorsus ē vbis. Ego inquiens auguste fateor me fidelē antonio fuisse sociuꝫ: vtpote qui ab eo regnum suscepi ea tñ necessitate armis nō tuli aduersum te.

non quasi belli patricidus vel amici desertor: sed domi rebus agendis occupatꝰ: igratũ tñ sibi me nõ sensit antoniꝰ: cui etiã adiumẽta exercitus ꝛ frumẽti copiã miserim absens. Nũc aũt o cesar vicisti antoniũ legiõibꝰ tuis: maxie vicisti eũ cũ filijs tuis: vicisti ĩperij rõani viribꝰ qđ dereliquerat ꝛ abnegauerat. Certe victus ẽ antonius viribꝰ tuis sꝫ magis moribꝰ suis: vicerat enĩ eũ cleopatra vxor ꝛ egyptius amor: canopeaqꝫ luxuries. Uictꝰ ẽ qꝛ maluit cũ cleopatra vinci: ꝙ̃ sine ea vincere: vicit eũ mulier ĩfestior sius ꝙ̃ aduersarijs. Deniqꝫ victus ẽ: qꝛ me audire noluit: obstruxerũt enĩ mẽtẽ eiꝰ cleopatre cupiditates. Uictꝰ sũ ꝛ ego cũ antonio minore tñ flagitio ꝙ̃ illũ cleopatra: vicit me antonius ille barbarã: ego amicũ nõ dereliq̃ mõ vo ad te veniẽs sequestrati a me regni ĩsignis sꝫ nõ abieci virtutis ↄsciẽtiã vt voles iudaica. Ad h̃ cesar. Salue inq̃t ꝛ nũc magꝭ viere regno tuo q̃ꝫ nõ inuidemꝰ ṽtutibꝰ sꝫ delectamur: dignꝰ es enĩ plurimis ĩparet qꝛ sic tueris amicitiã vt ꝛ ĩ aduersis positũ nõ abneges amicũ: ꝛ iccirco magꝭ expeterꝭ a nobis qꝛ nullus belli te mutauit euẽtꝰ: nõ enĩ antoniũ deseruisti: sꝫ antonius te qui magis credidit cleopatre ꝙ̃ tibi. Insipiẽtia illius te nobis acq̃siuit: qui sibi perniciosam elegit cleopatrã. ꝛ te fidelẽ repudiauit. At nõ est mirũ si a te cleopatra descissere fecit antoniũ cũ a me etiã eũ dissociauerit: ꝛ ex consorte imperij hostẽ reddiderit. Nũc aũt adoriemur in reliquũ vt nõ requiras antoniũ: nec enĩ dignũ est vt quẽ bello vicimus beniuolentia non vincamus. Et cum hoc dixisset imposuit cor nam capiti eius.

C De amplificatione regni e ius ꝛ ed ficiis q extruxit. C. LV.

Amplificauit aut munificẽtia regnũ illius das ei gadarã ꝛ hyppõnẽ: samariã ꝛ ioppẽ: turrimqꝫ strationis ꝛ maritimas ciuitates: ex qbꝰ herodes turrim stratonis in grã ꝛ honorẽ cesaris: post modũ albo lapide renouauit ꝛ aulicis edificijs venustauit: ꝛ cesareã mutato nõie iussit appellari: vrbẽ quoqꝫ samariã quã nũc bastẽ appellãt: nõ solũ exedificauit: sꝫ etiã repleuit ĩhabitãtibꝰ: extruxit ꝑterea hierosolymis turrĩ magnã quã appellauit antoniã: ꝓpẽ antonij gratiã veteris amici. Cesari quoqꝫ cõdidit tẽplũ ad fontes iordanis: adeo immemor religionis vt hoc tẽplũ ↄderet: ꝛ vsum gẽtiliũ in iudeã reduceret. Josephꝰ ĩ li. antiq̃tatũ. xvi. Herodes itaqꝫ cõsumptis pecunijs suis audiẽs hircanũ ante se regẽ aperuisse tumulũ dauid ꝛ tria milia talẽtorꝫ inuenisse: apertẽs ꝛ ipe noctu ĩgressus ẽ: qꝛ nollet ipe h̃ ciuitatẽ sentire: ꝛ pecunias q̃dẽ depositas sicut hircanus nõ ĩuenit: ornatũ vo ꝛ vasa aurea plura tulit. Dũqꝫ diligentiorẽ inq̃sitiõẽ faceret ac vellet iterius ĩgredi ad vasa in qbꝰ dauid ꝛ salomonis corpa erãt posita duo satellites eius flãmis exusti sunt ab ĩterioꝛi pte occurrẽtibꝰ: tũc ille timore pterritꝰ ẽ egressus ꝛ ꝓ piaculo monumẽtũ ex lapide cãdido ante ianuã magnificẽtissimis construxit expẽsis. Comestor. Edificauit aũt herodes in ascalone domũ regiã: ꝛ deinde agnominatꝰ ẽ ascalonita: natiõe enĩ idumeus fuit ex pr̃e: arabs ex matre. Notula sup historiã comestoris. Uel ꝓprie dictus ẽ ascalonita auus eius q̃ ꝛ herodes ascalonita fuit natione ꝛ edituus tẽpli appollinis: cuiꝰ filiũ antipatrũ puulũ rapuerũt latrones idumei: ꝛ cũ cis diu fuit qꝛ etiã post factꝰ ẽ pinceps eorꝫ vnde ꝛ idumeus dictꝰ ẽ. Comestor. Posuit etiã herodes aq̃lã aureã super speciosã portã tẽpli ĩmẽsi põderis ĩ honorẽ romanorꝫ: iudeis id egreferẽtibꝰ: fecit quoqꝫ herodion ĩ quo sepultꝰ ẽ: fecit ꝛ faselũ ĩ memoriã fratris: nec erat locus regni idoneus quẽ vacuũ honore cesaris relinqueret: deditqꝫ ei cesar quadringẽtos gallatas satellites: stipatores cleopatre immanes ꝛ sanguinis humani auidos. Qui cum prius eleutherij dicerent a flumine eleutherio supioris galatie sup quẽ oriũdi fuerãt decetero herodolani dicti sunt.

C De Nece mariagnes vxoris sue ꝛ eiꝰ offensa ĩ filios. C. LVI.

Acta aũt ẽ dissensio inẽ mariagnẽ ꝛ sororẽ herodis salomã: h̃ illi meretricijs: illa huic ignobilitatẽ obijciebat. Consilio vero sororis hircanũ dolo occidit eo qꝛ regnũ sibi deberi hircanus diceret. In solatiũ vero mariagnes ionathã fratrẽ eius cũ esset. xvii. annorũ pontificem ordinauit sed econtra saloma suggerente occisus est ionathas eo qꝛ ad regnũ videreꝫ aspirare. Cumqꝫ accusaret saloma mariagnem de adulterio: addidit qꝛ expressẽ imaginem suã miserat antonio vt ad amorem suũ eũ incitaret quod vt agnosceret herodes properauit ad antoniũ mariagne sub custodia viri salome collo collocans: certa ei tradens intersigna: sub quibus si nunciatũ ei foret mariagnẽ occideret. Dũ autẽ morã faceret herodes vir salome que sibi fuerant impetrata mariagne indicauit. Reuerso autẽ herode vxor cũ in sinu eius dormiret cũ lachrymis q̃ de morte eius ĩperauerat indicauit exiliẽsqꝫ a stratis herodes sciscitabatur a sorore: dormiuit ne vir tuus cũ mariagne q̃ aũt: dormiuit: statim mariagnẽ occidi fecit: ꝛ virum sororis. Uerũ de morte vxoris quã supra modũ diligebat idoluit. adeo vt tanq̃ꝫ lunaticꝰ crebro in amẽtiã verteretur. filios aũt quos de ea susceperat alexandrũ ꝛ aristobolũ romã misit liberalibꝰ artibꝰ erudiendos. Post hoc redierũt a studio filij eius: ꝛ erat alexander acerrimꝰ perorator. horꝫ vnus. s. aristobolus filiã salome amitte sue duxit vxorem. alter filiã regis capadocũ. Jamqꝫ licentius de successiõe regni cũ patre disceptabant. ob hoc offensus pater antipatrũ eis pꝛeponere satagebat: in testamento quoqꝫ apte iam fuerat successor declaratus. Proinde predicti fratres de morte patris occulte tractabant. Quod pꝛesentiẽs pater a se eos reiecit. Hi vero romã nauigauerunt vt patris iniuriã deferrent ad cesarem.

C De Marco varrone ꝛ laudibus eius. C. LVII.

Uarro Eusebius in cro. ẓ anno ĩperij augusti regno vo herodis ꝛ marcꝰ terentius varro ꝓpe nonagenariꝰ moritur. Augu. li. vi. de ciui. dei. Quis marco varrõe curiosiꝰ deorꝫ figmẽta q̃siuit: Quis inuenit doctiꝰ. q̃s ↄsiderauit attẽtius: q̃s distinxit acutiꝰ: q̃s diligẽtius pleniusqꝫ ↄscripsit: qui tãetsi minꝰ ẽ suauis eloq̃o: doctrina tñ atqꝫ sententijs ita refertꝰ ẽ vt in oĩ eruditiõe quã nos secularẽ: illi aũt liberalẽ vocãt: studiosũ rerũ tñ iste doceat quãtũ studiosũ verboꝝ cicero delectat. Deniqꝫ ꝛ ipse tulliꝰ huic tale testimoniũ phibet: vt in libris achademicis dicat eã q̃ ibi vsaꝫ disputatiõẽ se hũisse cũ marco varrõe. hoĩe inq̃t oĩũ facile acutissimo: ꝛ vbi cũcta dubitãda dicẽdit: addidit sine vlla dubitatiõe doctissimo: pfecto de hac re certꝰ erat certꝰ: vt auferret dubitatõẽ quã solet in oibꝰ adhibẽ: tanq̃ꝫ de hoc vno etiã ꝓ achademicoꝝ dubitatõe disputaturꝰ se achademicũ esse oblitꝰ. In pmo aũt lib. cũ eiusdẽ varronis litteraria opa pdicaret nos inq̃t in nr̃a vrbe pegrinãtes errãtesqꝫ tanq̃ꝫ hospites: tui libri nos domũ reduxerũt vt possemꝰ aliqñ q̃ ꝛ vbi essemꝰ agnoscẽ. Tu etatem patrie tu descriptiões tpiꝝ. tu sacroꝝ iura. tu sacerdotiũ. tu domesticã. tu publicã. tu sediũ regionũ locoꝝ: tu oĩũ diuinaꝝ humanarũqꝫ rerũ nõia. genera. officia. causas apuisti. De illo etiã terentianꝰ elegantissimo versiculo breuiter ait. Uir doctissimus vndecũqꝫ varro qui tã multa legit: vt ei aliq̃d scribere vacasse miremur. tã multa scripsit ꝙ̃ multa vix quenq̃ꝫ legere potuisse credamus.

C De Libris eius ꝛ opiniõibꝰ circa diuina. C. LVIII.

IOhãnes autẽ vinctꝰ cum audisset miracula que faciebat christe:dubitantes discipulos misit ad eũ interrogandũ:an ipse esset christe. Nõ eni ipse Johãnes dubitauit q̃ dixerat. Ecce agnus dei. Uidet tñ velle gregoriꝰ q dubitabat:an p se an per aliũ spoliaturꝰ esset infernũ:t ideo q̃siuit:tu es q̃ venturus es an ali. ex.q̃si dicẽt pprie ẽ vt descẽdã ad populũ meũ. Qui g te nunciaui supis:vis vt denũciẽ inferis. Jhesus autẽ amouit eorũ dubitatõẽ:ostẽdens certa signa sui aduentus. Et illis abeũtibus cõmẽdauit Johãnẽ turbis multipliciter:ne turbe suspicarent eum liuore motũ fuisse t vt scirent eũ nõ sibi sed discipulis hec quesisse. Unde pmo cõmendauit eũ de cõstantia fidei:deinde a victꝰ asperitate:ab excellẽtia psone:a mittẽtis auctoritate:ab officij dignitate:a vite puritate:ab aliorũ sanctorũ cõpatõe:a tpis cõmoditate. Attñ vbi dicit q inter natos mu.non sur.ma. Jo.bap.mulier nõ tñ sexũ femineũ:sz etiã fractõẽ exprimit. Jõ christe excludit qz fm hũc modũ beata vgo mulier non fuit. Uñ subiũgit. Qui aũt minor ẽ i regno celorũ:maior ẽ illo. Qd d ipo christo recte fz glosã accipit:q̃ tũc i ecclesia militãte mior a multis reputabat. Aliť quoq3 fm glosã. Nouissimꝰ angelꝰ celi vł minimus sanctorũ q̃ iã i ecclesia triũphãte regnat cũ deo:maior ẽ i charitate quolibet hoĩe adhuc pegrinãte in mundo.

¶ De Multiplici laude Johãnis baptiste. C. XX.

HInc baptista dñi sicut ex euãgelica historia.col.q põt cõmẽdabilis fuit i tribꝰ. Pmo i natiuitate:i q̃ scitate eiꝰ attestat.vij.miracula:pꝰ q ãgelꝰ visibilr appẽs eũ nasciturũ ãnũciauit:scdm q liguã icreduli ligauit:tertiũ q isecũdos t senes pẽtes fecũdauit:q̃rtũ q eũ spũs i vtero scificauit t repleuit:q̃ntũ q saluatorẽ nr̃o nondũ natꝰ exultauit:sextũ q spũ mř repleta mariã dei genitricẽ phauit:septimũ q iã natꝰ loquẽ credẽti reformauit. Itẽ scdo mirabilis fuit eiꝰ vita:t hoc i tribꝰ. Pmo i humilitate:qz cũ tã famosꝰ eẽt vt posset putari christe si vellet.negauit se nõ solũ eẽ christum sz helyã t pphetã t hoc cõtra eos q̃ iactãt se de g̃re:vita t scia. Itẽ i abstinẽtia:nõ solũ cibi t potꝰ t vesti:sz etiã solatij humane societatis:qz i deserto habitabat. Uñ. Antra deserti tc̃. Itẽ i patiẽtia:vt cõtra phariseos q̃ dicebant demoniũ hẽ:t fecerũt i eũ q̃cũq3 voluerũt:t tãdẽ cõ herodẽ:q̃ eũ ad vocẽ saltatricis decollauit. Itẽ tertio mirabilis fuit eiꝰ doctrina:t hoc sił in tribꝰ. In pphetia qz solꝰ inter pphetas quẽ pnunciauit digito ondit. Itẽ i pdicatõe qz neminẽ palpauit qn etiã ipm regẽ i herodẽ arguebat in facie pp herodiadẽ. Itẽ i cõsilio. Prudenter n cõsulebat his qui ad se veniebãt fm statꝰ i q̃bꝰ erãt vt turbis publicanis t militibꝰ. Pacet h tria dr fuisse mirabilia:i vita presenti. Quibꝰ rñdent alia tria:qbꝰ mirabilis apparebit in gloria.s.triplex aureola. Prima qz virginitatem a natiuitate conseruauit. Secunda qz predicator fuit. Tertia qz martyr. Hec tria raro simul in alijs sanctis inuenimus. Unde. Serta ter denis tc̃. In tribꝰ ergo apparet mirabilis in terra:t in tribꝰ in ce

lo. Unde et huic testimonium perhibent tres de celo et tres de terra. De celo pater mittens. Spiritussanctus instruens. Filius commendans. Tres in terra: scilicet spiritus eius ardēs et lucens: aqua baptismi: sanguis martyrii.

¶ De Opere hūane [illegible] post questionem Johannis usque ad eius decollationem. C. XXI.

Post hoc ośe lxxii. discipl'os. s. alios a pdicti[s] [illegible] signa[illegible] ut sicut xii. apli. xij tribub⁹ destinati fuerant: sic et hi. lxxij. totidē linguarū gētib⁹ euāgeliū pdicarēt: et sicut in aplis forma fuit epoꝝ: sic in istis forma secūdi ordinis psbyteroꝝ: Qui missi bini et bini: cū gaudio sunt reuersi: gloriātes sibi ī noīe christi etiā demōia subijci. Jōq3 sathane p supbiā corruētis exēplo deterrent: et ad humilitatē a dn̄o reuocant. Qui cum trāsiret sabbato p sata: discipuli ei⁹ esurientes vt hoīes grana edebāt manib⁹ ofricata. Unde phariseis eos de solutione sabbati redarguētib⁹: excusabat dn̄s eos: tū q2 necessitatē famis sustinebāt: sicut dauid qn̄ panes ppositiōis comedit: tum q2 psente et auctoritatem pbēte ipso dn̄o sabbati hoc faciebāt. Jn altero quoq3 sabbato synagogā intrauit: et corā ipsis insidiātib⁹ mancū sanauit. Quadā die cū in mōte pnoctasset in oratōe: ascēdēs in nauiculā docebat turbas stātes in littore: pposuitq3 eis q̄tuor parabolas: pmā de semine qd̄ in q̄tuor locis cecidit: secūdā de zizanijs bono semine supseminatis: tertiā de grano sinapis: quartā de fermēto abscōdito ī trib⁹ farine satis. Jn tertia quidē qd̄ dicit: sinite vtraq3 crescere vsq3 ad. M. videt eē ꝯtrariū paulo qui ait: auferte malū ex vobisipsis. Sed qm̄ iter triticū anteq3 veniat ad spicā et loliū grādis similitudo est: et vix distingui possunt: hoc intelligit de ambiguis: illud autē pauli de manifestis. Tunc dimissis turbis in domū venit: et q2 pmā parabolā exposuerat eis in naui: secūdā eis petētibus illic exposuit. Jnsup et alias tres illis pposuit pmā ī de thesauro abscōdito in agro: scd̄aꝫ de bona margaritha inuēta et empta: tertiā de sagena in mare missa. Ueniens autē ī patriā suā. docebat in synagogis iudeoꝝ: vnde et mirabant putātes eū eē fabrū: q2 ioseph fabri filius. Jōq3 nō nisi paucos ibi curauit: ppt incredulitatē eoꝝ. Unde cū dicēt Nemo ppheta accept⁹ est in pa. sua. repleti sunt ira. Et eijciētes eū de vrbe: duxerūt ad supciliū mōtis: vt pcipitarēt: sed ipse p medium eoꝝ trāsijt: tūc enī euadere voluit: q2 penitētie locū adhuc illis reseruabat: et q2 nondū hora passionis venerat: et q2 hoc mortis gen⁹ non elegerat. Adhuc ondit ibi loc⁹ qui dicit salt⁹ dn̄i. ī miliario a nazareth 3 meridiē: vbi dn̄s descēdēs impsit se rupi. Et cedēs ei rupes: fecit ei q̄si locū latibuli: in quo adhuc vestigia rugaꝝ vestimētoꝝ ei⁹ et oīa lineamēta q̄ a tergo dn̄i fuerāt impssa notantur.

¶ De decollatione iohannis bap. C. XXII.

Comestor. Jn illo tēpe: herodes tetrarcha die natalis sui celebrans coram pncipibus et pmis galilee: vbi puelle saltāti datū ē caput Johānis ī disco p munere. Est āt vas rotūdū: desup valde extētū. Credibile est q herodes cū vxore de nece ioānis: sub tali occasione facienda: pus secreto tractauerat. Actor. Nota in iohāne fiduciā corripiēdi: quā faciūt tria. Primū imunitas a peccato: q2 turpe ē doctori tc̄. Secūdū ꝯtēpt⁹ terrenoꝝ: q2 exenia et dona tc̄. et ipse nec etiā de cibo curauit. Tertiū zelus: et ipse erat ardēs. Herodes autē septē modis peccauit. Pmo: q2 adulteriū cū vxore fratris sui cōmisit: Secūdo q2 correptiōeꝫ nō sustinuit. Tertio q2 diē natalis sui supbiēdo celebrauit. Quarto q2 saltatrici dedit. Quinto q2 īordinate iurauit. Sexto q2 impietatē sub spē pietatis palliauit. Septio q2 innocētē interfecit. Comestor. Tradūt iohānē ī castello arabie dicto macherōta: vinctū et trūcatū: corpus vo in sebaste vrbe palestine sepultū: caput autē in hierusalē humatū est iuxta herodis habitaculū. Ossa eius tēpore iuliani apostate sparserūt gētiles: inuidētes miraculis q̄ fiebant ad ei⁹ monumētū: que rursus collecta ab eisdē cremata sunt: et puluis vētilat⁹. Qd̄ quasi scd̄m martyriū in iā mortuo quidē repsentāt nesciētes: dū in natiuitate ei⁹ ossa collecta vndecūq3 cremāt: dū autē colligerent ossa: q̄dam monachi a hierosolymis mixti [illegible] colligētib⁹ magnā eoꝝ partē tulerūt. Tpe vo marciani pncipis: duob⁹ monachis orietalib⁹: q̄ ob oratōeꝫ venerāt hierosolymā: Johānes reuelauit caput suū. Sꝫ nō multū post: in curia pditū: platū est ab alijs in edissaꝫ vrbē phenicie et ī quodā specu ī vrna sub terra nō paruo tpe ignobilit recōditū: donec denuo idē iohānes caput suū ostēdit marcello religioso abbati et psbitero: dū ī eodē specu habitare. Quod cū ille iuliorano eiusdē vrbis epo indicasset eleuatū ē Ex quo tpe in eadē vrbe decollatio iohānis celebrari cepit: ipsa die vt arbitramur qua caput inuentū est siue reuelatū. Alij tradūt nō eē festū decollatōis: sꝫ de collectōe ossiuꝫ ei⁹ pa⁹ facta et cōbusta.

¶ Testimonia Josephi de Johāne baptista et de domino Jhesu et eius facie corporali. C. XXIII.

Josephus aliam causam tradit necis Johānis baptiste: dicēs eum predicasse hoībus iustitiam: et obtētu baptismi multos ꝯgregasse in vnū. Timēsq3 herodes dispēdiū populi sui sequētis Johānē: occidit eū. Et refert Joseph⁹ iudeos tradidisse herodē ob [illegible] mirabiliter in pximo victū ab exercitu arethe regis. Jdē quoq3 Joseph⁹ dn̄i Jhesu cōmēdationē ponit in hūc modū. Joseph⁹ in libro antiq̄tatū. xviij. Fuit his temporib⁹ Jhesus sapiēs vir: si tñ virū nominare fas est: erat enī mirabiliū opeꝝ effector: et doctor eoꝝ qui libenter que vera sunt audiunt multosq3 sibi iudeoꝝ et multos adiūxit ex gentilib⁹: christe hic erat. Hūc accusatōe pmoꝝ nostre gētis cū Pilat⁹ in cruce engēdū decreuisset: non deseruerunt eum hi qui ab initio eū dilexerāt: apparuit enī eis iteꝝ viu⁹: scd̄m qd̄ pphete vł hec vel alia de ipso futura pdixerant. Sꝫ et vsq3 in hodiernū diē christianoꝝ qui ab eo dicti sunt pseuerat et nomē et gen⁹. Johānes damascenus li. iiij. Jpse quoq3 ioseph⁹ vt ait historia tradit dominū Jhesum visuꝫ fuisse cōiter ciliatū. i. ꝯiuncta supcilia habētē: bene oculatū: longū vultū habētē. Hieronym⁹ in expositiōe psalmi. xliiij. ad pncipiā virginē. Querit quomō sit speciosus forma pre filijs hoīm: de quo in Jsaia legit. Nō est species ei neq3 decor: sed ibi quidem ignobilitas corporis pp flagella: et sputa: et alapas: et clauos: et iniurias patibuli cōmemorat: hic autē pulchritudo virtutū in sacro et venerādo corpe: nō quo diuinitas christi hoīb⁹ comparata speciosior sit: hec enim non habet comparationē: sed absq3 passionibus crucis pulchrior fuit vniuersis: virgo de virgo de virgine: qui nō ex volūtate viri: sed ex deo natus ē: nisi enī habuissꝫ in vultu oculisq3 quiddā sidereū: nūq̄ eum statim secuti fuissent apostoli: nec illi qui ad cōprehendendū eū venerant corruissent. Jdem sup matheū lib. pmo. Frustra igit arguit hic porphiri⁹ et iulian⁹ augustus: vel impitiā historici mentiētis: vel stulticiā eoꝝ qui statim secuti sunt saluatorem quasi irrationabiliter quēlibet hoīem vocantē sint secuti: cū tāte virtutes tanta signa pcesserint: que apostolos anteq3 crederent vidisse nō dubiū ē: et certe fulgor ipse et maiestas diuinitatis occulte: q̄ ā in humana facie relucebat: ex ipso pmo aspectu eos ad se trahere poterat: sicut magnes lapis anulos et stipulā et festucas sibi copulat.

¶ Historie series post Johannis decollationē vsq3 ad domini transfigurationem. C. XXIIII.

Ctor. Audiuit autē herodes famā Jhesu et ait Johānē ego decollaui. Quis autem est iste de quo audio talia: et querebat videre eum. Qd̄ cum audisset Jhesus secessit in desertum locum: vt suis daret locū vitande temeritatis: et etiam vt parceret inimicis: ne. s. homicidium homicidio iungerent. Jllic multas turbas eum sequentes curauit: et de quinq3 panibus et duobus piscib⁹ circiter quinq3 milia hominū satiauit: de fragmentis quoq3. xij. cophinis repletis. Ob hoc cū turbe vellent eum in regē rapere: q2 sub tali rege videbat eis se nō posse egere: ascendit in montem solus orare. Porro nauicula in qua discipulos eū precedere trās fretum iusserat: iactabatur fluctibus. Unde videns eos laborātes: quarta vigilia noctis ambulans super aquas ad eos venit: et petrum dū mergeret erexit: tuncq3 ventus cessauit. Altera die turbe cibū quem eis dominus dederat cōmendabāt: manna tamen quod patres comederāt preferebant. Et tunc dixit eis verba spiritualia de corpore suo: que quidē carnaliter accipientes et abhorrentes abierunt retro. Quidam phariseus ipsum ad prandium inuitatū: sup hoc q non lotis manibus manducaret increpauit: quem dominus ecōtra de hipocrisi: et q2 traditōes suas seruabant contempto mandatum dei redarguit. Abiens autem in fines tyri et sydonis cananeam humiliter ac fideliter ad se clamātē exaudiuit: et filiā eius a vexatione demonis curauit. Jnde ad locū maris contra decapolim. i. regionē decē tribuū venit: ibiq3 surdū et mutū curauit. Post ascēdēs hierosolymā ad diē festū ī pbatica piscina [illegible] sanauit et iudeos murmurātes q operet ī sabbato: rōnabilr īstruxit dicēs patrem suū nō tñ sex pmis dieb⁹ vt putabat operatū fuisse sꝫ etiā operari vsq3 modo [illegible] [illegible] et de ptate sibi data a pre mortuos resuscitādi et iudicādi. Predixit et de antixpo: q eū recepturi essent venientē nō ī noīe pris sꝫ suo. Relictis illis iteꝝ sec⁹ mare galilee ī desertū abijt ibiq3 de vij panib⁹ et pauc' pisciculis q̄tuor milia viroꝝ absq3 mulierib⁹ et paruulis satiauit. [illegible] nauigio trāsiēs ī ptes magedan [illegible] cecū ibidē sanauit. Ueniēs aūt ī ptes cesaree philippi [illegible] ꝯfessionē a petro p oīb⁹ accepit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] post resurrectiōe cū alijs dedit. Tūc discipulis suis passionē suā pdixit: eosq3 ad ei⁹ imitationē inuitat.

¶ Ordo historie ab hinc vsq; ad scenophegiā. C. XXV.

Post dies sex Petrū & iacobū & iohānē in monte thabor secū ducēs: corā eis se trāsfiguravit: & in carne mortali īmortalitatis sue gloriam sicut voluit ostēdit. Sequēti vō die lunaticū quem discipuli sanare nō poterāt ad preces pr̄is sanauit. Et cū venisset capharnaum accedētib⁹ questorib⁹ census capitis: petrū ad mare misit: q̄ staterē in ore piscis inuentū: pro se & p dn̄o soluit: licet enī dn̄s haberet loculos. ea tñ que sibi data erāt ad vsus pauperū in ppriū vsum expēdere noluit. Cū autē quesissent in via q̄s eoꝝ maior eēt accesserūt ad ihesum querētes vt hāc eis questionē determinaret. At ille vt eos ad humilitatē reuocaret: in huius rei exēplū ostēdens eis paruulū. amplexās eū: quē tradūt quidā fuisse marcialē lemonicarū apostolū. Porro scādalizatores pusillorū eruēdos ac proiciēdos ostēdit per methaphorā mēbroꝝ: & ad ostendendū quāti sint pusilli apud deū. pposuit eis parabolas tres. s. de oue pdita & inuēta. de dragma similiter: & de filio pdigo. Addidit etiā de modo corripiēdi fratrē secreto peccantē. & de remittendo peccāti vsq; septuagiesies septies. [illegible] Petro autē petenti dimittendū [illegible] p parabolā serui subostēdit. cuius debitū dn̄s reuocauit: q2 conseruo misereri noluit. Post hoc in iudeā veniēs phariseis querētib⁹ de causa dimittēde vxoris. respōdit sola causa fornicationis eā dimittendā. legē vō de libello repudij ob duriciā cordis eoꝝ fuisse cōcessam. Adhuc dicētib⁹ discipulis: nō expedit nubere: ne oēm cōtinentiā putarēt meritoriā. [illegible] triplicē. s. natiuā: & factitiā: siue coactā: & volūtariā [illegible] & hec sola est meritoria. Post hec abiit in galileā [illegible] q2 in iudea querebāt eū interficere. Aderāt eo tēpore quidā nunciantes ei de galileis: quoꝝ sanguinē miscuerat pilatus cū sacrificijs eoꝝ: q̄dā enī dicēs se dei filiū multos seduxerat de galileis. Quos cū duxisset in garizim: vbi dixerat se ascēsurū in celū corā eis: dum sacrificarēt ei. superuenit pilatus ipsumq; cū oībus occidit: timuit enī ne & iudeos seduceret. Cūq; putarēt eos pc̄ris: ideo q2 peccatores essent ceteris galileis. ait dn̄s iudeos nō minus his sceleratos: & nisi penitērēt perituros. sup quo dixit eis similitudinē ficulnee: nō facientis fructū. Cumq; doceret sabbatis in sinagoga: sanauit ibi mulierem a sathana. xviij. annis incuruatā.

¶ Scenophegia vsq; ad encenia. C. XXVI.

Imminente scenophegia consanguinei ipsi vt ad diē festū hierusalem ascēderet. ibiq; gloriā miraculoꝝ ostēderet inuitabant. gloriā eius querētes vt eius participes fierēt. Quib⁹ ille nō acquieuit: sed postea latēter ascēdit. Et alij q̄dē dicebāt eum esse bonū: alij vō seductorē. Facta vō dissensione in turba de eo. missi a principib⁹ & phariseis ministri vt apphēderēt eū. sermonib⁹ eius capti redierūt dicētes: q2 nunq̄ sic locutus est homo. Cū autē venisset in templū diluculo: absoluit mulierē accusatā de adulterio: vbi erectus q̄dē dedit signū iustitie. & iterū erect⁹ misericordie: quī equaliter vtrūq; ppriū est ei: punire. s. & misereri. Tūc cauere docēs ab auaricia: q2 breuis est hoīs vita. pposuit eis similitudinē de diuite: q̄ p fructuū vbertate deliberabat horrea sua ampliare. Cū autē inter cetera se esse lucē mūdi & filiū dei diceret. ac se esse prius q̄ʒ abrahā fieret. volētibus illis eū lapidare: se abscōdit ac de templo exiuit. Preteriēs autē cecū natū illuminauit: & adolescentē querentē de via salutis. signa pfectiōis docuit diaq; p christo relinquētib⁹ pmiū duplex pmisit. Phariseis vō supbis cū derīdētib⁹: eo q̄ eoꝝ lex bona terrena pmitteret cōtra eoꝝ auariciā pposuit eis exemplū de diuite purpurato. discipulis autē parabolā de villico: aliā quoq; de denario diurno. Cū autē sabbato mādu caret in domo cuiusdam principis phariseoꝝ: corā phariseis īsidiātib⁹ sibi sanauit hydropicū. & & pbauit eis h̄ licere ī sabbato: quī ei die licebat etiā pec⁹ extrahere si lapsuʒ eēt ī puteo. hūt enī ī suis traditōib⁹. opuʒ genera determinata circiť. lix. a q̄b⁹ vacādū ē in sabbato: sed īter illa nō ē curatio: maxime q̄ fit solo vbo. Preterea ꝯ phariseoꝝ supbiā hortabať inuitatos ad discubitu⁹ humilitatē. ipsumq; inuitatorē ad pauperū poti⁹ q̄ʒ diuitū inuitationē. Tūc dicēte quodā de discūbētib⁹. beatuʒ fore qui panē in regno dei mādu cabit. parabolā de cena proposuit.

¶ De Encenijs. C. XXVII.

Acta sūt autē encenia hierosolymis. i. festa dedicationis: & hiems erat. Siq̄dē hoc festū nō ad pmā vel scd̄aʒ tēpli dedicationē spectabat: sed ad tertiā. Prima enī fuit in autumno: q2 Salomon dedicauit tēplū decima die septēbris: & vsq; ad illi⁹ tēpli euersionē fiebāt singulis annis festa duo eadē die. s. expiatio & dedicatio. Cū vō reedificatum fuit templum a redeuntibus de babylone: dedicatum est in vere. s. duodecima die martij: id est. xij. luna. Cū autē antioch⁹ epiphanes polluisset templū sordibus idoloꝝ: & prophanasset vtensilia ei⁹: iudas machabeus fili⁹ assamonei de genere sacerdotali mundauit templū: & restituit vtēsilia in locis suis. & dedicauit illud quinta die decēbris. Tūc ihesus in tēplo in portticu salomonis ambulabat id est in porticu templi: vbi salomon ad orandū stare solebat. Cūq; iudei insidiose ab eo quererēt: vtrū ipse esset christus: responsum temperauit dicēs: Opera que ego facio testi. phi. de me. Et cū vellent eū lapidare q̄si blasphemū: q2 se eē vnū cū patre asserēs: inuehat se eē deū. Etiā scripturā sacrā hoīes deos vocare: respōdit. Sicq; ambiguitate noīs eos mitigauit: & trans iordanē abijt. Cū autē accepisset lazarū infirmari p nunciū sororū: mansit adhuc in loco vbi erat duob⁹ diebus: vt cōpleret illius quadriduū. Tūc in bethaniā abijt: eūq; vocis sue virtute suscitauit.

¶ De Lazari suscitatione: & iudeorum contra ihesum cōspiratione. C. XXVIII.

Petrus [illegible] Lazare [illegible] veni foras. [illegible] anima lazari reposcere: occurrit ei tartari tota foris potestas: preferēs edictū superni regis antiquū de penarū lure & latā tot seculis a deo sententiā. Et vidēs hominē: sciscitabať q̄s eēt: cur solus. aut sine tremore tremēdos mortis accessus lacessere auderet: Cui respōderūt ministri resurrectionis angeli: Ipse est rex glīe: fortis in prelio. Ad hec tartarus: Ego regē glīe scio cunctis in celo presidere. cui⁹ nutū tota creatura nō potest sufferre. hūc aūt video hominē de terre limo ꝯcretū: & mortalē: habitu quoq; hoīb⁹ viliorē: citoq; sepeliēdū: & mee ditioni subdendū. Angeľ aūt psistētibus ac dicētib⁹: Ipse est dn̄s virtutū: & redemptor omniū. ipse caput tuū calcaturus: & imperiū cōtriturus: teq; iudicio suo pditur⁹. q̄ reos cape iussus attrahis innocētes: sanctosq; decipis: & ipsi filio dei cōminaris. redde igiť vnū pri⁹ q̄ʒ multos exoluere cogaris. Ad hec tartarus ista nō credēs: p nūcios recurrit ad celū. hec inuidiosa interpolatiōe deplorans: Ego dn̄e et si creature tue tristiq; seruitio mācipatus precepta tua seruo. & puigilo ne sentētie tue vetustū inoquie immutet. Sed apparuit hō q̄ diciť christ⁹: filiū tuū se eē iactās: sacerdotes tuos notās: & scribas arguēs. sabbata tua violat: & legē soluit. tātisq; quotidie pcedit ausib⁹: vt lazarū iam in nr̄o iure sīmanentē: effractis inferi claustris coneť eruere. Aut cito subueni: aut si semel patefecerit ianuas: oēs quos tot seculis seruatim⁹ amittes. Ad hoc fili⁹ de sinu patris respōdit: Iustū est: vt carcer & pena nocētes teneat: non innocētes. Q̄ʒdiu autē propter ade solius culpā patriarchas: prophetas: virgines: castos: coniuges: & etiā paruulos bonū & malū ignorātes carnifex iste crudeliter ad se trahere nō cessat. Pater ego moriar: ne morianť oēs. ego debitū ade soluā. & propť sententiā tuā sanguinē meum fundā: vt ad te creatura tua redeat: & preciū cari sanguinis mei redemptio sit mortuoꝝ. Ad hec tota trinitas lazarū precepit exire. & tartarus ad reddendū oēs pie mortuos christo iussus est obedire. Tūc christus aduocatione peracta clamauit voce magna: Lazare veni foras. mox tartarus lazarū ad superna retulit: timēs ne dum tardius vnū referret: oēs cogereť afferre. Sic factus est viuorū relator: qui raptor cōsueuerat esse mortuoꝝ. Comestor. Crediť autē hoc fuisse factū eo die qua legiť in quadragesima: hoc est sexta feria ante Isti sunt dies. prima. s. die mēsis primi fm legē. Multi iam ascenderāt ad diem festū pasche: vt sanctificarent se. Hoc itaq; miraculo diuulgato: pōtifices & pharisei collegerunt ꝯciliū contra eū: timētes p ipm amittere gentē & locū: eo q̄ oīs turba post eū iret: eiq; crederet. & ipse sacra eoꝝ vana & abolenda eē doceret. Tūc cayphas pōtifex licʒ nesciēs prophetauit: q̄ mors ei⁹ humano generi expediret. Ihesus autē palam ante eos ambulare desijt: & in deserto iuxta ciuitatē effrem secessit.

¶ De Mutuis epistolis domini ihesu & abagari regis edisse. C. XXIX.

Adrianus papa ad karolū. Reuelatione q̄ssē fidelīū de patrib⁹ cūct̄ fere agnouimus [illegible] ne caldā regi edissene ciuitatis desiderās eū corpaliť cernē. illūq; ad se ꝯuocātē: vt & psecutiōes iudeoꝝ aufugeret: & auditas miraculoꝝ opatiōes: & sanitatū curatiōes illi & pplo suo impartiret: rn̄dit: Si faciē meā corpalť cernē cupis: en tibi vult⁹ mei speciē trāsformatā in linteo dirigo: p quā desiderij tui feruorē refrigeres. & qd̄ de me audisti: nequaquā īpossibile fieri existimes. postq̄ʒ tñ cōplerero ea q̄ de me scripta sūt dirigā tibi vnū ex discipuľ meis [illegible] sanitates impetiat: & ad sublimitatē fidei vos pducat. Actor. Ubi quoq; legiť q̄ legati abagari ad eū reuertētes cū sindone [illegible]

saluatoris tersā emicuit. Cū appropinquassent eius palatio abscon derūt eā subtus tegulā: in q̄ itidē imago eadē apparuit: τ ipsa q̄dez sindon romā puenit: vbi τ vsqz hodie esse videt᷑. tegula vo in ciuita te remāsit: τ vsqz ad p̄sens ibidē honorat᷑. Eusebius in historia ec clesiastica li. i. Ipse siq̄dē abagarus noīe gentis vltra Eufraten posite p̄ncipatū nobilit᷑ tenēs. morbo quodā corpis irremediabili quantū inter hoīes tenebat᷑: q̄ cū de noīe ihesu τ de mirabilib⁹ virtutū eius audisset: supplex ei p epistolā fact⁹ exorat misso in rem hoīe diuinum morbi vinculis q̄b⁹ tenebat᷑ absolui. Sed ad p̄sens q̄dē a dn̄o cor poris cura ei⁹ differt᷑. dign⁹ tn̄ efficit᷑ rescripto ep̄le saluatoris: in q̄ simul etiā pmittit᷑ ei. q̄ nō multū post desiderij sui cōsequeret᷑ effe ctū. Hec igit᷑ in arciuis publicis edisse descripta repim⁹. in his cart q̄ gesta regis abagari seruata antiq̄tus cōtinebāt. Abagarus eucha nie fili⁹ toparcha: ihesu saluatori bono: q̄ apparuit in locis hierosol ymoꝝ: salutē. Auditū est mihi τ de te: τ de sanitatib⁹ q̄s facis: sine medicamētis τ herbis: τ q̄ vbo tn̄ cecos facis videre: claudos am bulare: leprosos mūdare: τ imūdos sp̄us ac demones eijcis. et eos q̄ lōgis egritudinib⁹ affligunt᷑ curas: mortuosqꝫ suscitas. Quib⁹ oīb⁹ auditis: de te statui in aīo meo vnū esse e duob⁹: aut q̄ tu sis de⁹: et de celo descēderis: aut fili⁹ dei sis q̄ hec facis. ppterea ḡ scribēs ro gauerim te: vt digneri vsqz ad me fatigari: τ egritudinē meā q̄ iam diu laboro curare. Nā τ illud compi: q̄ iudei murmurāt aduersum te: τ volūt tibi insidiari. Est autē mihi ciuitas parua q̄dē s; honesta: q̄ sufficiat vtriqꝫ. Exēplū rescripti a ihesu p Ananiā cursorem: ad abagarū toparchā. Beat⁹ es q̄ credidisti in me: cū ipse me nō vide ris. Scriptū est eni de me: q̄ hi q̄ vidēt nō credēt in me. τ qui nō vi dēt me ipsi credēt τ viuēt. De eo autē q̄d scripsisti mihi vt veniā ad te: oportet me oīa ,ppē q̄ missus sum h̄ iplere: τ postea q̄ cōpleuero recipi me ad eū a quo missus sum. Cū ḡ fuero assumpt⁹: mittā tibi aliquē ex discipulis meis vt curet egritudinē tuā: τ vitam tibi atqꝫ his qui tecū sunt prestet. Et ciuitati tue p̄stet vt nullus aduersarioꝝ vnqꝫ vos exuperare possit.

De Thadeo apostolo post ascensionē dn̄i ad eundez regē misso. C. XXX.

Rat autē his ep̄le adiuncta hec lingua sirica: q̄d ifra scriptū est. Postea vo q̄ Ihesus as sūpt⁹ ē misit ei iudas q̄ τ thomas thadeū aplm vnū ex lxx. Qui cū venisset: abagar⁹ cōsiderās mirabilibus q̄ fa ciebat. recordat⁹ est q̄ ipse eēt de quo ihesus scripserat sibi dicens. Cū aūt fuero assumpt⁹: mittā tibi aliquē de discipulis meis: q̄ egri tudinē tuā sanet. Et vocās ad se thobiā apud quē manebat: ait ad eū. Audiui q̄ vir q̄dā potēs venit: τ manet in domo tua: adduc eū ad me. Cūqꝫ redisset thobias: veniā inq̄t thade⁹: qm̄ morte ,ppē ipsū missus sum. Postera igit᷑ die stati in ei⁹ igressu: visum ē abagaro. diuini nescio q̄d splēdoris in vultu apli thadei. Q̄d cū vidisset aba gar⁹ adorauit eū. Sup q̄d admirati sūt oēs q̄ assistebāt regi. ipsi eni nihil hoꝝ videbāt: q̄ soli abagaro fuerat ostēsū. Qui τ dicere cepit ad thadeū. Uere discipulus es ihesu filij dei. Et thade⁹ rn̄dit: Quia magnifice credidisti i eū q̄ me misit. ppterea missus sum ad te. Tūc ait abagar⁹ ad eū. Usqꝫ adeo inq̄t credidi ei: vt τ iudeos q̄ eū cruci fixerūt velim si vila mihi adesset tāta exercitus copia trucidare: τ si nō romani regni auctoritas ipediret. Et thade⁹ ait. Dn̄s noster vo lūtatē p̄ris sui ipleuit: q̄ ipleta assumpt⁹ est rursus ad p̄rez. Dicit ei Abagar⁹. Et ego scio τ credo in eū τ p̄rez ei⁹. Et thade⁹. Propterea inq̄t: pono manū meā sup te in noīe ei⁹. Et cū h̄ fecisset, stati oī egri tudine morbo quo tenebat᷑ absolut᷑. Nō solū aūt illū sed τ abdū quēdā abde filiū podagra laborātē. multosqꝫ alios vrbis illi⁹ ciues varijs obsessos sanauit icōmodis. Et sic opa magna τ admirāda p̄ ficiēs p̄dicabat verbū dei. Post h̄ aūt abagar⁹ ait ad thadeū. Tu q̄ dē cū v̄tute dei h̄ facis. verū q̄so te: enarra mihi d̄ aduētu ihesu q̄uo fact⁹ sit: τ de v̄tute ei⁹ in q̄ faciebat h̄ q̄ audiui. Et thade⁹. Crastino cōgrega mihi oēs ciues tuos: τ seminabo i eis vbū vite: vt aduētu ei⁹ [illegible] q̄ uo fuit [illegible] Qui descēdit q̄ h̄ solus [illegible] cū grādi multitudine ad patrē suū. Iussit ḡ abagar⁹ vt oēs ciues cōuenirēt: τ audirēt p̄dicationē thadei. τ post hec iussit ei dari aurū τ argentū s; ille nō accepit dicēs. si nos nr̄a dereliq̄m⁹: q̄uo accipiem⁹ aliena.

De [illegible] C. XXXI.

Eusebius in chro. Anno itaqꝫ imperij Tyberij xviij. Ihe sus fm̄ ,pphetias q̄ de eo fuerāt prelocute ad passionē venit: anno. s. etatis sue. xxxiij. Comestor. Factū est autē dum complerentur dies assumptionis eius, firmauit faciem suam vt iret in Hierusalem. Assumptionē Ihesu dixit Lucas non solū tp̄e quo assumi debebat de mūdo ad patrē: sed etiā fm̄ p̄ceptū de agno paschali: qui decima die mēsis p̄mi assumebat᷑ de grege: τ seruabat᷑ vsqꝫ ad q̄rtādecimā. In hūc modū ihesus decima die i ramis palmaꝝ venit ad locū passionis: τ māsit in eo vsqꝫ dū passus est. Actor. Ipse ergo ihesus faciē suā firmauit. i. impterrita mēte locū quo pati decreuerat petijt. sicut in p̄sona eius dicit Isa. Posui faciē meā vt petrā durissimā. Comestor. Et in ingressu cuiusdā ca stelli occurrerūt ei decē leprosi. Qui dū iussu ei⁹ sacerdotes peterēt: mūdati sūt. quoꝝ vn⁹ q̄ samaritan⁹ erat rediēs τ grās egit. ceteri 9 q̄ iudei [illegible] Porro samarite q̄ [illegible] hierusalē adorare: noluerūt eū hospitio recipe. vn̄ irati iohānes τ ia cobus: voluerūt ignē e celo ad eos ɔsumendos impetrare. At hmōi vindicta: q̄ laudata est in helia: in istis est a dn̄o reprobata: q̄ hi ap petebāt ex charitate sicut ille: s; ex ira. Tūc iterū p̄dixit eis secre to: se mortē crucis passurū: τ tertia die resurrecturū. vn̄ filij zebedei putātes eū i hierusalē carnalit᷑ in primo regnaturū: suggesserūt ma tri sue: vt peteret mun⁹ sine noīe. quo cōcesso peteret eis cōsessionē i eius regno. Cognoscēs ihesus eoꝝ temeritatē: reuocauit eos ad hu militatē: ostēdens p h̄ eos vēturos ad sublimitatē poti⁹ q̄ p hono ris ambitionē. Prius autē q̄ ingrederet᷑ hiericō: cecū natū illumi nauit. τ eādē vrbē pambulās in domū zachei diuertit. In ingres su vo hiericho duos cecos secus viā sedentes: quoꝝ vnus erat barthi meus sanauit. Igit᷑ ante sex dies pasche venit bethaniam. s. ante ra mos palmarū: q̄ dies sextus erat ante pascha. si numeras ip̄m τ di pasche cū q̄ttuor interpositis τ erat in domo symonis: q̄ fuit lepro sus: τ a dn̄o sanat⁹. sed tn̄ adhuc pristinū nomē manebat. sic adhuc dicit᷑ matheus publican⁹. Multiqꝫ iudeoꝝ venerūt illuc: q̄ dum rant ad diē festū: nō ppter ihesum tm̄: sed vt viderēt lazarū. Cogi tauerūt ergo p̄ncipes sacerdotū: vt τ lazarū interficerēt. Fecerūt autē ei cenā: τ martha ministrabat. τ lazar⁹ vnus erat discumbētiū. (Aug. dicit de verbis dn̄i) diuinis interrogātib⁹ loca penarū τ sedes inferni: diligēti narratiōe indicauit. Et ita inferi in lōgis tp̄ib⁹ igno rati: tādē inuenerūt p̄ditorē. Maria ergo aperuit alabastrū: τ effū debat vnguentū sup caput ihesu: τ etiā vnxit pedes eius: τ extersit capillis suis. In memoriā hui⁹ rei eodem sabbato dn̄s papa debet erogare paupib⁹. Hi eni sunt pedes dn̄i sedētis in celo adhuc ambu lantes in terra. Cui⁹ largitiōis occupatiōe eadē die nō ingredit᷑ ad aliquā ecclesiā: cū ceterꝫ dieb⁹ q̄dragesime stationē faciat ad celebrā dū missā. Indignabat᷑ āt iudas scariothis q̄si de pdito vnguēto: q̄ fur erat: τ loculos dn̄i habēs τ vxori τ filijs dabat q̄ furabat᷑.

De susceptione ei⁹ in ramis palmarū. C. XXXII.

Anc autē facto ascēdebat ihesus hi rosolymā τ discipuli ei⁹. Et cū venisset betfage: q̄ erat viculus sacerdotū: in la tere mōtis oliueti: misit duos de discipulis in castellū q̄ cōtra eos erat. i. in hierusalē: vt adduceret ei asinā τ pullū: q̄ erāt alli gati in biuio. Asina dicit᷑ cōis fuisse paupib⁹: q̄ ppria iumēta nō ha bebāt. Cūqꝫ i ea q̄s opatus fuerat: pabulū dabat ei τ pullo: q̄ pariter adoptata nutriebat᷑. Nōdū eni quicquā ascēderat eū. In h̄ aūt dū ascēderet hierusalē: putāt quidā eū esurisse: τ accessisse ad ficū. Et cū non inuenisset in ea nisi folia: ait: Nunqꝫ ex te ampli⁹ fructus: τ statim aruit. Q̄d licz apud matheū legat᷑ sequenti die factū: putam⁹ recapitulādo dictū. Et cū appropinq̄ret ihesus ad descēsū mōtis oliueti: multi descēdentiū cū eo sternebāt vestimēta sua in via. Alij cedebāt ramos de arborib⁹: τ sternebāt in via. Turba autē multa q̄ venerat ad diē festū: τ pueri τ plebicula hierosolymoꝝ tol lentes ramos oliuarū: pcesserūt ei obuiā. τ q̄ p̄cedebāt τ q̄ sequebant clamabāt osanna. i. salua obsecro. Et quidā phariseoꝝ de turba di cebant ei vt increparet discipulos. quib⁹ rn̄dit: Si hi tacuerint lapi des clamabūt. q̄ his tacētib⁹ in passione: petre scisse clamauerūt eū dn̄m mūdi. Et vt appropinquit fleuit sup ciuitatē dicēs: q̄ τ tu si co gnouisses flores si cognosceres ruinā tuā futurā: τ causa eius.

De Decisione [illegible] τ emētiū de téplo. C. XXXIII.

T ihesus intrauit téplū ppter tria. p̄mo fin gl̄o. vt doceret nos scemā religio nis. s. vt quocūqꝫ pergim⁹: p̄mū domū orationis adi re adeam⁹: τ p orationes deo cōmendati: sic ad agenda negocia secedam⁹. Itē quia locus publicus erat vbi posset inueniri ostendēs se nō inuitū sed spōte pati. Itē vt ostenderet ruinā vrbis pro qua fleuerat: maxime ex sacerdotū culpa processurā. Sacerdo tes eni auaritie sue consulentes in porticib⁹ templi hostias vēdebāt cuiuscūqꝫ generis: ne venīētes de longinquo nihil offerrēt: si hosti as presto nō inuenirēt. τ ne etiā paupores qui nihil secū pertulerāt excusationē ptēderēt pecunie nō habite: posuerāt ibidē nūmula rios qui mutuū sub cautione darent pecuniā. Sed quia lex nō pa

fiebatur vt a fratribus suis vsuras acciperẽt: excogitauerũt vt colli bistas facerẽt. Collibia enĩ apud eos dicunt vilia munuscula: vt ci ceris ⁊ vuepasse: ⁊ pomoꝝ diuersi generis: q̄si qđ in nũmo non lice bat in talibus liceret. Qđ ꝓhibuit ezechiel dicẽs. Usurã ⁊ oẽz super abundãtiã nõ accipietis. Sic ⁊ hodie q̄dã sub noĩe charitatis vsuraȝ palliãt. Et facto flagello de funiculis eijciebat emẽtes ⁊ vendentes dicẽs. Ne domũ orõnis faceret speluncã latronũ. Nec sinebat vas aliqđ deo nõ dicatũ trãsferri p tẽplũ. Tradũt q̄dã q᷑ q̄dã fulgor ra diosus egrediebat̃ ex oculis ipsiꝰ: quo territi sacerdotes ⁊ leuite nõ poterãt ei resistere. Hierony. sup mathe. iij. li. Inter signa oĩa q̄ fe cit. hoc mihi mirabiliꝰ esse videt̃: q᷑ vnus hõ in illo tpe ɔtẽptibilis. ⁊ in tãtũ vilis vt postea crucifigeret̃ scribis ⁊ phariseis contra se se uiẽtibꝰ: ⁊ lucra sua videntibꝰ destrui. potuerit ad vniꝰ flagelli verbe ra tantã multitudinẽ eijcere: mẽsasq̄ subuertere: ⁊ cathedras ɔfrin gere: atq̄ alia facere. q̄ infinitus nõ fecisset exercitus. Igneũ enĩ q̄d dã atq̄ sydereũ ex oculis eiꝰ radiabat: ⁊ diuina maiestas in facie lu cebat. Comestor. Et accesserũt ad eũ ceci ⁊ claudi in tẽplo: ⁊ sana uit eos. Et admirãtes ꝑncipes sacerdotũ ⁊ scribe: dixerunt ei. Qđ si gnũ ostẽdis nobis: q᷑ hec facis. Quasi nõ credimꝰ tibi licere. q̃ ostẽ de nobis signũ quo credamꝰ. Et respondit. Soluite tẽplũ hoc ⁊ in tri bus diebꝰ exci. il. Hoc aũt dixit ihesus nõ imperando vł cõsulẽdo: vł hortãdo: s; ꝑdicẽdo. Et respiciebat diuites q̄ mittebãt munera sua in gazophilaciũ. Uidit autẽ ⁊ quandã viduã pauperculã mittentem duos ereos nũmulos valẽtes q̄rtã partẽ sicli. s. obolos q̄nq̄ ⁊ dixit eã misisse plusq̃ oẽs: q᷑ totũ victũ suũ miserat. alij vo ex abũdãti si bi ptẽ nõ totũ. Dixit autẽ ad quosdã q̄ in se cõfidebãt tanq̃ iusti ꝑ opibꝰ suis exteriorib*: ⁊ aspernabant̃ ceteros parabolã de phariseo ⁊ publicano: ⁊ intulit q᷑ oĩs q̄ se exaltat humiliabit̃. Auctor. Et cũ ve spera iã esset hora. circũspectis oĩbꝰ redijt in bethaniã ⁊ ibi mansit: q᷑ vt dicit glo. Hierony. paup ⁊ nulli adulatus: nullũ in tãta vrbe in uenit q̄ hospitiũ ei daret. erat ergo diebꝰ docens in tẽplo. noctibus exiens morabat̃ in bethania. Ideo tota illa septimana dicit̃ peno sa: q᷑ p totã illã laborauit dñs recreãdo: sicut p primã mundi ebdo madã operatus est creãdo. At ꝑnceps Nicodemus ꝓ timore ppłi vel verecũdia discẽdi: q᷑ magister erat: nõ die sed nocte docẽdus ad eũ venit. quẽ dñs interrogatus de introitu regni dei instruxit.

De his q̄ gessit in secũda feria. C. XXXIIII.

Hesus autẽ alterũ diluculo venit in tẽplũ ⁊ se dẽs docebat ppłm. pharisei autẽ ⁊ scri bes ⁊ insidiãtes ei: q᷑ sciebãt eũ esse mansuetũ ⁊ miseri cordie predicatorẽ: ⁊ ob hoc hr̃e gratiã ⁊ fauorẽ ppłi: ad duxerũt ei mulierẽ lapidandã sm legẽ: vt si iudicaret eã lapidari: q̄si crudelẽ eũ irriderẽt: ⁊ nõ hr̃ẽ misericordiã quã populo ꝑdicabat: si autẽ dimitti q̄si hostẽ legis cõdemnarẽt. Ipse autẽ verborũ calumniã in iudicio prudẽter euitauit: q᷑ ⁊ iustitiã ⁊ misericordiã in iudicio seruauit. Protulit enĩ iustũ iudiciũ salua misericordia: ꝓut tñ digi to scripsit in terrã. Qui sine peccato ẽ vestrũ est: ⁊c̃. q̄d autẽ scri psit ad lr̃am incertũ est. Quidã tñ dicũt q᷑ id qđ eis respõdebat. Hie rony. videt̃ velle in q̄dã epistola eũ scripsisse. Terra terrã absorbe vi ros istos abdicatos. Uel sm glo. terra terrã accusas. Uel forte pec cata eoꝝ scribebat. Mulier inq̄t vbi sũt q̄ te accu. q̄si di. q̄ venerant ad querendã iustitiã: fugati sunt iudicio iustitie. Nemo te cõdẽna uit: q᷑ q̄libet eoꝝ sciebat se illr̃ inq̄natũ: nec ego cõdẽnabo: q̄si dice ret. Illi dimiserũt te indẽnatã ꝓpter peccata sua: ⁊ ego te absoluo ex misericordia mea. Uade ⁊ amplius noli peccare. Sicut supra ꝓ tulit iudiciũ iustitie salua tñ misericordia: ⁊ hic ꝓfert iudiciũ miseri cordie salua iustitia s; glo. s. vt misericors peccata ꝑterita dimittẽs ⁊ vt iustus ne amplius peccarẽt interdicẽs. Nã vniuerse vie dñi mi sericordia ⁊ veri. Et notant̃ h̃ in sũma. v. q̄ obseruãda sunt iudicibꝰ in sñia ꝓferẽda. Primũ est matura ⁊ discreta deliberatio. s. vt non ꝑcipitet̃ sñia: sed diligẽter examinet̃: sm illud iob. Causam quã ne sciebãt v. m. Unde ⁊ dñs audita cã: nõ stati ꝓtulit sñiã: s; tacuit ꝑ mo: ⁊ scribebat in terra: nõ q᷑ ignoraret: s; vt nos instrueret. ipsa etiã discretio notat̃. i digito. Scđz ẽ ꝓximi cõpassio: q̄ debet iudex se in clinare vł incuruare ad exẽplũ xp̃i. s. vt nõ sine dolore cõpassiõis ꝓfe rat sñiã ⁊ la[illegible]. Tertiũ ẽ iudicij rectitudo. s. vt nõ flectat̃ precibꝰ vł muneribꝰ vł aliquo tali. Unde chr̃i sñiaȝ platurus erexit se. Quar tũ vite ꝓprie purgatio sine q̄ nemo põt aliũ digne iudicare: s; illud. Qui sine peccato est. ⁊c̃. Quintũ misericordie cũ iustitia annexio: ad exẽplũ chr̃i: q̄ vtrãq̄ seruauit: vt dictũ est. Nec debet hõ hoiem iu dicare sine misericordia: q᷑ iudiciũ sine misericordia: ⁊c̃. Uenerant autẽ quidã gẽtiles: vt adorarẽt in die festo: ⁊ dixerũt philippo. Dñe volumꝰ ihesum videre. q̄ assumpto andrea dixit hoc ihesu. Et dixit Ihesus. Uenit hora vt clarificetur filius hominis. quasi diceret.

Plenitudo gentiũ creditura est. Quod nõ nisi post passionẽ futurũ insinuauit dicẽs: Nisi granũ frumẽti ⁊c̃. Pater clarifica me ex hac hora. Et venit vox de celo: Et clarificaui: ⁊ iterũ clarificabo. i. clarum genui te: nec delistam. Uel sm hominẽ clarificaui in baptismo: ⁊ in transfiguratione. ⁊ clarificabo in resurrectione ⁊ ascensione ⁊ iudi cio. ⁊ dicebant quidã tonitruũ factũ fuisse. alij q᷑ angelus locutꝰ est ei. ⁊ ait ihesus: Propẽ vos hec vox facta ẽ. Nũc ꝑnceps huiꝰ mũdi eijcietur foras. i. princeps amatoꝝ mundi perdet potestatẽ homines post se trahendi. Et ego si exaltatus fuero ⁊c̃. Et cũ vespera esset fa cta redibat in bethaniam.

De gestis tertie ferie. C. XXXV.

Iterũ recedens diluculo tertio sabbati in tem plum docebat populum ⁊ accesserunt ad eũ ꝑncipes sacerdotũ dicẽtes: In q̄ potestate hec facis? q̄si dicerẽt: Quid est q᷑ eijcis de tẽplo quos vis: cum nõ sis hostiarius: ⁊ doces nobis incõsultis. Ihesus autẽ oppositionẽ reddidit oppositioni: nõ solutionẽ: q̄si clauũ clauo retũdẽs. Qz aũt aperienda esset veritas alijs ⁊ non ipsis. ⁊ q̄re indicauit p parabolã duoꝝ filioꝝ: quoꝝ vni dixit pater: Uade in vineã meã. ⁊ respondit Nolo. postea tñ iuit. Alij vo dixit Uade ⁊ respõdit vado s; nõ iuit. Ad idem ꝓposuit parabolã de cultoribꝰ vite sanguinarijs. ⁊ post h̃ aliã de inuitatis ad nuptias regales: nec habẽtibꝰ vestes nuptiales. Tũc pharisei volẽtes eũ capere verbo: proposuũt ei questionẽ apud iudeos ortã: de tributo cesari soluẽdo: vel nõ soluẽdo. dicẽtibꝰ qui busdã soluẽdũ eẽ: q̄si pro securitate ⁊ quiete: eo q᷑ romani pro oĩbꝰ militarẽt. pharisei autẽ ecõtra nitẽtibꝰ: tanq̃ q̄ decimas ⁊ oblatio nes ⁊ vota sm legẽ dei soluebãt: humanis legibꝰ subiacere nõ debe rent. Ipse vo sic respõdit: vt ⁊ deo ⁊ cesari iura sua seruaret: ⁊ eoꝝ calumnias prudẽter euaderet. De muliere quoq̄. vij. viroꝝ questio nẽ a saduceis propositã soluit. ⁊ q᷑ prophetas nõ recipiebãt: aucto ritate exodi mortuoꝝ resurrectionẽ ꝓbauit. sed ⁊ phariseũ tẽtando interrogantẽ de mãdato legis: primo ⁊ secũdo instruxit. ⁊ quis eẽt vere proximꝰ noster p parabolã sauciati a samaritano curati osten dit. Qz q᷑ esset dei filiꝰ p autoritatẽ dauid ꝓbauit. Tũc etiã docuit scribarũ quidẽ ⁊ phariseoꝝ doctrinã audiendã: sed eoꝝ vitã nõ imi tandã: de multis criminibꝰ eos acriter arguens. s. de ambitione: de incredulitate: ⁊ ꝑuersa doctrina. de gula: ⁊ superstitione: ⁊ auaritia: de hypocrisi ⁊ crudelitate. Egressus autẽ de tẽplo predixit discipulis euersionẽ tẽpli: signaq̄ euersionis vrbis: ⁊ signa aduẽtꝰ sui. quedã quidẽ vtriuslibet ꝓpria: quedã vtriq̄ cõia. Predixit etiã ipsiꝰ aduẽ tus incertitudinẽ: tribꝰ similitudinibꝰ eius terrorẽ introducẽs. s. fulgu ris: ⁊ diluuij: ⁊ furis. Porro in illa die de quolibet hominũ genere dicit quosdã assumẽdos in regnũ: ⁊ quosdã relinquẽdos ad suppli ciũ. s. de agro predicationis: q̄ ꝑtinet ad prelatos. ⁊ de mola actiõis: q̄ ad coniugatos. ⁊ de quiete ɔtẽplationis: q̄ ad ɔtinẽtes. Scđm hec tria genera tres parabolas ꝓponit. primã de vigilia patrisfamilias vel ianitoris: q̄ntũ ad ꝑlatos. Secũda de decẽ virginibus: q̄ntũ ad ɔtẽplatiuos. Tertiã de talẽtis multiplicãdis: q̄ntũ ad actiuos. Tãdẽ vo describit vẽtilationẽ aree: q̄ fiet in extremo iudicio. Comestor. Finitis ãt sermonibꝰ his: eadẽ die. s. iij. feria dixit discipulis suis: Sci tis q᷑ post biduũ. i. q̄nta feria ad vesperũ agnꝰ paschal̃ imolabit̃. ⁊ tũc etiã filiꝰ hoĩs tradet̃ vt crucifigatur.

De his que gesta sunt quarta feria. C. XXXVI.

Tunc. s. quarta feria principes sacerdo tum videntes dictũ et esse ⁊ dixisse Non videbitis me amodo. congregati sunt cũ senioribus populi in atriũ cayphe. ⁊ querebant vt eũ te nerent ⁊ occiderent nõ tñ in die festo ne forte tumultus fieret in po pulo. Audiens autẽ iudas eos congregatos: abijt ad eos: ⁊ pepigit cum eis de ihesu tradendo pro. xxx. argẽteis. forte quia tunc audie rat dominũ tertia die moriturũ. ⁊ putauit eum in morte detinerι: mortem iminentẽ sibi lucratiuã facere voluit. Ex glo. Premissa ẽ autẽ superius causa: que compulit iudam ad vẽdendũ dñm. Cum enĩ esset fur ⁊ loculos habens: ⁊ videret vnguentũ super caput ⁊ pe des dñi effusum. quod putauerat esse vendendũ ⁊ sibi tradendũ: in precium vt aliq̄d inde furaret̃. Quod perdiderat in effusione vnguen ti voluit recompẽsare in vẽditione magistri. Et forte hec fuit causa quare matheus hoc factũ marie recitauit. s. vt cõgruenter subiũge ret factũ iude qui vendidit dñm: tanq̃ continuans effectũ ad causã. Quid vultis mihi inde dare: ⁊ ego eum vobis tradã. Quasi vile man cipiũ venale exponens: ponit in eorũ potestate quantũ velint dare. Cum enĩ vilia exponunt̃: solet querere venditor ab emptore: quan tum dabis. Cum autẽ caro: econuerso. Notula super historiã. Qz autẽ q̄rta feria ante passionẽ venditus fuerit dñs: ostẽdit ea die ec

clesia lectionē premittēs epistole in qua legit. Ecce merces eius cū eo. In memoriā quoq̧ venditiōis eius: p totū annū in ieiunijs penitētialib⁹ h feria sm tenet locū post sextā feriā. Actor. Facta itaq̧ hac pactiōe q̄rebat opoztunitatē tradendi eū sine turbis.

ℭ De Cena dñi ⁊ institutiōe eucharistie. C. XXXVII.

Prima autē die azimoz i in eadē die ĩ cuı⁹ vespera erat agnus imolādus ⁊ edēdus cū azimis: pmisit discipulos vt pararēt. Et ita sm iohānem venit illuc ⁊ discubuit ad cenā cū discipulis: ante diē festū pasche. i. ante pmā diē azimoz: q̄ celeberrimus erat iter septem dies paschales. Sciēdū enī q hoc nomē pascha equocū est ad tria. Aliqñ enī pascha dicebat vespa: q̄ agnus imolabat: vt ibi. Scitis q post biduū pascha fiet. Aliqñ aūt ipse agnus vt ibi. Ubi vis paremus tibi cōmedere pascha. Aliqñ vo septē dies sequētes: in q̄b⁹ edebant azima: vel etiā azima ipsa: vt ibi. Nō itroierūt ptoziū ne cōtaminarent: sed comederēt pascha. Hac equocatiōe decepti greci: cōficiūt de fermētato. Dicūt enī in parasceue lunā decimā q̄rtā fuisse: ⁊ in vespa illi⁹ fuisse pascha iudeoz. Sed dñs indiunt sciēs se eadē die passurū. s. sexta feria anticipauit comedere pascha. s. in die p̄cedēti: ⁊ tūc fuit luna. xiij. Unde q tūc licite (vt dicūt) potuit comedere fermentū. ideo ⁊ ipsi cōficiūt de fermētato. Prouenit aūt error eoz ex h loco: q putāt hic accipi pascha p die imolatiōis: sed accipit pro pma die azimoz: vt dictū est. Et etiā si verū eēt qd̄ dicūt de die pasche nihilomin⁹ errāt q quacūq̧ die dñs comederit pascha i. agnū: credibile est eū comedisse cū azimis sm legē. Preterea dies ipsa p̄cedēs vesperā imolatiōis: nec dicebat pascha: nec erat solennis: ⁊ ita tredecima luna nō fuit prima dies ante diē festū pasche.

Comestor. Et nota q nusq̄ legit dñz comedisse carnes nisi agni paschalis. Surgēs aūt a cēna lauit pedes discipuloz. Ex eo enim q dixit q̄ lotus est nō idiget nisi vt pedes lauet. ppendit a q̄busdaz q apli baptizati erāt. Et cū recubuisset iterū docuit eos q̄re h fecerat. in exēplū. s. mutuo sibi seruiēdi. Ihesus autē turbatus spiritu dixit. Amē dico vobis: q vnus ex vobis me traditurus est. Turbat⁹ est Jhesus: misericordiē cōpatiens iude quē notabat. Sic ⁊ scī misericordiē turbant cū vrget eos causa a zizānia separare triticum ante messem. Mētit̄ g̃ phus: q̄ dicit aī turbationē nō cadere in sapientem. Et dicebāt singullatim. Numq̄d ego sum dñe. Qui intingit: mecū manū in ca. ⁊c̄. Duodecim in eodē catino cū dño edebāt. alij nō. q̄si diceret: vnus e duodecim me tradet. Forte ideo dixit intingit: q succus agrestiū lactucarū necessari⁹ erat ad vsum agni. Recūbebat autē discipulus quē diligebat ihesus in sinu ei⁹: nō aliter vt credit nisi q discūbebat inclinatus ante pect⁹ dñi. Huic submissa voce expssit pditorē. cui. s. panē itinctū porrigeret. Et tūc sathanas introiuit in iudā: nō tūc pmo: sed vt q̄si propriū possideret. Actor. Tunc iudas ne videret tacēdo se pdere ait. Numq̄d ego sum rabbi. At ille: tu dixisti. Nōdū corā exp̄mit eū: pōt enī sic itelligi. Nō ego dico: s tu dicis. Uel q latēter notat⁹ nō resipiscebat. manifesti⁹ eū notabat: q̄si. d. Tu te ipz pdidisti: nō ego. Et exiuit iudas cōtinuo. Erat autē nox. Et ait ihesus. Nūc clarificat⁹ est filius hoīs. i. eiecto traditore remāserūt soli mundi cū suo mūdatore. Et addidit. Cōtinuo clarificauit eū de⁹. i. clarificabit. Qd̄ pōt itelligi de resurrectione: vel de iminēte traditiōe: p quā mortuus apparuit his q̄ in inferno eū expectabāt. Cenātibus autē illis benedixit panē ⁊ fregit. Ordo verboz misticus est sm glo. Benedixit: q naturā humanā quā assumpsit: gratia diuine v̄tutis spleuit. Fregit: vt ostenderet corporis sui fractionē: non sine sponte sua fore. Accipite inq̄t ⁊ comedite. ⁊c̄. Non hic intelligendū est q discipuli sumptū corpus de manu dñi sibi ministrarēt. sed ipsemet ministrauit qui ⁊ cōsecrauit. Et est sensus. Accipite ⁊ comedite. i. accipite sacramētaliter ⁊ comedite spiritualiter. Hoc est corpus meū. ⁊c̄. Et nota q in canone qñ hec verba pferunt: hoc est corpus meū: hic est sanguis meus: ex v̄tute horum verboz sit trāssubstātiatio. Unde credibile est dñm: cū eadē verba dixit. mutasse panē ⁊ vinū in carnē ⁊ sanguinē: ⁊ tunc eandem vim illis cōtulit in posterū. Unde dicit Lucas eum addidisse. Hoc facite in meā cōmemorationē. Quibus. s. verbis instituit hoc sacramentum ⁊ tacite premissum destituit.

ℭ De Predictione negationis Petri ⁊ trina oratione domini. C. XXXVIII.

Tunc ait illis Jhesus. Oēs scandalū patiemini in me i ista nocte. Scriptū est enī: percutiā pastorem [illegible] Et [illegible] Petrus. Et si oēs scandalizati fuerint ego nunq̄ scādal. Respōdit Jhesus. Priusq̄ gallus bis vocē dederit: ter me es negaturus. Sed Marcus hoc plenius expressit ceteris. post primam enim negationem Petri: gallus statim cantauit. sed ante galli secundū cantū idem bis negauit ⁊ ita trina negatio petri ante pmū cantū galli inchoata ē. ante scdm̄ vo implota. Alij vo euāgeliste dicētes Pri⁹ q̄ gallus cantet ter me negabis. de inceptione agunt. i. trinā inchoabis negationē. Marcus vo de cōpletione eius scripsit. Et ait petrus: Et si me opoztet mori tecū: nō te negabo. Nō mētit: q credidit verū esse qd̄ pmittit. Tūc subdit ihesus eos cōsolādo lōgū sermonē: quē scripsit iohānes dicēs: Nō turbet cor vestrū ⁊c̄. Tūc venit cū illis in villā: q̄ dicit getsemani: q̄ est ad radicē mōtis oliueti. ⁊ introiuit ihesus in hortū cū discipulis suis. Et cū intrasset: dixit eis: Sedete donec vadā ⁊ orem. ⁊ vos etiā orate: ne succumbatis tētationi. Et assumpto petro ⁊ duob⁹ filijs zebedei tanq̄ secretarijs suis: vt quib⁹ ostēderat gloriā sue maiestatis eisdē etiā reuelaret tristitiā passionis: cepit contristari: vt veritatē pbaret hois assumpti. Et bene dicitur cepit: q ipse motus tristitie nō ei dñatus est: sed subiecit eū voluntati diuine. Hanc autē tristitiā sm glo. passus e⁹ nō solū timore mortis: quā ipa natura abhorret: sed ppter infelicitatē iude: ⁊ scādalū apłoz: ⁊ eiectionē ⁊ euersionē hierusalē. Ueniēs aūt ad discipulos inuenit eos dormiētes. ⁊ dicit petro: q pre ceteris erat gloriatus. Sic ironice. q. d. sic erat faciendū. Uel sic imples qd̄ pmiseras: Uigilate ⁊ orate: q spūs q̄dē pmpt⁹ est ad cōsitendū: caro autē infirma ad tollerādū. Tūc abijt secūdo ⁊ orauit. ⁊ apparuit ei angelus cōfortās in eo motū sensualitatis: sm quā minoratus est paulomin⁹ ab angelis: illū. s. motū q̄ exhorrebat mortē. sicut etiā ipse christus rōne cōfortabat eum dicēs ad patrē: Nō sicut ego volo: sed sicut tu. Prohibebat etiā eū angelus a vexatione corporali: put oportunū erat. Uñ est illud Angelis suis demādā. ⁊c̄. Qd̄ de toto christo bene accipit sm glo. id est de capite ⁊ de mēbris. Et factus est in agonia: cōtra mortē. Jam quasi vincebat in animo: quo post vicit actu ipso. s. resurgēdo. Et factus est sudor ei⁹: sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā. Et redijt ad discipulos ⁊ inuenit eos dormiētes. Tertio abijt ⁊ orauit sm glo. vt etiā nos petis p̄teritis veniā: ⁊ a p̄sētib⁹ malis tutelā: ⁊ a futuris malis cautelam a deo postulem⁹. ⁊ vt ad trinitatē orationē dirigam⁹: vel cōtra trinā tētationē: orationis clypeo tueamur. Tūc venit ad discipulos: ⁊ ait illis: Dormite. Et cū paululū dormissent: ait Sufficit. Surgite eamus: ecce prope est qui me tradet.

ℭ De Ligatione dñi: ⁊ eius codemnatione coram cayphas: ⁊ suspendio Jude. C. XXXIX.

Tunc descēderūt quidā de iudea christiani quidē adhuc tamen iudaizantes q̄ fuerant de secta phariseoꝝ. Facta est autē non minima seditio inter eos ⁊ paulū ⁊ barnabā. Quia predicabant fideꝫ absqꝫ legalibus non sufficere: ⁊ consentiebant eis multi veteri consuetudine imbuti. Et statuerunt vt pro hac lite dirimenda ascenderent in hierusalem ad maiores apostolos: scilicet ad petrum ⁊ iacobū episcopū hierosolymoꝝ. Anno itaqꝫ claudij quarto ascendit paulus cū barnaba assumpto tito: sicut ipse refert in epistola ad galathas. Et q̄ descēderant de iudea ascēderunt contra eos quidaꝫ: scilicet de heresi phariseorum ad fidem conuersi. Qui cum venissent hierosolymā ⁊ essent in presentia apostoloꝝ petri ⁊ iacobi ⁊ senioꝝ surrexerūt cōtra paulūꝫ ⁊ barnabā dicētes. Oportet circūcidi fideles ⁊ seruare legē moysi: ⁊ audita vtriusqꝫ partis sententia cōuenerūt apl̄i ⁊ seniores videre super hoc. Et post multam disceptationē surgens petrus ostendens rōnabiliter non esse imponendū fidelibus iugum legis: qꝫ ipse consilio dei baptizauerat cornelium ⁊ predicauerat gentibus euangelium ⁊ deus p̄dicationē eius cōfirmauerat fide mūdans corda eorum: ⁊ anteq̄ baptizarent̄ visibiliꝫ mittens sup eos spiritūsanctū nec indicens eis obseruantiā legaliū: ⁊ statim ceperūt paulus ⁊ barnabas narrare quanta signa ⁊ pdigia deus fecerat in gentibus per eos. Actoꝝ. Post hec iacobus auctoritate pontificali ptulit diffinitiuam sententiā: qꝫ questio ista mota est in ecclesia hierosolymitana cuius episcopus erat: nec poterat ad aliū transferri nisi per appellationem. Petrus etiā nondū erat cōstitutus in cathedra pontificali. Sꝫ paulopost. s. eodem anno ascendit romam.

De Diffinitiua sn̄ia iacobi sup p̄dicta q̄stione. C. XII.

Ego inquit Jacobus iudico eos qui ex gentibus conuertunt̄ nō cogi ad grauitatem legalium: sed consulo vt dirigamus ad eos epistolam vt abstineāt se immundicia idolatrie: ⁊ veri cultores sint: ⁊ a fornicatione vt sint casti: ⁊ a suffocatis ne carnes eorū comedant: ⁊ a sanguine ne illum bibant. Ideo hec quattuor specialiter decernit gentilibus conuersis prohiberi: vt ab vsu male consuetudinis reuocarent̄. Idolatria enim maxime in gentibus pullulaūerat. fornicatio quoqꝫ quasi naturale quiddā ⁊ nullius reatus reputabatur inter gentes. Erant etiaꝫ proni ad effundendū sanguineꝫ: ⁊ consueuerant bibere sanguinem imolatum diis suis. Ideo prohibiti sunt ab idolatria ⁊ fornicatione ⁊ etiam a sanguine fundendo vel bibendo. Sed de tertio: id est de suffocato magna est questio cur de prohibitum sit. Et dicunt quidam qꝫ duo prime prohibita fuerunt simpliciter ⁊ ad semper: scilicet idolatria ⁊ fornicatio. alia vero duo non nisi ad tempus: scilicet donec cōfirmati essent gentiles in euangelio quia enim proni erant quidaꝫ eorum ad suffocandum homines ⁊ sanguinem humanū comederent: ⁊ etiam consueuerant bibere sanguinem idolis imolatum vel hostium a se effusum. Ideo prohibitū est eis ad tempus omne suffocatuꝫ ⁊ omnis sanguis donec a pristina consuetudine reuocarent̄. Uel ideo hec eis in primitiua ecclesia prohibita sunt: quia iudei huiusmodi edulia abominabant̄ pro consuetudine legis. Ideo etiam eis ad fidem christi conuersis concessum est ab huiusmodi abstinere. ne fidem christi abhorrerent: ⁊ qꝫ mater sinagoga vel lex cum honore deducenda erat ad sepulchrum. Unde si gentiles non abstinerent ab huiusmodi iudei societateꝫ eorum abhorrerent: nec habitarent vnius moris in domo. Con[illegible] causa circumcidit paulus timotheū ⁊ etiam sanctificauit sin[illegible] sed postea retractatum est ab apostolo ad titum. s. vbi dicit. Omnia munda mundis. Alij dicūt qꝫ omnia ista simpliciter prohibita sunt ⁊ ad semper: sed ibi non accipit̄ suffocatum pro quolibet sanguine sed restringit̄ suffocatio ad oppressionem que fit inter homines. s. qua maior opprimit minorem: fortior debiliorem: qd̄ maxime solet fieri inter gentiles. Sanguis etiam restringit̄ ad humanū sanguinem qui prohibetur effundi. Sanguis enim in scriptura significare solet homicidium. vnde dauid propter homiciduꝫ dicit̄ vir sanguinum huic sententie consonat glosa. R. que dicit. Hec necessaria sunt sine quibus nō est salus. Preterea noluerunt apostoli determinare hoc nomen suffocatum vt haberet locum mysterium. Per suffocatum enim simpliciter sumptū intelligit̄ peccatuꝫ non confessum. aliquando aūt minus pprie sumitur textus vt locū habeat spiritualis sens⁹. Ad auctoritatem hieronymi sup ezech. q̄ solet hic obijci potest dici. qꝫ non cōdemnant̄ sacerdotes q̄ comedūt suffocatū de transgressione quasi a suffocato teneant̄ abstinere: sed tm̄ de gula ⁊ leccacitate. Solent enim volatilia occidere suffocādo siue iugulando. ita qꝫ sanguis non effunditur sed remanet intus: quia sicut dicitur ex hoc teneriores ⁊ dulciores sunt carnes: ⁊ sic est ibi leccacitas: que non conuenit sacerdotibus.

De Impletione totius legis per christum. C. XIII.

Apostoli igitur hec scripserūt eis nō qꝫ hec sola sufficerēt ad pfectā circūscisionem spūalē: sed qꝫ in his maxime peccabāt vt supradictū est: ⁊ ideo ab his specialiter ⁊ p̄cipue eos abstinere. p̄ceperunt. Ceteras autēꝫ phibitiōes ⁊ p̄cepta legis moralia voluerunt eos audire in sinagogis per singula sabbata: vt paulatim in cognitiōe ⁊ obseruantia diuine legis proficerēt. Nam illuc cōueniebant conuersi ex gentibus ⁊ iudeis cōuersis ad audiendā legem. Unde post predicta verba subdit iacobus. Moyses eni in sinagogis per omne sabbatum legit̄. Ac si diceret. s. h. preceptoruꝫ acerbitate ⁊ multitudine nolumus eos ad presens grauare ⁊ deterrere: sed procedente tempo

re cum frequentius ad lectionem legis et prophetarum. Inuenit: paru
latim vite instituta suscipient moralia. s. ad obseruanduz: cerimonia
lia ad spiritualiter intelligendum. Augustinus contra faustū libro
j. Sunt etenim precepta vite agende vt illud, nō cōcupisces: et precepta
vite significande vt illud. Circuncides omne masculinuz octauo die
que omnia per christum adimpleta sunt. Lex enim per moysen da
ta est: gratia et veritas per ihesum christum facta est. Que enim lex
per superbos etiam reatu preuaricationis deuicit augendo peccatū
iubēs qd implere nō poterant. Ipsius legis implet iustitiam gratia
spiritus in eos qui discūt a christo esse mites et humiles corde. Pro
phetias autē impleuit et in eo facta est veritas promissio dei. Quotquot
enim promissiones dei: in illo sunt: vt ait apostolus. Iam ipse legis vni
uersa prophetia que non tantum verbis sed etiam quarundā actio
num figuris saluatoris promittebat aduentum veritas facta est per
ihesum christum. Ex cuius aduentu iam regnuz dei cepit annuncia
ri: quia lex et prophete vsq ad iohānē: lex vt reos faceret qui desyde
rarent salutem prophete vt promitterent salutem.

℃ Quod ideo legis vmbre cessauerunt quia veritas
impleta est. C. XIIII.

Roinde cū queris cur iam nō circūcidit chri
stianus si christus nō venit soluere
legē sed adimplere. Respondeo imo ideo iam non circū
cidit christianus: quia expoliatio carnalis generationis
que illo facto figurabat: iam christi resurrectione adimpleta est. Et
qd in nostra resurrectione futurum est baptismi sacramento cōmen
datur. Nam neq penitus auferri debuit noue vite sacramentum qz
restat adhuc in nobis futura resurrectio mortuoruz. Et in melius ta
men id est succedente baptismo debuit commutari quia iam factuz
est quod nunquaz factum erat: vt vite future eterne in resurrectione
christi nobis preberetur exemplum. Sabbati ocium non obseruat
christianus: quia iam in illo perpetuum habemus sabbatum qui di
cit. Venite ad me omnes qui laboratis etc. et inuenietis requiem ani
mabus vestris. Differentiam ciboruz iam non obseruat christianus
quia quod illis figuris prophetabatur christus impleuit: nō admit
tens ad corpus suum quod in sanctis suis ad vitam eternam prede
stinauit quicquid per ista animalia in moribus hominum significa
tum est. Animalium sacrificia iam non offert quia quod talium re
rum figuris prophetabatur immolatione carnis et sanguinis sui chri
stus impleuit. Azima iam non obseruat christianus: quia quod ista
figura prophetabatur: expurgato veteris vite fermento nouam vitā
demonstrans christus impleuit. De carne agni iam non celebrat pa
scha: quia quod ista figura prenūciabatur: christus agnus immacu
latus sua passione impleuit. Neomenias non celebrat: quia celebra
tio noue lune nouam creaturaz significabat. De qua dicit apostolus
ecce facta sunt omnia noua. Immundiciarum baptismata non ob
seruat: quia iam venit christus consepelire nos sibi per baptismum
in mortem etc. Scenophegiam non celebrat: quia tabernaculum dei
fideles eius sunt: in quibus charitate consociatis et quodāmodo cō
pactis habitare dignatur quod illa figura promittebatur. Ita fit vt
omnia que ex illa scriptura propterea putatis non obseruari a chri
stianis qz christus ea soluerit. Sed propterea potius reperiantur nō
obseruari a christianis: quia christus ea impleuerit. Ipsa quippe ta
lium figurarum obseruatio prenunciatio christi fuit.

℃ De impletione cerimonialium. C. XV.

Ector. Itaqz quicquid in lege cerimoniale
precipitur in christo spiritua
liter impletur: aut in capite: aut in membris. Unde iam
veritate propalata litteralis eorū obseruantia reputabat
idolatria: dicente apostolo ad galathas. Ecce paulus dico vobis qz
si circuncidamini: christus nihil vobis prodest. Ubi etiam dicit glo
sa: qz non est leuior seruitus legis qz idolatria: hoc autem ideo: quia
tempus eorum transierat quo deus per ea se colenduz statuerat: vn
de decetero iam cassa et vana penitus in nullo iuuare poterant suos
obseruatores: sicut nec idola suos cultores. Et ob hoc omnino nulla
spes in eis erat ponenda sed tanqz superstitiosa ac per hoc etiaz per
niciosa procul erant abicienda: preterea dicit ibidem apostolus. Te
stificor omni homini circūcidenti se qz debitor est vniuerse legis fa
ciende. Quod intelligitur de illis qui ideo circūcidebant se: qz spem
ponebant in circumcisione: quibus et iam dictabat conscientia qz om
nia legalia integraliter erant seruanda: vnde conscientia licet erro
nea ligabat eos: ita qz si inde aliqua omitterent peccarent propter
conscientiam. Similiter etiam obseruando ea peccabant: et ita per
plexi erant: sed tenebantur deponere errorez sicut illi qui non ex in
uidia: sed ex ignorantia christū crucifixerunt: putantes se obsequiuz

prestare deo. Tempore vero medio inter legem et gratie reuelationē
licitum erat ea seruare propter vitandū scandalum iudeorum vt superi
us dictū est. Hec de cerimonialibus legis dicta sunt que neminē iu
stificabāt: qz nec ad hoc instituta sunt: sed date sunt iudeis duris in
flagellum. rudibus in pedagogū: perfectis autem in signum.

℃ De completione moraliū in euangelio. C. XVI.

Ero de moralibus preceptis que semper iu
stificant et immutabiliter permanent di
cit dominus in euangelio. Nisi abundauerit iustitia ve
stra etc. Nec ideo manus christi grauiores sunt qz man⁹
moysi. Quoniā si difficilius sit in se non irasci qz nō occidere. nō con
cupiscere qz mechari. tn̄ iugū christi leuius est qz onus moysi propter
septem. s. propter fomitis debilitationem. propter gratiaz concomi
tantem. propter auxiliū sacramentorū. propter apertam doctrinam.
propter promissorū eternitatez. propter exempla christi et sanctoruz.
propter hostis alligationē. Manus autē moysi dicimus graues nō
tantū propter defectū boruz auxiliorū: sed propter pene crudelitatez
et accelerationem: quia statim absq misericordia puniebatur trans
gressor. Et etiaz propter cerimonialium multitudinem. Et de hac di
cit petrus in actibus. qd tentatis imponere iugū etc. Et nota qz eadē
est perfectio in lege que in euāgelio: vt dicit augustinus. Sed multa
que in lege obscure precepta sunt propter imperfectionē populi cui
dabātur: qz non subito poterant ascendere ad perfectionē iustitie in
euangelio explanantur. Et gratia reuelata lex spiritualiter intellectā
cohibebat manum et animū. Sed ideo dicitur cohibuisse tn̄ manū.
quia moyses vt purus homo puniebat manū quā videbat: nō ani
mum quē non videbat. Christus autem deus est: et ideo in euange
lio taz de exterioribus qz de interioribus peccatis penā determinat.
Ideo dicit glosa. qz mandatum christi non est contrariū legi: sed la
tius legem in se continens qz. s. intelligerent eam pharisei: qz non in
telligebant ibi prohibita nisi opera homicidij vel fornicatōis vel hu
iusmodi. Unde et dominus ait. Non veni soluere legē sed adimple
re. In summa vero nota qz christus legem impleuit. s. septez modis
Primo moralia seruando sicut ipsemet in euangelio dicit. Ego eniz
que placita sunt ei facio semper. Et etiā cerimonialia: qz circuncisus
est: baptizatus. oblatus in templo et huiusmodi. Itē moralia expla
nando. que pharisei male intelligebant. Itē concilia preceptis addē
do. Itē vmbras legales cessare faciendo et veritatē exhibendo quaz
promittebant. Item nobis gratiam conferendo qua moralia possi
mus implere que non poterant impleri timore. propter hec omnia
dicitur lex per moysen data est etc. Gratia secundum augustinū pertinet ad
moralia: id est ad charitatis plenitudinem. veritas ad vmbrarū ceri
monialium reuelationē. Impletur autem lex vtroqz modo. s. et cum
fiunt que ibi precepta sunt. s. moralia per gratiaz etc. exhibentur que
ibi prophetata sunt. s. cerimonia significata per veritatem euangeli
cam. Item septimo modo impleuit christus legem et implet quoti
die vt dicit augustinus contra faustum: quia enim inquit etiaz sub
gratia positis in hac mortali vita difficile est omnimode iplere que
dam legis precepta: vt est illud. non concupisces. ipse per carnis sue
sacrificium sacerdos factus impetrat nobis indulgentiam. etiā hac
legem adimplens: vt qd ex infirmitate minus implere possumus ei⁹
perfectiōe recuperemus. cuius capitis membra facti sumus. Est ita
qz rota in medio rote: id est vetus testamentum in nouo et econuer
so. Nouum vero in veteri qzum ad prefigurationem sue prenuncia
tionem et intellectū spiritualē: vetus in nouo qztū ad expositionem.

℃ De mutatione veteru sacramentorum in noua. C. XVII.

Augustinus contra faustum lib. j. In nullū
aut nomē religionis siue veru
siue falsum coagulari possunt homines nisi aliquo signa
culorum vel sacramentorum visibilium colligat. Quorū. s.
sacramentorum vis valet plurimum: et ideo contempta sacrilegos facit
Impie quippe contēnitur sine qua non potest perfici pietas. Proin
de prima sacramenta que obseruabantur et celebrabant ex lege pre
nunciatiua erant christi venturi. que cū suo aduētu christus implesset
ablata sunt: et ideo ablata quia impleta. Et alia sunt instituta vir
tute maiora. vtilitate meliora. actu faciliora numero pauciora. tanqz
iustitia fidei reuelata et in libertatem vocatis filijs dei iugo seruitis
ablato qd duro et carni debito populo congruebat. Actor. Eccle
sia tamen quedam legalia retinuit: vt thurificationem. nō tn̄ quia si
gnificat qd semp faciendum est: pari namqz ratione et illud de carne
porcina comedenda retinuisset: sed quoniā ipsa litteralis obseruan
tia moralis est: quod inuenire non est in carne porcina: vel in suffo
cato et sanguine. In thurificatione nāqz deus honoratur sicut in ma
gnitudine et pulchritudine templi materialis: per quam significant

magnitudo ⁊ pulchritudo templi spiritualis.i.regni celestis: vel etiã anime iusti q̃ maior est (vt ait augustinus) toto mundo: nõ corporis distensiõe: sz potestate ⁊ virtute. Thimiama vero non retinuit: ne videat iudaizare. Et qz facilius incẽsum qḋ idẽ significat reperit̃ q̃ȝ ille species aromatice de qb⁹ thimiama cõficiebat. Unctionẽ quoqȝ retinuit: sȝ nõ eo modo quo lex vtebat̃. Illic eñ oleo sancto materiale tabernaculũ vngebat: hic aũt chrismate sancto christi tabernaculum spirituale inungitur.i.homo ipse cũ baptizatur.

¶ De Numero sacramentoꝝ noue legis. C. XVIII.

Enit ergo magnus ille medicus.i.per samaritanũ designatus ad genus humanũ qḋ vbiqȝ iacebat egrotũ: eiqȝ oleũ ⁊ vinũ.i.austeritatẽ cõminationum ac blandimenta promissionũ infudit: ⁊ eius vulnera preceptis salutarib⁹ ⁊ sacramẽtis alligauit. In septẽ nãqȝ sacramentis noue legis omnes nobis attulit causas salutis spiritualis. Cause eñ eñi sanitatis spiritualis non sunt nisi quattuor: sicut ⁊ quattuor corporalis.s.curatiua: ↄseruatiua: preseruatiua: melioratiua. Curatiua duplex est: quedã eñi totaliter ⁊ simul curat: vt baptismus culpam ⁊ penã omnino delens quãtũ in se est: quedã vero paulatim: vt penitẽtia. Cõseruatiua est cõfirmatio. In hac eñi dat̃ spiritus ad robur ⁊ ad conseruationẽ gratie que data est in baptismo. Preseruatiua est matrimoniũ in quo cõcupiscẽtia carnalis in ruinã prona turpitudinis excipit̃ honestate nuptiarũ: ne ruat in mortale peccatũ. Melioratiua est ordo in quo gratia melioraẗ ⁊ augmentat̃: ⁊ etiã extrema vnctio: qz hominẽ in meliori statu ponit ⁊ securiorẽ reddit. Est etiaȝ medicina quedã predicta quattuor sola faciens: scilicet eucharistia: quoniam ⁊ venialia curat: ⁊ ab eis animam preseruat: gratiam quoqȝ conseruat: quia panis cor hominis confirmat: ⁊ etiam gratiaȝ augmentat. Potest etiam dici ꝙ est medicina resumptiua que baptizatis datur ad reficiendũ animã sicut corporaliter curatis datur electuarium confortatiuum: vnde ⁊ reducitur ad curatiuam. Sciendũ autẽ ꝙ cũ sacramenta iustificare dicuntur: quod contenti est continenti attribuitur. Gratia nãqȝ in eis contenta iustificat: non ergo iustificant tanq̃ȝ causa efficiens sed tanq̃ȝ materialis. Sũt enim quinqȝ que diuersimode sanant animam: sicut ⁊ quinqȝ que corpus: naȝ corpus sanat deus auctoritate: medicina effectiue: dieta cõmuni seruatiue: vas medici sicut pixis contentiue: medicus autem ministerio Sic ⁊ deus animaȝ iustificat auctoritatiue: gratia vero vt medicina morbum expellens: impletio mandatorum tanq̃ȝ dieta: sacramenta quoqȝ tanq̃ȝ vasa medicinalia: sacerdos autem tanq̃ȝ minister: non est tamen omnino simile de sacramento ⁊ de pixide: sed simile pariter esset si vna tantũ pixis esset in qua daretur medicina. vel si daretur in alia non prodesset: sicut baptismus si daretur in aliquo alio liquore q̃ȝ in aqua non prodesset. Quid autem sit sacramentum ostẽdit augustinus dicens. Sacramentum est sacre rei signum. Idem sacramentũ est inuisibilis gratie visibilis forma: vt species panis ⁊ vini: que sunt sacrificiuȝ visibile: signant inuisibile corpus christi quod est sacramentum ecclesie. Quedam sacramenta sunt necessitatis: ⁊ quedam voluntatis: Necessitatis sunt hec quinqȝ: baptismus: cõfirmatio: eucharistia: penitentia: extrema vnctio. Uoluntatis vero sunt hec duo ordo ⁊ matrimonium. Item quedam sunt in quib⁹ ne cõferatur gratia: vt predicta necessitatis ⁊ ordinis. Alia in quibus non: vt matrimonium. Effectus sacramentorũ est vt talia sunt cuilibet qualis ipse accedit: id est bonis bona: ⁊ malis ac fictis mala scilicet occasionaliter bonis sunt ad salutem: malis ad iudicium. Ideo dicimus ꝙ sacramenta non debent conferri peccatoribus nisi penitentibus: hoc autem intelligas de peccatis manifestis: naȝ propter occulta nõ possunt alicui negari sacramenta nisi per admonitionẽ secretam vel publice in genere factam.

¶ De Institutione ⁊ potestate baptismi. C. XIX.

E institutione baptismi christi quãdo inceperit varie sunt opiniones. Alij dicunt institutũ esse cũ nicodemo dominus ait: nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spirituosancto ⁊c. Alij cũ apostolis dixit. Ite docete omnes gẽtes: baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Sed hoc dixit post resurrectionẽ eis: quos ante passionẽ miserat binos ⁊ binos ad predicanduȝ in iudeam ⁊ ad baptizandũ dicens. In viã gentiuȝ ne abieritis. Iaȝ ergo institutus erat baptismus: quia baptizabãt simul ⁊ predicabant. Si vero queritur in qua forma tunc baptizauerunt: sane dici potest. In nomine trinitatis: scilicet in ea forma in qua baptizauerunt postea gente que ante passionem potest intelligi fuisse tradita licet non sit scriptum. Commodius ergo dicitur institutio facta quãdo christus a iohanne baptizatus est in iordane: non quia mundari voluerit cuȝ sine peccato fuerit: sed quia contactu munde carnis sue vim regeneratiuã contulit aquis: vt qui postea imergeretur inuocato noĩe sancte trinitatis a peccatis purgaret̃. Tũc institutus est baptism⁹ christi in quo trinitas cuius mysteriũ tunc innotuit interius hominẽ baptizat. Celebrat̃ aũt hoc sacramentũ tñ in aqua: vt intelligat̃ ꝙ sicut ea sordes corporis ac vestes abluit, ita baptismus maculas aĩe sordes q̃ȝ vinoꝝ abstergit ⁊ ideo vt nullũ inopia excusaret qḋ posset in vino vel oleo fieret, qḋ aqua signauit q̃ de latere christi manauit ⁊ sanguis alterius sacramẽti signũ fuit. Successit igit̃ baptismus christi circũcisiõi duabus de causis. Prima est qz maior cumulus gratie significat̃ ⁊ datur per baptismũ q̃ȝ per circuncisiõeȝ. Circuncisio enim inquãtũ circuncisio, nõ signat nisi remissionẽ peccati. Sed baptismus signat ⁊ remissionẽ peccatoꝝ ⁊ infusionem gratie ⁊ extinctionem mundane ⁊ humane cupiditatis. aqua eñi abluit ⁊ reficit ⁊ restinguit. Secũda causa est: qz cõmunior est. Baptizant̃ enim tã mares q̃ȝ femine: ⁊ nõ circũcidebant̃ nisi mares. Multiplex aũt est potestas baptismi.s.potestas ministerij: excellentie. inuocatiõis auctoritatis. cooperatiõis. Potestatẽ ministerij dedit deus sacerdotib⁹ ⁊ etiam omnibus hoĩbus in articulo necessitatis. Potestas excellentie intelligitur q̃ sm meliorẽ baptistã meli⁹ daretur baptisma. Et hac intelligunt quidã ꝙ dñs potuit eam dare seruis: sed non dedit ne spes poneretur in homine: ⁊ ne tot essent baptismi quot homines vel serui. Alij vero hoc intelligunt de potestate inuocationis. potuit enim dominus dare petro vt ad inuocationem nominis petri fieret baptismus. hoc enim non esset contra maiestatem diuinam.

¶ De Essentia ⁊ nomine baptismi. C. XX.

E essentia vero baptismi nobis videtur ꝙ nec sola aqua abluens vel aque ablutio est baptism⁹: nec solus character: sed illa duo ita vtrũqȝ sit vn⁹ baptism⁹ ⁊ vnũ sacramentum ab vnitate gratie significate: licet diuersa sint sm essentiaȝ sicut in sacramento eucharistie forma panis ⁊ vini ⁊ ipsum verũ corpus christi: nec valet hec argumẽtatio: aqua abluẽs trãsit. g̃ nõ est baptismus. licet eñi trãseat inquantũ aqua abluens. tñ manet inquantũ character. Sed obijcit̃ ꝙ character nõ est baptismus cũ nõ sit visibilis forma: dicimus ꝙ nõ oportet quicqḋ est in sacramẽto eẽ visibilem formã: sed sufficit ꝙ sm aliqḋ sui sit visibilis forma. sic baptism⁹ habet aquã abluentẽ. Querit̃ aũt. Cui est signũ character. Dicimus ꝙ hominibus ⁊ angelis: sed hominibus est intelligibile non visibile. Dicimus aũt ꝙ angeli indigẽt illo signo non enim vident oĩa in speculo eternitatis: sed vident ibi oĩa sibi subiecta.s.celum ⁊ terrã ⁊ similia. Ea vero que sunt in libertate nostri arbitrij nõ vident nisi eis ostendantur per gratiã qz humana aĩa q̃tũ ad liberum arbitrium non est subiecta angelo: sed equaliter ⁊ quasi imediate se habet ad deũ. Character ille cũ sit illuminatio sicut dicit iohannes damascenus: passibilis est qualitas aĩe illuminans sinderisim: ⁊ est cã materialis gratie. preparat enim ⁊ habilitat animã ad susceptionẽ gratie. Et per hoc est sigillũ est certitudo ꝙ anima habebit gratiã. nisi per se ipsam obstiterit. sicut sigillum episcopi est certitudo clerico cui datum est ꝙ habebit prebendã. Sciendũ aũt ꝙ triplex est baptismus flaminis qui fit in aqua. fluminis q̃ fit per fidem purificantem. sanguinis qui fit in sanguine per martyriuȝ. Sed proprie baptismus est tinctio in aqua verbo vite sanctificata. sicut enim pannus tinctus in aliquo precioso colore preciosior redditur q̃ȝ prius esset: sic anima in baptismo fluminis tincta per characterem vel gratiam. hac similitudine vocauit dominus passionẽ suam baptismuȝ. Tincta enim fuit eius caro in sanguine suo ⁊ per hoc preciosior facta fuit precium nostre redemptionis: ⁊ per hoc peruenit ad gloriam resurrectionis. Cum ergo baptismus flaminis ⁊ sanguinis non sint baptismi nisi per similitudinem, solus baptismus fluminis imprimit characterem.

¶ De Forma baptismi. C. XXI.

D formam baptismi exiguntur tria.s.forma verboꝝ: ⁊ intentio baptizandi: ⁊ elementũ aque. Forma verboꝝ hec est. Ego baptizo te in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Queritur vtrum verbum baptizandi sit de essentia verboruȝ que exiguntur. Dicim⁹ ꝙ sic: verba eniȝ ista In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti ad multa se habent.s.ad signandũ ad benedicendũ ⁊ ad baptizandũ. baptismus enim sacramentũ necessitatis est: ⁊ propter hoc necesse est baptizantem determinatã intentionẽ habere ⁊ expressam ne euagetur animus ad alia: sed intentionẽ baptizandi quã habet verbo exprimat dicendo. Baptizo te. De quantitate aque dicunt magistri: ꝙ in necessitatis articulo sufficit aqua tanta in qua possit intingi pars principalior.s.caput. Quo abluto in tali articulo si puer nõ sit totus natus

baptizatus reputatur: vel si postea totus nascat̃ viuus ⁊ dubitetur an sit baptizat⁹ remediũ habemus. Baptizandus enim est: quia nõ dicitur iteratũ qd̃ dubitat̃ esse factũ. Querit̃ postea de subtractione verborũ vtrum baptismus sit si tantũ dicat̃: Baptizo te in noīe patris videtur ꝙ sic quia in primitiua ecclesia fiebat sic Baptizo te in noīe Christi. vt habetur in actibus apostolorũ. Solutio nõ est baptismus si tantũ dicat̃: Baptizo te in noīe patris. baptismus tamē olim fiebat in noīe Christi duabus de causis. Prima est vt nomen Christi qd̃ erat incognitũ hoībus fieret celebre ⁊ amicũ. Secunda est quia hoc nomē christus dat intelligere totã trinitatē. Christus enim interpretatur vnctus. Unctus enim dat intelligere vnctã personã: id est filiũ: ⁊ personã vngentē: id est patrē: ⁊ ipsam vnctionem id est spiritũ sanctũ. Sed hoc nomē pater nõ sic, ꝓpter hoc nõ est simile. tamen si sacerdos fidelis ita dicat: Baptizo te in noīe patris: ⁊ hoc dicto obmutescat vel puer moriat̃: tunc fit verum baptisma. Sũmus enim sacerdos supplet qd̃ pie inceptum est a minori sacerdote. Querit̃ postea de additione vtrũ. s. sit baptismus si dicatur sic. Baptizo te in noīe patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti ⁊ beati Petri. Et dicunt ꝙ si illud vltimũ addat aliquis ex sola deuotiõe nõ intendens illud esse de essentia forme verborũ: baptism⁹ est. Si vero credat illud esse de essentia forme ⁊ ꝓpē hoc illud addat: nõ est baptismus. De corruptione verborũ similiter queritur vtrũ sit baptismus si aliquis dicat ita: Baptizo te in noīe patria ⁊ filia ⁊ spiritussancta: videtur ꝙ sic: quia si aliqua vetula ex simplicitate corrũpat formã verborum. corruptio huiusmodi nõ impedit quin sit baptismus. Qd̃ concedũt magistri si retineãtur syllabe principales. pro quanta autem corruptione impediri incipiat nõ est hominis determinare. sed si ille qui corrumpit verba intendit introducere heresim: non est baptismus: nõ ꝓpter corruptionē verborũ: sed qz nõ habet intentionē baptizãdi que necessaria est ad baptismum.

¶ De Intentione baptizantis. C. XXII.

De intentione baptizãtis dicim⁹: ꝙ si dubitat̃ an factum sit minute an ex intẽtione baptizãdi. tunc inuocandũ est diuinũ auxiliũ scḋm Augustinũ: si certũ sit ꝙ totũ minute factuz est: baptizãdus est. Porro si patrinus nõ credat nec sacerdos cũ cõstet de paruulo ꝙ nõ credit. tamē sacerdos intẽdit facere qd̃ facit ecc̃lia ⁊ vtit̃ forma debita baptism⁹ est: qz fit in fide ecclesie. Unde sic intelligendũ est qd̃ ait Augustinus: nõ qz dicitur: sed quia creditur. i. quia fit in fide credentiũ. Itē etiam si nullus crederet: ⁊ tamē aliquo vteretur debita forma verborũ: ⁊ haberet intentionē faciẽdi qd̃ consueuit ecclesia baptismus est. Intelligendũ est ergo verbuz confuse sic: quia creditur. i. qz fit in fide credentiũ. i. in tali fide quã solet habere ecclesia: vel haberet si esset. Nobis vero videt̃: qz nec duo nec tres seu plures possunt destruere fidē vniuersaliter. sed tota ecclesia põt destruere fidē per libertatē arbitrij. Unde nõ est necessariũ militantem ecclesiã fore necessitate totali siue necessitate rei. Et est simile in vniuersalib⁹. Dicit̃ enim ꝙ necessariũ est vniuersalia eē sicut hoīez sed nõ necessitate particulari. Nullus enim specialiter põt facere ꝙ nullus homo sit. Oẽs tñ insimul sumpti possunt facere ꝙ nullus sit Possunt enĩ oẽs se obligare ad hoc vt nullus generet decetero.

¶ De Baptismo paruulorum. C. XXIII.

In baptismo paruulorũ consideranda sunt tria. s. antecedentia q̃ sunt orationes quas dicit sacerdos. Et exorcismus: ⁊ cathecismus. Est autē exorcismus idem ꝙ adiuratio qua sacerdos adiurat demones dicens. Exi ab eo spiritus immunde. Et dicunt multi ꝙ per exorcismum expellitur diabolus non quantum ad peccatũ: sed quantũ ad hoc ꝙ nõ habeat potestatē nocendi paruulo corporaliter. Alij dicunt sicut prepositiuus: ꝙ quantum ad diminutionē peccati. vnde dicebat ꝙ si paruulus decederet statim post exorcismum minores tenebras pateret̃ q̃ si nõ esset exorcizatus: et magis perciperet de luce spiritualiũ. Nobis autē videt̃ ꝙ exorcism⁹ ⁊ cathecismus ⁊ salis linitio duabus de causis fuerit. prima est propter honorē ⁊ solēnitatē baptismi. Secunda est ad intelligentiã eorum que facit baptismus. salis enim linitio signat discretiones que dantur in baptismo. Unde sicut lumen cũ ponitur in manu paruuli. non illuminatur propter hoc anima: sed per hoc significat̃ ꝙ anima illuminatur spiritualiter in baptismo: sic per exorcismum non expellitur diabolus: sed significatur expellendus. Est autem cathecismus idem ꝙ instructio baptizandi de articulis fidei. nam in primitiua ecc̃lia adulti baptizabant̃: sed ante istruebant̃ in fide: ⁊ baptizabant̃ in sabbato pasche ad signãdũ ꝙ ꝑ baptismũ resurgunt baptizati a morte peccati. Uel in sabbato penthecostes: ad signandum ꝙ per baptismũ datur spiritussanctus. Igit̃ vt ostendatur vnus esse baptismus: fit etiã modo sic in paruulis: licz q̃diu sint paruuli: non sunt susceptibiles discipline. Et cũ patrinus respõdet: Credo ⁊ volo baptisari. respõdet pro paruulo sed improprie loquit̃. ⁊ est sensus. Iste paruulus paratus est suscipere fidē ⁊ baptismũ. obligat enĩ se patrin⁹ ad hoc: vt cũ ad adultã etatē peruenerit paruulus: instruat ipm̃ de articulis fidei: ⁊ q̃liter abrenũciare debet diabolo ⁊ omnib⁹ pompis eius. Dicim⁹ ergo: ꝙ licz paruulus nõ credat: tñ baptisat̃ in fide patrini vel ecclesie. sic enĩ peccatũ non habet a se: sed ab alio. sic nõ mũdat̃ ꝑ fidē ꝓpriã. fidē dico notã. sz ꝑ fidē alteri⁹. Cathecism⁹ ergo nõ est ꝓprie sacr̃m sz sacr̃ale: nec exorcism⁹: sed exufflatio quã facit sacerdos sacramentũ est. ⁊ significat ꝙ per spiritussancti flatũ exufflat̃ potestas diaboli. Similiter saliua sacramẽtalis est. ⁊ significat sapientiam diuinam.

¶ De Effectu baptismi. C. XXIIII.

Concedimus autē ꝙ paruuli in baptismo dant̃ virtutes. Et ꝙ adultus cooperat̃ ad sui mundationē. Credit enĩ primo liberoq̃ arbitrio: vt postea credat per fidē: ⁊ sic mũdet̃. Paruulus autē nihil cooperat̃: sed ꝑ solũ baptismũ recipit fidē: ꝑ quã mũdat̃. habet autē fidem in habitu. sed est habitus quidã propinquior actui. ⁊ quidã remot⁹. ⁊ quidã explicit⁹. Itaqz sicut simplex vetula fidē habet implicitã de quibusdã articulis: sic iste cũ venerit ad annos discretionis fidē habebit. sed in habitu implicito ⁊ remoto ab actu. sed aliquis leui explicatione credet in actu Baptismus quidem actuale peccatũ tollit totaliter: nõ tñ originale totaliter: quia nõ q̃tũ ad penã. aliqñ enĩ quod minus est maioris est coherẽtie. sicut grã mortalia peccata expellit: nõ tñ venialia: que difficillime separant̃ Cũ quibus etiã decedit homo iustus. Itaqz baptism⁹ nõ aufert mortē corporalē ⁊ alias huiusmodi penas quinqz de causis. Quarũ prima est humiliatio. s. vt ꝑ miseriã humiliet̃: qui ꝑ supbiã cecidit. Unñ Iob: Sagicte dñi in me sũt: quarũ indigna. c. s. in superbiã. Secũda causa est incussio timoris: vt homo attẽdẽs seueritatē virge dñi caueat sibi a gladio. i. a pena inferni. Unñ sequitur: Et terrores dñi militãt contra me. Tertia causa est stimulatio. Unde in Osee. In funiculis ade trahãm illos: ⁊ in vinculo charitatis. Quarta vt homo attendens huius vite miseriã conetur querere meliorē. Quinta ne hoīes magis appeterẽt baptisari propter vitam corporalem q̃ propter spiritualē. Dicit autē Apl̃s: ꝙ sine penitẽtia sunt dona dei. s. que donat spũssanct⁹ in baptismo. Sed cõtradicit auctoritas: Aut homo punit: aut deus punit. Ideo dicendũ ē: ꝙ baptismus efficaciã suã habuit a passiõe christi pro omnib⁹ baptisandis. quia (vt dicit Isaias) disciplina pacis nostri sup eũ. ⁊ ipse pctã nostra. i. penã pro peccatis pertulit in corpore suo sup lignũ: sicut dicit Petrus. Si ergo decedat iste statim post baptismũ euolabit: qz ꝑ contritionē baptismũ precedentē cũ passione dñi sufficiẽter punitus iudicat̃ a bonitate dei. Et dicim⁹: ꝙ corpus christi in se dign⁹ ⁊ efficacius est q̃ baptismus. Sed nõ sequit̃ ꝙ sit efficacius inquantum sacramentũ. Nec etiã eucharistia instituta est ad tollendã culpam ⁊ penã: sed est sacramẽtũ vnionis. baptism⁹ vero est sacr̃m renouationis. vñ aufert omnē vetustatē tã culpe q̃ pene: qd̃ nõ facit eucharistia. Nota ꝙ passio christi apuit ianuã paradisi ꝑ satisfactionē ⁊ ꝑ causam meritoriã ⁊ vniuersalē oĩb⁹ baptisandis. baptism⁹ aũt apit ꝑ cãm efficientē singularē. Iustũ enĩ hoīez singularē facit euolare. Ascensio vero christi aperuit ꝑ effectũ.

¶ De Baptismo etiã hereticorũ nõ iterãdo. C. XXV.

Sacramẽto quidē facit iniuriã: qui dicit ipsum pollui ꝑ pollutionē ministrorũ. Dicimus tñ ꝙ baptisma hereticorũ facit quosdã filios dei: vt paruulos. quosdã vero nõ: vt adultos: qui imbuti sunt errore hereticorũ. tñ verũ baptisma recipiunt. vnde si veniant ad vnitatē ecclesie nõ sunt rebaptisandi. Quia dicit Augus. Sanandũ est quod vulneratũ est: non curandũ quod sanũ est. Sani autē sunt huiusmodi quantũ ad illud in quo cõmunicant cũ ecclesia. s. quãtũ ad baptismũ. Si vero heretici paruulos baptisent: dicunt̃ illi filij ecclesie nõ ꝙ dñs eos genuerit de ecclesia: que est legittima sponsa sua. sed ꝙ de heresi tanq̃ de ancilla ad opus ecclesie. Ecclesia tamē suos reputat quoscũq̃ generat dñs siue ꝑ illos qui sunt de ecclesia: siue ꝑ hereticos: siue ꝑ paganos. vñ ingredere inquit ad ancillam meã ⁊c̃. Baptisma igit̃ hereticorũ facit remissionē peccatorũ. ⁊ ibi est spũssanctus nõ in heresia: sed in sacramẽto suo. i. spũssanctus quantũ est in se paratus est dare gratiam suam ꝑ baptismũ: nisi ꝑ recipientē obstiterit. Multiplex autē assignat̃ causa quare baptismus nõ iterat̃. Prima est qa cum bap

ptiſmus deleat culpā ⁊ omnimodā penam ſi iteraretur diſcurrerēt hoīes per campos licentie vſq; ad extremā neceſſitatē in qua facerent ſe baptiʒari: et ſic ſtatim euolarēt. Propter hoc inſtituit dominus vt vnicus eſſet baptiſmus. Secūda cauſa eſt allegorica baptiſmus enim habet efficaciā ſuā a morte chriſti que vnica eſt. Tertio ne fiat iniuria baptiſmo. Character enim baptiſmalis ꝑpetuus eſt. Remanet etiā in hereticis ⁊ etiā in damnatis in inferno: vnde non eſt ſimile de eucharistia. q2 corpus chriſti non remanet perpetuo in homine: niſi quādiu forma panis durat. Ideo nō fit iniuria eucharistie ſi iteretur.

¶ De Accedētibus ad baptiſmū recte vel ficte. C. XXVI.

Non eſt autem neceſſe q; adultus accedat ad baptiſmū ɔtritus: poteſt enī accedere attritus ⁊ dolēs de peccatis: ⁊ tūc per virtutē baptiſmi ei dimittunt. Si vō accedat cōtritus tūc iam habet fidē ſpem ⁊ charitatē ⁊ dimiſſa ſut ei peccata q̄tū ad culpā. Baptiſmus aūt ſequēs augmētat in ipſo gratiā ⁊ tolat penā ⁊ oēm ſatiſfactionē exteriorē. interiorē vō nō. Sacramentū igit ⁊ rem ſimul ſuſcipiūt oēs paruuli q̄ in baptiſmo ab originali mundant peccato. Adulti quoq; q̄ cū fide baptiʒant. Qui vō ſine fide accedūt vel ficte ſacramētū nō rem ſuſcipiūt. Qui autē effundūt ſanguinē pro noīe chriſti ⁊ ſi nō ſacramentū rem tñ recipiunt. nec tñ paſſio vim baptiſmi iplet: ſed etiā fides ⁊ ɔtritio: vbi neceſſitas excludit ſacramētū. Ficte autē accedēs ſuſcipit baptiſmū: ſʒ nō effectū baptiſmi q̄ʒdiu durat fictio. recedēte vō fictiōe baptiſmus effectū ſuū hʒ. i. facit qđ ꝑus feciſſet ſi fictio nō ipediuiſſet. vnde delet totalit̄ oīa peccata q̄ habebat iſte ante baptiſmū: ſed nō delet illa q̄ fecit poſt: niſi q̄tū ad culpā: q2 nō eſt inſtitutus ad delendū peccata futura: ſed tñ ꝑſentia ⁊ ꝑterita. Et etiam ſi ita eſſet videret iſti dolus fictiōis ꝓcinari. cōſtat enī q2 ſi non ficte acceſſiſſet penitētia ſequēs peccata pꝰ ſcā neq̄q̄ ſ eo totalit̄ deleret. Itaq; de illis q̄ fecit añ baptiſmū nō ē ei iniūgēda penitentia exterior. baptiſmus enī nō exigit gemitū neq; planctū: exteriorē itē ſꝫ ꝑte nullus enī adultus ſaluat etiā baptiʒatꝰ niſi habeat penitētiā interiorē ſ. cōtritionē: ſed de alijs q̄ fecit poſt baptiſmū iniungenda eſt ei penitētia exterior: ⁊ etiā de ipſa fictiōe ſm vnū modū. Eſt enī duplex fictio: vna ſm quā aliquis credit baptiſmū nō prodeſſe: que eſt fictio icredulitatis iſtā nō delet baptiſmus cū ſit baptiſmo cōtraria. Unde de iſta iniūgēda eſt penitētia. Eſt alia fictio ſʒ quā quis nō cōtritus recipit baptiſmū: ⁊ hoc eſt peccatū omiſſionis vel negligētie: iſta totalit̄ delet per baptiſmū. Baptiſmus enim nō ſolū gratiam cōfert: ſed etiā cumulū gratie. Eſt enim character illuminans ad ſciendū quid faciendū ⁊ quid nō magis q̄ʒ ſciatur per ſola naturalia: ⁊ debilitat fomitē ac remittit.

¶ De Sacramento confirmationis. C. XXVII.

Nunc de ſacramēto cōfirmationis dicēdū eſt qđ tpe apoſtoloꝝ non legit ab alijs q̄ʒ ab ipſis peractū nec ab alijs q̄ʒ qui locū eoꝝ tenēt perfici poteſt aut debet. Licet autē pꝛbyteris baptiʒatos tangere in pectore: ſed nō chriſmate in fronte ſignare. Circa eſſentiā huius ſacramenti quinq; exigunt. Primū eſt forma verboꝝ. Sc̄ꝫ intētio confirmātis. Tertiū dignitas cōfirmatoris: oportet enī q; ſit epūs. Quartū eſt ipſa materia. ſ. chriſma. Quintū eſt locus in quo chriſmat. ſ. frons. Forma vboꝝ talis eſt: Cōfirmo te ſigno crucis ⁊ chriſmate ſalutis in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Datur autē hoc ſacramentū ad robur vt idonei ſimus pugnare ⁊ portare nomē chriſti coram regibꝰ: ⁊ hoc ſignat ipſe locus ⁊ materia. Locus q2 cōfirmatio fit in fronte. ne videlicet erubeſcamus cōfiteri nomē chriſti corā hoībus. Corde enī credit ad iuſtitiā: ore autē cōfeſſio fit. ⁊c̄. Hoc ſacramentū nō habuit petrus q̄ ad vocē ancille erubuit nomē chriſti. Idem etiā ſignificat ipſa materia. ſ. chriſma. Iniūgunt enī pugiles vt difficilius poſſint capi ab inimicis. Cōficit aūt chriſma ex oleo ⁊ balſamo. Oleū enim ſignificat nitorē cōſciētie ⁊ letitiā ſpiritualē ꝑ quā ſpiritualia bella ſuperant. Balſamū autē ſignificat odorē bone vite per quē interficiunt ſerpētes. i. demones. Itaq; quādo Chriſtus inſufflauit in diſcipulos dicēs. Accipite ſpiritū ſanctū. ⁊c̄. Hec datio ſignificauit gratiā que datur in baptiſmo. Semel autē iterū dedit ſpiritūſanctū de celo in die penthecoſtes ad robur: ⁊ hoc ſignificauit robur gratie qđ datur in ſacramento cōfirmationis. Unde vrbanus papa: Spūſſancti ſeptiformis gratia cum plenitudine ſanctitatis ſcientie ⁊ virtutis in cōfirmatione confertur. Et iterū: Omnes fideles per impoſitionē manus epī[illegible] poſt baptiſmū debēt recipere ſpiritumſanctum vt pleni inueniantur chriſtiani. Sed diſtinguitur plenitudo duplex. ſ. ſufficientie: ⁊ hec datur in baptiſmo: copie: ⁊ hec in cōfirmatione.

¶ De Collatione huiꝰ ſacramēti ad baptiſmū. C. XXVIII

Dicit itaq; ſacrm malchiades papa dicit maiꝰ eē baptiſmate: q2 a digniorībꝰ dat: ⁊ in digniori parte corporis fit. i. in frōte. vel forte q2 maiꝰ virtutū augmentū pſtat: licꝫ baptiſmꝰ ad remiſſionē plus valeat. baptiſmus q̄dē eſt ſacrm intrātiū in eccleſiā. ɔfirmatio vō eſt ſacrm pficientiū ⁊ pugnātiū ɔ mūdū: carnē: ⁊ diabolū. Igit in ſacro ɔfirmatiōis nō dat alia res vel alia grā q̄ʒ in baptiſmo. ſʒ q̄ data eſt in baptiſmo confirmat ⁊ roborat. vñ dicimꝰ ſine ꝑiudicio: q; idē eſt character baptiſmi ⁊ ɔfirmationis in eētia. differētia tñ eſt ſm rōnē. differūt enī ſm ſtatū: q2 aliꝰ ē ſtatꝰ incipiētiū: aliꝰ pficiētiū ⁊ pugnātiū. Nō aūt pſbrī dare pñt h̄ ſacrm: q̄uis pñt dare baptiſmū: qđ vno mō mirū eſt. Quia ſacrm dr̄ magnū q̄ttuor modis. Primo q̄ntū ad efficaciā. Et h̄ mō dr̄ baptiſmꝰ magnū ſacrm. inouat enī hoīeʒ totalit̄. Scđo q̄ntū ad eētiā ſuā. ⁊ h̄ mō ſacrm eucharistie dicit magnū pꝑter dignitatē eētie corporis chriſti. Tertio q̄ntū ad ſignū: ſic dicit Apls matrimoniū magnū eē ſacrm in chriſto ⁊ eccl̄ia. ſignificat enī matrimoniū ſpūale: qđ ē int̄ deū ⁊ eccleſiā. Quarto quo ad effectꝰ ꝓrogatiuā ⁊ dignitatē. ⁊ h̄ mō ɔfirmatio ⁊ ordo magna ſūt ſacra. Dignior enī grā ɔfirmata vel ɔfirmata q̄ʒ grā ſimplex nō pōt aūt cōfirmatio: ſi dct nō baptiſato: q2 ɔfirmatio ē diſpoſitio bapmi. vñ nō pōt eē ſine baptiſ. maxīe cū baptiſ. ſit ianua ſacroꝝ. Nec ē ſile de ordine vbi ſi q̄s maiorē ordinē ꝑtermiſſo minore recepit: ſufficit ſupplē q̄ obmiſſū eſt: q2 vnus ordo nō eſt diſpoſitio alteriꝰ: īmo diuerſi ordines diuerſa habēt officia diſtincta a ſe inuicē. nō eſt autē iterādū ɔfirmatiōis ſacrm: cum habeat characterē. h̄ ſacrm a ieiunis debet tradi: ſicut ⁊ baptiſmꝰ: niſi aliter cogat neceſſitas.

¶ De Inſtitutione eucharistie. C. XXIX.

Eucharistie [illegible] ſacrm excellēter dicit eucharistia. i. bona grā: q2 in h̄ nō mō eſt augmentū virtutis ⁊ grē. ſʒ ille ſumit totus: q̄ eſt fons ⁊ origo totius grē. Cuius figura pceſſit q̄ñ māna deus pluit in deſerto. vnde panē angeloꝝ māducauit hō. Dñs igit ihēſus ad inuiſibilia paterne maieſtatis migraturus celebrato cū diſcipulis typico paſcha: quidā memorabile eis cōmendare volens: ſub ſpecie panis ⁊ vini corpus ⁊ ſanguinē ſuum eis tradidit: vt oſtenderet legis veteris ſacramēta. inter que precipuum erat agni paſchalis ſacrificiū in morte ſua terminari ac noue legis ſacramenta ſubſtitui: in quibꝰ excellit myſteriū eucharistie. Ideo ⁊ poſt [illegible] ſacramenta ecclesia deinceps frequētaret. Sed nō exinde diſciplinā ſanctis imponeret vt poſt alios cibos ſumat: ſed potius a ieiunis ſumi oportē ſicut Apls docet: vt ſingulari reuerētia diiudicet. i. diſcernat ab alijs cibis: quod dñs diſponendū reliquit. Sub alia autē ſpecie ſumēdū iſtituit: vt fides habēt meritū: q̄ ē de his q̄ nō videnī. Et etiā ne abhorreret animꝰ qđ cernēt oculꝰ: q2 nō hēmꝰ in vſu carnē crudā ⁊ ſanguinē comedē. Panis aūt ad carnē refert vinū ad aīaꝫ [illegible] ſāguinē: in quo ſedes aīe a phiſicis eē oſtēdit. Ideo ergo in duabꝰ ſpeciebꝰ celebrat [illegible] in nobis [illegible] ſignificet. quia caro chriſti pro ſalute corporis [illegible] vō ei pro anima noſtra offertur. Sub vtraq; tamen ſpecie ſumitur totus chriſtus. nec plus ſub vtraq;: nec minus ſub altera ſumit. tamen nō fit cōuerſio panis niſi in carnē: nec vini niſi in ſanguinē. Nec debēt dici duo ſacramēta: ſed vnū: quia ſub vtraq; ſpecie vnū ⁊ idem ſumit. Nec iterat ſacramentū: quia benedictio non repetit. Aq̄ vō admiſcēda eſt vino q2 aq̄ ſignificat populū q̄ ꝑ chriſti paſſionē redemptus eſt. Cū igit in calice vino aq̄ miſcet: chriſto ppl̄s adunit: ⁊ credentiū plebs ei copulat in quē credit. Quibuſdā etiā auctoritatibꝰ colligit: q; chriſtꝰ vinū aq̄ mixtū dedit diſcipulis. Si q̄s tñ nō intēdēs itroducē hereſim obliuiōe vel ignorātia aquā ꝑtermiſit: nō videt eſſe irritū ſacramentū. nam grecoꝝ eccleſia nō apponere aquā dicit. apponēda eſt vō in tam parua quantitate q; poſſit abſorberi a vino: quia chriſtus nō mutat in eccleſiam: ſed eccleſia mutat in chriſtum.

¶ De Forma ⁊ re ſacramentali. C. XXX.

Forma ē panis vel vini q̄ ibi videt ſacrm ē ſ. ſacre rei ſignū. Dupꝰ āt ſacri gemina ē res. Contenta. ſ. ⁊ ſignificata. Res ɔtēta eſt caro chriſti: quā de virginitate traxit. ⁊ ſāguis: quē pro nobis fudit. Res ſignificata ⁊ nō contenta eſt vnitas eccleſie. Sunt igitur tria diſtinguenda hic. Sacrm ⁊ nō res eſt ſpēs viſibil. ſ. panis ⁊ vini. Sacrm ⁊ res ē caro chriſti ꝓpria ⁊ ſāguis. Res vō ⁊ nō ſacrm myſtica eius caro. Porro ſpēs illa viſibil ſacrm ē gemine rei. q2 vtrāq; ſignificat [illegible]

reficit ⁊ sustentat: ⁊ vinum hominem letificat atq̧ inebriat. sic caro Christi interiorē hoīem plus ceteris gratijs. Et sicut ex multis granis efficit̄ vnus panis: ex pluribus vuis vinū cōfluit in vnum. sic ex multis fideliū personis vnica ecclesia cōstat. vnde aplūs: Unus panis ⁊ vnū corpus multi sumus. Ad hoc etiā est silitudo qꝛ sicut panis triticeus ex purissimis granis cōstat. ita corpus christi verū qḋ traxit de ꝟgine ex purissimis mēbris purificatis opatiōe spūsancti. Et sicut vinū ex pluribus vuis cōstat: ita sanguis ex purissimis sanguinib⁹. Ita ⁊ societas ecclesiastica ex multis ꝑsonis a criminali macula liberis consistit. In cuius rei typo facta est arca dñi de lignis sethim q̄ sunt ipŭtribilia. Forma panis dicit̄ habere cū corpe christi silitudinē nō gratia sui: sed grā panis cui⁹ fuit forma. Efficit aūt qḋ figurat: vnit eni recipientē christi corpi mistico. Efficit aūt nō ꝑ modū cause efficiētis: sed ꝑ modū materie. Sicut eni in alio liquore q̄z in aqua nō datur baptismus. ita sub alia forma q̄z sub ista nō datur corpus christi. Licet autē significatū melius sit ⁊ dignius q̄z significans tñ hic habet calumniā. vnitas ecclesie dignior est q̄z corpus christi: qꝛ corpus chri habet dignitatē quandā. s. q̧ est vnitum verbo qḋ nullā habet cōparationē ad dignitatē aliquā ecclesie. hec autē vera est: ecclesia siue vnitas ecclesie melior est q̄z corpus christi Sed hec est falsa: minus bonū nō facit maius bonū: qꝛ qñq̧ itelligitur: facere ꝑ modū cause materialis: aq̄ eni baptismi minus bona ē q̄z mūdicia aie: facit tñ ꝑ modū sacri ⁊ materie mūdiciā aīe. Silr corpus chri ꝑ modū sacri ⁊ materie facit vnitatē ecclie ⁊ purificat ⁊ mūdificat. sz ꝑ modū cāe efficiētis solus de⁹ mūdat ⁊ dimittit peccata.

¶ De Trāsubstātiatione panis ⁊ vini. C. XXXI.

Dicuntur autē sacerdotes cōficere corpus christi ⁊ sanguinē: qꝛ eorū ministerio substātia panis fit caro: ⁊ substantia vini fit corpus christi. Nec tñ aliq̄d additur corpori ⁊ sanguini: nec auget̄ corpus vel sanguis christi. nec cōcedit̄ q̧ substātia panis aliquādo fit caro chri. ⁊ sic fiat caro chri sicut farina facta est panis: ⁊ aq̄ facta ē vinū: nec tñ dicit̄: farina est panis: ⁊ aq̄ est vinū: nec dicimus panem vel vinū esse materiā corpis vel sanguinis dñi. qꝛ nō de ea materia format̄ corpus: sed ipsa format̄ in illud ⁊ efficit̄ in illud. Dicit autē damascenus q̧ ex opatiōe spūsancti fit ille trāsitus sicut ⁊ cōceptio dei. Itaq̧ panis vere trāsit in corpus christi. Unde oēs locutiōes q̄ significant trāsitū cōcedēde sunt: sicut he: panis trāsit in corpus chri vel trāsfert̄: vel trāsubstātiat̄: vel mutat̄: vel panis fit corpus christi panis erit corpus christi. panis pōt esse corpus christi: ⁊ oēs ille negāde sūt in q̄bus nō signat̄ trāsitus: sicut iste: panis est corpus chri. De tēpore aūt trāsubstātiatiōis dicimus: q̧ in finali instāti ꝓlationis horū verboꝝ: hoc est corpus meū: fit trāsubstātiatio panis ī corpus christi: ⁊ hoc pronomē hoc: vagam ⁊ simplicē demōstrationem habet sicut tu: cum qs dicit: tu aperi: ⁊ nescit qs sit intus: vel demonstrat corpus christi ad intellectū. s. corpus christi: qḋ non est ibi sed erit. Videt̄ autē dicendū q̧ panis nō trāsit in aliquo instāti in corpus christi: sed in tpe tñ nō successiue: qꝛ nō pri⁹ trāsit vna pars panis in corpus post aliā. Et ꝓpter hoc nō pōt dici q̧ in aliquāto tempore ⁊ toto trāseat: vel pōt dici q̧ trāsit in illo totali tēpore in quo ꝓferunt̄ hec vba: Hoc est corpus meū. Unde tñ tps exigit̄ ⁊ nō min⁹. itaq̧ successio est in trāsitu nō ex pte panis: sz ex pte ꝓlatiōis vboꝝ. De post autē substātia q̄dā remanēt. s. color: sapor: forma: pondus: q̄ nec corpus christi afficiūt: nec in eo fundant̄. Remanet ḡ ꝑ se subsistētia ad mysterij ritū ⁊ ad gustus fideiq̧ suffragiū.

¶ De his que supra naturā vel itellectū ibi sūt. C. XXXII.

Sicut in hoc sacramēto q̄dā sunt supra naturā q̄ sunt supra naturā sed nō supra itellectū. Quedā supra nāz ⁊ supra intellectū. Supra naturam sunt ibi accidētia sine subiecto: vt color: sapor: rotūditas: ⁊ hmōi sed nō supra itellectū: qꝛ itellect⁹ bene itelligit accidētia sine subiecto ꝑ abstractionē. De⁹ autē potētior est in opando q̄z itellect⁹ ī itelligēdo. vnde supra naturā ⁊ itellectū est ibi christus etiā ī tāta quātitate in quāto est in celo: ⁊ nō excedit terminos illius parue forme. Unde dicit damascenus q̧ fit ibi opatio supra naturā ⁊ intelligentiā. Dicimus ergo q̧ sub illa totali forma est christus ita q̧ sub nulla parte ꝑ se. tñ cū frāgit̄ hostia: est christus iteger sub q̄libet parte. Et hoc est nō tñ ex cōsecratiōe: sed ex cōfractiōe: cōsecrata eni fuit quelibet pars in suo toto. Et est silr in speculo: sicut eni ī speculo integro est vna sola imago: tñ ipso fracto in q̄libet parte resultat imago. Ita sub totali forma illa est Christus q̄ est imago dei patris. tñ fracta hostia in q̄libet parte resultat imago: imo veritas ipi⁹ imaginis que est filius dei. vnde sicut ex oppositione rei ad diuersas partes speculi resultant diuerse imagines. ita ex ꝓlatione verborum que precessit: ⁊ ex fractione forme consecrate resultat christus in diuersis partibus hostie. Et accidētia q̄ vident̄ sunt ibi sine subiecto. nec sunt in corpore christi: sed assistūt ei ⁊ velant ipsum: vt fides habeat meritū. vñ fallit ibi loc⁹ a cōiugatis. Ibi eni est albedo: ⁊ tñ nihil est in ea albū. Sz cōtra. Ibi est fractio: ⁊ aliq̄d est ea fractū. Solutio. Quedā sunt accidētia: q̄ ꝑ alia accidētia nō insunt substātijs. Quedā vō ꝑ alia. vbi grā: Albedo inest corpori nō ꝑ aliud accidens. disgregatio vō inest corpori ꝑ albedinē. vnde cū ibi nō sit substātia panis: albedo ibi est. ⁊ tñ nihil est ea albū: qꝛ nulla substātia. sz ibi est disgregatio: ⁊ aliq̄d est ea disgregatū. s. albedo. Eodē mō est ibi fractio: ⁊ aliq̄d est ea fractū: qꝛ fractio est substātie mediāte cōtinuitate Uñ cū ibi sit cōtinuitas: vere dicit̄ q̧ aliq̄d est fractū illa fractione. Et sic pz q̧ nō est silr de albedine ⁊ de fractione. Itē corp⁹ in forma ꝓpria nō videt̄: tñ sim q̄d videt̄ velatū. sz nō sequit̄: ḡ videt̄. sic nō sequit̄: iste videt manu cyrothecatā illi⁹: ḡ videt manū illi⁹. nec valet hic: sacerdos tenet corp⁹ christi: ḡ tāgit. nā hoc vbū tenet: nō iportat aliquā imediationē. sz hoc vbū tāgit importat.

¶ De Quorundam intelligētia: que dicunt̄ ⁊ agunt̄ in missa. C. XXXIII.

Queritur de his vbis: q̄ sunt ī canone misse. Iube hec ꝑferri ꝑ man⁹ ⁊c. q̄d demonstret̄ ꝑ hoc pronomē hec. postea de hac auctoritate Gregorij. Uno eodēq̧ momēto trāsit in celū misterio angeloꝝ cōsociandū corpori christi: ⁊ ante oculos sacerdotis videt̄. Querit̄ q̄d est illḋ de quo fit ibi sermo. Ad primū dicim⁹: q̧ ꝑ hoc ꝓnomē hec demōstrātur forme significātes: sz pro vltimo suo significato. s. pro corpe christi mystico frequēter ī sacra scriptura ponit̄ signās pro signato. Est eni sensus Iube hec ꝑferri. i. iube corp⁹ tuū mysticū. s. ecclesiā militantē ꝑferri ꝑ man⁹. i. ꝑ opationes scōꝝ angeloꝝ: q̄ assunt sacrificio altaris. in sublime altare tuū. i. ad ecclesiā triumphantē: q̄ est in celis. hoc est iube iūgi ecclesiā militantē ecclie triūphāti. ⁊ hoc est regnū venire ad regnū. ⁊ sic cessat obiectio. Per sacr̄m eni eucharistie assimilatur magis ac magis ecclia militās ecclie triūphāti. Ad auctoritatē Gregorij dicim⁹: q̧ impropria est: ⁊ grā diuersoꝝ significant̄ trāsit⁹ ⁊ consociatio ⁊ visio. vñ fit ibi sermo q̄ntū ad illa tria de pane ⁊ corpore christi ⁊ de forma. q̄ntū ad trāsitū fit ibi sermo de pane: qꝛ panis trāsit in celū. i. in celeste corp⁹ christi misterio angeloꝝ: q̄ assistūt officio misse: vt dicūt sci. Quantū ad consociationē fit ibi sermo de corpe christi: qḋ traxit de virgine: qꝛ ꝑ virtutē eucharistie associat̄ magis ac magis verū corp⁹ christi mystico. Quātū ad visionē fit ibi sermo de forma q̄ videt̄. In hui⁹ aūt mysterij expletiōe: sicut formā oportet obseruari: ita ordinē haberi. s. vt sit sacerdos. Et intentionē haberi oportet: vt illud facē intēdat. Aliq̄ dicūt etiā nō recte de illo mysterio sentientē posse intēdere: nō quidē illud cōficē qḋ iam esset recte credere. sed illud agere qḋ gerit̄ ab alijs dū illud cōficit̄. Et sic adhibet̄ intētio: ⁊ implet̄ mysteriū. Illud etiā sane potest dici: q̧ a brutis aialib⁹ corp⁹ christi non sumit̄: et si videat̄. Ex hoc aūt diuidit̄ forma panis in tres partes. Una mittit̄ in calicē: ⁊ significat partē illā ecclie: q̄ adhuc viuit. vñ ponit̄ ī calice: qꝛ vita cuiuslibet est in sāguine. Et calix significat passionē hui⁹ secli. Uñ in euāgel. Potestis bibē calicē ⁊c. Alie due significāt duas ptes bonoꝝ: q̄ mortui sunt. Quidā eni sunt in paradiso. alij sunt in purgatorio. Una ergo pars earū: q̄ in calice nō ponunt̄: offert̄ ad liberationē eoꝝ q̄ sunt in purgatorio. Alia vō ad grāꝝ actionē q̄ntū ad illos q̄ sūt paradiso. sicut aūt in māducatiōe corpali sūt q̄ttuor: ita ⁊ in spūali. Primū ē manifestatio spūal: q̄ est diiudicatio corpis christi q̄le sit: q̄ nobile q̄z viuificatiuū ⁊ hmōi. Secūdū ē delectatio: q̄ delectamur christo. Solū eni dulce ⁊ cōueniēs nutrit. Tertiū ē assilatio spāl. Diiudicatio āt illa ē ꝓprie ꝑ fidē: ⁊ silr delectatio. Christus aūt mādu
cat nos: qꝛ assimilat nos sibiipsi: ⁊ vnit ꝑ gratiā quā infundit.

¶ Utrū Eucharistie cib⁹ sit ⁊ si nutriat corp⁹. C. XXXIIII.

Itaq̧ dicit Augus. q̧ cib⁹ ille nō trāsit in vētrē sed in mentē. Si autē querit̄: vtrū forme ille euanescāt vel resoluant̄ ī alios humores. potest dici: q̧ vtroq̧ mō Nā potest eē: si deus vult q̧ cib⁹ ille nutrit ⁊ satiat corporalit̄ q̄ntū ad formas: nō q̄ntū ad corp⁹ christi: qꝛ poti⁹ est cib⁹ mētis q̄z vētris. Et hoc dicit Aug. q̧ quidā satiant̄ ⁊ inebriant̄ tali cibo sup illū locū eple a Corinth. Alius quidē esurit: alius autē ebrius est. Dicit etiā Innocēti⁹ papa tractatu de officio misse q̧ forme ille resoluant̄ in eosdē humores: in quos resolueret̄ panis: si ibi eēt. Corp⁹ vō christi nō nutrit corporalit̄. Desinit autē ibi eē corpus christi q̄cito desinit forma panis eē. Nec est dicēdū: q̧ desinēte forma panis eē ascēdat corpus christi in celū aut sacerdote ꝓferēte hec verba hoc est cor

ptis meū: descendat corpus christi de celo: sed sicut diceret̃ fz vnā opinionē q ex sola oppositiõe colorati ad visum sine aliq̄ mutatione medij aeris fit aliq imago colorati in oculo. ita ex ꝓlatione horū verbor. hoc est corpus meū: debito modo facto a sacerdote sine aliquo descēsu vel motu est corpus christi in altari: ⁊ sine aliquo ascēsu forma panis desinēte esse. est corpus christi in celo: qđ prius erat sub illa forma ⁊ mō nō est. Modo q̄dem sub forma ꝓpria corpus christi est in celo ꝑmo ⁊ ꝑ se: ⁊ in altari est verū corpus christi: tamē per quandā resultationē: sicut sepius dictū est. Absit autē vt in honestā corpis egestionē cib⁹ ille sustineat. q̄ corpus ⁊ aīam ad eternā honestatē parat. De q̄busdā patribus sanctis legimus q̄ sola cōmunione dominica diebus tm̄ dominicis signati pluribus annis vixerunt. hoc igit̃ cōcedere possumus: posse. s. aliquē ex vĩtute dominici corporis ꝑ diuinū miraculū lōgo tpe viuere. Secessum autē ei fieri exinde oīno nō posse. Q₂ si fiat secessus eo tēpore aut ex reliquijs cibor ꝑteritor: aut ex defectu sui corpis: id esse necesse est.

¶ De Indigne sumētibus vel tangētibus. C. XXXV.

Sumere quidē corpus christi in peccato mortali nō est malū in genere: q₂ si aliq̄s ꝓbabilit̃ credat se nomē hr̃e peccatum mortale: licet habeat: sumere corpus christi non est ei peccatū. Et hec auctoritas si desit fides vel charitas. iudiciū sibi mādueat ⁊ bibit. intelligēda est si desit in cōsciētia. i. si credat se hr̃e mortale. Sed querit̃ vtrū illi sacerdos debeat dare corpus christi quē scit esse in mortali peccato. Et dicit̃ q si notori⁹ sit nō debet ei dare: nec in occulto nec in publico. si autē nō sit notori⁹ nō debet ei negare in publico. exemplo dnī qui dedit corpus suū iude q̄ nō erat notori⁹. Dicimus etiā q aspicere corpus christi nō est peccatū etiā indignis. imo bonum est: q₂ cū charitas (vt dicit Augu.) sit idē qđ desideriū videndi. deū et fruēdi deo. aspicere corpus chr̃i ꝓuocatiuū est ad dilectionē dei: et multor petitiões exaudiunt̃ in ipsa visiõe corpor christi. vnde multis infundit̃ tunc gratia: qđ significatū est in libro numeror. vbi illi qui aspiciebāt serpentē eneū liberabant̃ a morsib⁹ serpētū ignitorū. Q₂ viri bethsamite percussi fuerūt: q₂ viderūt arcā dnī. hoc nō fuit ex indignitate cor: sed q₂ ꝓhibitū erat eis ne viderēt. Tm̄ tangere corpus christi idignus peccatū est duplici rõne. Prima est: q₂ deos inimicos odio habuit: vnde sicut charitas exigit cõiunctionē: ita odiū separationē ⁊ elōgationē. Et ꝓpt̃ hoc dicitur: Publicanus alonge stans. ⁊c. Presumunt ergo q̄ ei adeo ꝓpinquat vt ipsum tangat cum sit indignus. Alia est ratio: q₂ (vt dicit Hierony. sup malachiā) Panē pollutū comedit q̄ ad altare dei idign⁹ accedit. vnde q̄ pollutus est ⁊ tangit corpus christi q̄ntū in ipso est ipz polluit. Qui vo ex sola reuerētia tangit sicut ille q̄ subleuat de terra nō peccat q̄tūis sit idignus. Sed sacerdotes indigni q̄ celebrāt peccāt mortalit̃: q₂ vel celebrāt vt habeāt oblatiões: vel ne incurrāt infamiā: vel ex aliq̄ alia libidine. De sacerdotib⁹ vo q̄ nocturnā patiunt̃ pollutionē: dicit̃ generalit̃: q nō debēt celebrare nisi cõfessi fuerint ꝑus: nisi necessitas cogat: ⁊ tūc cõteri debēt ⁊ dolere. huiõi enī pollutio habet cāz semp inhonestā. Aut enī est ex turpi imaginatiõe ꝓcedēte. aut ex crapula aut ex natura volēte se exonerare: ⁊ tūc etiā nō est ex natura indita: sed ex natura corrupta. vnde ibi habet locū auctoritas illa. Bonarū mentiū est ibi culpā cognoscere vbi culpa non est.

¶ De Causis institutiõis hui⁹ sacramenti. ⁊ quale tunc datū sit corpus christi. C. XXXVI.

Sit autē multiplex cā institutiõis hui⁹ sacri. Prima est cōmemoratio passiõis chr̃i sicut ipse dicit. q̄ triplex est. Prima est cōmemoratio amoris quē ostēdit nobis in cruce: q₂ maiorē charitatē nemo hz. ⁊c. Scd̃a ē liberatiõis: q₂ ꝑ passionē suā liberauit nos a suitute diaboli ⁊ carcere īferni ⁊ mortis. Tertia imitatõis chr̃i: vt. s. imitemur patiētiā ⁊ humilitatē: ⁊ alias vĩtutes q̄s ostēdit nobis ī cruce. Scd̃a cā ē meritū fidei. q₂ meritū fidei ē ⁊ laus: credere qđ nō vides. ⁊ maxie illud qđ ē supra rõnē. Tertia ē subleuatio spei. vult enī de⁹ quotidie ꝑsētialiter ⁊ corpalit̃ eē iter nos: vt magis sperem⁹ obtinere petitiões nr̃as. Quarta ē vt epulemur in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. Quīta ⁊ vltima ad remediū peccator venaliū q̄ quotidie facim⁹. Dicit autē q̄dā glosa sup leuiticū: q christus ꝑus suū sūpsit corpus: ⁊ postea dedit discipulis. porro tale dedit q̄le tūc habuit. i. mortale ⁊ passibile: nūc vo sumit̃ a nobis īmortale ⁊ īpassibile. nec tñ maiorē hz efficaciā. Eucharistia vo intincta nō debet dari ꝑplo pro supplemēto cõionis. q₂ nō legitur christus alicui discipulor tradidisse panē intinctū nisi iude. Tūc vo nō accepit iudas corpus christi: sed tm̄ panē. Corpus vo ⁊ sanguis chr̃i cū alijs discipulis ante perperat. Et nota q lucas dicit dnm addidisse. Hoc facite in meā cōmemorationē: quibus. s. verbis instituit hoc sacramentū. ⁊ tacite premissum destituit: q̄si diceret: sicut vetus pascha celebrastis in memoriā liberatiõis ꝑplī de egypto ⁊ manu pharaonis. sic de cetero hoc sacrm̃ frequentare vos et successores vestri in memoriā mei: qui libero vos de tenebris peccati ⁊ inferni: ⁊ de manu diaboli.

¶ De Sacramento penitentie. C XXXVII.

Est autē dicit Hiero. Penitētia ē secūda tabula post naufragiū. Itē Ambro. Penitētia est mala ꝑterita plāgere: ⁊ plāgēda iterū nō cōmittere. Itē Augu. Inanis est penitētia: quā sequēs culpa coinq̄nat. nihilq ꝓsūt lamenta: si replicant̃ pctã. Ideo sane ideo. diffiniri põt. Penitētia ē virt⁹ vel grã: q̄ cōmissa mala cū emēdatiõis ꝓposito plāgim⁹ ⁊ odim⁹ ⁊ plāgēda vlteri⁹ cōmittē nolum⁹. Sic igit̃ in vbis ꝑdictis intelligit̃ nō cōmittē. i. nolle cōmittē. Põt etiā dici: q descriptio illa Ambrosij data est fm̃ eē optimū penitētie qđ est qñ penitēs finalit̃ ꝑseuerat. Penitētia quidē nō est virt⁹ spãlis: sz cõiter oīuz. Nec est ī aliq̄ vi: sz in q̄libet. i. in aīa fm̃ qualibet vim. nā ⁊ ꝓprie loquēdo luctus nō est virt⁹: sz stat⁹ virtutis: sicut pax. Porro sicut in alijs quibusq̄ sacr̃is tria sunt. vnū qđ est sacrm̃ tm̃. aliud qđ est res tm̃. aliud qđ est sacrm̃ ⁊ res. Ita ⁊ h̄ sacrm̃ tm̃ est ɔfessio cū absolutiõe sacerdotis. Sicut enī sacrm̃ baptismi in duob⁹ cõsistit. s. in elemēto ⁊ vbo ⁊ cõfirmatio in duob⁹. s. chrismate ⁊ forma verbor. ita in penitētia sacrm̃ ɔsistit in ɔfessiõe pctõris: ⁊ absolutione sacerdotis. Et sicut in sacro baptismi elementū est mãle respectu vbi: ita cõfessio respectu absolutiõis. Et sicut elementū sine vbo nō ē sacrm̃ nec vbū sine elemēto. ita cõfessio sine absolutiõe: vel ecõuerso. Vñ cõfessio q̄ sit nō sacerdoti: vel nō suo sacerdoti: nō ē sacrm̃: q₂ illa nō habēt potestatē absoluēdi. Res tñ est remissio pcti. Sacrm̃ ⁊ res est cõtritio [illegible] respectu [illegible] respectu remissiõis pcti. Dicūt autē [illegible] q ɔfessio efficit qđ figurat. s. remissionē pcti. sz nō oē qđ figurat. s. q₂ nō efficit ɔtritionē: cū ipsa sit posterior nā ⁊ tpe. Nec ē necesse (vt dicūt) q sacrm̃ noue leg̃ efficiat oē qđ figurat. sicut i sacro altaris forma panis figurat corp⁹ christi: nec tñ efficit. Sz verba forma panis cū forma vbor efficit corp⁹ christi simplicit̃. Itaq sicut baptismus efficit gratiā in aīa baptisati quantū in se est. ita confessio ꝓut sacrm̃ est: ɔtritionē efficit: nisi īpediat̃: vel q̄ntū ad eē: vel q̄ntū ad augmentū. Virtute enī ɔfessiõis ⁊ absolutiõis vl̃ dat̃ vl̃ augmētat̃ dolor ⁊ detestatio pcti. ⁊ dat̃ grã: q̄ de attritiõe fit ɔtritio. tamē pz q ɔfessio est sacrm̃ pri⁹ q̄z ɔtritio. tñ ɔtritio fm̃ q̄d pri⁹ ē quo. s. ad attritionē. In diffinitiõe quidē sacri ponit̃ visibil̃ cõiter adoz [illegible] sū. Vñ cõfessio est visibil̃ ⁊ sensibil̃. s. auditu. Dicūt autē magistri q confessio ⁊ satisfactio sunt vnū sacrm̃ cõtritionis ⁊ remissiõis pcti. ⁊ dicunt̃ vnū sicut species panis ⁊ vini ab vnitate principalis significati: quod est peccati remissio. Et sicut absolutio forma est confessionis: ita iniūctio sui sacerdotis informat satisfactionē. aliter enim neutrum esset sacramentum.

¶ De Effectu eiusdem sacramenti. C. XXXVIII.

In peccato quidē duo sunt. s. pctm̃. i. macula aīe: ⁊ seq̄la pcti. s. obligatio pene. Silr̃ in ɔtritiõe duo sunt. grã. s. ⁊ dolor: q̄ est seq̄la gr̃e. In cõuersione pctõris ad deū tria sunt. s. pcti desertio. ꝓpositū nō peccādi de cetero. ⁊ dolor ꝑ pctõ ꝑterito. Hec oīa pñt fieri ꝑ fidē informē: vel timorē seruilē: vel etiā solo libero arbitrio absq₃ grã de nouo infusa. nō tñ sine deo principalit̃ operāte: q₂ (vt ipse dicit) sine me nihil potestis facere. Qñ autē homo hec habet: tūc cõuertit̃ ad deū. ⁊ ideo tūc deus conuertit̃ ad peccatorē: gratiā ei infundēdo. fm̃ illud Cõuertemini ad me ⁊ ego cõuer. ad vos. Grã vo sua pñtia expellit peccatū. ⁊ sequelam pcti expellit ꝑ motus: quos elicit ex libero arbitrio. Sed triplex ē sequela peccati: q̄ remanet etiā post remissionē culpe. Prima est obscuritas visus spũalis. ꝓpter quā nō potest videre clare quid faciēdū: q̄d fugiēdū. Hec significata fuit in ceco illuminato: q̄ ꝑmo vidit hoīes q̄si arbores ambulantes. Secūda est difficultas bene agēdi: que significata est in institis lazari: quibus ligatus prodijt de sepulchro. Tertia est pena temporalis. Duas primas expellit gratia suis motibus ꝑ modū cause efficiētis. Tertiā vo ꝑ modū meriti. Ideoq oportet vt proportionet̃ debito modo. quod fit in iniūctione satisfactionis. Licz igit̃ sua presentia expellat peccatū: tñ sequela grẽ q̄ est in confessione ⁊ contritione nō expellit omnino sequelam peccati. ad minus quo ad tertiam: que per satisfactionē recte expellitur. ⁊ ita nō superfluit satisfactio: que valet etiam ad multa alia. s. ad gratie conseruationem: ⁊ ad augmentū eiusdem ad plenariam absolutionem ad fomitis debilitationē: ⁊ ad vitandū recidiuationē. Unde

uersus. Remittitur p eptum ac collata gratia pena soluitur atq3 fomes
languet: fugit recidiuū. Deus autē q nullū malū vult esse īpunitū:
ex misericordia mutat illā magnā penā in hāc minimā. Lū qdā di-
cūt q pctō mortali meret q̄s penā eternā z tpalē: sed eternā abso-
lute et tpalē cōditionalit. pptera qn̄ q̄s inchoata penitētia sed nōdū
cōpleta decedit, punief maiori pena in vita alia q̄ in ista. Nec est in-
cōueniēs nec cōtra dei miaz minorē penā mutari in maiorē. qz mi-
nor pena in pn̄ti magis efficax z satisfactoria est z magis grata deo
q̄ lōge maior in purgatorio. hui⁹ rō est: qz pena pn̄s pure volūtatis
est. pena vo purgatorij de necessitate. deniq3 cū exit hō de hac vita
exit forū ecclesie z intrat forū dei vbi grauius puniunt malefici. Exit
forum misericordie z intrat forum iustitie. tunc enim misericordia
conuertitur in iudicium.

De Tribus partibus penitentie. C. XXXIX.

Exiguntur igif ad pfectā pniaz tria. s. cōtritio cordis. cōfessio oris. satisfactio ope-
ris. Trib⁹ enī modis deū offēdim⁹: cōsensu: vbo: z ope.
z iō trib⁹ modis eidē recōciliamur. h̄ est via triū dierū
in exodo: de q̄ p Moysen datū ē pceptū israelitico pplo. Cui etiaz
rn̄det abrahe triduū q pgēs ad īmolādū filiū: die tertia eleuatis ocul'
vidit locū pcul. Triduū quoq3 isaie pphete dei quo nudus z discal-
ciat⁹ iuit plāgēs peccata populi. hinc etiā p osee de dn̄o dicif. Visi-
tabit nos post dies duos. die tertia suscitabit nos. Jonas quoq3 de
niniue (q̄ significabat mundū) dicit q erat ciuitas magna itinere die-
rū triū. Mox quoq3 ab eodē iuxta septuaginta interptes dicif. triduū
q̄ppe deambulatiōis refert ad peccata cordis: oris: z opis: cui triduū
subuersiōis opponif. s. cōtritiōis: cōfessiōis: z satisfactiōis h̄ triduo
debem⁹ expectare dn̄m. iuxta illud euāgelicū. Misereor sup turbe.
qz iā triduo sustinēt me. h̄ quoq3 est in cantico dicif sponse veni.
Veni inqt sponsa mea: veni de libano: veni coronaberis. zc̄. Hec ē tri-
plex resuscitatio triū mortuoz a dn̄o facta in euāgelio. Sz q̄les par-
tes penitētie sīt ista tria. Dicim⁹ q dupliciē pōt sumi pnia. Uno mō
vt est punitio vel vindicta puniēs. z mō h̄ sūt ptes subiectiue. Alio
mō vt est vnū sacrz de septē: z sic cōplectif illa tria q̄ sūt ei⁹ ptes inte-
grales. Est aūt triplex forū: dei: eccl'ie: z hoīs. Forum dei est diuina
sn̄ia: forū ecclesie sacerdotis arbitriū: forum hoīs ppria cōscientia.
Qui iudicat in foro pprio nō iudicatur in foro dei. Forū dei iusti-
tie: forū ecclesie misericordie: forū hoīs cōsciētie. Primū magnum.
Secūdum minus. Tertium minimum.

De Contritione. C. XL.

Sit itaq3 cōtritio dolor p pctis assumpt⁹ cū pposi-
to cōfitēdi z satisfaciēdi. h̄ pcipif a dn̄o p pphe-
tā vbi dicif. Scīdite corda vr̄a. zc̄. Iste dolor dz esse tri-
plex: vt ait Bernardus. Acer: qz offēdim⁹ dn̄z z creato-
rē oīuz. Acrior: qz prēz nr̄z. Acerrim⁹: qz redēptorē. Cause iductiue
cōtritiōis sūt sex. Cogitatio z ex ea pudor de pctis cōmissis: detesta-
tio vilitatis ipsi⁹ pcti. timor de die iudicij z pene gehenne: dolor de
amissiōe prie celestis z multiplici offēsa creatoris: z spes triplex. s. ve-
nie: glorie: z grē. Patet aūt effect⁹ ei⁹ in pte ex vi ipsi⁹ noīs. Dicif .n.
cōtritio q̄si simul ex toto tritio: qđ passiue itelligēdū ē z actiue. passi-
ue qz totū cor ad frā q̄si terif z scindif p nimia angustia z dolore.
Actiue qz tanq̄ fortissima machina cōterit cōgeriē pctōz q̄ q̄si qdā
murus sepabat nos a deo. Itē h̄ laqos cōterit z cathenas diaboli.
h̄ destruit carcerē īfernalē quē demones parauerāt i īferno aīe pec-
catrici z vires demonū eneruat qz cōterit brachiū pctōris z maligni.
Qz vo septē dona spūs sci z septē vitia capitalia distiguunf p oppo-
sita z dolor de pctō nō ē ppie ꝯ aliqđ vitiū: sz ꝯ oīa. iō nō distiguif
per dona. Itē dicim⁹ q sicut dlectatio aliqn̄ ē mot⁹ quo inherem⁹
rei dlectabili: cui ānexa ē qdā passio mulcēs: sic dolor qnq3 ē mo-
t⁹ quo abhorref pctm cui ānexa ē tristitia qdā siue passio. qnq3 ē
illa passio dūtaxat. Cōtritio ē dolor pmo mō: z sic ē meritoria: qz n̄
ē pura passio: sz mot⁹: z ē sēsus rei nociue: sz absētis. Nā sensus qdē
carnalis exigit rē pn̄tē substātialit spūalis n̄. sz tm̄ sz ipssionē vl memo-
riā. vn̄ cū i memoria ē pctm̄ pōt aīa dolere de ipso. Et sic meli⁹ de p-
terito q̄ ō pn̄ti. qz pctm̄ pn̄s dlectationē carnalē hz: q̄ retardat dolo-
rē. Aīa quoq3 dimisso pctō meli⁹ pōt sētire fetorē pcti: qz odorat⁹
spūalis tūc meli⁹ dispositꝰ ē. De q̄titate ꝯtritiōis dicif. luctū vnige-
niti fac tibi plā amarū. Vn̄ pōt dici q q̄libz vere penitēs magis do-
let ō pctis suis q̄ de morte filij: z si nō sētiat. Nec tm̄ oz q fleat cor-
poralit: qz hmōi lachryme sīt a nā vl a grā vl a libero arbitrio. sz spi-
ritualit qđ ē tm̄ a grā: tātaq3 pōt eē cōtritio q pena dimittif oīno.
Dicitur aūt a magistris doctrinaliter: q in iustificatōe impij q̄ttuor
concurrūt tēpore simul nō natura. s. infusio gratie: motus liberi arbi-
trij: cōtritio: remissio peccati. Dicif autē impius peccator adultus.

Primū quidē non meremur: qz nō subest libero arbitrio: qz nec eo
meremur: qz nō est motus liberi arbitrij. neq3 secundū meremur: cū
ali⁹ mot⁹ nō pcedat. sz eo meremur duo sequētia: cū sit mot⁹ liberi
arbitrij īformat⁹ grā. Tertiū qdē meremur p secūdū. z eo meremur
q̄rtū. Quarto vo nihil meremur: qz nō est motus.

De Confessione. C. XL.

Confessio est legittima coram sacerdote pec-
catorum declaratio. Et dicif confes-
sio q̄si sit vl ex toto vel vndiq3 fussio. nā ille cōfitef: q to-
tū fatef. Confessio vtilis est ad septē. s. ad peccati cogni-
tionē. Sacerdos enī debet notificare peccatori ꝯfitēti peccatū z q̄n-
titatē pcti. Juxta illud Leuiti. Hō in cui⁹ cute z carne zc̄. Itē ad sa-
tisfactionem. Erubescētia enī cōfessionis magna pars est penitētie.
Itē ad pcti certā dimissionē. Ad dei glorificationē Ad mētis iocū-
ditatē. Ad diminutionē pene ex vi clauiū. Ad multiplicationē inter-
cessorū. Debet autē ꝯfessio esse simplex z vtilis. humilis. secreta. fre-
quens. z prompta siue obediens. Precipue quoq3 debet eē amara.
Juxta illud Statue tibi spe. po. ter. z. Hui⁹ amaritudinis signa sunt
verecūdia. humilitas. lachryme. fortitudo vincēs pudorē. z pntas
obediētie. Itē debet eē festina ppter q̄ttuor. Primo ppter incerti-
tudinē hore. Secūdū est: q morans in pctō semp accumulat pctm̄
pctō. Tertiū est: q q̄nto maiorē morā fecerit in pctō: tāto magis elō-
gabif a dn̄o. z p ꝯn̄s tāto difficilior erit conuersio. Vn̄ principijs ob-
sta zc̄. Quartū qz in extrema egritudine vix pōt aliqs vere penitere
qz illuc rapif intētio mētis: vbi ē vis doloris. multa enī vt ait Aug.
occurrūt īpedimēta. nā morb⁹ vrget. pena terret. filij quos illicite di-
lexit: z vxor z mūdus eū ad se vocāt. Tene ergo certū z dimitte icer-
tū. i. age penitētiā dū san⁹ es. Itē debet eē integra: sm̄ illud Augu.
Caueas ne verecūdia duct⁹ diuidas cōfessionē. Ad h̄ autē q inte-
gra sit: nouē exigunf. s. q sit volūtaria. fidel'. ppria. accusatoria. ve-
ra. nuda. discreta. pura. morosa.

Cui Et de quib⁹ oportet cōfiteri. C. XLII.

Tenendū vero qz saltē semel in anno tene-
tur quilibet postq̄ ad annos
discretiōis peruenerit cōfiteri oīa pctā sua: z suscipe reue-
renf ad min⁹ i pascha eucharistie sacrm̄: nisi forte de cō-
silio pprij sacerdotis ob aliquā rōnabilē cām ad tps ab ei⁹ pceptiōe
duxerit abstinēdū. Et (vt aliq dicūt) tm̄ illas circūstātias: q̄ trahūt i
aliud gen⁹ pcti tenemur cōfiteri. alis autē nō: nisi velim⁹. Alij dicūt:
q oēs illas: q̄ grauiter z apte aggrauāt peccatū cōfiteri tenemur: sz
alias minutas nō. Sicut autē cōfitēs circūstātias aliqn̄ dimittit ne
scādaliset cōfessorē. ita cōfessor debet nō inquirere aliqs circūstan-
tias z modos pcti: ne scādaliset cōfitentē. Sic igif circūstātia aliqn̄
oīno taceri debet in ꝯfessiōe. sz pcti gen⁹ nō debet taceri. Debet etiā
peccator dolere z cōfiteri de bonis omissis: q̄. s. potuit facē z non fe-
cit. De tpe quoq3 male expēso. z qz primoz aīas deo subripuit: vel
in malo ꝯfirmauit. Itē de tristitia: quā intulit bonis peccādo: z de
letitia quā eis nō adhibuit. Itē nō solū cogitet q̄d z q̄lē fecerit. sed
q̄ iniuste deū offenderit. Porro venialia nō tenemur ex pcepto cō-
fiteri: licz bonū sit. Auctoritas aūt Jacobi de cōfitēdo alterutrū q̄n-
tū ad mortalia est in pcepto. q̄ntū ad venialia cōsiliū dat. Itē qđ di-
cit glo. q quotidiana z leuia coeq̄lib⁹ sacerdotib⁹ sunt pādenda. in-
telligif de generali cōfessione: q̄ fit in prima z cōpletorio. Et verū ē:
q quicūq3 offendit tenef satisfacere z cōfiteri speciali vel generali
cōfessione. nā q nō cōfitef se esse peccatorē: eoipso peccator efficif.
Vn̄ Joh. Si dixerim⁹ zc̄. Et quia quilibet tenef cōfiteri ad minus
semel in anno. q nō habet nisi venialia tenef ꝯfiteri illa. Et ita p ac-
cidens: z in casu verū est: q aliqs tenef ꝯfiteri venialia ppter bonū
obediētie. Porro vtrū veniale req̄rat ꝯtritionē. dicim⁹ q nō: nisi ge-
neralē: qz p penitētias: z elemosynas: z alijs plurib⁹ modis dimittū-
tur venialia: z etiā in purgatorio.

Quibus Personis confitendū sit. C. XLIII.

Tenet q̄ penitēs ꝯfiteri pprio sacerdoti. q̄ tenef
ex tradi facta i quoq3 collatiōe [illegible] sibi pe-
riculū: nisi faciet posse suū: vt sciet ex dec. Fallit aūt re-
gula pdicta i q̄nq3 casib⁹ in quib⁹ pōt cui data est pctō-
[illegible] penitētias i alia parrochia ab epo audire ꝯfessionē alteri⁹
parrochiani videlicet cū is extrane⁹ peccauit in parrochia sua. Itē
si mutauit ibi domiciliū. Itē si est ibi vagabūd⁹. Itē si petijt z obti-
nuit licēt [illegible] a sacerdote suo quē videbat imperitū z isufficiētē. volē-
tē ad aliū discretū. vl qz [illegible] petā licē [illegible] vt posset in
[illegible] ꝯfiteri. Itē in articulo necessitatis. Sz numqd in his casib⁹ pote-
rant audire ꝯfessionē illi quib⁹ nō est data potestas ab epo? Rn̄de-
mus q nō in pmis q̄ttuor casib⁹. qz h̄ ipsi penitētes sint absoluti q

possunt confiteri. non tñ sunt illi absoluti φ possint audire. Itẽ pro-prius sacerdos nõ potuit dare talib⁹ iurisdictionẽ siue potestatẽ talẽ sed eps solus põt illis q̃ sunt in suo epatu nõ ali⁹. In quo vo casu secus dico: qꝛ vt ait Aug. Tãta est vis cõfessionis vt si immineat arti-culus necessitatis: sicut qñ quis infirmat ad mortem: vel debet inire bellũ iustum: ⁊ deest sacerdos cõfiteat proximo: ⁊ ita nõ solũ cleri-co: sed etiã laico licet tunc cõfiteri.

¶ De Modo audiendi cõfessiones ⁊ faciendi interrogatio-nes. C. XLIIII.

P

Arrochialis sacerdos vel ali⁹ cui eps de-derit ptãtẽ audiẽdi [illegible] cõfessio-nes poterit iponere penitentiã subditis de oĩ crimine ni-si in casibus. Unus est de qb⁹ est solẽnis penitẽtia iniũ-genda: alius de excõicatis: quos põt aliqñ absoluere ⁊ aliqñ nõ. Ter-tius vbicũqꝫ inuenit irregularitatẽ cõtractã: qꝛ ꝓpẽ illã debet peni-tentẽ remittere ad epm vt ipse dispenset cũ eo si põt: vel cũ [illegible] re-mittat eũ ad papã. Quartus est de incẽdiarijs. Quintus si sit cõsue-tudo in aliquo epatu φ aliquoꝝ certa crimina ad epm referant. nã horũ etiã aliq̃ mittunt ab epis ad sedẽ apostolicã ꝓpter enormita-tẽ criminũ ⁊ ad terrorẽ. Et credo φ eps nõ intelligit delegare hmõi maiora in simplici delegatiõe: nisi expsse dictũ sit: cũ ad ipsius corre-ctionẽ videat specialiter spectare. Itẽ notandũ φ sicut penitẽs non debet noĩatim specificare psonã cũ q̃ peccauit: nec circũstantias per q̃s itelligi possit: nisi esset forte notoriũ: vel aliter nõ posset recte cõ-fiteri. ita nõ debet sacerdos psonã specificare in interrogatione. sed vtcꝫ insistat caute circa q̃litatẽ psone. s. vt si erat vgo vel corrupta vidua vel meretrix vel cõiugata: cõsanguinea vl' scimonialis: ł filia. Porro neqꝫ vbo neqꝫ facto neqꝫ signo debet sacerdos reuelare pec-cati cõfessionẽ nisi i vno casu. s. qñ aliqs cõfitet heresim suã ⁊ mul-tos corrumpit: nec vult aliquo mõ respicere. tũc enĩ sacerdos debet di-cere oib⁹ vt vitẽt illũ tanqꝫ hereticũ ipso pmonito: ⁊ p se ⁊ p epm si opus est. Unde versus. Est heresis crimẽ qd̃ nec cõfessio celat.

¶ De Satisfactione. C. XLV.

S

Atisfactio autẽ ait Grego. satisfactio est causas pctõꝝ excidere: ⁊ eoꝝ suggestionib⁹ aditũ nõ indulgere. Duplex est autẽ occisio pctĩ. Quedã enĩ est ex-cisio simplicit q̃ fit p fugã ⁊ abstinentiã a peccato. q̃dam violẽta q̃ fit per cõtrariũ: vt ieiuniũ p qd̃ excidit causa luxurie. Da-tio elemosine p quã causa auaricie. Uti vilib⁹ p qd̃ supbie ⁊ hmõi. Et sic excidere sumit a Grego. Itaqꝫ sacerdotes semp debẽt aliquã satisfactionẽ iniũgere: licet in cõtritione aliqñ diuo tollat peccatuꝫ. qꝛ ipsi nõ vidẽt hoc: sed christus cui patẽt corda: ipse vidit cõtritio-nẽ mulieris: ⁊ ideo nullã aliã iniunxit satisfactionẽ. Notãdũ tamẽ φ cõfessores quedã iniungũt ad fundamẽtũ satisfactionis: vt absti-nere a peccato ⁊ restituere ablatũ: sine quib⁹ nõ põt esse satisfactio. Quedã ad expeditionẽ satisfactiõis: vt vitare loca suspiciosa: mala cõsortia. quedã ad substãtiã satisfactiõis: vt ieiunare: pegrinari: q̃-dã ad pfectionẽ ⁊ securitatẽ satisfactionis: vt opa superogatiõis q̃-dã ad pseruationẽ: vt aliqñ abstinere a carnib⁹: a forti vino: ⁊ hmõi: quedã etiã ad maius meritũ: quedã ad exemplũ proximoꝝ. Et dici-mus φ cõtritio quantũcunqꝫ parua sit diuo tollit peccatuꝫ quo ad culpam ⁊ penã eternã: sed non quo ad penã temporalẽ. Itẽ magis satisfacit q̃ꝫ quantũcũqꝫ datio elemosyne: ⁊ magis placet deo: non tamẽ cessare debet datio elemosyne: qꝛ penã temporalem minuit ⁊ meritũ auget: ⁊ aliquãdo orationibus pauperum quibus datur ele-mosyna cõfert gratia vel sanitas: vel deuotio: vel prosperitas: vl' au-gmentũ vite tẽporalis: sicut dicit aplus. Cõsistit autẽ satisfactio in trib⁹. s. orõne: ieiunio: ⁊ elemosyna: vt iste ternari⁹ cõtra illũ nephã-riũ diaboli ternariũ opponat. Oratio cõtra supbiã: ieiuniũ ꝯtra car-nis cõcupiscentiã: elemosyna cõtra auariciã. Elemosyna autẽ est tri-plex. Prima cõsistit in cordis cõtritiõe: iuxta illud. Miserere aĩe tue p. d. Secũda in cõpassione ꝓximi. Tertia in largitiõe ⁊ manuali cu-ra corpali. ⁊ dicuit in quocũqꝫ cõsilio ⁊ subsidio qd̃ ipedimus ꝓxi-mo. Oratio q̃ [illegible] triplex est. s. vocalis realis mẽtalis. Et [illegible] ipm desyderiũ cõtinua est oratio. Est autẽ oratio purus affectus mẽtis in deũ tendẽs. plerũqꝫ ne pigrũet in vocẽ ꝓrumpens. Uel sic Oratio est cõgeries vocũ ad aliq̃d ipetrãdũ in deũ tendẽtiũ. Exigũ-tur in orõne. xiiij. s. φ sit fidelis: secura: humilis: discreta: deuota: ve-recũda: secreta: pura: lachrymosa: attẽta: fecũda: oposa: ⁊ assidua. Ie-iuniũ etiã est triplex. Primũ est corpis a cibo materiali. Scdꝫ afflic-tiõis a gaudio tẽporali. Tertium spirituale a peccato mortali. Dñs instituit primo ieiuniũ in paradiso: ⁊ postea sanctificauit cũ ieiuna-uit in deserto. Ieiuniũ debent semp hec q̃ttuor comitari. s. largitas letitia: hora ⁊ mẽsura. Ieiunio autẽ ad macerationẽ carnis annexa sunt duo. s. vigilie ⁊ flagella. q̃ etiã q̃dripartita sunt. Prima cõsi-stit in armis penitẽtialib⁹. s. cinere ⁊ cilicio ⁊ lachrymis. Secũda in p-ctoris tunsione: ⁊ cuiuslibet egritudinis afflictiõe. vñ sacerdos de-bet dicẽ penitẽti: φ oĩa ista satisfactiõis opa sunt ei ꝓ pte penitẽtie ⁊ valebũt ei oĩa: si assit deuota penitẽtia. Opus ex charitate factum inq̃ntũ penale est satisfactoriũ in se. ⁊ q̃nto magis penale: tãto mag satisfactoriũ est. vñ dare centũ magis satisfactoriũ est q̃ꝫ dare de-cẽ alijs parib⁹. tñ dare decẽ paupi ẽ magi satisfactoriũ q̃ꝫ dare cẽtũ di-uiti alijs parib⁹: qꝛ dare decẽ respectu paupis plus est penale q̃ꝫ da-re centũ respectu diuitis. Unde dñs dixit: Uere vidua hec pau. ⁊c. sed dilectio dei nõ sit penalis: illa locutio. Dimissa sunt ei pctã multa ꝑ accidẽs vera est. nã qꝛ dilexit multũ fleuit multũ. ⁊ dimissa sunt ei pctã multa. i. pena multoꝝ peccatoꝝ.

¶ De Penitẽtia ⁊ opib⁹ nõ satisfactorijs. C. XLVI.

A

Lia vero opa facta ex charitatẽ nõ sunt sa-tisfactoria penitẽtia facta [illegible] mor-tali pctõ iterãda est: vel iuxta arbitriũ sacerdotis recõpen-sanda. Itẽ penitẽtia quedã est ꝯtinua scdm tpe: vt ieiuniũ diurnũ. celebratio misse. tal' iterãda ẽ a capite: si interrupta fuit: quo ad tales penitẽtias. Uita nazareoꝝ figurat vitã penitentiũ. Itẽ alia est penitentia interpolata: vt qñ pcipit alicui vt ieiunet decẽ [illegible] [illegible] si ieiunat aliqñ in charitate ⁊ aliqñ in mortali: nõ tenet [illegible] iterũ ieiunare: sed sufficit ieiunare aliqñ: quos ieiunauit in mor-tali. Si penitẽs i bono ꝓposito fac penitẽtiã sibi iniũctã: nõ dici⁹ ali-cui⁹ mortal: absolut⁹ est. vñ si pacta penitẽtia recolat aliqd̃ mortale sufficit illud cõfiteri: ⁊ dabit ei penitẽtia pro illo tm̃. Igit ille qui in mortali facit penitentiã digne sibi iniũctã: nõ est absolut⁹ a pena q̃ non erat debitor pene vt pene: sꝫ vt emẽde: siue pene satisfactorie. sꝫ absoluit a pcepto sacerdotis. vñ nõ tenet eãdẽ iterare. sꝫ qꝛ nõ satis-fecit tenet adhuc satisfacẽ. Nã iuxta Hiero. sup spinas seruntꝫ bo-na opa in mortali factũ. Itẽ Greg. Interim fac quicq̃d boni pote-ris vt de⁹ illustret cor tuũ ad penitẽtiã. Unde pꝫ φ illud nõ ẽ penitẽtia sꝫ preparatio ad penitẽtiã. Sciẽdũ aũt: φ opa mortificata reuiuiscũt. sꝫ nõ mortua opa. Mortua sũt q̃ fiũt in mortali. bona tñ sunt. Mor-tificata sũt illa q̃ fiũt in charitate: ⁊ postea moriunt p mortale. Lꝫ aũt pctiꝫ sequẽs mortificet opa pri⁹ viua. nõ tñ sequit φ charitas sequẽs viuificet opa pri⁹ mortua: qꝛ mortificare opa viua ⁊ viuifica-re mortua nõ sunt ꝯria: qꝛ nõ sunt respectu eiusdẽ. qd̃ pꝫ qꝛ mortifi-care opa viua ẽ mortificare opa facta in charitate. viuificare ãt mor-tua ẽ viuificare opa facta i mortali: q̃ cõstat nõ eẽ eadẽ. Porro que mortificata dicunt reuiuiscẽ: nõ qꝛ valeant ad substantiã premij. sꝫ qꝛ redeunt in statũ sui originis. s. charitatis. Et etiã dicunt reuiuiscẽ qꝛ valẽt ad multa. s. ad maiorẽ radicationẽ charitatis: ad facilẽ ope-rãdũ. ad minutionẽ pene purgatorij. ad vitãdũ casum. ad expellẽdũ hostes. ad efficaci⁹ merẽdũ. ad spei roborationẽ. ad satisfactiõis ab-solutionẽ Silr etiã valẽt opa facta in mortali ad multa. s. ad tpaliũ bonorũ multiplicationẽ. ad pene tpal' diminutionẽ vel dimissionẽ ad grẽ habilitationẽ. ad assuefactionẽ bene operãdi. Nã licꝫ nulli⁹ premij sint meritoria. proprie tñ dñs remunerat ea tanq̃ꝫ meritoria ex sua liberalitate. Intãtũ enĩ diligit bonũ ⁊ odit malum. bonũ re-muneratũ: nullũ malum impunitũ esse patiat. Interpretatiue ergo opus factũ extra charitatẽ est meritoriũ premij temporalis. Nec va-let hec argumentatio: Quodlibet malũ opus est meritoriũ alicuius pene: ergo quodlibet bonũ opus est meritoriũ alicui⁹ premij. Ma-lum enim ex se ⁊ ex voluntate habet φ sit meritoriũ pene. bonũ vo ex sola charitate: que est principium omnis meriti habet φ sit meri-torium alicuius premij.

¶ De Triplici penitentia. C. XLVII.

S

Pecies penitẽtie sunt tres. Nam alia est solemnis. alia publica. alia pnata. Solẽnis est q̃ fit in capite q̃drage-sime cũ solẽnitate. Dicit etiã solẽnis: licꝫ nõ ita proprie quãdo aliquis inuitus ad penitentiã agendã mittit ad monasteriũ. Hec debet iponi ab epo tm̃ vel de mãdato ei⁹ a sacerdote. ⁊ pro cri-mine publico nõ totã cõmouerit vrbem nec debet imponi cleri-cis nisi deposito. Qui semel egerit eã: nõ debet postea ꝓmoueri: nec mi-nistrare i ordine suscepto. Itẽ nõ debet ꝯhẽ mrĩmoniũ: si tñ ꝯtraxe-rit tenebit. Publica dr̃ illa ꝓprie q̃ fit in facie ecclie: nõ cũ p̃dicta so-lẽnitate: vt cũ iniũgit peregrinatio p mũdũ cũ baculo cubitali: ⁊ sca-pulari vl' veste aliq̃ ad hoc ꝯsueta. hãc posset iponẽ quilibet sacerdos suo parrochiano: qꝛ nõ inuenio sibi ꝓhibitũ: nisi ꝯsuetudo sit ꝯtra i aliq̃ ecclia. Solẽnis penitẽtia nõ debet iterari: sꝫ alia q̃libet potest ⁊ debet quotiens hõ peccat. Priuata dr̃ illa q̃ singularit fit quotidie. cũ q̃s pctã sua discreto sacerdoti ꝯfitet. Est ãt falsa penitẽtia: cũ se

agiť de vno vt nō discedať ab alio: vł cū penitēs ab officio vł curia li vel negociali nō recedit qđ sine pctō nullatenus agi p̄ualet: aut si odiū in corde gesserit: aut si offēso cuilibȝ nō satisfaciat: aut si offens sus offendēti nō idulgeat: aut si arma cōtra iustitiā gerat.

¶De Numero ꝛ vsu clauium. C. XLVIII.

E numero clauiū q̄d᷑ dicūt ꝙ duplex ē clauis .s. scia discernēdi ꝛ ptās ligādi ꝛ soluēdi. Et dicit ꝙ p sciaȝ soluiť itellect⁹ penitētis p ptātē affect⁹. nō tñ oīno aperit scia: sȝ ptās pfecte apit ꝛ claudit. Vñ sicˋ ī aliq̄ arca q̄ñqȝ sť due claues vna q̄ ipfecte apit ꝛ dř anticlauis. Alia q̄ pfecte apit: ꝛ dř maior clauis. ita ē h̄. Sȝ si scia ē clauis quo dant claues ī ordine Ob h̄ dicūt alij ꝙ nō scia sȝ officiū discernēdi clauis ē qđ dat ī susceptōe ordinū. vñ dicūt ꝙ sacerdos idiota clauē vtrāqȝ hȝ: sȝ nō cōsiliariū alteri⁹ .s. sciaȝ: ꝛ iō q̄ñqȝ errat. Alij dicūt ꝙ auctoritas discernēdi ē clauis: ꝛ differt ab alťa claue .s. a ptāte li. ꝛ sol. sicut iudiciū et iustitia. Auctoritas .n. discernendi soluit ꝛ ligat p diffinitionē snie. ptās vo p executionē: vñ dare sniaȝ ē p̄m⁹ vsus clauiū: exeq̄ scđs: sȝ hāc opinionē quā credim⁹ eē verā ī glosa sup math. sumiť scia discernēdi p auctoritate discernēdi. Dicim⁹ ḡ ꝙ scia nō ē clauis: sed annexa claui tanq̄ cōsiliari⁹. Et pōt dici ꝙ apire regnū celoꝝ: nihil aliud ē q̄ȝ exclusuȝ recōciliari ecclie ꝛ itroducere: claudere vo est excludere ab ecclia. Et hoc facit de⁹ auctoritatiue: sacerdos ministerio pctōr vo vite merito. Patet ḡ q̄d est clauis .s. ptās siue dignitas discernēdi aut exeq̄ndi discrete qđ dať ī ordinatōe tā idiotis q̄ȝ sapiētib⁹. ꝙ aūt dñs ait aplīs sic itelligim⁹. Q̄dcūqȝ solueritis .i. cuiuscūqȝ absolutionē cōsūmaueritis. Cōsūmatio aūt diciť respectu ichoationis: q̄ȝ de⁹ ichoat solutionē dimittēdo culpā ꝛ penā eternā: ꝛ sacerdos cōsūmat dimittēdo aliq̄d de pene tpali ex vi clauiū p īpositionē manuū: ꝛ h̄ patet in resuscitatiōe lazari. Dixit .n. dñs. Lazare veni foras. Postea dixit discipulis. Soluite eū ꝛ sinite abire. Igiť q̄ñ sacerdos iniūgit alicui pniāȝ minorē cōdigna: si decedat illa cōpleta residuū sine dubio soluet ī purgatorio: q̄ȝ sacerdos nō penit⁹ cōsummauit absolutionē: sȝ ī pte. vñ sȝ illā ptē quā cōsūmauit absolut⁹ ē ille in celo. porro in ficte cōfitēte quē sacerdos absoluit errat clauis quo ad q̄d: ꝛ quo ad q̄d nō. Errat q̄dē sȝ vitatē: q̄ȝ ñ soluit: cū tñ credať soluere nō errat sȝ iudicij eq̄tatē: q̄ȝ sȝ exłiora oȝ eū iudicare: sicˋ iudex q̄ punit inocētē sȝ allegata. iuste iudicat sȝ iudicij eq̄tatē: sed nō sȝ rei vitatē. Alij exponūt sic. Q̄dcūqȝ ligaueris. ꝛč. iuste .s. Et dicit iste q̄ñtū ad vtrūqȝ .s. q̄ñtū ad illū q̄ ligat ꝛ ad illū q̄ ligať. Sȝ h̄ expositio eq̄pollet p̄ori. tūc enī iuste ligať aliq̄s q̄ñ de⁹ ichoat ligationeȝ ꝛ sacerdos cōsūmat. Dicim⁹ ḡ ꝙ dñs ꝛ tota celestis curia approbat iustā excōicationē. Sȝ q̄ñ prelat⁹ iniuste excōicat: tūc nō approbat actionē excōicantis: q̄ȝ peccatū est: sed passionē excōicati. Qȝ autē sup illud math. Tibi dabo claues dicit glo. q̄s si tūc habuisset: error post in eo locū nō inuenisset: sic exponitur: q̄s si habuisset ita plene sicut postea q̄ñ fuit cōfirmatus virtute ex alto: postea non inuenisset in eo locū error mortalis.

¶De Personis habētib⁹ claues. C. XLIX.

Nnes sacerdotes habēt claues ꝛ illa sola. Claues enī annexe sunt ordini sacerdotali sed liberas hn̄t sacerdotes curati ligatas heretici: excōicati: suspēsi: religiosi nō curati: sȝ tñ differēti mō: heretici enī hn̄t ligatas i. mortuas sicut paraliticus man⁹. Excōicati ꝛ suspensi ... ligatas hn̄t vinculo excōicationis ꝛ suspensionis sicut q̄ hn̄t pedes ligatos pedes q̄dē hn̄t sed nō possunt eis vti ad ambulādū. Seculares sacerdotes nō curati dicunt hre ligatas ... q̄ nō hn̄t ... subditos. Et q̄ȝ nihil possunt nisi de licētia prelati sui. Sȝ q̄riť si religiosus aliq̄s sacerdos nō petita licētia sui p̄lati absoluat aliquē de licētia p̄lati illi⁹ vtrū sit absolut⁹. Quidā dicunt ꝙ nō q̄ȝ religiosus ille hȝ ligatas claues. Alij dicūt ꝙ absolutus est: q̄ȝ ligatio q̄ ligate sunt claues ex parte sua nihil aliud est q̄ȝ ꝙ non est sui iuris. h̄ aūt nō īpedit q̄n possit absoluere sibi subditū. sȝ nō d̄bet absoluere sine licētia p̄lati sui. vnde male facit absoluēdo: tñ absolut⁹ ē. Archidiaconi nō hn̄t claues nisi sint sacerdotes. hn̄t tā ptātē ligādi ꝛ soluēdi p excōicationē. Et dicūt hāc ptātē hn̄t p cōmādationē nō offō sue dignitatis: q̄ȝ ep̄s cōmādauit eis vsuȝ clauiū quo ad h̄. Alij dicūt ꝙ hāc ptātē hn̄t archidiaconi ex offō ꝛ dignitate sua q̄ȝ dicit decretū ꝙ ad offm̄ archidiaconi ptinet cura ecclīaꝝ ꝛ ordinatio: ꝛ iurgia ꝛ cōtētiosa iurisditio: q̄ penit⁹ inutił eēt nisi hr̄et ptātē coercēdi p cēsurā ecclīasticā. Et ita sicˋ hn̄t cōtētiosaȝ iurisditionē ex offō ꝛ dignitate sua. ita etiā potestatē coercendi per censurā ecclesiasticam nec tamen habēt claues: q̄ȝ excōmunicare ꝛ absoluere nō est principalis vsus ꝛ substātialis clauis: sed soluere ꝛ ligare in foro spirituali qui tantū sacerdotibus conuenit.

¶De Mensura penarū cōtrariarū. C. L.

E mēsura penarū videť p multas auctoritates dicēdū ꝙ arbitrio sacerdotis pene oēs taxanť: cōsideratis circūstātijs criminis q̄ntitate: dignitate q̄litate. Itē psone dignitate: officio paupertate: infirmitate siue debilitate cōplexiōe: cōsuetudine: societate: libertatis ꝛ deuotiōe. Itē religiōis ꝛ tpis q̄litate: necnō ꝛ alijs circūstantijs suprapositis. vñ Leo papa. Tpa penitudinis habita moderatiōe cōstituēda sť tuo iudicio: put cōuersoꝝ aīos pspexeris eē deuotos ꝛč. Itē ī octaua synodo h̄ sic positū ī iudicio eoꝝ q̄ p̄sūt. vel q̄nto tpe vł q̄li mō penitē debeāt q̄ deliquūt. Verūtñ regulariť p piurio ꝛ adulterio ac ceteris criminalib⁹ pctis sine vitijs septēnis penitētia ē īponēda. sicˋ dñs p̄cepit mariā ex̄ castra septē dieb⁹ egredi. ꝛ sicˋ ppē pctūȝ septiforme spūssci graȝ amisit: ita p penitētiā septennē recupet. Verūtñ mag vł min⁹ aspa debȝ īponi: put maioritas vł minoritas criminis cū circūstātijs h̄ exposcit: vt patet in sequētib⁹.

¶De Quibusdā maiorib⁹ penis in canone expssis. C. LI.

Xcipiunť enī ab ista regula plerūq̄ casus ... ꝙ ... pter peccātis dignitatē vel criminū enormitatē īponiť maior penitētia. nā p̄sbyť si fecerit fornicationē debet agē penitētiā decē annoꝝ. Itē si cognoscat filiā suā spūalē quā baptizauit vł de sacro fōte leuauit vł ī cōfirmatiōe suscepit: vł q̄ sibi cōcessa fuit. debet agē penitētiā .xij. annoꝝ: ꝛ etiā debet deponi. ꝛ h̄ si crimē est manifestū. Si est ep̄s peniteat xv annis. Ipsa vo mulier debet oīa relinquē. res suas paupib⁹ tradē ꝛ cōuersa ī mōasterio deo vsqȝ ad mortē seruire. Itē q̄ cognouit monialē agat penitētiā .x. annoꝝ. De vitio sodomitico pȝ p auctoritatē Aug. lōge mai⁹ crimē est q̄ȝ cognoscē matrē Quocūqȝ āt mō tale factū exerceať: pterq̄ȝ inť hoīeȝ ꝛ feminā ordinate: ꝛ in vase debito vitiū ꝯ naturā ꝛ sodomiticū indicať. Itē matricida debet penitē .x. annis. Et dicit H. ꝙ vxoricidiū maius pctm̄ ē q̄ȝ matricidiū. Alij vo cōiter dicūt ꝯriū. Imponiť tñ maior penitētia vxoricide q̄ȝ matricide: q̄ȝ hoīes pmptiores sūt ad occidēdas vxores q̄ȝ mrēs. Itē p homicidio casuali īponēda est penitētia .v. annoꝝ si culpa p̄cessit casū. aliter nulla: nisi forte ad cautelā. Si q̄s p ebrietatē vł voracitatē eucharistiā euomuerit .xl. dies peniteat: si laic⁹ est. Clerici vo vł monachi siue diaconi ꝛ p̄sbri .lxx. dieb⁹ peniteant. epi .xc. Si pre infirmitate euomuerit .vij. dieb⁹. Debet etiā sumi in h̄ vltimo casu diligenter et cremari: ꝛ cineres iuxta altare recondi. Ex diligēti inspectiōe p̄dicte regule cū exceptiōib⁹ suis potiť diligēs idagator inuenire pcessū ad satisfactionē p diuersis crimib⁹ sm̄ canones penitētiales īponēdā. Neqȝ debet sacerdos a forma p̄dicta recedē: nisi pter cāȝ. Alij vo dicūt indistincte oēs penitētias arbitrarias. Et hāc opinionē videť amplecti cōsuetudo. p̄ma tñ eēt tutior: sed difficilior.

¶De Qualitate penarū ꝛ vi clauiū. C. LII.

Tem q̄d᷑ crimina sūt de quib⁹ nō pōt q̄s agere penitētiā: nisi restituat vł renūciet: si tñ pōt qđ male accepit. videlicet simonia: rapina: ꝛ hmōi. Itē semp debet sacerdos iniūgē penitētiā p ꝯriū respōdentē ipsi pctō: vtputa supbo orōnē ꝛ humilitatē. auaro largitatē gulosa abstinētiā ꝛč. Item circa psonas obnoxias alijs aliquo vinculo seruitutis caueat pro posse: ne imponat eis talē penitentiā: p quā fieret preiudiciū illis qu. h⁹ teneňť astricti. ꝛ precipue circa cōiugatos. Itē nota ꝙ in foro penitētiali appellanť legittime ferie tres dies septimane .s. secunda feria q̄rta ꝛ sexta. Pure vo ac ppie solus deus dimittit peccata ꝛ debitū pene eterne. Dicunť aūt ē sacerdotes ligare ꝛ soluere trib⁹ modis. Ligāt enī vł soluūt .i. ostēdūt aliq̄d ligatū vł solutū. vnde leprosos p se p̄us dñs restituit sanitati. deīde ad sacerdotes misit quoꝝ iudicio ostēderenť mūdati. Itē lazarū p̄mo suscitauit. deīde mādauit discipulis soluere suscitatū. Naȝ ꝛ si aliq̄s apud deū sit solut⁹ nō tñ ī facie ecclie solut⁹ habeť: nisi p iudiciū sacerdotis. Scđs modus ligādi ē cū satisfactionē penitētie ꝯfitētib⁹ īponūt: vel soluēdi cū de ea aliq̄d dimittūt: vł p eā purgatos ad sacramētoꝝ cōteȝ admittūt. Terti⁹ modus ē q̄ sit p excōicationē: ꝛ iuxta oēs modos ē auctoritas illa exponēda. Quodcūqȝ solueritis sup terrā ꝛč nō tñ simpliciť q̄ȝ iterdū sacerdos ī meritos dānat ꝛ iniuste ligatos absoluit. Vñ distingue q̄ntū ad h̄ triplex iudiciū. Primum dei. Scđȝ petri ī ecclia militāte. Tertiū sursū ī curia celesti. Primū est quo de⁹ mūdat aīaȝ in cōtritiōe: ꝛ h̄ p̄cedit reliq̄ duo: tpe: dignitate: ꝛ effectu. Est .n. ei⁹ q̄ claudit ꝛ nemo apit. ꝛč. Scđȝ ē iudiciū sacerdotis q̄ auctoritate clauiū ligat vł soluit in terris .i. ostēdit esse ligatū vł solutū a deo. Et post h̄ seq̄tur tertiū qđ est approbatiōis .s. celestis curie ꝛ angeloꝝ. Scđȝ hūc ḡ ordinē sic expone. Quodcūqȝ ... super terrā iudicio Petri vel iuste ... claue nō errāte ...

ligatum τ in celis.s.per approbationem celestis curie. Quia quod hic his pars ecclie militãs facit in terris.approbat pars eiusdē triūphans in celis. Utrū aūt remissio fiat p malū sicut p bonū ministrū dico q boni remittūt ex officio τ vite merito: sȝ mali tñ ex officio.

℄ De Pena excõicationis. C. LIII.

Est aūt excõicatio a cõione ecclesie separatio: τ fit ppter cõtumaciā vel aliā manifestā offensā. Cõsistit autē hec separatio in sacramētis τ orõnib⁹ ecclesie τ mēsa corporali in collocutiõe cõi τ salutatiõe. Excõicationū alia maior: alia minor. illa est maior q̄ pmulgat̄ in aliquos: vt cū dicit̄. Excõicamus Petrū vel Martinū vel oēs vsurarios. Hec arcet a sacramētis τ ab ingressu ecclesie τ cõie fideliū q̄ est in tribus predictis. Minor est q̄ cõtrahit̄ ex participatiõe cū illis q̄ sūt in maiori. Hec sepat a pceptiõe sacramētoꝝ nõ a cõione fideliū. nõ enim trāsit excõicatio in tertiā psonā: nec etiā in quosdam q̄ excipiunt̄ in decretis. De hac pōt absoluere q̄libet sacerdos de pen. tñ qui inulit vel supior. Itē excõicationū q̄dā est iusta: quedā iniusta. Iusta est q̄ fit aīo corripiēdi: τ ppt culpā debitā iuris ordine seruato. Iniusta est in q̄ pdicta obmittunt̄. Habuit aūt ortū excõicatio ab apostolo qui excõicauit corinthiū fornicariū tradēs cū sathane vt spūs eius saluus fieret. habuit etiā ortū a veteri lege ab illa maledictione q̄ facta est sup nõ obseruātes legē. Aliter etiā describit̄ hoc modo. Excõicatio est a q̄libet licita cõione vel legitimo actu seperatio.

℄ De Inflicta a iure τ a iudice. C. LIIII.

Traqȝ autē infligit̄ q̄nq̃ a iure: q̄nq̃ a iudice. A iure īfligit̄ maior in .xvij. casibus. Minor autē excõicatio siue suspēsio infligit̄ ipso iure vel ipso actu quo ad deū. Itaq cū q̄s peccat mortalē. quo ad deū τ quo ad ecclesiā. cū q̄s cõmunicat cū excõicatis. Itē q̄nq̃ q̄s in notorio crimine repellit̄ a sacramētis viuus τ mortuus nisi penituerit. Infligit̄ silr a iudice vtraq̃: maior quidē sȝ hoc τ quosdā alios tantū ab ēpo: sed hoc intellige cū solēnitate expssa in iure. H est enī spūalis mucro epi. Alij vo plati q̄ psunt ecclesijs collegiatis: τ hñt iurisdictionē sup subditos suos vt abbates. archypresbyteri vel plebani possunt excõicare etiā maiori: sed non cū predicta solēnitate. Inferiores vo sacerdotes parrochialiū ecclesiaꝝ q̄ nõ hñt iurisditionē in subditos vt possint inter eos cognoscere vel iudicare ordinarie. nõ possunt excõmunicare maiori: nisi vbi hoc obtinent de cõsuetudine. nā in talibus cõsuetudo dat iurisditionem. Minor autem ab episcopis τ aliarum ecclesiarū prelatis infligi potest sm omnes. Potest autem prelatus penam istam infligere subdito suo tantū: vt ei qui cõmittit crimen in parrochia sua. Maior infligi debet pro contumacia tantum: que triplex est. nam alia est in non veniēdo ad iudicium: siue quia peremptoria citatione recepta venire cõtemnit. siue quia malliciose seipsum occultat: siue quia impedit ne possit ad eū citatio peruenire. Alia quando citatus venit ad iudicium: sed nõ vult stare iuri: vel ante finitam cause examinationem contumaciter et illicentiatus recedit. Alia vo quando offensa eius est manifesta. τ iussus a iudice non vult emendare. Quandocunq̃ ergo aliquis fuerit vocatus vel admonitus tribus edictis: vel vno peremptorio pro omnibus potest si contumax fuerit excommunicari. non distincto vtrum pro modica vel pro magna causa fiebat vocatio vel admonitio: quia semper est ibi contumacia que est maximum crimē. Minor autē excõicatio: potest etiam imponi pro alijs culpis.

℄ De Absolutione sine ab excõicationis. C. LV.

Ab omni vero excõicatiõe maiori lata a iure potest excõicatus absolui a suo episcopo vel proprio sacerdote: nisi cõditor canonis reseruauerit sibi specialiter absolutionem. Reseruat autē papa sibi absolutionē taliū in sex casib⁹. Un⁹ est de illo q̄ verberat clericū. quē nullus pōt absoluē nisi papa: exceptis casibus. s. si est in articulo mortis. Si hostiari⁹ alicui⁹ prati sub pretextu officij sui malignat⁹ clericū lesit: dū tñ grauit̄ nõ vulnerauit. Si monachus verberat monachū vel regularē. vel etiā sm quosdā secularis secularē: dū tñ viuāt in cõi. si sit mulier: si sit seruus: τ h si verberauit clericū in fraudē dñi: vt subtrahēt se illi⁹ obsequio. vel si dñs ppter h sine culpa sua graue damnū sustineret. Et hos duos casus intellige nisi eēt grauis τ enormis excessus. Itē si fuerit leuis iniuria: quā intulit clerico. Itē si sit infirm⁹ vl paup ipubes vel senex vl valitudinarius. si hȝ inimicitias capitales i istis octo casib⁹ pōt vberās clericū absolui ab epo suo. In pmo tñ casu τ duob⁹ vltimis: excepto ipubē debet eis iniūgē: quos absoluit sub debito iuramēti: q cessāte īpedimēto ad romanā ecclesiā vl ei⁹ legatū accedāt: mādatū sup talib⁹ recepturi. Sed cõis est opinio: q nõ reuiuiscat excõicatio semel extincta. si tñ nollet adimplere mandatū: īpedimēto cessante debet excõicari. Secūd⁹ casus in quo nõ pōt epūs pprı⁹ absoluē est de illo q̄ incēdit ecclesiā. τ est denūciat⁹ excõicat⁹ ab epo. nā ante denūciationē ab epo pōt absolui. Terti⁹ est de illo q̄ frāgit ecclesiā: τ sit ē denūciat⁹ excõicat⁹. Quart⁹ ē de illo q̄ sciēt τ spōte pticipat excõicato a papa: τ eos recipit in officijs. Quint⁹ de illo q̄ falsificat lrās apostolicas. Sext⁹ est de illo q̄ cõicat excõicat̄ in crimine. Tal̄ enī qr rõne criminis damnati videt̄ in eū delinquē: q̄ damnauit ab ipso excõicatore vl suo supiori: lȝ nõ sit als subdit⁹ ei⁹: merito dlicti ē absolutio reqrēda: qr faciētē τ ɔsentientē par pena ɔstringit̄. verū si difficile sit ex aliq̄ cā iusta: q ad ipm excõicatorē absoluēdus accedat. cõcedit̄ indulgētia iuris: vt pstita iuxta formā ecclie iuratoria cautione q excõicatoris mandato parebit: a suo epo absoluat̄. vel sacerdote pprio. a sentētia vo iudicis nõ pōt absolui excõicat⁹: excepto mortis articulo: nisi ab excõicatore suo: vel etiā ab ei⁹ supiore: si ad illū fuerit appellatū. vel si excõicator negligēter vel malitiose differat absolutionē. τ in alijs casib⁹: in quib⁹ pōt iudicare de subditis suffraganeorū suoꝝ. Excõicat⁹ maiori excõicatione pro ɔtumacia. i. qr nolebat venire ad iudiciū: vel stare iuri: debet absolui recepto ab eo pri⁹ iuramēto: q stabit mādato ecclie. debet aūt mādatū fieri vt pareat iuri. Cū vo pro offensa est excõicat⁹: aut offensa manifesta est p sententiā vel facti euidētiā: ita q nõ est locus inficiationi: aut ē dubia. In pmo casu debet ante absolutionē sufficiēs pstari emēda. In secūdo vo sufficit ad relaxādā sentētiā: si parēdi mādato cõpetēs satisfactio pbeat̄. Debet etiā mādari sibi pmissa satisfactiõe debita p offēsa: q de cetero silia nõ cõmittat: nisi q̄ntū a iure est sibi pmissū. Item debet dicere iudex hec vl equipollētia. Auctoritate q̄ fungor absoluo te τc.

℄ De Remissionib⁹ vel indulgētijs. C. LVI.

Cognatio spūalis est ꝓpinquitas pueniēs ex sacramēti datiōe vel ad id tentiōe. vt ecce baptizat sacerdos puerū. tu eū suscipis: vterq̄ vestrū est eius pat̄ spūalis. Species cognatiōis spūalis sūt tres. Una dicit̄ cōpaternitas q̄ attendit̄ int̄ patrē spūalē pueri ⁊ carnalē. Alia dicit̄ paternitas q̄ est int̄ illū qui suscipit̄ ⁊ eū qui suscipit. Tertia fraternitas q̄ est int̄ filiū tuū spūalē ⁊ filios tuos carnales. Due sūt species cōpaternitatis. Una directa. s. cū ego suscipio de sacro fonte filiū berte vł ipsa meū: ⁊ istā nunq̄ potero in vxorē habē. Alia indirecta qñ. s. vnus cōiugū postq̄ sunt vna caro effecti filiuʒ alioꝝ suscepit. In hoc enī casu ambo parētes infanti cōpatres efficiuntur etiā alteri cōiugū qui nō suscepit: qꝛ cōmunicāt sibi ɔiuges actiōes: taʒ directa cōpaternitas q̄ indirecta matrimoniū īpedit cōtrahendū ⁊ dirimit iam ɔtractū. Solet aūt q̄ri an aliq̄s duas cōmatres possit habere in vxores vnā post aliā. Sed refert vtrū cōmaternitas pcedat matrimoniū vel sequat̄. Si pcedit matrimoniū vel saltem carnalē copulā licite pōt: qꝛ p vnionē carnis sequentē nō transit ad vnionē spūs pcedētē. Si vō sequit̄: distinguit̄. Et ipsa distinctio his q̄ttuor versiculis cōprehēdit̄. Que mihi vel cuiꝰ mea natū fonte leuauit. Hec mea cōmat̄ fieri nō valet vxor. Si q̄ mea natū nō ex me fonte leuauit. Hāc post fata mee nō inde vetabor hr̄e. Nūc vidēdū est de paternitate q̄ attēdit̄ int̄ suscipiētē ⁊ susceptū. nunq̄ enim pōt esse matrimoniū int̄ tales. Sīr nec laicꝰ nec clericꝰ in minoribꝰ ordinibꝰ ɔstitutꝰ pōt matrimoniū ɔtrahere cū illa quā suis manibꝰ baptizauit. De fraternitate spūali sciēdū est ꝙ oēs filij duoꝝ cōpatꝝ siue ante cōpatnitatē geniti sint siue postea. pñt legitime matrimōialiter copulari: excepta illa psona q̄ mediāte cōpaternitas est ɔtracta. Nā ista psona nūq̄ pōt copulari alicui filioꝝ patris sui spūal̄. Queritur aūt si sacerdotis filius vel alteriꝰ viri qui baptizauit puellā possit cōtrahere cū ea quā baptizauit pat̄ eius. Rñdeo nequaq̄. imo etiā si ɔtractū fuerit matrimoniū sepandū est. De tribꝰ etiā spēbꝰ cognatiōis spūalis dant̄ tres regule. Prima est ꝙ vir ⁊ mulier spūali ꝓpinquitate sibi cōiūcti nō pñt inter se ɔtrahere. Secūda est ꝙ cōpater ⁊ cōmater cū filijs cōpatris vel cōmatris possunt ɔtrahere. excepta illa psona ꝓpter quā ɔtracta est spūalis ꝓpinquitas. Tertia est hec. filij vel filie cōpatrū vel cōmatꝝ pñt int̄ se ɔtrahē excepta psonis illis ꝑ quas ɔcta est spūalis ꝓpinquitas. Per tria vō sacramēta tñ cognatio spūalis ɔtrahit̄. s. p cathecismū. baptismū: ⁊ ɔfirmationē. Illa tñ q̄ cōtrahit̄ p cathecismū adeo exilis est ⁊ inualida ꝙ vix impedit matrimoniū ɔtrahendū. nunq̄ aūt dirimit contractum.

¶ De Cognatione legali. C. LXXX.

Cognatio legalis est q̄dam ꝓpinquitas ex adoptione pueniēs. Adoptio est extranee psone in filiū vel nepotē: vel deinceps legitima assumptio. Species eiꝰ sunt due. Una dicit̄ arrogatio: alia simplex adoptio. Arrogat̄ ille qui sui iuris est: id est qui non habet patrem. vel si habet emancipatus est: ⁊ transit in potestatē arrogātis. Et illa

fieri debet auctoritate principis. Adoptatur ille qui est in potestate sui patris: et ideo nō trāsit in potestatē adoptātis: et h' fit īperio magistrat⁹. Adoptare pōt paterfamilias q̄ sui iuris ē et q̄ generare pōt: nā q̄ generare nō pōt vt spado vel frigid⁹: nō pōt adoptare. Itē nec ille q̄ minor ē .xx. annis nisi iusta cā īterueniēte. Mulier vero adoptare nō pōt: nisi ex rescripto principis ī solatiū filioꝝ amissoꝝ ei cōcedat. Pōt adoptari q̄libet tā mascul⁹ q̄ femina: dūmō sint minoris etatis patre adoptiuo: ita q̄ filius eius nālis esse possit. Effect⁹ adoptionis ē: vt ille q̄ adoptat ꝑ oīa q̄si fili⁹ habeat̄: ita etiā vt ab intestato succedat. Itē arrogat⁹ et ei⁹ filij: vel nepotes si quos ī ptāte h3 trāseūt in ptātē arrogātis: qđ nō ē in eo q̄ adoptat̄. Itē arrogator tenet̄ relinquere filio arrogato quartā ptē oīum bonoꝝ q̄ h3 siue ī testō: siue cū velit emācipare. S3 adoptator filio adoptiuo nihil tenet̄ relinquere nisi velit. Spēs aūt adoptiōis sūt tres. Prima q̄si descēdētiū attēditur int̄ me adoptorē patrē: et filiā meā vel neptē adoptatā. Scđa q̄si ex latere veniētiū inter filiū meū naturalē et filiā meā adoptatā. Tertia .s. legalis affinitas inter me et vxorē filij mei adoptiui: siir int̄ filiū meū adoptiuū et vxorē meā: cognatio legalis ī scđa spē matrimoniū quādiu sunt in eiusdē patris potestate tm̄. In prima vero et tertia: omni tempore impedit̄ indistincte.

De Impedimento criminis. C. LXXXI.

Rimina multa sunt q̄ ipediūt matrimoniū cōtrahēda ꝓpter eoꝝ enormitatē; sicut est incestus. Itē q̄ vxorē suā interfecit: aliā accipe nō debet. Itē ille q̄ rapuit sponsam alterius. Itē q̄ insidiando matrimonio ꝓpriū filiū de sacro fonte leuauerit: vt possit priuare cōiugē carnali debito et copia sui. Itē ille q̄ īterfecit p̄sbyterū. Itē solēniter penitēs. Generalit̄ tm̄ si hmōi adolescētes sūt et timet̄ de icōtinētia eoꝝ: ecclesia eis ɔcedere ꝯ3 licētiā nubēdi. Et q̄uis multa sint crimina q̄ ipediūt matrimoniū ɔtrahēdū: nulla tm̄ sūt q̄ ɔtractū dirimūt nisi tria: Primū ē q̄ si aliq̄s adulterat̄ cū aliqua ɔiugata: et ipse vel ipa machinat⁹ fuerit ī mortē viri ipsi⁹ adultere: vel in mortē vxoris ipsi⁹ adulteri: cū effectu vt simul ɔtrahāt: postea ɔtrahere nō debēt: sed si ɔtraxerint sepandi sunt. Secūdus casus si p̄stat fidē adultere q̄ ducet eā post mortē legitimi eius mariti: vel vxoris ei⁹ adulteri. Tertius ē qñ p̄sentialr̄ eā ducit et cū ea ɔtrahit: q̄ plus est q̄ si fidē dare de ducēdo. Itaq̄ debēt separi: qđ intelligēdū ē cū ambo sciebāt impedimētū qñ sic ɔtraxerūt: si enī alter ignoraret: tūc credens illū cū quo ɔtraxit esse solutū posset cū isto esse post mortē legitimi et hoc ꝓpter bonā fidē quā habuit: determinatū est autē iure nouo q̄ siue ante fidē datā: vel matrimoniū de facto ɔtractū: siue postea: legitima tm̄ supstite cognouerit eā: debet omnino separari. Illis ergo q̄ peccant cōtra bonū matrimonij et nō cōtra essentiā potest infligi pena ne cōtrahant: si tamē cōtrahūt ɔtractū est. Illi v° q̄ peccant cōtra essentiā matrimonij in eodē debent puniri. Unde et iste q̄ sua viuēte cū alia ɔtrahit: mortua prima cogit̄ remanere cū secūda si ipsa velit. Tunc enī primus cōsensus habet effectū. Si vero ipsa non vult: non est matrimonium.

De Dispari cultu. C. LXXXII.

E dispari cultu distinguit q̄ aut fidelis ɔhit cū ifideli: iudeo .s. pagano vl' heretico. Aut ifideles int̄ se. Aut fideles: et postea labit̄ alter eoꝝ ī hēsim. In p° casu nullū ē mr̄imoniū. Sponsalia tm̄ pōt fidelis cū ifideli ɔhere sub ɔditiōe vt infidelis ɔuertat̄ ad fidē. In scđo casu .s. cū ɔiuges sūt ifideles: vez ē mr̄moniū. S3 si alter cōuertat̄ ad fidē: alē v° remaneat ī iudaismo vel in gētilitatis errore: si ifidelis nō vult cohabitare fideli: vel si vult cohabitare: nō tm̄ sine iniuria et blasphemia noīs chrī: vel vt eū ptrahat ad infidelitatē vel ad aliud mortale pctm̄. In istis trib⁹ casibus ɔtumelia creatoris soluit ius mr̄imonij circa fidelē: et ideo pōt ɔhē cū alia. Si v° ifidelis vult cohabitare fideli sine aliquo p̄dictoꝝ: fidelis si vult ei cohabitare bn̄ facit: q2 h' monet aplūs ad corinthios. Si aūt nō vult nō ē cōpellendus tm̄ illa viuēte nō poterit ɔhē q̄diu durat mr̄imoniū. Quid si iudei vel pagani ɔtraxerūt cū ɔsanguineis p3 rit⁹ suos: nūq̄d post ɔuersiōe3 remanebūt talit̄ copulati. Dicas q̄ sic: nisi ɔtraxerint ī g̃dib⁹ diuina lege ꝓhibitis. Qz si ifidelis plures habēs simul vxores ɔuertit̄ pma tm̄ ē vxor eius. Et tō illā solā pōt retinē. Qz autē dicit aplūs q̄ siq̄s frater .i. fidelis h3 vxorē ī ɔiugio ifidelē: et h' ɔsentit habitare cū cū illo nō dimittat illā: nō ē p̄ceptū: s3 ɔsiliū p3 glo. Posset enī eā licite dimittere ꝓpter fornicationē spūalē: sed aplūs ɔsulit nō dimittere ꝓpter duo .s. vt per virū fidelē mulier infidelis lucrifieret. Et ne gētiles ꝓpter separationē coniugij doctrinā chrīsti abhorrerēt. Qz aūt dicit hic: et hec ɔsentit habitare cū illo: intellige cū suppletione: id est sine iniuria et blasphemia chrīsti: nec vt eū trahat ad infidelitatē vel mortale peccatum. In tali eñ casu debet eā dimittere et potest eū cōtrahere cum alia. Quia vt dicit ambrosius: non debet̄ reuerentia cōiugij ei qui abhorret auctorē cōiugij. Cōtumelia inquit creatoris soluit ius matrimonij circa eum q̄ relinquit̄: vt non possit accusari aliū copulet̄. Infidelis aūt discedens et in deuz et in matrimoniū peccat. Itaq̄ non est fides coniugij seruanda ei qui ideo recessit ne audiret nomen chrīsti. Si v° ambo crediderint per cognitionē dei ɔfirmat̄ coniugiū. In tertio casu .s. quando fideles contrahunt inter se et postea alter labitur in heresim: vel etiam in infidelitatis errorē non potest contrahere qui relinquitur nō distincto an interueniat carnalis copula an non: quia matrimoniū fidelium est ratū: et ideo nullo casu superueniente potest dissolui.

De Metu vel coactione. C. LXXXIII.

Ui vero metus vel coactio interueniēt̄ potest consensus locū habere: et p ɔsequens nec matrimoniū. Uis est maioris rei impetus q̄ repelli nō pōt. Metus est instantis vel futuri piculi mētis trepidatio. Coactio seu vis alia leuis, alia violenta. Leuis non excludit ɔsensum matrimonialē sed violenta .s. cū quis captiuus trahit̄ inuitus: ducit̄ vel ligat̄. Item metus alius cadit in ɔstantem viruz alius nō. ille qui cadit in ɔstantē virū excusat et excludit ɔsensum matrimonij: vt metus mortis et corpis cruciatus: Itē met⁹ stupri et seruitutis. istos q̄ttuor metus duob⁹ versib⁹ cōprehēdas excusare metus hos posse puta q2 nescis. Stupri siue status verberis q̄ necis. Itē nota q̄ talis metus caderet in vnū qui nō diceretur cadere in aliū: q2 non verisimile hominē clare dignitatis in vrbe timuisse vel q̄ rex parui mulū metū timeat. Itē si aptissimas ꝓbatiōes habeat repellit̄ p̄sumptio que ɔtra eū est: et sic iudex s'm diuersitatē psonarū et locoꝝ iudicabit q̄lis sit metus: et iudicabit matrimoniū aliquid vel nullū. Itē mulier q̄ stetit p annū et dimidiū cū marito: vel ɔsensit in carnalē copulā nō debet postea audiri. si allegat metū vel violentiam. Clerici in quattuor minoribus ordinib⁹ ɔstituti: nisi sint in aliq religionē q̄ cōtinentiā profitet̄ licite possunt cōtrahere: si v° in sacris ordinibus: non possunt. Et si cōtraxerint sepabunt̄.

De Ligatione et publica honestate. C. LXXXIIII.

Unquā vero alligat⁹ vxori pōt vel potuit aliā ducere nisi cui diuina reuelat̄ ... instinctu spūsancti reuelatum fuerit sicut p̄triarchis. Tū si vxor credit virū mortuū et ɔtrahit cū alio: dic q̄ q̄diu credit nec ille reuertit̄ excusat̄ ab adulterio et fornicatiōe ꝓpter ignorantiā facti. Et filij (si quos ex secūdo ɔcepit) iudicant̄ legitimi: s3 statim cū reuertit̄ prim⁹: ꝯ3 recedere a secūdo et redire ad primū. Qz si nō reuertit̄: credit tm̄ eū viuere nō exigat debitū a marito quē accepit: s3 ei exigenti reddat. Sed pone q̄ vir iuit in exercitū ɔtra sarracenos vel in regionē longinquā et nō reuertit̄ ac nescit̄ vtrū sit mortuus vel viu⁹ q̄d faciet vxor. Dic q̄ quātūcūq̄ iuuencula sit: ɔtrahere nō potest donec sit certa de morte mariti. Sed qualiter certificabit. Rñdeo p iuramentū illius sub quo militauit vel etiā socioꝝ q̄ mortem eius bene nouerūt. Cū aūt dicit aplūs mortuo viro liberata est a lege viri: videt̄ q̄ vxor lazari nō tenebat̄ ei qñ fuit resuscitat⁹. Sz cōtra ad hebreos .xi. Acceperūt mulieres de resurrectiōe mortuos suos. Rñdeo nō tenebat̄: q2 in morte solutū fuit vinculū matrimonij. Qz aūt dicit̄ acceperūt et cē. Hoc factū est de honestate nō de necessitate: et oportebat interuenire nouū ɔsensū: et sic nouū erat matrimoniū Sed s'm h' videt̄ q̄ si aliq̄s religiosus q̄ fecit ꝓfessionē v' q̄ post mortē suscitaret̄: a ꝓfessione solueret̄: et posset manere in seculo. Contra. bonū gratie ꝯ3 puocare in melius. Rñdeo nō est sile q2 vinculum matrimonij est ad hoiem: sed vinculū ꝓfessiōis ad deū. Est enī spūs creati ad increatū. Et q2 extrema idissolubilia sc̄. ideo et vinculū indissolubile. Unī tenet̄ ad istud religiosus q̄diu pōt. Publice honestatis iustitia ɔtrahit̄ ex despōsatiōe puta si aliq̄s despōsauit puellā infra ptē annoꝝ vl' vltra: et licet eā nō cognoscat: tm̄ nullus de ɔsanguinitate ei⁹ poterit eā habere in vxorē nec ipse aliquā eius ɔsanguineā.

De Affinitate. C. LXXXV.

Affinitas est proximitas psonaꝝ ex carnali copula ... omni carēs parētela. Ex copula carnali ideo dixi: qñ tam ꝑ fornicariā copulā q̄ ꝑ legitimā cōtrahit̄ affinitas. Ex psona igit̄ addita consanguinitati per carnis copulā contrahit̄: quia omnes mariti cōsanguinearū mearū sunt mihi affines in illis gradib⁹ in quibus vxores eoꝝ attinent mihi. Nam si qua mihi est in secūdo gradu cōsanguinitatis maritus eius est in pmo gradu affinitatis: sic et in secūdo gradu: et sic de ceteris quoniā gradus computant̄ inter affines respectu consanguinitatis tm̄. Et qđ dictū est de maritis ɔsanguinearū mearū

idem per omnia intelligas de vxoribus consanguineorum: qz ego si mulier sum affinis eis in eisdē gradib⁹. Itē oēs cōsanguinei vxoris mee sunt mihi affines, in eisdē gradib⁹ in quib⁹ sunt consanguinei vxoris. Et oēs mei ɔsanguinei simili modo sunt affines vxoris mee in eisdē gradib⁹ in qb⁹ sunt mihi ɔsanguinei. Habebat aūt olim ꝓhibitionē vsqz ad septimū gradū: hodie vo vsqz ad quartū gradū includitur sicut ipsa ɔsanguinitas. Nota q̄ si ꝑsona q̄ tibi ē affinis per appositionē generat filiū de ɔsanguineo tuo: filius ille ē tibi cōsanguineus ꝛ nō affinis. Si vo de extraneo nihil tibi attinebit. Per appositionē tibi ideo dixi: qꝛ si tibi ē aliq̄s affinis per appositionē tui. i. q̄ tu apposit⁹ sis ɔsanguinitati eius: si generat filiū ille erit tibi affinis sicut parēs suus: sz ī alio gradu. Itē nota q̄ lz moriat̃ ɔsanguineus quo mediante cōtrahit̃ affinitas ꝑsona q̄ supstiuit remanet affinis. Itē cōtrahit̃ affinitas vt dictū ē: nō solū ꝑ matrimoniū: sz etiā ꝑ fornicariū coitū: dū tñ ordine nature: secus aūt si extra ordinē: h̄ ē ex̄ vl̄ circa vas debitū aliq̄s polluerit aliquā: qꝛ talis pollutio nec facit sanguinis cōmixtionē: nec carnis vnitatē ꝑ quā ɔhit̃ affinitas. Idē credo si iuasit claustrū pudoris: nō tñ ꝑuenit ad ɔsummationē operis.

¶ De Impotentia coeundi. C. LXXXVI.

INter īpedimēta matrimonii īpossibilitas coeūdi maximū obtinet locū: qꝛ ex sui natura potius q̄ ex ɔstitutiōe ecclesie īpedit matrimoniū. Et est vitiū animi vel corporis vel vtriusqz quo q̄s īpedit̃ alij carnalit̃ cōmisceri. Spēs ei⁹ sūt plures. Nā alia ē nālis īpotētia: vt frigiditas ī viro: ꝛ artatio in muliere: defect⁹ etatis in puero. Alia accidētalis vt castratio: maleficiū. Itē nālis: alia tpalis: alia ꝑpetua. Tēporalis q̄ ē in puero īpedit: qꝛ q̄diu inest ei nō pōt ɔtrahere. Perpetua vo ē q̄ ē in frigido: q̄ impedit cōtrahendū ꝛ dirimit iam ɔtractū. De co[illegible] mulieris [illegible] be neficio medicine: vel ꝑ assiduū vsum cū hoīe ɔueniētis stature: non impedit matrimoniū aliter aūt ꝛ impedit ꝛ dirimit. De accidētali dicēdū q̄ q̄ inepti sunt ad reddendū debitū ɔtrahere nō possunt sicut nec pueri. Et si cōtraxerint diuidēdi sunt. Maleficiū si sit tpale: nullū ꝑstat īpedimētū matrimonio. Si vo ꝑpetuū īpedit ꝛ dirimit. Frigidus q̄dē nullā pōt cognoscere nec mouet̃ ad volūtatē coeūdi: sed maleficiatus pōt alias cognoscere ꝑter illā cū qua maleficiatus est. Et ideo cū celebrat̃ diuortiū ratiōe frigiditatis: nō dat̃ licentia viro q̄ ducat aliā: ꝛ si duxerit separat̃ sm̄ matrimoniū ꝛ restituit̃ primuz quoniā apparet deceptā fuisse ecclesiā. Idē est si separat̃ ꝓpter artationē mulieris ꝛ ipsa nubit alij. Si vo ꝓpter maleficiuz separant̃: vtrisqz dat̃ licētia nubēdi. Si aūt mulier ꝓclamat: ꝛ dicit q̄ vir eā cognoscere nō pōt: ꝛ vir dicit q̄ sic ꝛ iuramēto firmauerit q̄ eā cognouerit stādū ē iuramēto viri: qꝛ caput ē mulieris: nisi mulier ostēdat se virginē ꝑ aspectū corporis. [illegible] ambo cōfessi [illegible] ab ecclesia [illegible] tū qꝛ nōnulli inter se ɔtra matrimoniū vellēt colludere: si sue ɔfessioni crederēt esse stādū: tum ꝓpter fauorē matrimonij.

¶ De his que matrimonium impediunt: sed contractum non dirimunt. C. LXXXVII.

OMnia vero īpedimēta superius nūerata anteq̄ matrimoniū ɔtrahat̃ [illegible] īpedimēto [illegible] matrimoniū ɔtrahēdū ꝛ dirimunt iā ɔtractū. Sed si postea ɔsequant̃ nō impediūt nec dirimūt. Cetera vo īpediūt cōtrahendū: sed nō dirimūt iam ɔtractū: q̄ sunt tēpus feriarū: ꝛ interdictū ecclesie. In q̄dē feriis ɔtrahi possunt spōsalia: ꝛ etiā matrimoniū solo ɔsensu. Sz traductio vxoris: nuptiarū solēnitas: ꝛ carnalis copula ꝓhibent̃. Tēpus illud taxatū ē ab aduētu dñi vsqz ad octauas epiphanie: ꝛ a. lxx. vsqz ad octauas pasche: ꝛ trib⁹ septimanis ante festū beati iohānis baptiste. De qb⁹ determinatū ē hodie q̄ īcipiūt trib⁹ dieb⁹ ante ascēsionē: ꝛ ꝓtēdunt̃ vsqz ad octauā pēthecostes. Sequitur de īterdicto ecclesie. s. qñ aliq̄s ꝓhibet̃ cōtrahere cū aliqua: quia forte dicit̃ eius cōsanguinea vel affinis vel spōsa alterius vel ꝓpter aliud. Illi quoqz matrimoniū īterdicit̃: nō debēt cōtrahere. sz si contrahūt: nisi aliud īpedimētū ꝑpetuū īpediat possunt simul ꝑmanere: ꝛ nō sūt separandi nisi ad tēpus vt agāt penitētiā: qꝛ mādatuz ecclesie cōtēpserūt. Sane vt diuersa circa matrimoniū pericula euitent̃: statutū fuit in ɔcilio generali: vt cū matrimonia fuerint cōtrahenda: in ecclesijs ꝑ presbyteros publice ꝓponat̃ cōpetēti termino prefinito: vt infra illū qui voluerit ꝛ valuerit: legitimū impedimentū opponat. Et ipsi presbyteri nihilominus inuestigēt vtrū aliq̄d impedimentuz obsistat. Cū autē apparuerit probabilis coniectura cōtra copulā cōtrahendā: cōtractus interdicat̃ expresse donec quid fieri debeat sup hoc manifestis constiterit documentis.

¶ De diuortio. C. LXXXVIII.

EC vero coniūctio nec separatio matrimonii [illegible] sufficantib⁹. Notādū vo q̄ si aliq̄s ɔfessus fuerit in iudicio q̄d actor ꝓponit. stādū est ɔfessioni eius. nisi ꝑ ɔfessionē illā fieret ꝑiudiciū matrimonio de quo agit̃: vl̄ etiā alteri matrimonio. timet̃ enī colludiū. Si vo interrogat⁹ in iure negat. q̄d ꝓponit̃. ꝓbare dz qui ꝓponit. Et si nō ꝓbat succūbit. Itē ad oīa q̄s restituēdus est de qb⁹ ꝓbauit se spoliatū. Itē si mulier dicat se habē virū suspectū q̄ eā ledat: ꝛ verisimilē causaz suspiciōis ostēdat. ad officiū iudicis spectat iubere cauere sibi sufficiēti cautiōe q̄ marit⁹ tractabit eā in lecto ꝛ in mēsa ꝛ in oībus sicut vir tractare dz vxorē. Et q̄ nō ledat eā in ꝑsona vl̄ ī reb⁹, nec aliquo mō dehonestabit eā. salua tñ correctiōe honesta maritali: ꝛ si mulier nō ɔfidit de iuramēto viri. cautiōez dz ꝑstare quā magi timet. s. pignoraticiā: vel fideiussoriam sub pena ꝓmissa. Quilibet pōt accusare matrimoniū ad plenuz diuortiū celebrādū q̄ nō ꝓhibet̃. Cū aūt iam vsqz ad quartū gradū ꝓhibitio cōiugalis copule sit restricta. siquis ɔtra ꝓhibitionē huiusmodi ꝑsumpserit copulari nulla longinq̄tate defendat̃ annoꝝ: cū diuturnitas tpis nō minuat peccatū sed augeat. Marit⁹ pōt accusare ꝛ dimittere vxorē ꝓpter fornicationē ꝛ ecōuerso. Ista eā extēdit̃ ad fornicatiōis suspicionē violētā [illegible] cū sola nudus cū nuda in eodē loco iacens ꝛ hora secreta. Itē credo q̄ extendit̃ ad crimē sodomiticū. Intelligēdū est etiā idē de spūali fornicatiōe sed ꝓpter carnalē semel cōm[illegible] pōt vir dimittere vxorez ꝛ vxor virū ꝓpter spūalē nō pōt si velit se corrigere. Sūt tñ q̄daz casus in qbus adultera nō pōt accusari a viro. Prim⁹ si ꝛ ipse cōuincitur fornicari. Secūdus si ipse ꝑstituit eā. Tertius cū ipsa credebat virū defunctū ꝛ nupsit alij: nā maritus rediēs tenet̃ eam recipere nō obstāte tali adulterio: nec steterit sciēter cū secūdo marito post q̄ ꝑmus venit. Quartus si cognita fuerit latent̃ ab aliquo quē credebat esse ꝓpriū virū. Quint⁹ est si fuerit vi oppressa: hoc aūt itelligo de vi absoluta. Sext⁹ est. qñ recōciliauit eaz sibi post adulteriū cōmissum: vel eaz publice adulterātē retinet in ɔsortio maritali. Septim⁹ est q̄ si aliquis infidelis ɔiugē infidelē dimittat: dato sibi libello repudij ꝛ illa nubat alij sm̄ ritū suū si ipse cōuertat̃ ad fidē: ꝛ ipse tenetur eam recipere nō obstante q̄ ab alio sit cognita cui se cōiunxerit nisi aliter fuerit fornicata. Effectus hui⁹ accusatiōis: est. q̄ si marit⁹ ꝓbat q̄d intendit: vel mulier hoc ɔfitet̃: nisi mulier replicet ɔtra eum aliquē de ꝓdictis. vij. casibus absoluit̃ ab eius cohabitatiōe ꝛ seruitute qua sibi tenebat̃: ꝛ habitū religiōis ea inuita sumere pōt: ꝛ in seculo sine ea viuere pōt sed tñ continere tenet̃ q̄diu illa viuit.

¶ De [illegible] legitimis ꝛ illegitimis. C. LXXXIX.

LEgitimus filius est: qui de legitimo matrimonio natus est vel de eo q̄d in f. ecclesie legitimū reputat̃: q̄uis in veritate matrimoniuz nō fuerit: qñ. s. ambo cōiuncti sunt. bona fide credētes se legitime copulatos dūmodo alter eoꝝ tñ hoc credat. Nam si mulier alicui cōiugato nubat bona fide credēs eū solutuz: ꝛ ex eo filios suscipiat legitimi iudicant̃ ꝛ vtriqz parēti succedūt. Siq̄s aūt clādestina vl̄ interdicta cōiugia inire ꝑsumpserit. in gradu ꝓhibito etiam ignorāter: soboles de tali [illegible] da est de parentū ignor[illegible] taliter cōtrahēdo nō expers sciētie: vel saltē affectatores ignorātie videant̃: pari mō proles illegitima est censenda: si ambo parētes impedimentum sciētes legitimū ꝑter omne interdictū: etiā si in ɔspectu ecclesie ɔtrahere ꝑsumpserūt. Itē nota q̄ quadruplex est status filioꝝ. Alij sunt nāles ꝛ legitimi: vt sunt illi qui de vxorib⁹ ꝓcreant̃. Alij nāles tñ vt filij ɔcubine. s. q̄ de soluto ꝛ soluta nascunt̃ q̄ posset esse vxor. Alij sūt legitimi tñ: vt adoptiui. Alij nec legitimi nec nāles qui spurij dicunt̃ vt isti qui de adulterio vel īcestu nati sūt. Sequit̃ q̄liter nō legitimi legitimant̃. Prim⁹ modus est ꝑ subseq̄ns matrimoniū vt si q̄s habet nāles filios de aliqua ꝛ postea ɔtrahit cū ipsa: filij iam nati legitimant̃: sed si spurios hz ex ea nō efficiunt̃ legitimi. Secūdus fit ꝑ spālē indulgētiā dñi pape. Hi duo modi sm̄ canones repitunt̃. Sequunt̃ ꝛ alij quidā sm̄ leges. Unus est si pat̃ offerat filiū nālez curie imꝑatoris ꝛ fiat curialis. Secūdus si pat̃ decedēs in testamento eū nominet legitimū heredē: ꝛ ipse postea offerat ꝑncipi testamētum. Tertius si nullo filio legitimo existēte patreqz defuncto: ipse naturalis filius seipsuz offert. Quart⁹ si pater in publico instrumēto vl̄ cum trium testiū subscriptiōe scripto eū nomiet filiuz. nec adiecerit naturalē. Prodest aūt filios esse legitimos: qꝛ succedunt in omnib⁹ bonis parentū. Naturales aūt filij in sexta parte hereditatis patris succedere possunt. spurij vo ꝛ qui ex dānato coitu sunt omni pro

fus beneficio excludunt. Hec de sacramentis veteris ac noue legis propter illã iacobi sententiã: qua legalia reuo[illegible] breuiter huic historie interseruimus: nunc ad ipsam historiam redeamus.

De Epistola aplorum et chronica annorum petri et pauli. C. XC.

Omestor. Placuit igitur consilio iacobi apli senioribus: et cõi cõsensu elegerũt viros per quos mitterent epistolã cũ paulo et barnaba: iudã s. et silam. Cũq3 descẽdissent antiochiã: cõgregata multitudine tradiderũt eis epistolã. Et audita consolatiõe de iugo legis nõ imponẽdo sibi: gauisi sunt fratres de gẽtibus. Nõ ẽ aũt hic pretereũdũ q3 de pfato ascẽsu suo in hierusalẽ pro dirimẽda lite prefata: scribit apostolus ad galathas in hũc modũ. Deinde post annos. xiiij. s. a cõuersiõe mea ascẽdi hierosolymã cũ barnaba assumpto tito: et cõtuli cũ eis. s. apostolis euãgeliũ qd predico in gentibus. Ex quo annorum numero colligit: q3 eodẽ anno quo paulus ascẽdit hierosolymã. s. xiiij a cõuersione sua: petrus ascendit romã: et eodẽ anno sedit in cathedra episcopali: in qua sedit. xxv. annis. xiiij. vo et. xxv. xxxix. reddunt. Uicesimo autẽ et quinto anno a pmotiõe beati petri in sedẽ romanã. s. vltimo anno neronis passi sũt petrus et paulus: et sic. xxxix. a cõuersione pauli. Unde colligit paulũ ad fidẽ conuersum eodẽ anno quo passus est dominus cum constet petrum et paulum. xxx. anno a passione domini qui fuit vltimus neronis passos esse martyriũ: sed autẽ quandoq3 legatur paulus conuersus ad fidẽ secundo anno a passione domini. Intelligendũ est secundo emergenti tamen eodẽ vsuali: sicut alibi determinatũ est. Quartodecimo ergo anno a passione domini. s. quarto anno claudij ascendit petrus romã: et sedit in cathedra episcopali. x. annis sub claudio: qui regnauit. xiiij. annis: et nero post eum totidem annis. Primo quidẽ sedit antiochie. vij. annis in sede episcopali. qd necessario de. vij. illorum. xiiij. oportet intelligi: qui a passione domini fluxerunt vsq3 ad eius promotionẽ in sedẽ romanã. Post septẽ autẽ annos quibus sedit in sede antiochena cõsilio domini de hierosolyma ascẽdit romã sed in ascensu transijt per antiochiã. vt cõfirmaret subditos suos in fide. Et vt habetur in chronicis substituit euodium in sede antiochena.

De hoc q3 paulus petrũ corripuit. C. XCI.

In transitu per antiochiã redargutus est a paulo petrus: q3 conuescens cũ quibusdã fratribus de iudea timẽs eos molestare: discernebat cibos: et ita gentes cogebat exemplo suo iudaizare. Actorum. In hac autem reprehensione (sm glosam augustini) cõmendat firmitas et charitas et humilitas petri. Qui cũ primus pastor ecclesie a domino institutus sit: talẽ obiurgationẽ a posteriore pastore. s. paulo pro salute gregis libenter sustinuit: et in hoc exemplũ posteris prebuit. Laus itaq3 iuste libertatis i paulo: et sancte humilitatis in petro cõstituit. De hac autẽ reprehensiõe dissentiunt augustinus et hieronymus: sicut et de legaliũ post christũ obseruatiõe: hieronymus enĩ dicit legalia post resurrectionẽ christi nõ debuisse ab aliquo obseruari sed petrũ inuitũ hoc fecisse ne iudeos amitteret. Nec in hoc dicit eũ peccasse: q3 bona intentione hoc agebat: licet illi peccarent qui quasi eius exemplo iudaizabant: nec veram fuisse reprehensionẽ illã sed simulatoriã et dispensatoriã. s. vt per hoc scirent gentes non esse iudaizandũ: videntes tãtũ apostolũ in hoc reprehendi. Augustinus autẽ dicit petrũ seruasse legalia illa nõ dispensatorie sed vere et libere: quia tã sibi q3 alijs conuersis ex iudeis licebat ea tunc seruare: ita tñ vt spem in eis nõ ponerẽt. Distinguit enĩ triplicẽ statũ legaliũ. Unũ in quo fuerunt quasi viua. s. ante passionẽ domini. Tunc enĩ omnes iudei tenebantur ea seruare ex precepto. Secundum in quo fuerunt quasi mortua sed nondũ sepulta. s. a passiõe domini: ex quo dictũ est a dño. Cõsummatũ ẽ vsq3 ad fidei manifestã reuelationẽ. Hoc enĩ tpe pmissũ erat ea obseruare iudeis q3 mater mortua erat cũ honore ad tumulũ reducẽda et sepeliẽda. Nõ tñ erãt sub precepto: nec iã aliq̃ vitas futura subesse credebat: q3 iã erat exhibita. Tertiũ in quo fuerũt mortua et sepulta s. post fidẽ reuelatã. Extũc enĩ neq3 precepta sunt neq3 pmissa: sed oĩno phibita: nec cineres matris sepulte de tumulo eruant qd esset fedũ et horribile. Quia ergo petrus habuit discretionẽ in cibis: nõ fecit dispẽsatiue sm augustinũ: q3 hoc licebat ei simpliciter tũc et etiã omnibus iudeis cõuersis. Similiter illa reprehensio petri sm augustinũ nõ fuit dispensatoria sed vera. Peccabat enĩ petrus incaute vitãdo minus scãdalũ et dimittẽdo maius. Et dicit q3 peccauit venaliter. s. ex ignorantia: quia simplici intentione hoc agebat. Uidetur aũt augu. verius sentire q3 hieronymus ad minus de hac reprehensione. s. q3 fuerit vera nõ simulatoria nec dispensatoria. Hoc enim dicit textus aperte q3 reprehẽsibilis erat: et q3 nõ recte ambulabat ad veritatem euangelij: nec credendum est hoc aliquo modo apostolum mentitum fuisse maxime cum in doctrina religionis sm augustinum nullo modo mentiendum sit.

De Euangelio petri qd marcus scripsit. C. XCII.

Eusebius in historia ecclesiastica li. ij. Igitur romane vrbi clarus verbi dei lumine luxit, et exortũ. simonis magi tenebre cũ suo auctore restinxerunt. Sermo aũt veritatis et lucis q̃ per petrũ pdicabat. vniuersorum mentes placido illustrauit auditu. ita vt quotidie audiẽtibus cũ nulla vnq3 satietas fieret. Unde nec auditio eius sola sufficit: sed marcum discipulũ eius oĩbus precibus exorauerũt. ea q̃ ille vbo pdicabat. ad perpetuã eorum cõmonitionẽ hĩde scripture traderet: quo domi forisq3 in huiuscemodi vbi meditationibus permanerẽt. Nec prius a [illegible] secrãdo desistũt: q3 q3 orauerãt impetrarẽt. Et hec fuit cã scribendi qd sm marcũ dicit euãgeliũ. Petrus vo vt per spiritũsanctũ religiose sese spoliatũ comperit furto delectatus fidẽ eorũ per hoc deuotionemq3 cõsiderans. factũq3 confirmauit. Et imppetuũ legendam scripturam ecclesijs tradidit. Hieronymus in lib. de illustribus viris. Assumpto itaq3 marcus euãgelio quod ipse confecerat. perrexit in egyptũ. et primus alexandrie christũ annũciãs. constituit ecclesiã tante doctrine et vite cõtinentia: vt oẽs sectatores christi ad exemplum sui cogeret. Denique philo disertissimus iudeorum videns alexandrie primã ecclesiã adhuc iudaizantẽ. quasi in laudẽ gentis sue librum super eorum conuersatione scripsit. Et quõ lucas narrat hierosolymis credentes omnia habuisse cõmunia sic ille quod alexandrie sub marco fieri doctore cernebat memorie tradidit.

De Romanis pontificibus a petro vsq3 ad siluestrũ. C. XCIII.

Ex chronicis romanorum pontificũ. Petrus igitur aplus filius iohannis a bethsaida galilee. post passionẽ dñi ante epatũ sedit ecclesie princeps annis q̃ttuor. postea tenuit episcopatũ antiochie: septẽ annis. Deinde venit romã. ibiq3. xxv. ãnis pontificatum tenuit: et papa eẽ: sedit anno dñi. xlv. Sedit aũt iperãte tyberio. post caio caligula. post claudio. post nerone sub quo martyriũ passus est. Linus cepit anno dñi. lxx. sedit annis. xij. imperãte galba. post vespasiano post tito. Cletus cepit anno dñi. lxxxij. sedit annis. xij. iperante domiciano. Clemẽs cepit anno dñi. xciiij. sedit annis. ix. imperante domiciano. post nerua anacletus cepit anno dñi. cij. sedit ãnis nouem imperãte traiano. De isto tacet eusebius in chronicis et dicit q3 anacletus ipse est cletus: sed damasus papa in chronica romanorum pontificũ quã scribit hieronymo ponit eos pro duobus. Et dicit q3 cletus fuit natiõe romanus. anacletus aũt grecus. Nõ solũ aũt in hoc sed etiã in alijs pluribus. chronica eusebij ab aliorum chronicis videt discrepare. Euaristus sedit annis nouẽ. Alexander ãnis. x. Sixtus. x. Thelesforus. xj. Iginus. iiij. Pius. xj. Anicetus. xj. Sother. ix. Eleuterius. xv. Victor. x. Zephirinus. viij. Calixtus. vj. Urbanus. iiij. Poncianus. vj. Antherus. xij. Fabianus. xiiij. Cornelius. ij. Lucius. iij. Stephanus. vij. Sixtus. ij. Dionysius. vj. Felix. iij. Eucianus. j. Caius. xj. Marcellinus viij. Quo martyriũ passo inter psecutiões diocleciani et maximiani vacauit pontificatus annis septẽ. Postea sedit marcellus ãnis quinq3. eusebius septem. Melchiades. iiij. Siluester xxiij. Hic constantinum iperatorẽ baptizauit: qui et pacẽ ecclie reddidit. nã antea vigente psecutione pene omnes pontifices qui in sede romana pfuerũt martyrium subierunt.

Cathalogus ceterorum vsq3 ad inocentiũ. C. XCIIII.

Post beatũ siluestrũ sedit Marcus annis duobus. Julius. v. Liberius. vj. Felix. j. Damasus. xviij. Siricius. xv. Anastasius. iij. Innocentius. xij. Zosimus. j. Bonifacius tribus. Celestinus. viij. Sixtus nouẽ. Leo. xx. Hilarius. vj. Simplicius. xv. Felix. viij. Gelasius. iiij. Anastasius vno. Simachus xv. Hormisda. viiij. Johannes duobus. Agapitus mensibus. xj. Siluerius mensibus quinq3. Uigilius annis sex. Pelagius quattuor. Benedictus quattuor. Pellagius decem. Gregorius dyalogus. xiij. Sauinianus vno. Bonefacius mensibus octo. Bonefacius annis sex. Deusdedit. iij. Bonefacius sex. Honorius. xij. Seuerinus. ij. Bonefacius. v. Johannes vno. Theodorus. vj. Martinus sex. Eugenius tribus. Uitalianus. xij. Adeodatus quattuor. Donus. j. Agatus duobus. Leo mensibus. x. Benedictus mensibus decẽ. Johannes vno anno. Conon mensibus. xj. Sergius annis. xiij. Johãnes tribus. Johannes duobus. Sinsinius diebus. xxv. Cõstantinus annis septẽ. Gregorius. xv. Gregorius decẽ. Zacharias decẽ. Stephanus q̃nq3. Paulus decẽ. Stephanus quattuor. Adrianus. xxiij. Leo. xx. Stephanus sex. Paschalis septem. Eugenius tribus. Leo octo. Benedictus annis duobus. Nicolaus. ix. Adrianus quattuor. Johãnes. x. Martinus vno. Adrianus vno. Stephanus. v. Formosus. iiij.

Bonifacius vii. Stephanus anno vno. Romanus mensibus. iiii. Theo
dorus xx diebus. Johannes annis duobus. Benedictus. ii. i. Leo
mensis vno. Christoforus mēsibus. vi. Sergius annis. vii. Anasta
sius duobus. Lando mēsib⁹. iiij. Johānes annis. xiiij. Leo mēsib⁹
sex. Stephan⁹ annis. vii. Johānes. iii. Leo. iii. Stephan⁹. iii. Mar
tinus. iij. Agabitus nouē. Johānes. viij. Benedict⁹. ij. Leo vno. Be
nedictus duob⁹. Johānes. v. Benedict⁹ vno. Donusdefuri. i. Bo
nefacius mēse vno. Benedictus annis. viij. Johānes mēsibus. viij.
Johānes anno ? Gregorius anno. i. Johānes mensibus ? Silue
ster annis. iiij. Johānes q̄ vocat̄ ligo mēsibus quinq;. Johannes q̄
vocat̄ fanasius annis. v. Sergius q̄ vocat̄ ospo annis. iij. Benedi
ctus frater alberici maioris annis. xi. Johānes frater eius nouē an
nis. Benedictus qui vocat̄ theophilatus. xiij. Siluester sauinēsis
ep̄s diebus. lv. Gregorius q̄ vocat̄ Johānes gratianus annis duo
bus. Clemēs qui vocat̄ sugeri⁹ mēsibus. ix. Damasus q̄ vocat̄ po
po diebus. xxiij. Leo sanctissimus q̄ vocat̄ brunus annis. v. Uictor
duobus. Stephanus q̄ vocat̄ fredericus mēsib⁹. vij. Benedict⁹ bel
leotrēsis ep̄s mēsibus. ix. Nicolaus q̄ vocat̄ girardus annis duo
bus. Alexāder q̄ vocat̄ anselmus annis. xi. Gregori⁹ q̄ ⁊ hildebran
dus annis. xij. Uictor q̄ ⁊ desideri⁹ cassinēsibus abbas mēsib⁹. iiij.
Urbanus scd̄s annis. xi. Paschalis scd̄s annis nouē. Gelasius se
cūdus duobus. Calixtus scd̄s. v. Honorius scd̄s. v. Innocēti⁹ scd̄s
trib⁹. Celestinus scd̄s mēsibus. v. Lucius scd̄s mensib⁹. x. Eugeni⁹
tertius. vij. Anastasis q̄rtus vno. Adrianus q̄rtus. vi. Alexāder ter
tius. xxij. Lucius tertius. iiij. Urbanus tertius vno. Gregorius octa
uus mēsibus. ij. Clemens tertius annis. ij. Celestinus tertius annis
vij. Innocētius tertius. xi. Honorius tertius. xi. Gregori⁹ nonus an
nis. xiiij. Post hoc dissensione facta in ecclesia ro. vacauit sedes an
nis duob⁹. Celestinus tertius tandē electus est senex ⁊ infirmus se
dit diebus decē ⁊ septē. Actos. Porro innocētius q̄rtus adhuc se
det in cathedra: qui iam sedit annis duobus. Nunc ad beati Petri
tēpora redeamus.

¶ De Agrippa filio herodis agrippe: ⁊ dissensione Pauli ⁊
Barnabe. C. XCV.

Omestor. Anno quo ascendit Petrus ab
antiochia romā. s. quarto anno
claudij. Erat q̄dā ꝓcurator in iudea: volēs sibi p violen
tiā vsurpare potestatē cōstituēdi sūmū pōtificē ⁊ mutā
di ꝓ arbitrio suo. Uidētes iudei q̄ nō possent ei resistere. miserunt
nuncios romā. Erat igit̄ Agrippa fili⁹ herodis Agrippe quē pater
decedēs in manu Caij dimiserat. Iste audiēs q̄ cā ppl̄i sui ageret̄:
intercessit pro eis ⁊ obtinuit. ⁊ rescripsit Caius ꝓcuratori vt ab hu
iusmodi exactione desisteret: ⁊ iudei significauerūt ei vt mitteret eis
agrippā: ⁊ faceret eū tanq̄ regē ⁊ dn̄z. Ipse autē misit eū in iudeam
nō tm̄ reddidit ei terrā patris q̄ totū regnū auitū obtinuerat: sed de
dit ei galaaditidē regionē: ⁊ potestatē cōstituēdi summū pontificē
vel sacerdotē in hierusalē ꝓ arbitrio suo: quā negauerat ꝓcuratori.
Iste fuit agrippa i cui⁹ regnū de iudea īminēte excidio i hierusalē
ab angelo p̄moniti secesserūt sicut hēm⁹ sup math. Sz nūc ꝓsequa
mur d̄ paulo ⁊ barnaba q̄ adhuc d̄morabāt̄ i antiochia euāgelizā
tes. P⁹ aliquot dies visū ē eis cōmōz reuerti p ciuitates i q̄b⁹ p̄dica
uerāt v̄bū dei: ⁊ visitare frēs ⁊ ↄfirmare i fide. barnabas q̄dē voluit
hr̄e i comitatu suo Johē: q̄ cognoiat̄ marc⁹. paulus aūt noluit di
cēs: q̄ i frōte aciei ↄstitut⁹ nimis tepide steterat. ⁊ q̄z timore mortis
a p̄dicatiōe destiterat. qn̄. s. a pāphilia descēdēs reuersus est hieru
salē. ideoq; nō erat assumēdus ad p̄dicationē: ne alios malo exēplo
lederet: ⁊ facta est dissensio ita vt discederent abinuicē. Et excusant
eos scl̄; q̄z nō dissenserunt odio cōmoti: sed a spūsancto ad hoc exci
tati vt diuisi in plurib⁹ locis p̄dicarēt: ⁊ plures lucrifacerēt. Barna
bas autē assumpto marco nauigauit cypꝝ: ⁊ ex eo q̄dē q̄ noluit eū
dimittere: ꝑpendit̄ fuisse ei⁹ cognat⁹. Legunt̄ aūt fuisse cōsobrini.
Paulus aūt ꝓfect⁹ est assumpto sila: ⁊ pambulabat siciliā ⁊ syriā.
Postea venit in derben ⁊ listrā: vbi erat christian⁹ noīe thimoteus
fili⁹ mulieris vidue v̄l iudee: natus de p̄re gētili. cui p̄hibebāt testi
moniū religiōi ⁊ oēs fideles q̄ erāt listris. Hūc cōstituit paulus ep̄z
filoꝝ: sz circūcidit eū p tollēdo scādalo iudeoꝝ: ne. s. scādalizarent̄: q̄
haberēt ep̄z incircūcisum: nō q̄ legalia post veritatē euāgelij essent
necessaria: paulatim tm̄ nō subito iudeis erāt tollēda.

¶ De Prouincijs a q̄bus prohibiti sunt a spiritusancto ⁊ de
Helena regina. C. XCVI.

Ostea duxit secū paulus thimotheū ⁊ per[...]
tes p ciuitates p[...] [...]
ta aplōꝝ ⁊ seniorꝝ q̄ erāt i hierusalē ⁊ [...]
⁊ mlt̄ [...]. Transeuntes aūt frigiā ⁊ galacie regionē,

volentes ire in asiam minorē: p̄hibiti sunt a spūscō: q̄ sciebat corda
hoīꝝ q̄ tūc nō eēnt credituri. Noluit ḡ spūsscūs sctm̄ dare canib⁹: ⁊
ipsos de ↄtēptu p̄dicatiōis graui⁹ dānari. voluit etiā has ꝓuincias
aplis refuari. Philipp⁹ naq; ⁊ iohēs p̄dicauerāt i asia minori. lucas
in bithinia: a q̄ sitr a spūscō sūt ꝓhibiti. Origenes etiā reddit terciā
cām. Dicit eni q̄z de⁹ ꝓuidēs seruis alimoniā corpalē: ab hmōi ꝓui
cijs discipulos p̄hibuit ꝓpter illā. s. maximā famē: in q̄ helena sustē
tauit frēs paupes: q̄ erāt i hiersm: q̄ fcā ē q̄rto āno claudij. Nec fuit
h̄ mr̄ ↄstātini: sz regina abigenoꝝ. Cui⁹ amore capt⁹ rex abigenoꝝ
duxit eā i vxorē: ⁊ ↄcepit ex eo. Et cū nocte dormiret cū ea: ⁊ posuis
set manū suā sup vterū p̄gnātis: a deo audita ē vox i hūc modū: Ui
dete ne ledat̄ puerū: q̄z magn⁹ futur⁹ ē in mūdo. Qui nat⁹ ⁊ diligēt
nutrit⁹: mortuo p̄re adhuc puer fact⁹ ē rex: ⁊ cōmēdat̄ in multis: q̄ ⁊
audiēs vnū deū coli a iudeis: coluit eūdē. ⁊ suscepit circūcisionē et
ritus iudeoꝝ. Hui⁹ mr̄ helena veniēs hiersm inuenit frēs fideles ine
dia laborātes: qm̄ erat tp̄s famis. Et emit granū vndiq;: q̄z attu
lerat argēti copiā ad emēdū: ⁊ sustētauit eos. Que cū adhuc eēt i iu
dea nūciatū ē ei: q̄ fili⁹ ei⁹ mortuus eēt. Et stati redijt ⁊ fecit exhi ca
dauer filij de sepulchro. ⁊ portauit in iudeā. Et fecit nō lōge a hiersm
extrui duo mausolea. In altero reposuit corp⁹ filij. ⁊ precepit: vt cū
mortua esset in altero corpus suū reponeret. ⁊ sic factū est. ⁊ adhuc
apparēt vestigia mausoleorū. Et putant multi decepti eē mausoleū
helene matris constantini.

¶ De Transitu Pauli in macedoniā. C. XCVII.

Um aūt p̄trāsissent misiā Paulus ⁊ socij ei⁹ vene
runt troadē ⁊ ostēsa est paulo visio p noctē.
Apparuit eni ei vir macedo. i. āgelus illi⁹ gētis assistat̄ viro
macedoni ꝓpetate ligue v̄l forme sp̄ālis: stās ⁊ deprecās
eū dicēs: Trāsiēs i macedoniā adiuua nos. Hoc ait angel⁹ assūpta
p̄sona macedonū. Ut āt visū vidim⁹: statū q̄siuim⁹ (ait Lucas) illuc
ꝓficisci. Hic eni p̄mo ostēdit Lucas se comitē fuisse Pauli. ⁊ forte
nūc p̄mo adhesit ei. Nauigātes aūt a troade: recto cursu venim⁹ so
tromaciā. ⁊ sequēti die philippis: q̄ est p̄ma ciuitas macedonie. i. ve
niētib⁹ a mari p̄ma occurrit. Fuim⁹ āt ibi p dies aliquot. Et exeunti
bus nobis ad orationē: obuiauit q̄dā puella habēs sp̄m phitonicū:
questuosa dn̄is suis: q̄z multū p̄cipiebāt emolimētū ex diuinatiōe
ei⁹. Et h̄ subsecuta clamabat dicēs Isti hoīes serui sūt excelsi dei: q̄
annūciant nobis viā salutis. ⁊ sic clamabat multis dieb⁹: forte spūscō
sp̄m phitonicū (vt p eā verū loq̄ret̄) vrgēte. Cōuersus āt paul⁹ expu
lit eū de puella. Uidētes aūt h̄ dn̄i ei⁹ appl̄hēderūt silā ⁊ paulū: ⁊ of
ferētes eos magistratib⁹ dixerūt Isti ↄturbāt ciuitatē nr̄am cū sint
iudei: p̄dicātes q̄ndā nouā religionē: quā nō licet nobis suscipe: cū
sim⁹ romani. Iā eni decretū erat a romanis: vt null⁹ de nouo de⁹ co
leret̄ nisi approbāte senatu. ⁊ cucurrit aduersus eos magistrat⁹. scis
sisq; eoꝝ tunicis flagellatos miserūt in carcerē. Sz p dei ꝓuidētiā li
berati sunt. ⁊ custodē carceris cū oī domo sua ↄuerterūt. sic in actib⁹
pleni⁹ legit̄. Et exeūtes trāsierūt p lydiā: ⁊ visis frib⁹ ↄsolati sūt eos.
Et inde ꝓfecti venerūt thessalonicā: ibiq; ↄuersi sūt de iudeis ⁊ gē
tilib⁹ multitudo magna. Zelātes aūt iudei: ⁊ assumētes quosdā ma
los de vulgo: cōcitauerūt ciuitatē aduersus eos. frēs vō p noctē di
miserūt paulū ⁊ silā i beroem. ⁊ multi de beroensib⁹ crediderūt. Au
diētes iudei q̄ erāt thessalonice: q̄ a paulo p̄dicaret̄ in beroe venerūt
illuc ↄcitātes multitudinē. ⁊ stati frēs paulū dimiserūt: vt iret vsq; ad
athenas.

¶ De Cōuersiōe atheniēsiū. C. XCVIII.

Bi disputabāt cū paulo epicurei q̄ ponebāt felicita
tē hoīs i sola corpis voluptate. ⁊ stoici q̄ in sola
virtute. Itaq; int̄ se dissētiētes i impugnatiōe apl̄i vnani
mit̄ ↄsētiebāt. Et appl̄hēsū duxerūt ad ariopagū. i. ad
vicū martis. in quo. s. erat tēplū martis: qm̄ atheniēses singlos vicos
denoīauerāt a dijs: quos ibi colebāt. ⁊ arios dr̄ mars. Erat āt vic⁹
excellētior ariopagus: qm̄ erat ibi cura magistratuū: ⁊ schola libera
liū artiū. Stans ḡ paul⁹ in medio ariopagi dixit: Uiri atheniēses p
oīa vos iudico supstitiosos. Preteriēs eni ⁊ vidēs simulachra vr̄a
inuēni et arā: cui⁹ supscriptio erat hec: Ignoto deo. Singlis eni
aris supponebat̄ titul⁹ idicās: cui eēnt dedicate. hūc inq̄t deū igno
tū ego annūcio vobis. h̄ est deus q̄ fecit mūdū: ⁊ oīa q̄ in eo sunt. in
quo viuim⁹: mouemur: ⁊ sum⁹. Quō autē hec ara illi deo cōsecrata
est nostrū ē supplere. Dic eni dn̄ice passiōis vidētes ph̄i q̄ athenis
erāt: tenebras factas sup vniuersā supficiē terre: nō potuerūt causā
earū inuenire in nālib⁹ causis. Tādē ad h̄ inducti sunt: vt dicerēt: q̄z
deus nature pati̇t. Et dixerūt atheniēses: Cōstituam⁹ arā illi deo.
Et dedicata est ara: ⁊ superposit⁹ est titulus Ignoto deo. Et cū vel
lent offerre holocausta ⁊ victimas illi ignoto deo: dixerunt philoso
phi: Honoꝝ nostroꝝ nō eget. sed faciatis genuflexiones ante ipsū

[illegible] et nō [illegible] oblationē [illegible] sed [illegible] [illegible] hunc [illegible] paulus a [illegible] eu mortuum fuisse resurrexisse: ascēdisse in celū: in fine orbē iudicaturū. Et cū p̄dicaret resurrectionē mortuoꝝ. q̄dā irridebāt: q̄dā vō dicebāt. Audiemus te de hoc iterū: q̄dā autē adherētes ei crediderūt.

De Cōuersione scī dionysij ꝛ libris ei⁹. C. XCIX.

Inter hos etiā fuit ariopagita di[onysi]⁹. Nā cū adhuc disceptarēt forte trāsijt cecus corā eis. Et ait dionysi⁹ paulo. Si dixeris huic in noīe dei tui vide ꝛ viderit: statī credā. Sed ne vtaris verbis magicis ego tibi p̄scribo formā verboꝝ hāc. In noīe Jhesu chrī nati de ṽgine: crucifixi: mortui: q̄ resurrexit ꝛ ascēdit in celū vide. Vt aūt tolle[re]t̃ oīs suspicio [illegible] paulus dionysio et ipse eadē v̄ba proferret. Qḋ cū fecisset: statī cecus vidit: ꝛ Dionysi⁹ se credere confessus est. Quē postea paulus ordinauit epm̄ corintheoꝝ. Actor. Hoc idē di[cit] Beda sed alij veri⁹ dicūt ꝙ athenieū. Nā ali⁹ fuit corintheoꝝ vt postea patebit. Iste q̄ dionysi⁹ ex pl̄o christian⁹ effect⁹ est ꝛ paulū sup astra secut⁹: audiuit ꝛ ipse de celestib⁹ arcana v̄ba silentio p̄mia: q̄ nobis in q̄ttuor libris dimisit scripta. In p̄hemio sup hierarchiā. Prim⁹ liber dionysij q̄ de celesti hierarchia iscribit̃ diuidit eā inter trinas celestiū ṽtutū dispositiōes. Prima itaq̄ hierarchia cōtinet cherubin: seraphin: thronos. Scḋa diationes: ṽtutes: potestates. Vltima p̄cipatus: archāgelos: angelos. Scḋa q̄ est de hierarchia ecclesiastica sl̄r diuidit eā in tres. Prima est legalis iam p̄terita q̄ ptinet ad sacerdotiū veteris testamēti: qḋ in varijs ꝛ valde ꝛ obscuris symbolis a moyse carnali pp̄lo distributū est. Scḋa est ecc[lesi]a noui testamēti [illegible] symbolis [illegible] sacramētoꝝ [illegible] p̄ veritatis [illegible]. Et est [illegible] tertia [illegible] nunc inchoata ex p̄te in p̄ntī [illegible] [illegible] post gloriā future resurrectiōis [illegible] sacramētoꝝ [illegible] veritatē [illegible] claritate cōtemplabimur. Tertius q̄ de diuinis noīb⁹ vocat̃ diuinorū noīationū virtutes cōtinet. Quartus inscribit̃ de mystica theologia.

De Vltimo aduētu i hierusalē ꝛ vinculis eius. C. C.

Ector. Paulus igitur athenis moratus est tribus mēsibus: ꝛ postea factis ei insidijs a iudeis sciētibus ꝙ deferret collectas: habito cōsilio vt vitaret eorū isidias nō recta via iuit in hierusalē. sed circūeūdo p macedoniā p quā venerat q̄busdā frib⁹ recta via p̄cedētib⁹ ꝛ expectātib⁹ eū troade donec veniret ad eos. Et illuc veniēs moratus est septē dieb⁹. vltima die. s. die dn̄ica: cū p̄fectur⁹ esset in crastinū disputāte illo ꝛ ꝓtrahēte sermonē: vsq̄ ad mediā noctē. quidā adolescēs grauatus sōno q̄ sedebat sup fenestrā cenaculi cecidit in terrā: ꝛ oblatus est paulo mortuus: ꝛ suscitatus est ab eo. Qui trāsiens p diuersa loca cū fr̄ibus venit miletū: ꝛ ibi cōuocās p̄sbyteros ecclie q̄ erat ephesi. fecit eis sermonē de cura pastorali seipm̄ eis ꝓponens in exemplū humilitatis ꝛ patiētie ꝛ circa subditos adhibēde diligētie. Inde ptrāsiēs plura loca nauigio: deuenit tyrū: vbi dissuadebāt ei fr̄es q̄ ibi erāt ne ascenderet in hierusalē predicantes spiritu p̄phetico que ei ibi debebāt euenire: si ascēderet. Sed ipse nihilominus profectus a tyro: transijt nauigio ptholomaidas vrbē. s. palestine cum socijs suis: ꝛ inde cesareā: ꝛ ibi apud Philippū diaconum [illegible] aliquot [illegible] Philippi quattuor filie p̄phetabāt paulo qḋ euenturū erat in hierusalē ꝛ sl̄r quidā ꝓpheta a iudea supueniēs noīe Agabus. Vnde discipuli rogabāt paulū ne iret illuc: sed ipse nolēs eis cōsentire. ascēdit cū socijs suis ꝛ iasone hospite suo de cesarea in hierusalē. Cū aūt itrasset ad Jacobū collecti sunt seniores. Quib⁹ salutatis narrauit p singula q̄ ꝛ quāta fecerat deus p ei⁹ ministeriū. Qui cū audissent magnificabāt deū ꝛ dixerūt paulo. Vides frater quot milia sūt in iudeis q̄ crediderūt: oēs tamē adhuc sunt emulatores legis: volētes pariter cū lege suscepta obseruare legalia: ꝛ audierūt de te ꝙ p̄dices abolitionē legis: vnde cōsulim⁹ tibi vt scifices te sm̄ legē. s. nazareoꝝ cū q̄ttuor q̄ habēt votū super se: vt appareat sic falsa opinio q̄ increpuit de te: ꝛ statuerūt de ei⁹ cōsensu vt iudeis ad fidē cōuersis nō ꝓhiberet̃ obseruatio legaliū. ita dūtaxat vt nō ponerēt spem in eis. Et distingue q̄ttuor synodos in p̄mitiua ecclia hierosolymis celebratas. Primā de substitutiōe mathie loco iude. Secūdā de electione septē diaconoꝝ. Tertiā qua statutū est cōuersis ad fidē gētib⁹ nō esse iponēdū onus legaliū cū ascēderūt petrus ꝛ paulus de anthiochia in hierusalē. Quartā de q̄ hic agit̃. Postera die purificatus Paulus cū quattuor viris intrauit cum eis ꝛ obtulit oblationem suam sicut ꝛ alij. Consummatis autem quinq̄ diebus: Judei qui venerunt de Asia persequentes Paulū cōcitauerūt oēm populum cōtra eum: et illis querentibus eum occidere nūciatū est tribuno cohortis. s. claudio lisie q̄ [illegible] fuerat a felice p̄side. ꝛ iussit eum ligari duab⁹ cathenis: donec ue[ri]tatē ei⁹ cognouisset. Dut⁹ āt cause ṽtilationē: ꝛ ipsi⁹ appellationē qm̄ ipe satis actuū liber p̄sequit̃: ad p̄ns p̄termitto: illucq̄ lectorē remitto.

De Multiplici calamitate iudeoꝝ. C. CI.

Vsebius i historia ecclesiastica li. ij. Claudio adhuc in impio ꝑdurāte: in ipa solēnitate pasche tāta iudeis ꝑturbatio ꝛ vastitas hierosolymis accidit: seditiōe cōmota: vt illi soli q̄ in foribus templi ꝯstipatiōe pp̄li necati sūt. xxx. milia viroꝝ numerabant̃. ꝛ cōuersus est dies festus eoꝝ i luctū. Sꝫ ꝛ alia q̄plura iudeis male impta etiā Josephꝰ p h̄ v̄ba desigt. Inflāmat̃ inq̄t seditio acerbissima a pōtificib⁹ aduersū sacerdotes ꝛ p̄mos plebis hierosolymoꝝ. quorū singuli ꝯquerētes sibimet ꝑditoꝝ iuuenū ꝛ nouis reb⁹ gaudētiū manū duces semetipsos ꝓprie factionis instituebāt. Qui ꝯfligētes ad inuicē p̄mo ꝯuitijs lacessere. tū deinde ꝛ saxis iuicē sternere[nt] q̄squā erat q̄ coercēt: sꝫ agebant̃ oīa tanq̄ in vrbe nō hn̄te rectorē. [illegible] pōtifices in tā[ta] [illegible] venere [illegible] vt [illegible] suis ad areas [illegible] [illegible] decimas q̄ sacerdotib⁹ debebāt̃ ꝛ accidebat vt [illegible] ꝛ minorib⁹ sacerdotib⁹: quoꝝ alimonie vi fuerāt direpte: media [illegible] [illegible] ita seditiorū violētia [illegible] [illegible]. Nō [illegible] media ciuitate occurrētes sibi trucidabāt: p̄cipueq̄ i dieb⁹ festis [illegible] plebib⁹ admixti: occultati pugionib⁹ oberrātes: vt quisq̄ designa[tus] eis comin⁹ incidēt ꝑimebāt. Et arte nephariā cū corruisset in quē oc[culto] vulnē strauerāt. tūc idemipsi ꝑcussores veluti indignari se simulabāt aduersus eos q̄ h̄ in media vrbe cōmitterēt: atq̄ h̄ mō occulta eoꝝ facinora permanebāt. Et prim⁹ oīuꝫ ab his ionathas pōtifex interficit̃. post illū q̄plurimi iugulant̃. ita vt iam ipse mortis eēt grauior met⁹ morꝫ dū vnusquisq̄ in ꝑiculo [illegible] p momenta [illegible] [illegible]. Post h̄ [illegible] [illegible] Danil⁹ vō di hac vastatiōe afflixit iudeos egypti⁹ q̄dā falsus ꝓpheta. Qui cū venisset ad iudeā hō mag⁹: fidē sibi ꝓphetie magica arte [as]ciuit. ꝛ cōtinuo. xxx. fere milia viroꝝ cōgregās: ꝛ ducēs eos p [illegible] [illegible] cū ipsis ad montē q̄ vocat̃ oliueti: parat⁹ inde irruere hierosolymā ꝛ i hac ptāte vrbē tenē: simulq̄ romanoꝝ p̄sidia ac plebē tyrānidi sue subiugare frēt⁹ p oīa his quos secū eduxerat satellitib⁹. [illegible] [illegible] felix [illegible] cū armat̃ obuiā [illegible] [illegible] cū plebe reliq̄ ꝯspirāte: ꝯgressiōe facta: egyptū q̄dē cū paucis i fugā vertit. Perempti vō alijs: alijs etiā ꝛ captis: tenē cepta facile destruxit. Hec in secūdo historiarū libro Josephus refert.

De Seneca ꝛ libris eius ac flosculis moralib⁹. C. CII.

Unq̧ multis verbis eos alios consolaret̄ τ illi lachrymas tenere nō possent superuenit sacerdos deoꝝ cū q̄ttuor apparitorib⁹ τ alijs decē viris. Qui rapiētes eū de medio fratrū: statuerūt vinctū corā p̄fecto agrippa. Qui arguēs eū de crucifixi doctrina τ deoꝝ iniuria iussit crucifigi. Et ecce ingēs concursus subito fact⁹ ē diuerse etatis τ sexus clamātiū voce sūma. Ut q̄d occidit̄ petrus. In quo lesit vrbē. Nōne timēdū ē ne tanti viri necē de⁹ vindicet: τ nos oēs perire p̄cipiat. Et ceperūt in agrippa seuire: moliētes illesū rapere τ conseruare petrū τ icōditis vocib⁹ plebis iniuere confūdebat̄ roma: tūc petr⁹ ascēdēs editiorē locū nutuq̧ ad silētiū puocās ppl̄z ait. O viri fideles q̄ chr̄o militat̄ O spēs q̄ ī chr̄o speratis: si charitas vr̄a ī me vera ē: τ integra ī me viscera pietatis ostēdit̄: nolite īpedire pparātē ad chr̄i: sitate q̄eti τ letū: τ hostiā meā cū hilaritate dn̄o offeraz: his dictis vix sedata ē seditio τ p̄fecti conscriptio. Poterāt.n. τ hiant optabāt eū euertere: sz tiebāt aplz contristare q̄ magistri sui sequebant̄ exēplū dicētis. Possū mihi nūc si volo. xij. legiōes an.e. Uenerūt igit̄ simul ad locū naumachie vbi posita erat crux. Accedēs petrus τ stās cruci dixit. O crux q̄ hoīem deo cōiunxisti τ a diabolo dn̄o magnifice segregasti. O crux q̄ quotidie carnes agni īmaculati fidelib⁹ ppl̄is diuidis: τ serpētis dira venena poculo salutari depellis: ac rapidū p̄adisi igniū credētib⁹ sine intermissiōe restringis. O crux q̄ pacē quotidie terrenis cū celestib⁹ operaris: vim patior tui cā. Implete carnifices q̄d vobis iussum ē. Exuite me mortali tunica: vt spū adhereā dn̄o. Petijt sane a ministris carnificis: τ ait. Precor vos bone salutis mee ministri: vt crucifigentes me: caput deorsum ponatis: τ pedes sursum. Nō enī decet me seruū vltimū ita crucifigi vt dn̄m vniuersitatis: q̄ passus est p̄ salute mundi. Cūq̧ hoc factū fuisset adorsus est petrus ppl̄m flētē de cruce cōsolari: vt mirabiliter alloq̄ dicēs. Grāde τ p̄fundū est crucis mysteriū: ineffabile atq̧ inseparabile charitatis vinculū. Hoc est vite lignū quo destructū ē mortis īperiū hoc tu mihi aperuisti dn̄e aperi τ oculos istoꝝ τ videāt consolationē vite eterne. Tūc aperuit dn̄s oculos eorū q̄ lugebāt τ viderūt angelos stātes cū coronis: de florib⁹ rosaꝝ τ liliorꝝ: τ in virtute crucis erecte stātē petrū τ librū a chr̄o accipiētem τ ea verba q̄ loquebat̄ inde legētē. Q̄d vidētes ita ceperūt gaudere in dn̄o vt illusi τ increduli τ carnifices vidētes eos letari quos p̄mo tristes viderāt subito delitescerēt τ velut fumus euanescerēt. Tunc petrus gratias agēs: τ oues sibi traditas chr̄o cōmēdās: cū omnis populus respondisset amen: magna voce tradidit spiritū.

De exequijs eius τ correptiōe neronis. C. XV.

Marcellus quidā frater: statim corpus sanctū proprijs manib⁹ de cruce deposuit τ lacte ac vino optimo lotū atq̧ aromatib⁹ cōditū diligētissime sepeliuit. In ipsa aūt nocte cū ad sepulchrū eius vigilaret: τ ardēti ipsius desiderio fleret. Statuerat enī in vita sua nō separari a doctoris sui sepultura: stetit ante euz beatus petrus τ ait. Frater marcelle nō audisti vocē dn̄i dicētis. Dimitte mortuos sepelire mor. suos. Ne ḡ q̄si mortuū videaris sepelisse τ flere: sz quasi viuus viuēti: τ gaudenti cōgaudere: relinque mortuos sepe: mor. s. tu autē vt p̄ me didicisti vade τ annuncia regnum dei. Nero autē cōperiēs obisse beatū petrū quē artari non interfici iusserat: agrippa iussit cōprehendi: q2 non euz cū sua sententia interfecerat quē per varia puniri supplicia disponebat propter symonē magū: de cuius casu dolebat. Agrippa vero interuenientib⁹ amicis obtinuit: vt prefectura carens domo p̄pria degeret. Deniq̧ conuertit nero animū ad persecutionem eorū quos didicit beato petro familiarius adhesisse: vt vel eorū penis de petro satiaret̄. At beatus apostolus fratrib⁹ hoc p̄ reuelationem innotuit: τ qualiter ferā bestiam declinarent instruxit. Nero quoq̧ per visum sibi sanctū astare petrū vidit: τ dirissime a quodā [illegible] flagellatus audiuit [illegible] impijssime a dn̄i nostri ihesu chr̄i seruis: quos nūc tenere nō poteris. Unde pax pauefactus quieuit. Erantq̧ fratres simul exultantes in dominū: sepe confortati visione beati petri. Actor. Eodem autem anno τ eodem die quo petrus passus est τ paulus (vt ait hieronymus) in eadem vrbe τ sub eodem persecutore.

De Paulo q̄liter patroclo suscitato cōprehēsus est. C. XVI.

Exgestis [illegible] die cū paul⁹ circa vesperā in cenaculo [illegible] doceret. patroclus q̄dā deliciosus τ pincerna regi ipsi⁹ se subducēs a specib⁹. abijt ad horreū vbi paulus hospitabat̄ vbi audiret vite ppetue documēta. inuitat⁹ ad h̄ a consodalib⁹ suis q̄ familiari obsequio pauli monita sectabant̄. Sed cū p̄ multitudine populi ad eū adire nō posset: ad fenestrā excelsiorē ascendit: ac sec⁹ euz sedit vt verbū dei cōmodius audire posset. Sed cū paulus in longū sermonē protraxisset τ iuuenis somno fatigaret̄: cadens de fenestra spiritū exalauit. Q̄d paulus statim p̄ spiritū agnoscens dixit ad plebem vt sibi afferrent cesari delicatū iuuenem latentē foris exanimē. Q̄d cū fecissent ait. Accedite plena fide ad dn̄m τ deprecemur eū vt restituat̄ anima ī istud iuuenile cadauer. viuatq̧ melius q̄3 vixerit. Cunctq̧ ingemuissent oēs procūbentes oratiōi ait paulus. Adolescēs surge τ narra quanta tibi fecerit dn̄s. Ad hāc vocē ille quasi de somno surrexit τ glorificauit deū. Cunq̧ lamentaret̄ nero patroclū: τ immensitate absorberet̄ tristitie: dixerunt circūstātes ad cesarē patroclū viuere: eumq̧ pre forib⁹ adesse. Q̄d ille audiens expauit corde: τ recusabat eū introire: τ aspectui suo astare: sed cū ille fuisset ab amicis p̄suasus iussit introire eū. Et videns eū vegetū. nullaq̧ signa mortis habentez obstupuit. τ ait. Patrocle quis te fecit viuere. Cui ille corde exhilarat⁹: τ calore fidei accensus ait. Dn̄s ihesus christus rex omniū seculoꝝ. tunc conturbatus nero de noīe virtutis dei dixit. Ille ergo debet regnare in secula: τ resoluere regna oīa. Cui r̄ndit. Etiam. τ ipse solus est rex regum. τ dn̄s dominantiū. Nero aūt dedit ei alapā dicēs. Ergo militas illi regi. R̄ndit ille. Etiam. Naz excitauit me a mortuis. Tūc barnabas τ iustus τ quidā alij ministri cesaris q̄ ei iugiter assistebāt dixerunt. Cur cesar recte sapientē τ veracissime r̄ndentē iuuenē percutis. Nā τ nos militamus illi regi inuicto ihesu christo. Q̄d audiens nero retrusit eos in carcerē vt nimiū torq̄ret: quos aū nimis amauerat. Et iussit inquiri milites illius magni regis vt punirent̄. Inter quos τ paulus ducit̄ vinctus.

De [illegible] eius [illegible] coram cesare. C. XVII.

Quem cesar. O inquit homo magni regis seruus mihi aūt vinctus [illegible] sum est romanū regnū latentē introire τ mihi subtrahere illiq̧ colligere milites de militie mee principatu. Paul⁹ vo repletus spūsancto constant̄ r̄ndit. Nero nō solū de angulo tuo colligimus milites: sz de toto orbe. Hoc enī mihi p̄ceptū est: vt neminez ex omni gēte militare volentē eterno regi meo repellā: ceterū noli putare q̄ diuitie huius mūdi aut gloria seruare te debeāt. Sed si subiectus illi fueris. imperpetuū salu⁹ eris. cū enim venerit iudicare viuos τ mortuos vastabit figurā mūdi p̄ ignem: τ militib⁹ suis donaria indeficiētia largiet̄. Nero igit̄ ira accēsus: q2 dixerat paulus figurā mūdi p̄ ignē resoluendā. iussit oēs milites christi igne cremari. paulū vo tanq̄3 maiestatis reū s̄m humanas leges capite truncari Tradiditq̧ eū ministris: vt illū extra vrbē ducētes. populo spectaculū de eius occisiōe p̄berēt. Quib⁹ ille sine intermissiōe verbū salutis p̄dicabat. Apparitores quoq̧ p̄ omnē circa regionē nero dixerit. qui τ latitātes scrutarent̄: τ manifestos sil̄ interficerēt christianos. Ubi tāz multiplex occisa est turba christianoꝝ vt romanus ppl̄us palaciū [illegible] irrumperet: τ seditionē contra cesarē excitare moliens [illegible] ret. Pone modū cesar iniustissime iussiōi. tpa furorē irrationabilē. Nostrates sunt hoīes quos p̄dis. romanū intuent̄ imperiū. tūc nero clamores ppl̄i expauescens. aliud edictū proposuit vt nemo auderet christianis quicq̄3 inferre molestie donec ex relatiōe cuiusq̄3 relatio plenissime cognitiōis referret̄ ad cesarē. Un̄ factū est vt iterum paulus offerret̄ eius cōspectib⁹. Quē nero vt vidit vehementissime exclamauit. Tollite tollite maleficū. decollate īpostorē. p̄dite sensuū alienatorē. Ait paul⁹. Nero. tpe modico patior ego: sed viuā imperpetuū deo τ regi meo eterno. Nero dixit longino τ megesto τ cesto Auferte celeri⁹ ab illo caput: τ sic sibi de vita eterna blandiat̄. sentiatq̧ me regē inuictū: qui eū vinxi: τ occidēdo deuici. Paulus vo ait Ut scias nero me post decollationē meā cito regi eternaliter viuere: te aūt victū q̄ nūc putas te vincere. Cū mihi caput abscisum fuerit viuus tibi apparebo: τ cognoscere poteris: q2 mors τ vita famulant̄ dn̄o nr̄o ihesu christo. cui⁹ est omne regnū: τ cui voluerit dabit illū.

Qualit̄ ad suppliciū pgens ductores suos conuertit. C. XVIII.

Hijs dictis ductus est ad suppliciū. Et cū ducerent̄ dixerūt illi tres viri. Ubi est paule rex ille τ vbi apparuit vobis: τ quid vobis contulit vt sic artissime christianū eum diligatis. Magnus nobis error videtur iocūditatem odisse ac vitam τ toto desiderio penas amplecti ac mor

tem. Paulus ait. O viri cordati: ac bono sensu vigentes: relinquite tenebras ignorãtie: qui bus obnubilatur intelligẽtie vestre nobilitas. ne verũ qd in vobis latet videre possitis: ⁊ mẽtis oculos ad verã ⁊ eternã lucẽ cõuertite: vt prius vosipsos valeatis cognoscere: ⁊ sic ad cognitionẽ illius regis cũ leticia puenire: atqz ab igne toti orbi superuẽturo ⁊ salui ⁊ illesi pmanere. Nõ enĩ vt putatis alicui terreno regi militamus: sed deo viuo regi celorũ ⁊ oĩm seculorũ. Qui ppter hoc factus ẽ hõ: vt hõ ab iniqtate reuersus: relinquẽs simulacra vana q̃ nephandissime colit: seruiat illi q̃ eũ fecit. Qui ⁊ ppter iniqtates q̃ in mũdo sũt veniet iudex: ⁊ iudicabit illũ p ignẽ. Ad hec turbe audiẽtes: leuauerũt vocẽ in planctũ dicẽtes. Errauimus doctor salutis: miserere nostri. Lõginus quoqz megestus ⁊ cestus alloquẽtes secretius aplm dixerũt. Rogamus te dñe: fac nos ascribi i militia eterni regis: vt possimus venturũ ignẽ euadere: ⁊ pncipes regni eterni fieri: ⁊ dimittemus te: vel potius quo decreueris pgere: erimus tibi itineris comites ⁊ vsqz ad mortẽ parẽtes. Quibus rñdit paulus. Fratres mei nõ sum pfugus sz miles regis mei legitimus. Nec sine causa patior. Nã reposita ẽ mihi corona victorie: quã reddet mihi cui credidi. Ideo mortẽ hãc otẽno: ⁊ vestraz petitiões vt abscedã: nõ facio. At illi flẽtes dixerũt. Quõ te punito viuemus: ⁊ ad illũ in quẽ nos credere persuades peruenire vltra valebimus. Cũ hec inter se loquerent: ⁊ ppls multus voces in altũ ederet misit nero pthemiũ ⁊ ser???ã vt viderẽt si iam paulus eẽt occisus. Qui inuenerũt eũ viuentẽ adhuc ⁊ turbas docentẽ: q̃ etiã illos ad se vocãs dixit. Viri credite in deũ viuũ qui me ⁊ oẽs i se credẽtes a mortuis suscitabit. At illi dixerũt. Ad cesarẽ prius denunciãtes ibimus cũ perfectũ fuerit p quo missi sumus: ⁊ cũ mortuus fueris ⁊ resurrexeris: tũc regi tuo credemus. Paulus ait. Cõmemoratiõe mea in carne plus indigetis: si credere vultis: qz ego q̃ ad vitã p mortẽ vado: sed iam pergamus exultantes in nomine dñi.

Qualiter decollatus ẽ: ⁊ mãphora plãtille restituta. C. XIX.

Unqz pgerẽt ad portã vrbis habuit obuiã nobilẽ quãdã matronã noĩe plantillã religiõis diuine cultricẽ: ⁊ aplorũ feruẽtissimã dilectricẽ. Que flens eius oratiõibus cõmẽdare se cepit: ad quã paulus ait: vade plãtilla eterne salutis filia: cõmoda mihi pãnũ quo caput tegis: ⁊ secede paululũ: hic me expectãs: donec reuertar ad te: ⁊ tibi restituã beneficiũ. Ligabo enĩ mihi oculos vice sudarij: ⁊ tue dilectiõi p christi noĩe pignus ad illũ pgẽs relinquã. Qua festinato pãnũ porrigẽte insultabãt ei pthemius ⁊ seritas dicentes. Quid credis in postori ⁊ mago: cur pdis pannũ optimũ nõ tñ p eũ in seculo lucratura. Paulus vero ad eã. Etiã filia hic prestolare aduentũ meũ: ⁊ signa mortis mee in panniculo tibi afferã cũ christo victurus. Interea longinus genestius ⁊ cestus dũ istarẽt p salute sua: modũ inqrẽtes quo ad vitã vitaz possent attingere: audierunt ab aplo. Frẽs mei vos ⁊ ceteri ... i interfectiõis mee mox vt a loco decollationis mee recesseritis: viri fideles rapiẽt ⁊ sepeliẽt corpus meũ: vos aũt notate locũ sepulchri: ⁊ cras diluculo illuc venite: ibi inuenietis duos viros orantes titũ ⁊ lucã: q̃ dabũt vobis signũ salutis: statimqz ab oibus petõũ otagijs: ⁊ ab hoc etiã qd reueremini in me scelere ppetrato incũctanter purgati eritis: ⁊ sup niuẽ dealbati: in serie christi militũ descripti: ⁊ celestis regni coheredes effecti. His dictis puenit ad locũ passiõis vbi ad orientẽ versus tẽsis in celũ manibus diutissime orauit cũ lachrymis hebraice: ⁊ gratias egit deo. Deinde valedicẽs fratribus benedixit eos. Et ligãs sibi de plãtille mamphora oculos in terra vtrũqz genu fixit ⁊ collũ tetẽdit. Speculator vero in altũ brachiũ eleuans cũ virtute pcussit: ⁊ caput eius abscidit. Qd postq̃ a corpe pcisum fuit: nomẽ ihesu christi hebraice clara voce psonuit: statimqz de corpe eius vnda lactis in eius vestimenta exiliuit: ⁊ post eã sanguis effluxit. Stola vero qua sibi ligauerat oculos: cũ quidã vellẽt eã rapere nõ cõparuit. Tanta etiã lucis immensitas ⁊ odoris suauitas in momẽto decollationis celitus ibi emicuit: vt mortaliũ oculi splendorẽ illũ sufferre: ⁊ humana lingua narare odorẽ nequiuent. Qd videntes q̃ aderãt laudabant deum quem paulus predicabat.

Qualiter post mortem apparuit plantille ⁊ post cesari ⁊ post ministris. C. XX.

Euertentes vero q̃ missi fuerãt vt interfectione eius acceleraret inuenerũt ad portã ciuitatis plãtillã laudãtẽ deũ in his q̃ viderat ⁊ audierat p eius apostolũ. Et interrogauerũt eã cũ irrisione cur caput suũ non operiret mãphora quã suo apostolo prestauerat. Que accedens accensa calore fidei respondit. O vani ⁊ increduli: vere habeo eandẽ quẽ illi porrexerã pãnũ: de infusiõe sui gloriosi sanguinis preciosum. Nã de celo veniẽs innumerabili cãdidatorũ caterua comitatus: illum mihi veracissime retulit ⁊ dixit. Tu mihi plantilla in terris obsequium prestitisti. ego te quantocius ad celestia regna per ... In ... p te reuertar ⁊ tibi regi inuicti gloriã demõstrabo. Et extrahẽs plantilla pãnũ roseo sanguine pfusum oñdit illis. Qui timore correpti cito pcexerũt ad cesarẽ que viderãt ⁊ audierãt nunciãtes. At ille audiens ingenti stupore attonitus: cepit de his cum philosophis ⁊ amicis sermonẽ habere. Cuncqz hec inuicẽ mirarent ⁊ secũ quererẽt: venit paulus circa horam nonã ianuis clausis. stetitqz ante cesarem ⁊ ait. Cesar ecce ego paulus regis eterni ⁊ inuicti miles: non sum mortuus: sed viuo deo meo. Tibi aũt miser mala ineffabilia imminẽt: pro eo qd inter alia flagicia pessima multũ sanguinẽ iustorũ effudisti iniuste. Hec dicens repente disparuit. Nero his auditis: vltra q̃ dici possit: timore perculsus ⁊ velut amens effectus. ignorabat quid agere posset. Suadentibus vero amicis iussit patroclũ ⁊ barnabã ⁊ alios cũ eis vinctos soluere ⁊ quo vellent abire. Lõginus deniqz megestus ⁊ cestus (sicut eis cõstituerat paulus) diluculo veniẽtes ad sepulchrũ eius, viderunt duos viros orantes ⁊ in medio eorũ stantẽ paulũ. Horrentes aũt in visu. reuerenti sunt ppius accedere. Et titus ⁊ lucas in se ab extasi reuersi. videntes illos q̃ fuerãt ministri necis pauli. humano terrore subrepti fugierũt: ⁊ paulus euanuit ex oculis eorũ. Illis vero clamãtibus post eos: nõ ideo venimus vt vos psequamur: sed vt nos credentes per aquã baptismatis. (sicut nobis pmisit paulus) ad vitã eternam transferamur. Tũc titus ⁊ lucas cũ multo gaudio steterunt: ⁊ imponentes eis manus. signaculũ eis sanctificationis prebuerũt.

De miraculo pauli in eo q̃ voluit se suspẽdẽ. C. XXI.

Regorius turonensis. Homo quidã fora queũ ad extorquẽdã vitã instigante diabolo preparãs cũ secretũ cellule in q̃ hoc ageret inpisset. funẽ trabi trãsmisit: laqueũ cepit inecter. Nomẽ tñ pauli apli semp inuocabat dicẽs. Adiuua me sancte paule. Et ecce vmbra squalida ⁊ funesta q̃ nihil magis vultu q̃ diabolũ simulabat apparuit. hortãs ⁊ dicẽs. Eia celerius exple qd cepisti. At ille cũ hoc opus vite extorquẽda pararet sp beatũ paulũ adiutorẽ inuocabat. Deniqz expedito iã laqueo cũ vehemẽtius vrgeret ab vmbra vt collum inmitteret. subito affuit alia vmbra huic similis dicẽs ei q̃ cũ homine erat. Euge miserrime en paulũ apostolũ huc venientem. Inuocatus enim ab homine ecce adest. Tũc euanescentibus vmbris hõ ad sensum suũ reuersus est: ⁊ crucem virtutis dñice pectori inuitanti deprecans penitentiaz agens lachrymarũ imbre perfusus agebat: ... tentasset. Igitur de pauli virtutibus multa audiuimus: sed de pluribus vnum tñ miraculum studuimus.

De primatu romane ecclesie ratione petri ⁊ successione clementis. C. XXII.

Elasius papa in decretis. Sancta itaqz romana ecclesia nullis sinodicis aliarum ecclesijs plata ẽ: sed euãgelica voce dñi ⁊ saluatoris nri primatũ obtinuit dicẽtis. Tu es petrus: ⁊ sup hãc petrã edificabo ecclesiã meã. Cui data ẽ societas btissimi pauli apli vasis electiõis: q̃ nõ diuerso (vt heretici garriũt) sz vno tpe eadem die gloriosa morte cũ petro in vrbe roma. sub cesare nerone agonizãs coronatus ẽ. Et pari supradictã romanã ecclesiã christo dño cõsecrarũt: ac ceteris vrbibus in vniuerso mũdo sua pñtia. ac venerãdo triũpho pretulerũt.

Eusebius i chronicis. Post petrũ vero pmus romanã ecclesiã tenuit linus.

Haimo i christianorũ rerũ memoria li. iij. Aiũt aũt q̃ de cathedra romane ecclesie diligẽtius pscrutati sũt: qz linus ⁊ cletus nõ sederũt vt põtifices: sed vt sũmi põtifices coadiutores qbus in vita sua beatus petrus vnã credidit ecclesiasticarũ rerũ dispositionẽ. Ipse vero tm̃ oratiõi ⁊ pdicatiõi vacabat. Unde tãta auctoritate dotati meruerũt in cathalogo pontificũ reponi. Clemẽtẽ vero ipse beatus petrus sibi successorẽ istituit. sicut ex ipsius vbis ad clemẽtẽ platis: vt canones hñt accepimus.

Actor. Nã qualiter petro adheserit: ⁊ qualiter ab eo pontificatũ acceperit. ipsius clemẽtis opuscula ptinent in hunc modũ.

Idem clemẽs adhesit pmo doctrine barnabe C. XXIII.

Lemẽs in itinerario petri li. j. Ego in q̃t clemẽs in vrbe roma natus ex pma etate pudicitie studiũ gessi. Inerat qz mihi cogitatio vñ initiũ sũpserim. Et vtrũ sit mihi aliq̃ vita post mortẽ. an nihil omnino. Et vtrũ factus sit mũdus an sp fuerit. Nã certũ videbat qz si eẽt factus eẽt pfecto soluẽdus. Et si soluat q̃d iterũ erit. Hec ⁊ his silia mihi indesinenter aio reuoluẽti. inerat comes optima q̃ me deserere nõ sinebat imortalitatis cupido. Cũqz cogitatiõis me estibus agitarer. fama quedã peruenit ad nos q̃ etiã vniuersum orbẽ replebat qz eẽt qdã in iudea q̃ regnũ dei euãgelizaret iudeis. idqz eos pcepturos diceret q̃ doctrine sue istituta seruassẽt. Et vt fidelis eius sermo eẽ crederet

virtutes multas & signa efficere sola iussione dicebatur. Deniq; in vr be p loca ductus fieri: & de hoc sermone tractari: atq; in admirationē res haberi cepit donec sub eodē anno vir qdā noīe barnabas ex orie [illegible] celeberri mo loco ad ppl̄m pclamaret. Audite ciues romani filius dei adest i ptib⁹ iudee: pmittēs oib⁹ volētib⁹ audire se vitā eternā. Proptē qđ 9uertimini a malis ad bona: a tpalib⁹ ad eterna. Intelligebā sane q nihil dialetice artis eēt in hoīe: sz simpliciē & absq; vllo dicēdi fuco: q audisset a filio dei vel vidisset exponeret. Et qdā libenter annuere pplus: & simplicē amplecti sermonē cepit: at hi q sibi eruditi videbā tur: irridere hoīem ceperūt ac spnere & syllogismoz in eū tendiculas pferre: at ille velut deliramēta eoz argutias ducēs: ea q pposuerat exequebat intrepid⁹. Deniq; cū ei loquēti qdā pposuisset cur ita fa ctus sit culex: vt cū sit exiguū aial & sex haberet pedes: insup addite sūt ei & ale. Elephas vo cū sit aial imane neq; alas habeat: qttuor tā tū pedes hȝ. Ille ait. Stultis ppositioib⁹ vestris ridere pfacile pos sem: si veritatis discēde cā quereretis. Sz nūc de creaturis aliqd di cere vobis absurdū ē: cū ipe creator oīum ignoret a vobis. Tūc indi sciplinatores: simul oēs risum dederūt: barbaz eū & minus sane men tis acclamātes. Ego vo hoc cernēs: zelo repletus silere nō potui. Re ctissime in quā oipotēs deus abscōdit a vobis volūtatē suā: quos agnitiōe sui puidit indignos. Ridetis eni salutis vestre ministros & nūcios ignorātes: qr vestra (q v-bis periti & eloquētes videmini) cō dēnatio est: qr apud agrestes & barbaros videt vitatis agnitio q cuz ad vos venerit nec qsi hospita suscipit q (nisi intēperantia vra & libi do obsisteret) ciuis esse & vernacula debuisset. Quid putatis futuruz nobis si erit iudiciū dei sicut iste dicit. Hec & his similia cū psequer rer astātis ppli fremitus 9citabat dū alij velut erga hospitē misera tione cōmoti sermonē meū probarēt: alij petulantes & stolidi in me quoq; velut in barnabā effrenati animi iracundiā 9citarēt.

Qualiter Postmodū adhesit petro. C. XXIIII

Ducesperascēte autē die apphēdēs manu barnabā ad domū meā adduxi: & aliquātis dieb⁹ pacis & vitatis ser monē ab eo libēter audiui. Cūq; pfectiōe; vrgeret: dicē se religiōis sue festū iminēs apud iudeā celebraturū: ego qdē naui gaturus post eū sz necessariū habēs pauca a debitorib⁹ aliquātū pe cunie deposcēdū remāsi: & signa habitatiōis ei⁹ ab eo accepi. Dieb⁹ ergo paucis remoratus: plura festinādi studio neglexi ne a pposito īpedirer. Nauigaui iudeā: & cesareā palestine vrbē maximaz appule [illegible] querere rumore ppli cōperi q petrus [illegible] illi⁹ q in iudea apparuerat discipulus pbatissim⁹ in crastino cū symo ne quodā samaritano habiturus eēt questionū certamē. Ego aūt in qsito ei⁹ hospitio & iuēto: cū ante fores 9sisterē: & a ianitore īqrerer qs essez: & vn venirē ecce barnabas pcedēs statim vt me videt: gau dio lachrymās in amplexus meos cucurrit. Et apphēdēsum me ma nu itroducēs ad petrū cui iā antea de me icessant locut⁹ fuerat. Hic ē inqt clemēs petre: q beni gnissim⁹ audito noīe accurrēs: ptin⁹ oscu lis meis ihesit. Et cū sedē me fecisset ait. Sicut tu legatū veritatis oi honore dignū duxisti: nihil veritus furorē īsanētis ppli sic te quoq; [illegible] Et nūc si ni hil ē qđ te īpediat: iter age nobiscū: & audi sermones nros p singula loca: donec ad ipaz pueniam⁹ vrbē romā. Cūq; ego ei exposuissem qd ex initio ppositi gesserim: & quō p inanes qōnes effusus sim: libē ter pmisi me cū ipo iter acturū. Hoc ē eni ato qđ cupidissime expete bā. Prius tn̄ mihi exponi cupio vtrū mortalis aut imortalis sit aīa. Et si imortalis: vtrū p his q h agit ducat ad iudiciū: & q sit iustitia q deo placeat. Cūq; mihi breuit rex sciētiā tradidisset: ad h inquā deo grās ago: qr vt optaui istructus sum: hactenū vt tu ipse si velis ali quādo fidē meā a vero ppheta trāsferre oīno nō possis.

Qualiter Res circa se gestas narrauit petro. C. XXV.

Um autē diuersa loca pagrātes veni;[illegible] antharadū: multiq; credētiū qui a petro diuelli neqbāt comitarent nos: ait petrus ad nice tā & aquilā q ex discipulis symonis magi discipuli eius effecti fuerāt. Quā turbe plurime fratrū nobiscū sunt: & ingredientes singulas vrbes: non parū inuidie cōtrahimus: cēseo vos cū ipsis pre cedere nos ita vt in duas partes diuisaz multitudinē ducatis. Scio qdē qr vobis triste videt si saltē duoz diez spacio separi a me videa mini: credite autē mihi qr qua mēsura diligitis me decuplo amplius ex quoq; mihi erga vos affectus est. Sed si p affectu quē adinuicez gerimus nō faciamus q 9ueniētia & honesta sunt: irrationabilis hu ius amor videbit: cūq; pcessissent ego clemēs valde gauisus q se cum me esse fecit: aio ad eū: gratias ago deo qr me nō pmisisti cuz

[illegible] Nam [illegible] cum petrus [illegible] [illegible] doctrine cā [illegible]. An ignoras qr [illegible] [illegible] memoria [illegible] [illegible] Ego [illegible] me [illegible] hoc [illegible] grās eni ago pudētie dei qr p patre p ma tre p frib⁹: & p oib⁹ affectib⁹ meis hre te merui. tūc petr⁹. Nemo in quit tibi vere ex genere supest. Rndi. Sūt quidē mihi viri potentes ex cesaris psapia veniētes. Nā patre meo vtpote ppinquo suo & vna educato nobilē eque familie cesar ipse iūxit vxorē. ex q duos gemi nos an me filios suscepit Que (cū ego. v. vix essez annoz sicut a matre didici) somniū vidit quo nisi cū duob⁹ filijs gemīs mox vrbē egres sa fuisset: & decē ānis abfuisset ipsa parit exiciabilē īteriret. tūc pat filios quos tenere diligebat cū matre naui īpositos adiūctis seruis & ancillis ac sumptib⁹ sufficiēt̄ pbitis athenas misit erudiēdos. me solū sibi ad solaciū retinēs: & in h qdē grās agēs: qr nō etiam me so mniū illud impasset parit cū matre discedere. Anno aūt cōpleto. mi sit ad eos pat athenas hoīes & sumpt⁹ scire cupiēs qd agerēt: nec re dierūt qui missi sūt. Tertio rursus āno mest⁹ misit alios cū pecunijs Qui qrto anno regressi: dixerūt se nec matrē nec filios vidisse: sz nec eos athenas oīno puenisse: nec saltē alicui⁹ eoz qui cū ipsis fuerant vestigiū repertū fuisse. Pater h audiēs tristitia stupefact⁹ mecū descē dit ad portū: & qrere cepit a nautis sicubi aliquis eoz aliqñ vidisset vel audisset corp⁹ mulieris an qttuor ānos cū duob⁹ paruulis eiectū cūq; multi multa dicerēt: nec aliquid recti nobis elucesceret. tādē vi sum est patri vt me iā duodēnē rome sub curatorib⁹ ordinatū relin queret: & ipse ad requirēdū pgeret. Igit fleus descendit ad portū: & nauem cōscendēs pfectus est. Ex tūc vsq; hodie nec eius litteras ac cepi. neq; si viuit noui. Sz magis suspicor q ipse obierit vel tristitia victus vel naufragio. Anni eni. xx. elapsi sunt: ex quo hec gesta sunt Audiēs hoc petrus ex affectu lachrymas fudit: & his qui aderāt ait. hec si qs in dei cultu posit⁹ ptulisset q pater eius pertulit. statim ho mines religioni ascriberent erumnaz causam.

Qualiter petrus matrē illius mendicātē inuenit. C. XXVI.

Ost hec aūt dicta. vnus ex astātib⁹ cepit ro gare petrū vt die crastina pgeremus ad insulā pximā q sex tm̄ miliaribus aberat: vidēdi gra tia mirū opus colūnas vitreas imēse magnitudinis. cui petrus vt erat clemētissimus acqeuit: sed monuit nos vt cū nauē de scēdissemus nō oēs vna 9curreremus ad videndū. Nolo eni inquit vos notari a turbis. cū ergo venissemus ad insulā. mox ad locū colū narū mirabiliū pmagnificā picturā hntiū pperauim⁹. in qb⁹ vnus quisq; nostrū inuēto detinebat aspectu. Petrus vero vt solas colū nas miratus est vitreas. nequaq; captus picture gra. egressus p foris⁹ vidit muliercula stipē ab introeūtib⁹ deposcētē. Quā attenti us 9siderās ait. Dic mulier. Qđ tibi mēbzū deest: qr stipē petis: & nō potius manib⁹ tuis operis cibū queris. At illa suspirās ait. Utinam mihi manus eēnt q moueri possent. Nūc aūt mortue sūt: & morsib⁹ meis debiles & sine sensu reddite. Et petrus. Que huic cā vt hec tibi ipsa 9ferres. Ignauia inqt nec aliud qcq;. Si eni in me fuisset aliqd vtutis. potui vel pcipitio vti. vel pfundo maris meipsaz inicere: & finē dolorib⁹ dare. cui petr⁹. Putas qr qui seipsos perimūt: a dolorib⁹ liberant: & nō potiu⁹ maiorib⁹ penis subiacēt aīe eoz. At illa. Utinā hoc mihi certū fieret q viuūt aīe in īferno. libenē eni amplecterer eti am penas mortis illate. tm̄ vt dulces mihi natos saltē vna hora vidē possez. Ait petrus. Scire vellez cur te tam grauis afficiat tristitia. Si eni causaz doceres me. possez tibi euidenē oñdere q in īferno viudt aīe. Mulier q pmissione gratanē accepta cepit dicere. Ego genero sis orta parētib⁹. potētisq; viri matrimoniū sortita duos accepi libe ros geminos: & post h vnū aliū. Sed viri mei frat illicito in me amo re exarsit. Et cū mihi sup oia cure eēt pudicitia: nec tanto sceleri vel lem acquiescere: nec viro flagiciū fratris apire. cogitaui a patria: & vr be cū duob⁹ geminis meis discedere: donec incestus amore cōque sceret: quē forte pristie mee aspectus inflāmaret. Qđ vt vel facere pos sem. somniū finxi quasi assistēte mihi p visuz quodā in itinere & di cēte q 9festim cū geminis meis ex vrbe discederē aut cū eis pariter perirē. Et ita factū est. Interea nauigās cū natis meis ventoz violen tia ad hec loca depulsa sum. Et cū oēs interi[illegible] [illegible] fractus [illegible] [illegible] tarē me in pfundū: qua natos meos fortassis inuenire possez. Ubi aūt dies exort⁹ est: ego cū clamore & vlulatu circūspiciebā sicubi vel eiecta possem videre cadauera filioz. Sed vbi nullus inuent⁹ est mi serantes vicine mulieres loci cōsolari me ceperūt. enarrantes & ipse suas queq; miserias: vt ex earū similitudine caperem solaciū. Et cū me multe hospitio suscipe cuperent: quedā paupcula hic habitans

extorsit a me vt tugurio eius succederem dicens sibi fuisse virũ nau
tã: q̃ in mari defunct⁹ est adolescẽs: sibiq̧ cũ multi eã in cõiugiũ ac
cipe cuperẽt amore viri viduitatẽ fuisse chariorẽ. Erũt ĝ nobis omni
nia quecũq̧ manib⁹ nostris opantes acq̃rere poterimus. Itaq̧ libẽ
ter habitaui cũ ea ,pter affect⁹ fidẽ quã seruauerat viro. Sȝ nõ mul
to post mihi ifelici lacerate dudũ morsib⁹ resolute sũt man⁹ ⁊ illa q̃
me susceperat incurrit palysim: ⁊ in lecto iacet domi. Illa ꝫ aũt mulieꝝ
q̃ pus miserebãt refrigiut affect⁹. Nos ambe debiles: ego vt vides
sedeo stipẽ petẽs. Et si q̃d forte acq̃siero: fit vn⁹ duaꝝ ifeliciuȝ cib⁹.

Qualiter eadẽ clementi innotuit. C. XXVII.

Tũ petrus hec audiẽs multa cogitat de diuitias eius ⁊ quasi attonitus staret: ego clemẽs superueni: dudũ inquã p oĩa discurrẽs querebã te: ⁊ nunc q̃d facimus At ille pcepit mihi vt ad naviculã pcederẽ: ⁊ ibi eũ expectarẽ. Qui cũ iussa iplessem: ille quadã suspiciõe pulsatus req̃rebat a muliere patriã ac genus ⁊ noĩa filioꝝ. At illa q̃si vim sustinẽs: q̃z neq̧ hoc fateri volebat: nomẽ suũ ⁊ nomẽ viri ⁊ nomẽ filioꝝ mutauit. Et petrus eã vere rñdisse putãs ait. Heu mulier putabã grãde gaudiũ nobis hodie oriturũ. Suspicabar eã te esse quãdã de qua filia nup audiui matrẽ. s. cuiusdã adolescẽtis q̃ sequit̃ nos. At illa adiurabat eũ dicẽs. Rogo te vt dicas mihi q̃s iste sit: vt sciã si ẽ vlla inter mulieres me ifelicior. Tũc petrus miseratiõe cõmotus narrauit ei q̃ a me audierat. Quib⁹ audito illa stupore pcussa corruit. Tũc petrus eã cõtinere ⁊ cõsolari cepit: ac req̃rere q̃d pateret̃. At illa vix aliq̃ spiritũ reuocãs: hũc inq̃t adolescẽtẽ vidẽ vellẽ: ego enim sum mater eius. Cui petrus ait. Q̃d ei nomẽ ẽ: at illa clemẽs. Ait petrus. Ipse erat q̃ pauloante mecũ loquebat̃. Et tenẽs manũ eius petrus: deducebat eã ad nauẽ. Quẽ ego clemẽs manũ videns dãtẽ mulieri: ridere cepi. Accedẽs tñ honoris eius gr̃a p ipso cepi velle subijcere manũ meã ⁊ sustẽtare mulierẽ. Simul aũt manũ eius cõtigi: vlulatu ingẽti reddito in amplexus meos irruit: ⁊ maternis me cõfectari oscul[illegible] cepit. At ego ignorãs omne negociũ q̃si insanientẽ mulierẽ repellebã. Simul etiã idignãs quodãmodo lȝ cũ verecũdia aduersus petrũ: at ille. Quid agis inq̃t o fili clemẽs: noli repellere matrẽ tuã. Ego v̄o vbi hoc audiui paulatim vultũ eius ad memoriã reuocans: cõtinuo lachrymis suffusus supra iacẽtẽ matrẽ cecidi ⁊ osculari eã cepi. Interim autẽ cõueniebat plurima multitudo audiẽs ꝙ mulier que ad stipẽ petendã sedebat: a filio suo recognita est. Et cum vellemus ex insula nauigare mater ait ad me. Fili dulcissime rectũ est vt valedicã mulierculae que me suscepit. Est enim egens ⁊ paralitica iacens in lectulo. Quod audientes omnes admirati sunt prudentiam ⁊ bonitatem femine. Petrus autẽ iussit abire quosdã ⁊ afferre mulierẽ in lectulo vbi iacebat: eamq̧ in medio turbe astantis collocatã ad confirmandã eoꝝ fidẽ: in conspectu eoꝝ omniũ sanitati restituit. Cui etiam ego clemens mille dragmas donaui: ⁊ cuidã bono viro priori illius oppidi cõmendaui. Cũ autẽ vna cũ matre nauigantes antharaduȝ venissemus ad hospitiũ: mater requirere cepit a me: quomodo pater: cui ego: ad te requirendã profectus est: ⁊ vltra non rediit. Quod illa audiens suspirauit tantũ. Grande ⁊ enim gaudiũ a me habens reliquos solabatur merores.

Qualiter recognita est a niceta ⁊ aquila. C. XXVIII.

Hic autem postera sedens vna cũ vxore petri [illegible] agebat nobiscu. Et cũ venissemus laodiciã: ibi ante portas nobis occurrerunt niceta ⁊ aquila: qui osculantes nos ad hospitiũ adduxerũt. Cũq̧ requirerẽt a me: que esset hec mulier ignota. Rñdi. Mater mea est: quã mihi [illegible] deus p dñm meũ petrũ. Tũc petrus cepit eis p ordinẽ cũcta exponere: qualiter apud antharadũ ego clemens genus meũ expossuissem: ⁊ ꝙ parẽtib⁹ orbatus essem. Deinde qualit̃ apud insulã aridũ mulierẽ stipẽ querẽtẽ inuenisset q̃ sibi enarrasset qualiter e patria discedẽs naufragiũ passa duos filios suos geminos faustum ⁊ faustinũ: amisisset; eosq̧ planctib⁹ ⁊ vlulatib⁹ lugẽs corpus suũ dentib⁹ laniasset. Et cũ hec diceret petrus: niceta ⁊ aquila subito assurgunt: ⁊ stupefacti: perturbari ceperũt dicẽtes. Dñe deus omniũ vera ne sunt hec: an somnũ est quod agit̃. Tũc petrus. Nisi inquit nos insanimus: vera sunt. At illi paululum remorati: ⁊ confricantes faciẽ aiunt. Nos sumus faustus ⁊ faustinus: ⁊ lachrymãtes igrediebant̃ ad matrẽ. Quã cũ quiescentem reperissent: ⁊ complecti vellent prohibuit petrus dicens: sinite me prius matris animũ preparare: ⁊ [illegible] ne subito ⁊ multo gaudio mente excedat: ⁊ sensus [illegible] nũc etiã somno occupatus stupet. Igit̃ cum illa [illegible] petrus cepit ei primus cultũ dei ⁊ religiõis christiane obseruantiã exponere. Quibus illa auditis ait: ⁊ q̃d vetat me hodie baptizari: que etiã prius q̃ȝ te viderem illos quos dicunt deos penitus auersata sum. Quĩ mihi frequenter eis sacrificanti nihil prestare potuerũt. Puto aũt tibi satis inotuisse q̃nt⁹ fuerit mihi amor pudicitie q̃ vt [illegible] duobus gemininis meis faustino ⁊ fausto pegrinarer. solo clemente ad solatiũ patri relicto. Hec cũ illa diceret: vltra nõ ferẽtes frẽs mei irruunt in amplexib⁹ matris cũ multis lachrymis ⁊ osculabant̃ eã. At illa. Quid vult hoc inq̃t eẽ: tũc petr⁹. Nolo turberis mulier cõstans esto. Isti sũt faustinus ⁊ faust⁹ filij tui quos in pfundo perisse dicebas. Hoc cũ dixissȝ. mat̃ nimio gaudio itercepta corruit. tãdẽ ad se reuersa ait. Obsecro vos dilectissimi filij dicite mihi q̃ vobis acciderunt post illã feralẽ ⁊ crudelissimã noctẽ. Niceta ait. In illa nocte cum cũ nauis resoluta eẽt: ⁊ nos initẽtes fragmẽto cuidã tabulaꝝ p fluctus iactaremur. viri q̃dã i pfũdo quoꝝ latrociari artificiũ ẽ: receptos nos iposuerũt nauicule sue: ⁊ remis superantes vndaꝝ vertices cesariam stratõis pduxerũt. fame atq̧ vberib⁹ afflixerũt ne q̃d eẽt i nos pderem⁹. Immutatiq̧ etiã noĩb⁹ nr̃is vẽdiderũt nos cuidã iudee ad modũ honeste femine iuste noĩe. q̃ loco filioꝝ nos habuit: ⁊ grecis literis liberalib⁹ nos erudiuit. Vbi aũt adoleuim⁹ etiã phoꝝ studijs operã dedim⁹ vt possem⁹ religiõis diuine dogmata phisicis disputatiõib⁹ asserẽtes cõfutare gẽtiles. Simõi aũt cuidã mago q̃ vna nobiscũ educat⁹ ẽ. p amicitijs ⁊ puerili cõsuetudine adhesim⁹. Fer. n. in religiõe nr̃a de pphetia quodã cui⁹ aduẽt⁹ ab oĩb⁹ sperat̃ p quẽ bñã vita credẽtib⁹ dãda pmittit̃. Et hũc ẽt eẽ simonẽ putabam⁹. Cũq̧ pene iã ab eo decipemur: q̃dã collega dñi mei petri zache⁹ noie monuit nos ne falleremur a mago: sed obtulit nos dño meo petro vt ab ipso que sana erant ⁊ perfecta doceremur. Q̃d ⁊ tibi mater euenire optamus. Hec cũ niceta dixisset. mater nostra pcidens ad pedes petri. baptismum obsecrando petijt ⁊ obtinuit.

Qualit̃ faustinian⁹ eos ad disputãdũ puocauit. C. XXIX.

Ostera die petr⁹ mane assumpt̃ fratre meo ⁊ me: descẽdit ad portũ vt i mari lauaremur: ⁊ post hoc ad locũ quẽdã oratiõis gr̃a secessim⁹. Senex at q̃dã paup curiose nos obseruare cepit q̃d agerentus in secreto positi. Et cũ nos orãtes vidisset, expectauit donec exiremus: ⁊ salutãs nos ait. Si nõ egre accipitis: velim vobis cõferre sermonẽ. Quia vestri miseratiõnẽ hũs sub specie veritatis errare vos nollẽ. ⁊ habere metũ de his q̃ nõ sũt. aut si putatis aliq̃d eẽ veri. tradite etiã mihi. Cui petrus rñdit. Dic age q̃d videt̃ tibi bonũ ⁊ libent̃ accipiemus: tũc senex ait. In mari lauisse vos vidi: ⁊ post hec in secreto orãtes loco vos inspexi miseratusq̧ erroꝝ vestrũ. expectaui donec egressos alloquerer: ⁊ docerẽ ne erretis in huiusmõi obseruãtia q̃z neq̧ deus est: neq̧ cultus hic aliq̃d est: neq̧ in mũdo puidẽtia sed fortuiti casus genesis agunt oĩa. sicut ex meipso cõperi in disciplina mathesis pre ceteris eruditus. Nolite ĝ errare: q̃z siue oretis siue nõ: q̃d genesis vestra cõtinet hoc erit vobis. Et ego clemẽs nescio q̃d corde pulsat⁹ cepi ab eo querere q̃s ⁊ vñ esset. At ille. Quid inq̃t pertinet h̃ ad ea qui dixi vobis: sed p̃us sermo de his habeat̃. Et post hec si res poposcerit. nomẽ ⁊ genus ac patriã iudicẽ: vt amici poterimus [illegible] eloquẽtiã viri ⁊ grauitatẽ moꝝ [illegible] tẽq̧ sermonũ. Petr⁹ aũt recessũ quẽdã secretũ ad colloq̃dũ aptũ pspiciẽs. illic nos residere fecit: nec senẽ p vili ⁊ sordido amictu despiciẽs ita prim⁹ loqui cepit. Quĩ mihi vir erudit⁹ eẽ videris. ⁊ misericors ex eo ꝙ adisti nos: ⁊ q̃d tibi videbat̃ bonũ celatũ eẽ nobis noluisti. volum⁹ ⁊ nos tibi q̃ bona nobis ⁊ recta credunt̃ exponere. [illegible] si tibi minus vera videbunt̃. etiã tu nostrũ erga te bonũ ppositũ libenter suscipe. sicut ⁊ nos tuũ. Cũ hec diceret petr⁹. cõuenit plurima multitudo. tũc senex. fortassis inq̃t cõtristet nos pñtia multitudinis. Et petrus [illegible] inq̃t. nisi hoc solũ vereor ne forte disputãtib⁹ nobis [illegible] facta fuit veritas tu erubescas p pñtia multitudinis cedere ⁊ his q̃ vere [illegible] intellexeris acq̃escere. Ad hoc senex ait. Egonẽ ita stultus cõsenui vt [illegible] q̃d verũ est abijciã id ob vulgi gratiã. Dico aũt nõ gubernari mũdũ sm dei puidẽtiã: q̃z multa in eo iniuste ⁊ inordinate geri videm⁹: sed genesim dico eẽ que oĩa agit ⁊ continet. Ad hoc cũ petrus rñdere vellet. niceta pueniens ait. Indulgeat mihi dñs me⁹ petrus ad hoc rñdere nec videat̃ ptẽruũ ꝙ iuuenis cu sene: sed vt filius cũ patre colloquar. tũc senex. Nõ solum inquit tu fili q̃d tibi videt̃ vt psequaris volo: sed etiã de cõsodalibus tuis q̃cũq̧ voluerit. Collatio enĩ plurimoꝝ facili⁹ ea q̃ ignorant̃ inuenit. Post h̃ respiciẽs petrus ad nicetã ait. Expedi q̃d pposuisti.

Assertio nicete de puidentia. C. XXX.

Tunc niceta ita exorsus est. Omne q̃d est aut simplex est aut compositũ. Q̃d simplex est caret numero. diuisione. pondere. qualitate ⁊ quantitate; ⁊ ob hoc etiã fine. Que aũt composita sunt necessario eum

diuidi pñt. Illud igit̃ qđ simplex ẽ: τ oĩbus his caret qb⁹ solui pñt τ ab actore subsistit: sine dubio incõprehẽsibile τ immensuz ẽ: neqʒ initiũ neqʒ finẽ sciẽs. Et iõ vnũ est τ solũ ẽ sine actore subsistẽs. Qđ cõpositũ est τ numero ac diuisiõi subiacet: necessario actore aliquo cõpositũ est: τ in vnã speciẽ diuersitas ɔgregata. Qđ ergo imẽsuz ẽ [illegible] bonitate [illegible] virtute [illegible] [illegible] virtus [illegible] bonitate [illegible] virtute ꝓuocat̃. De [illegible] ergo rõne nuc ꝓsequẽdũ est: cuius ꝑma q̃stio in duas partes diuidit̃. Querit̃ enim vtꝝ factus sit an nõ. Et q̃dẽ si nõ est factus erit ipse illud ingenitũ ex quo oĩa. Si vo factus ẽ rursuz querit̃ vtꝝ a seipso an ab alio. Si a seipso excludit̃ sine dubio ꝓuidẽtia: sed si ꝓuidẽtia nõ recipit̃: frustra studimus ad virtutẽ ꝓuocat̃: frustra iustitia custodit̃: si nõ est q̃ iusto ꝓ meritis aliqñ restituat: sed nec aĩa imortalis videbit̃: si eam post absolutionẽ corpis null⁹ ꝓuidẽtie dispẽsatio excipiat. Si autẽ doceat̃ esse ꝓuidẽtia: τ ꝑ ipsaz fact⁹ esse mũd⁹: Adhuc q̃rit̃ q̃ũo sit an generaliter circa oĩa q̃si. s. deus ab initio mũdũ faciẽs ordinez rebus dederit: τ cursuz statuerit τ vltra eaꝝ curaz q̃ gerunt̃ habere cessauerit: an specialit̃ erga pteo. s. vt quorũdã vel hominũ vel locoꝝ ꝓuidẽtiã gerat quorũdã nõ: an τ generalit̃ oĩum: τ specialit̃ partiũ q̃si τ ab initio fecerit deus: τ vsqʒ ad finẽ: ꝑ singulos ꝓuidẽtiã gerat: τ vnicuiqʒ ꝓ actibus suis reddat. Prima ergo illa ꝓpositio q̃ dicit q ab initio deus fecerat oĩa τ cursu atqʒ ordine rebus iposito de reliquo nihil ad se reuocet. Fm genesim cũcta geri ɔfirmat. Ad quã primo respõdebimus: τ his ꝑcipue qui deos colũt τ genesim defendũt. Qui vtiqʒ cũ immolãt diis: τ eos exorãt sine dubio ɔtra genesim se impetraturos aliq̃d sperãt: τ ꝑ hoc genesim soluũt. Ego igit̃ dico mundũ a deo factũ: τ ab ipso q̃nqʒ esse soluẽdũ: vt ille qui eternus ẽ: Et quidẽ q: fact⁹ sit mũdus iste visibilis testant̃ phi plurimi. Sed ne videamur q̃si indigẽtes assertionib⁹ vti voluisse testibus: de principijs eius q̃ramus. Ipm eni esse corporeũ eo ipso q visibilis ẽ: ɔstat. Omne aũt corpus aut cõnexũ est τ solidũ aut diuisũ. Si solidũ fuit corpus ex quo fact⁹ est mũdus: necesse ẽ exinde itelligi fuisse aliquẽ qui illud cõnexũ dirimeret: τ in partes multas duceret formasqʒ diuersas: aut si ex diuersis corpoꝝ partib⁹ oĩs hec mũdi moles cõpaginata ẽ: necesse est etiã sic fuisse aliquẽ q̃ in vnũ dispersa colligeret: τ diuersas reb⁹ species induceret. Hũc igit̃ ɔditorẽ mũdi deũ dicimus: τ ꝓbat̃ ꝑ hoc nõ potuisse machinã mũdi sine opifice τ ꝓuisore constare. Sed τ ex hoc ipso qđ in cõmixtiõe elemẽtoꝝ deficiente altero aut abũdãte cetera resoluũt̃ τ cõcidũt: ostẽdit̃ ea ex nihilo habuisse ꝑncipiũ. Nã verbigrã: si deficiat in aliquo humor: nec aridũ stabit Humore eni pascit̃ aridũ sicut τ frigus calido. Qꝫ si materia mundi ꝓbat̃ esse facta ex nihilo: q̃ũo partes eius τ species videbũt̃ infecte Ipse quoqʒ forme ac mẽsure date corpibus modulatiõe sui manuz testant̃ artificis: q si idonei tibi testes videnť phi: plato de his i thimeo testat̃: vbi de mũdi discutiẽs factura requirit: vtꝝ semꝑ fuerit: an initiũ sumpserit. Visibilis inq̃t est mũdus: palpabilis τ corpore⁹ Oĩa aũt que hmõi sũt facta esse cõstat. Qđ aũt factũ est: aliquem hꝫ auctorẽ. Hũc ergo factorẽ inquit parentẽqʒ omniũ: τ inuenire difficile ẽ τ inuentũ vulgo enarrare ipossibile. Sed τ si ipse plato aliiqʒ phi de factura mũdi siluissent: quis est saltẽ tam exigui sensus hõ q̃ cũ cernat domũ omnia que necessaria sunt habentẽ cuius cameraz in spere gyꝝ videat collocatã: eãqʒ splẽdore vario depictã: luminaribus precipuis adornatam: nõ statim ꝓnunciet a sapientissimo τ potentissimo artifice esse constructam.

¶ Rñsiones Patris ad v̄ba nicete τ aquile. C. XXXI

Hec et alia multa cũ niceta dixisset: senex ita rñdit. Tu q̃dẽ fili prudẽter τ fortiter ꝓsecutus es intãtũ: vt melius dici posse de ꝓuidẽtia nõ putẽ: sed q̃ñ hora iã multa est: cras ad hec rñdere aliqua volo de quib⁹ si mihi satisfeceris: grãe me fateor debitorẽ. Tũc surrexit petrus: Quidã vo de astãtibus rogabat petrũ τ nos: vt vestimẽta senis q̃ habebat sordida τ scissa mutaret Quẽ petrus τ nos ꝓ optima τ honesta sua volũtate collaudãtes dicebam⁹: q: nec nos ita insipiẽtes τ ipij sum⁹: vt cui tã preciosa verba cõcredim⁹: nõ mutomagis etiã corpis necessaria ꝓbeam⁹. Cũqʒ ille sũma vi a nobis se nẽ euellere niteret̃: nos eũ vehemẽtius retineremus: senex iuramento ꝓuenit dicẽs: hodie apud nullũ manebo: nec ab alio ẽt q̃cq̃ suscipiã: ne alterius delectatio alterius tristitia fit. Erat aũt ille ꝑmari⁹ ciuitatis laodicie. Discessit ergo senex: τ postera die petr⁹ mature surgẽs excitauit nos: τ ꝑgẽtes ad locũ orationis secretũ. inde post orõnẽ venim⁹ ad domũ ꝑfati ꝑmarij ꝑdie cõstitutã ad disputãduz ita medũ hñtes petrũ igredimur τ nos circũspiciẽtes sicubi viderem⁹ senẽ. Quẽ prior videns petrus in medio turbe latitantẽ: euocauit ad se dicẽs. Clariorẽ multis aĩam possidẽs: cur in occulto lates τ verecũdia cõtegis. Accede huc τ q̃ tibi videnť exequere statimqʒ dãtib⁹ ei locũ turbis accessit: τ ita cepit. Hic fuit hesterne disputatiõis sensus: q oĩa q̃ videnť certo q̃ mẽsura τ arte formaqʒ τ specie ɔstant sine dubio sapiẽte virtute facta esse credẽda sũt: q si mẽs τ ratio est q̃ cõdidit: ɔsequẽs est vt rõnis ꝓuidẽtia mũdus regat̃. etiã si nobis ea que gerunť in mũdo minus recte geri videãť: ɔsequit̃ aũt: vt si creator oĩum deus est ac mens sit etiã iustus: q si iustus ẽ necessario iudicat. Et si iudicat necesse est vt hoĩes de suis actibus iudicent̃. Erit ergo [illegible] τ peccatores iustũ q̃lqʒ discrimẽ hec fuit vt opinor totius verbi cõtinẽtia. Si ergo ośdi põt: q mẽs τ ratio cũcta condiderit ɔsequẽs est τ ea q̃ sequunt̃ rõne τ ꝓuidẽtia geri si vo natura imprudẽs τ ceca gignit vniuersa: perimit̃ iudiciũ ratio. Quia igit̃ i hoc oĩa pẽdũt nõ indignemini si h̄ paulo lati⁹ discuti τ ptractari voluero: cũqʒ τ alia multa ꝓposuisset: ait senex. Fili sermones tui q̃nis validi sint: nõ pñt me tñ flectere vt aliq̃d credã extra genesim fieri posse: scio eni oĩa mihi necessitate genesis accidisse: τ ideo suaderi mihi nõ põt: q vel bene vel male: agere in nostra potestate sit: Et si actus nostros in potestate nõ habemus: nõ põt credi futuꝝ iudiciuz ꝑ qđ vel malis pene vel bonis ꝑmia tribuant̃.

¶ Verba Clemẽtis τ responsio patris. C. XXXII

Sequenti die ɔgregatis iteꝝ nobis: ego ita dicere cepi. De⁹ ꝑ filiu suũ creauit mũdu tã q̃ duplicẽ domũ interiectu firmamẽti huius distinctuz In supiori q̃dẽ angelicas habitare virtutes: in isto aũt visibili mũdo nasci hominũ multitudinẽ dedit: ex q̃bus eligeret amicos: filio suo cũ quib⁹ letaret̃. Nec tales eos esse voluit: q̃ necessitate nature aliud q̃d esse nõ possent: sed q̃d arbitrio suo τ volũtate boni esse desiderarent: q: nec laudabile est qđ nõ est desiderabile: nec [illegible] q̃ [illegible] cũcta cõcludi. Cũ deus iust⁹ sit q̃ hominũ naturã fecit: q̃ũo fieri poterat vt ipse poneret genesim nobis ɔtrariã: qui nos cogeret ad peccãdũ: τ rursus vlcisceret̃ ipse peccãtes: certũ ẽ ergo q non ob aliam cãm de⁹ peccatorẽ punit: nisi q̃ scit eũ potuisse vincere: sed neglexisse victoriã. Infert aũt τ in pñti seculo vindictã in hoĩes vt in eos fecit q̃ diluuio perierũt q̃ vtiqʒ oẽs vna hora extincti sũt: cũ certum sit nõ eos fm genesis ordinẽ vna hora natos. Ad h̄ senex. Plenissime fili ośdisti: sed ego vt ab initio dixi huic incõparabili assertioni tue a ꝓpria ɔsciẽtia ꝓhibeor accõmodare ɔsensuz. Nõ enim τ genesim meã τ ɔiugis mee: τ scio vnicuiqʒ nostrũ ea q̃ dictabat genesis accidisse. Et ab his q̃ reb⁹ mihi cõpta sũt: verbis trãsferre nõ possum. Deniqʒ q̃ñ te imbutũ video hmõi disciplinis: audi ɔiugis mee scema: habui eni matrẽ cũ venere sup centꝝ. Lunã vo in occasu in domo martis τ finib⁹ saturni: qđ scema adulterã facit τ seruos ꝓprios amare τ pegre τ in aq̃s defungi. Qđ ita τ factũ ẽ. Incidit eni i amorẽ serui τ periculũ obꝓbriũqʒ metuens cũ ipso fugit. Et vt amori suo satisfecit in mari perijt [illegible] scis q: pegre [illegible] ciata ẽ. Certissime inq̃t scio postq̃ eni ꝓfecta ẽ: frater me⁹ enarrauit mihi dicens q primo quidẽ ipm adamasset. Sꝫ ille q̃ erat honestus vtpote frater noluit fratris thoꝝ incesti macula polluere: at illa i me verẽs τ obꝓbriũ nõ ferẽs infelix (neqʒ eni iputãdũ est ei qđ eã genesis facere cõpulit) finxit somniũ τ ait ad me. Astitit mihi quidã ꝑ visuz qui iussit me cũ duobus geminis meis sine mora ex vrbe ꝓficisci. Qđ ego audiẽs ꝓ salute eius filiorũqʒ solicitus mox eã cuz liberis extre feci. vnũ qui iunior erat mihi retinui.

¶ Qualit̃ Oẽs mutuo se agnouerunt. C. XXXIII.

Ego aũt clemẽs intelligẽs q ipse forsan esset pr̃ me⁹: lachrymis replet⁹ sũ. Frẽs quoqʒ meos volẽtes ꝓsilire τ agere rẽ ꝓhibuit petr⁹ τ ait ad senẽ. Qđ nomẽ erat iuniori filio. Qui rñdit clemẽs. Et petrus. Si tibi ɔiugẽ tuã inq̃t castissimã hodie ɔsignauero cũ trib⁹ filijs tuis. credis q: pudica mẽs põt mot⁹ irrationabiles supare: τ q oĩa q̃ a nobis sũt dicta va sũt: τ genesis nihil sit. Rñdit senex. Sicut impossibile ẽ te exhibẽ qđ ꝓmisisti: ita ipossibile ẽ ẽt genesi aliud heri. Tũc petr⁹. Testes inq̃t volo hẽre oẽs q̃ pñtes sunt: me tibi eos hodie traditurũ. Et nũc accipe fidẽ reꝝ ex eo q oẽm cãm diligenti⁹ scio q̃ tu: cũctaqʒ ꝑ ordinẽ enarrabo. Et ɔuersus ad turbas ita cepit. hũc quẽ videtis in hac veste pauperrima: ciuis rõanus ẽ õ genẽ cesaris. nomẽ ei faustinian⁹: vxorẽ quoqʒ nobilissimã mathidiã noĩe sortit⁹ ẽ ex q̃ tres filios suscepit quoꝝ duo gemini sũt: vn⁹ q̃ erat mĩor: cui nomẽ clemẽs h̄ ẽ: gemini vo sũt isti niceta τ aq̃la: quoꝝ vn⁹ ꝑus vocabat̃ faustin⁹ τ ali⁹ faust⁹. Vt aũt hec oĩa noĩa nr̃a petr⁹ enũciauit: senex resolutis virib⁹ ac oĩb⁹ mẽbris: q̃si interẽpt⁹ cõcidit: nos autẽ filij irruẽtes sꝑ eũ amplectabamur osculãtes eũ. Et ꝑpꝛs quidẽ ad

narratione stupefactus est. Petrus autem videns ut patris me cum necare mus surgē iubet. Et ipse apprehēsa manu eius quasi de pfūdo sōno eum eleuās: ac paululū recreās oīa q̄ gesta erāt cepit exponē: qūo frat eius in amorē mathidie inciderit: et illa viro idicare nolēs sōniū finxerit: et cetera q̄ supi⁹ tā mīri q̄ filijs euenisse narrata sūt. Sz cū h in audi tu senis narratiōe gratissima turbis petr⁹ exponēt: ita vt audientes gestoꝝ miracul et hūanitatꝫ miseratiōe lachrymarēt: nescio vn̄ audi ens mr̄ ō recognitiōe pr̄is cursu ɔcito irruit ī mediū nr̄i cū clamore Ubi ē vir me⁹ et dn̄s faustinian⁹ q̄ tā multꝫ tpib⁹ affligit: p singlas vrbes āmbulās et me q̄rēs. h cū illa q̄si amēs clamarꝫ et circūspicit se nex accurrēs cū multis lachrymis āplecti eā cepit. Tūc petr⁹ rogauit turbas vt discederēt: et darēt eis locū familiari⁹ inuicē se vidēdi.

Cū petr⁹ noluit faustinianū statim baptizari. C. XXXIIII

Um iam qui tẽ p singulas puincias multitudines martyꝝ extiterũt: quis cõprehẽdere valeat: sed nec illoꝝ quidẽ agones: quos apud palestinaz vel tyꝝ psentes inspexim⁹ digne memorare sufficim⁹. Neq3 enĩ audita: sed oculis nostris inspecta narram⁹. Exhibebant diuersa tormẽtoꝝ genera: sibinuicẽ succẽdẽtia. flagris primo p omne corpus dei martyres carpebant. Post hec ad ... bant. Et oĩs ctra eos hominũ bestiarũq3 et elemẽtoꝝ crudelitas armabaẽ. Ad hec dei cultores statuũt in medio denudatos arene locis. Addiẽ adhuc arte intra cauea bestijs furor: et ita seuiores ... effecte claustris pruũt subito replent stadiũ circũdant: ecclesiã martyꝝ in medio istã circũeunt sepi⁹ et oblustrãt: et diuine virtutis eis adesse custodiã sentiẽtes: pcul ab eis abscedũt. Sz illico furor quem primebaẽ in beluis trãsit in hoĩes. Nemo dei psentẽ virtutẽ ... niñ adesse pijs auxiliũ sentiebat. Sz mittunẽ quib⁹ hoc artis erat instigare bestias ctra eos quos diuina gratia defendebat. Veri vt ostenderet oĩbus nõ bestijs deesse feritatẽ: sed diuinã dei cultorib⁹ adesse custodiã. Illos ipsos qui ad instigandũ mittuẽ incredibili ... locitate discerpũt Et cũ iaz nullus ex eis auderet accedere: iubentur martyres ipsi cõmotis manibus aduersuz se beluas incitare. ... sic quidẽ aliqd pati poterãt. Nã et si forte aliqua fuisset ex beluis ... citata: cũ peruenisset ad pximũ: prin⁹ in semetipsaz ... Tũc stupor ingẽs et pauor oẽs q̃ in spectacul cõsedebãt inuaserat. Sz tentaẽ adhuc ... Iubenẽ alii ... oẽs in momẽto pierũt a bestijs in aera dispsi. Sz nec sic quidem ... stis cõcitate dei cultorib⁹ aliqd generabãt molestie. diuino eos ... velut muris validissimis mumẽte. Iubenẽ ille amoueri: et p eis ... dimitti. Que cũ similiter nihil triste sanctis inferrẽt: amotis etiã his seuiores ferio hoies martyrib⁹ immittũt: gladijsq3 peragũt: qđ bestijs nequiuerũt. Et vt in oĩb⁹ se beluis esse nequiores osnderẽt ... bebãt et cadauera terre mãdari: et iubebãt fluctib⁹ dari.

℄ De his qui sunt passi in egypto. C. XXIII.

N egipti quoq3 puincia innumerabiles non ...

gloria tam viri q̃ femine ac pueri. Per fidem domini ihesu christi
presentem vitam parui pendentes: futuram gloriam quesierūt. Qui
dam ex eis post verbera: post vngulas: post flagella: aliosq̧ diuersi
generis horribiles cruciatus: flammis traditi sunt. Alij in mari pre-
cipitati. Nonnulli etiã capite cesi sunt ita vt spõte ceruices suas se-
curibus darent: nõnulli inedia consumpti: Alij patibulis affixi in qui-
bus quidã more puerso capite deorsum presso: pedibus in sublime
sublatis: torti sunt. Apud thebaidē vero omnē narrationē supat agi
tata crudelitas: p vngulis testas fictiliū vasorum tortores adhibebãt.
Quibus omne corpus eousq̧ lacerabat: donec totã carnis cutē era-
derent. Mulieres quoq̧ nudas ita vt ne pudēda quidē cõtegerent-
tur arte quadã et machinis positis vno pede in excelso suspensas: et
capite i terram diuersas indignissimo spectaculo p diē cõtinuū pēden-
te sinebant. Alias sicubi vicine sibi due arbores inueniebant vi quo-
dam ab vtraq̧ inflexis contra se inuicē ramis: easq̧ singulis singulos
pedes martyris obligantes subito ramos quos vi [illegible] rela-
xabant: qui cū ad situ suū impetu naturali referrēt: discerptis visce-
ribus: auulsa secum membra rapiebant.

C Passio Sancti Phileae [illegible] cetera. C. XXIIII.

Nos quoque

cu in egypti partib' p idē tpus
[illegible] nostris
inspeximus. vt sedēti p tribunali seuissimo p̄side: offerē-
tur innumeri fideliū populi quos ille p ordinē cõfessos
se esse christianos [illegible] capite plecti. Cum [illegible]
bus campū: nõ carnificum nexibus tracti: sed fidei vinculis colligati
sponte oēs: immo alter alterum pueniens ceruices cedentibus obiecta-
bãt. Uiderãt cede fessos carnifices residere vires resumere: gladios
mutare: nullus tñ ex oibus ne paruulus quidã infans deterreri po-
tuit a morte. Sz hoc solū pauebant singuli: ne dū forte pp̄ter sol ver-
gens diē clauderet: separatus a cõsortio martyrum remaneret: et dū po-
res quosq̧ iugularent: reliqui nõ desidie aut torpori indulgebãt: sed
psallētes et hymnos deo canētes: locū quies martyrij sui expectabãt
vt extremos spūs in dei laudib' exalarent. Hãc coronã gēma nobi-
lior adornabat: hūc gregē pastor illustrior decorabat. Phileas. s. q
vrbis ipsi' que timus appellabat epūs erat. Hic cū plurimos propin-
quos nobiles hrēt. in vrbē frequēter ad p̄sidē ducebat: eiusq̧ mo-
nitis acquiescere suadebat tot et tãtis ppinquis exorantibus vxoris
et liberorum respectū habere nec cepta p̄sumptione p̄sistere. At ille gar-
rientiū dicta despiciens: ad celū animo tēdebat: parentes et propin-
quos sanctos martyres et apostolos dicebat. Aderat tunc quidã vir
regens turmã militū romanorum: noie philorom': qui cū videret phile-
am circūdatū lachrymis ppinquorum: et p̄sidis calliditate fatigari: nec
tñ vllaten' flecti posse: aut infringi exclamauit. Quid inaniter cõstan-
tiã viri tētatis: eumq̧ qui fidē deo seruat: infidelē efficere vultis. Quō
pōt lachrymis terrenis flecti cui' oculi celestē gloriã [illegible]. Tunc
cunctorum ira in eū versa: vna ipm cū phileo subire sniam poscit. Qui-
bus libēter annuēs iudex vtrūq̧ plecti capite iussit.

C Qualiter Idem in vinculis positus scripto gregem
suum confortauit. C. XXV.

Jeronimus de

illustribus viris. Hic
[illegible] de ciuitate tmu-
ini nobili genere et nõ paruis opibus: suscepto epatu li-
bru de laude martyrum cõposuit. Eusebius vbi supra. scri-
bēs ipse ad thmuitas post aliqua [illegible] hec refert. [illegible] bona ac
exēpla: beati martyres p̄buerūt: qui vna nobiscū in agonib' pdurã-
tes morē pro pietate ceperūt. Cõsiderabãt enī deū pp nos hominē
factū hec docuisse nos exemplo suo [illegible] ad mortē obluctemur cõ
peccatū: quorum nūc si velim robur et tolerantiã exponere: nec mihi co-
pia tãti sermonis est: nec puto alijs q̃ his qui oculis suis viderūt q̃
gesta sunt credibilia videri. Erãt enī expositi oībus volētibus p libi-
dine supplicia inferre. Et si qd aliquis p se nouū excogitare nouum gen'
supplicij [illegible] verberabant aut fustibus alij
virgis: alij flagris: nonnulli loris districti vel funibus appēsi. Erat q̧
studiū p singulos: nouū genus adinuenire supplicij. Post tergū alij
iunctis manibus appēdebant: et trocleis distēti, mēbratim diuelle-
bant. Iã vo vngulis exarari ventre ac leue ducebat: nõ vt latronib'
et homicidis [illegible] latera fodiebãt [illegible] et ventre et femora et tibias. et
vsq̧ ad vngues vngulis puenicbãt. Sed nec facies quidē nec frons
a tormētis immunis remanebat. Cūq̧ corpora fuissent absq̧ omni
humanitate laniata exposita in publicos: et nudata nõ solū veste sed
etiã cute: crudele cunctis p̄tereuntib' spectaculū fierent. Quosdã vo
columnis cõstrictos et post tergū distortis brachijs vinctos relinque-
bãt. Alij pene totū diē suspensi in eculeis exigebãt. Et cū oē corpus
vel tormētis vel verberibus fuisset absumptū trahi nudum pedibus
[illegible] iubebat ad carcerem [illegible]
adhuc terga vulnerib' reijciebant in solū testarum fragmentis subter
stratū. Interea q̃ plurimi vsq̧ ad mortē fortiter pdurantes tyranno
pudorē nõ minimū cõferebant. Alij recepta sanitate corpis: ad repeten-
dos denuo agones dispēsatores penarum sponte puocabant. Quos il-
li [illegible] ad tormēta reuocare [illegible] audacia territi ca-
pite cedi iubebãt. Hec beat' phileas in vinculis positus et in carcerē
retrusus: cõmisse sibi ecclesie scribebat. Quib' eos vna secum socios
martyrum et consortes celestium faceret coronarum.

C De his que passa est ecclesia in frigia et arabia ce-
terisq̧ prouincijs. C. XXVI.

Nam vero

illud qd apud frigiã gestū est de-
[illegible] in quo et commu-
nis humanitatis: et ppria romani regni iura violata sūt.
Urbem quendam christianorum sacrificare nolentium: iu-
bēt circūdari: ipsamq̧ cū ciuibus. s. viris mulieribus et paruul' igne
concremari: ita vt nullus etiam cum optio daret ex vrbe abscederet
Cuius numerosi martyrij extitit actor et dux vir religiõe et omni be-
nignitate clarus nomine adiunctus honoribus palatij p gradus sin-
gulos: vsq̧ ad officiorum magisterium pfunctus. Quis possit vel illa
repetere: quibus apud arabiã sancti martyres securibus cesi sunt.
Aut que in capadocia gesta sunt: vbi crura dei cultoribus frangi iu-
bebant. Quis mesopotamie referat cruciatus vbi christianos singu-
los manib' pedibusq̧ suspensos amarissimo fumo subter [illegible]
[illegible] cruciatib' enecabat. Aliae vo lento igne subter [illegible]
gionib' tormētis absumebant. Illa quoq̧ quō replicē: que apō ale-
xandriã gesta et a veteri poetarum fabulas vincūt: vbi obtruncatis au-
ribus: et in honesto vulnere narib' manuū quoq̧ ceterorūq̧ mem-
brorum summitatibus amputatis: truncū sinebant abire derisum. Apud
antiochiam vo quō recordabor craticulas prunis impositas: quibus
christiani suppositi torrebant. Sz inter hec duo iuuenes nobiles cõ-
prehensi cū simulacris cogerent immolare dixerūt. Ducite nos ad a-
ras: et cū fuissent adducti: man' suas igni supponētes ardēti: si subtraxerimus inquiūt: sacrificasse nos credite: et quoadusq̧ caro oīs
igni deflueret: imobiliter pdurarūt. In regionib' aūt pōti crudelio-
ra gerebant. Arūdines acute quibusdã sub vngib' digitorum infige-
bant. Alijs plumbū igne liquefactū dorso infundebat. Sustinebãt
tñ omnia fortissimi ac pijssimi martyres: cū preclari iudices in eo so-
lo sapientiã suã oībus futurã in admiratione cēserent si aliquod no-
ue crudelitatis suppliciū inuenissent.

C De sancto Erasmo antiocheno epo. C. XXVII.

Ex gestis eius.

Cum aūt in antiochia dio-
cletiani decretu [illegible] chri-
stianos processisset: vt quicūq̧ dijs nõ sacrificarent: multis sup-
plicijs deperiret. Hoc audiens beatus erasmus epūs here-
mū petijt in qua p [illegible] annos habitauit iuxta montē libani diuinē cõ-
templationi vacans [illegible]
[illegible] p [illegible]
[illegible] ac [illegible] esse [illegible]
eius frequētabãt, p̄sternētesq̧ se ad vestigia eius: venerationē ei ex-
hibebant. Angelico quoq̧ sede in eodē loco cõfortabat' cello-
quio. Quadã die vox ad eū de celo facta est vt in ciuitatē descēderet.
Cūq̧ illuc descēdisset: multos a demonib' vexatos: i noie ihu chri-
sti liberauit: multos in sacro baptismate consecrans ad deū cõuertit.
Hec audiens diocletian' iussit eū teneri sibiq̧ p̄sentari. Interroga-
tus ab eo quid p̄siteret: christianū se esse respondit. Cūq̧ monitis
eius acquiescere nollet et dijs eius sacrificare iussit plumbo [illegible]
[illegible] Deinde [illegible]
[illegible] Sz an-
gelus dei astitit: qui totū illud incēdium refrigerauit: illesum per oīa
martyrē reddidit. Tūc vniuersa plebs antiochenorum exclamauit. Di-
mittite iustū hominem [illegible] in illo ope-
tur. Cū hec aūt fierent subito terremotus factus est magnus toni-
truaq̧ et coruscationes [illegible] ita vt ciuitas ab ira dei tota
pire putaret. Imperator tanto fragore perterritus discessit. Tandē se re-
uocans ad populū ait. Seductor ille deos nostros blasphemauit: ideo
cõturbatio talis accidit. Iussitq̧ sanctum in carcerē introduci: et cer-
uicem eius ac manus ingenti cathenarum pondere [illegible] penã mor-
tis intentans: si quis ei vel paululū aque ministraret. Anulo q̧ pro-
prio carceris hostia muniuit. Circa tertiã vo noctis horam sanctus
ad deum clamauit. Et ecce subito carcer illuxit: et quasi aromatib' es-
set plenus flagrauit: et christus dñs ingressus eum [illegible] voca-
uit. Statimq̧ oīs cathenarum colligatio dissiluit: et ferrum qñ cera lique-
factum [illegible] in medio carceris stabat. Deinq̧ [illegible]

bat. Et ecce angelus dñi dixit ei. erasme pcingere: ꝛ veni mecum in italiã. Ibiqꝫ dño pplm acquires in vitã eternã: statimqꝫ quasi colũba christi in momẽto lucridã vsqꝫ deportat⁹ est. Alia võ die ꝑueniens impator ad carcerẽ: anuli sui sigillaturã integrã recognouit: ꝛ missis intro ministris ait. Educite magũ istũ qui deos nostros adnihilauit. Qui ingressi cũ clamore ꝛ stupore redierũt dicẽtes se hoiem nõ inuenisse. ferrũ võ quo vinctus fuerat in cinerẽ redactũ esse. Tũc dioclecian⁹ ꝯfusus cepit alapis sibi frontẽ contũdere dicẽs: ve diis meis quos hodie ꝯtemptui haberi ꝑpẽdo. Regnoqꝫ meo ludibriũ inferri psentio. Multi enim iã ad spectaculũ martyrii ꝑperabant. Vidue quoqꝫ ꝛ orphani epm exigebãt dicẽtes. Redde nobis prem nostrũ. ne ciuitas pciclitet: oĩsqꝫ plebs lachrymabiliter vociferabat. Quid fecisti de hoie iusto. Redde eũ ciuitati sue. Diocleciãus autẽ nimis angustiatus: licet vesano spũ pflaret rei tñ veritatẽ fatebatur dicens ꝙ eũ angeli rapuissent vt putabat in celis ꝛ vix tumultuãtem sedauit multitudinem.

De fructu pdicatiõis eius in vrbe lucrida. C. XXVIII.

Um autem sanctus erasmus ad vrbẽ lucridã angelico ductu puenisset: ꝛ signis ꝛ virtutibus viã regni dei quã pdicabat astruebat: ꝛ pplm deo acquirebat. Eratqꝫ ibi vir nobilis anastasi⁹ eiusdẽ loci primari⁹ cuius fili⁹ cũ lachrymis ꝛ plãctu suorum cũ efferret mortuus vir sanctus obuius eis factus: facta oratione eũ suscitauit. Exurgens aũt puer exclamauit. Vere magn⁹ est deus christianoꝝ qui ꝑ famulũ suũ erasmũ me resuscitauit: pater vsqꝫ nũc errauimus. Nã deos quos colebam⁹ vidi in inferno torqueri ĩcendiis gehẽnalib⁹. Deus võ quẽ pdicat erasm⁹: sol⁹ deus est ꝛ magnus deus. Hoc audito anastasi⁹ credidit ꝛ domus ei⁹ ꝛ vniuersus populus baptizati sunt. xl. milia hominũ. Cepitqꝫ vniuersus populus aras subuertere: ꝛ simulacra cõterere. Erasmus aũt in doctrina ꝯfirmare. Maximian⁹ aũt ea que facta sunt lucride vt audiuit: erasmũ teneri ꝛ sibi offerri iussit. Qui interrogat⁹ ab eo cui⁹ religionis se cultorẽ assereret: tacebat celũqꝫ oculis aspiciebat. Maximianus aũt eũ exalapari iussit ꝛ ait. Cõsule tibi ꝛ accede sacrifica diis nrĩs. Qui respõdit quib⁹ diis iubes me sacrificare. Apprehẽdit ille manũ eius eũqꝫ in interiora templi deducẽs ostẽdit ei statuã. xii. cubitorũ dicẽs. Hic est iouis inuictissim⁹: cui ego ꝛ oĩs cetus noster deseruimus. Ac sanct⁹ viso diaboli figmẽto signũ sancte crucis opposuit: statimqꝫ solutenus statua illa corruit: ꝛ penit⁹ cõminuta: ꝛ in cinerẽ redacta est. ex qua etiã draco magn⁹ exiuit. Qui tracto lubrico pniciosus ferebat in pplm: qui ꝛ anhelitu sũ importabilis ꝛ visu quos obuios habuit interfecit. Impator ergo se videns illusũ ad palatiũ festinus occurrit. Vir aũt sanct⁹ draconi ne amplius in pplm deseuiret impauit. Qui statim discessit. Quo vidẽs ppls hic firmitanorũ ꝓclamauit. Magn⁹ est de⁹ christianoꝝ multiqꝫ crediderũt in dñm. Indignat aũt sathanas cũ suis ꝛ vasa que diu possederat: sibi eripi [illegible] ꝛ [illegible] adũt. [illegible] vt audirent voces iubilãtiũ ꝛ cãtantiũ: gloria in excelsis deo ꝛc. populus aũt [illegible] Maximian⁹ aũt indignatus [illegible] sacrificare nolẽtes martyrio ꝯsummati sunt. Qui dũ ducerent ad victimã clamabãt. Ora ꝑ nobis pater erasme ꝛ cõmẽda nos deo. Quod cũ fecisset obuiãtes angeli sancti martyꝝ alas triũphantes suscipientes [illegible]

De [illegible] tormẽtis [illegible]. C. XXIX.

Unc maximianus furibũdus ꝯtra [illegible] ꝛ vehemẽter igniri: sanctoqꝫ martyri circũdari: q facto christi signaculo christũ interius indut⁹ ꝛ [illegible] mentũ let⁹: ꝛ alacer sibi circũdat psallẽs ꝛ dicẽs. Transiuim⁹ ꝑ aquã ꝛ ignẽ nũc educas me deus in refrigeriũ. Statimqꝫ tunica illa adeo refriguit: ac si largissimis himbrib⁹ madaret: nec aliquã adustiõis maculã beato martyri ꝑsus intulit. Qui mox impatori gratulabũda voce insultans ait. Ecce cõprobasti stultissime hominũ: qꝛ virtus christi: flãmis ꝛ ignib⁹ impauit: ꝛ deos tuos lapideos ꝛ fusiles inualidos reddidit. Tunc impator iubet sartaginẽ igniri: plumbũqꝫ: picẽ resinã: cerã: oleũqꝫ pariter in ea eliquari: ꝛ athletã christi pcepit illic immergi dicẽs. Nũc erasmus artes suas excitet nũc ferrea latera sibi fabricet: nostrũqꝫ si pualet ꝯtemnat imperiũ: ꝛ pparatũ eludat incẽdiũ: paret tyrãnicis pceptis ꝛ ingens olla lignoꝝ copia succendit quã sanctus christi vexillo se muniẽs [illegible] dicẽs. Hec olla mihi [illegible] ꝑ [illegible] dñi. [illegible]

circa corp⁹ innoxiũ furebat incẽdiũ ꝛ velut indignãs ad iniurias dñi illatas: ad vltionẽ eius creatura armat. Nã exiliẽs ex vndosa sartagine quedã torrens scintillacia maximianũ comin⁹ stantẽ (nõ nescia quẽ quereret) petit: eiqꝫ adeo valide infligit: vt cũ eiulatu terribili vociferaret dicẽs. Ardeo ardeo viroꝝ optime erasme ora ꝑ me. At sanctus qui inter spumeos ardentiũ vertigines cumulus subito credebat arsurus: stupentib⁹ cũctis: illesus ibi diuti⁹ ꝑstitit ꝛ tandem ex sartagine [illegible] maximiano dixit. Quid ẽ impator. Ecce dñs noster ihs christ⁹ cui ꝯs creatura [illegible] tua dissoluit: ꝛ dolor quẽ mihi parueras: in caput tuũ recidit: nã aduertendũ licet tibi quomõ cũ ardoribus sempiternis poteris habitare: si tempariũ igniculũ sufferre nõ pualuisti. Et quis iã tibi [illegible] qui malũ ꝑ malo reddere ꝓhibet: imitãtes: in eius noie pcipim⁹ vt a vexationis huius dolore dimittaris vt circũstans ppls dei potentiam collaudans: a diaboli laqueis resipiscat: quo dicto statim ab illo, cõquieuit omnis vlulationis lesio.

De Felici transitu eiusdem. C. XXX.

T ille miser putans sibi magicis artibus [illegible] etum ad carcerem deduci: ꝛ cathenis vinciri ac diligenter custodiri: vt in sequẽti die nouis ꝛ inexpertis eũ tormentis discerperet: ac cũ sanctus in carcere vinct⁹ teneret noctis medio iuuenis ei splẽdidissimus apparuit. pulsansqꝫ latus eius ꝛ oẽm eius cathenationẽ dissoluẽs ait. Erasme surge: ꝛ apprehendẽs eũ eduxit de ciuitate. Qui diuina ꝓuisione repta naue trãsmigrauit ꝓuinciã. Maximianus võ interim cũ eũ requisisset: ꝛ nõ inuenisset exagitãs caput: ꝛ in risum solutus: magnos inquit cruciatus ptulit erasmus sed dũ fuge sapienter ꝯsuluit: maiores effugit. Seruus aũt dei deuen⁹ in campaniã: ad ciuitatẽ formianã p. vii. dies ibi dei laudib⁹ vacãs ꝯsolatione diuina refouebat: ꝛ angelica visitatione recreabat. Quibus cõpletis. vox de celo ꝯsolatoria ad eũ facta ẽ dicẽs. Erasme serue bone ꝛ fidelis: qui bonũ certamẽ certasti: q maximũ mihi fructũ in terris acqsisti: veni ingredere in gaudiũ dñi. Suscipiẽs aũt vidit coronã rutilantẽ desursũ allabi ac sup se dimitti ꝛ inclinans caput suũ dixit. Dñe suscipe spũ meũ in pace. Tunc deuotissimus dei gratias agẽs aiã creatori suo ꝯsignauit: que niue cãdidior apparẽs angelico ductu deportata: visa est celoꝝ alta penetrare.

De Sancto Bonifacio ꝛ aglae. C. XXXI.

X gestis eius. In illis etiã temporibus erat rome mulier nobilis nomine aglaes filia acacii quondã ꝓcõsulis. Hec ergo [illegible] egerat rome pfecturã: hñs sub se. lxx. ꝓcuratores ꝛ [illegible] vnũ qui sup oẽs erat noie bonefaciũ adulterũ q eiũ cũ ea cõmiscebat in pctõ. Erat tñ hospitalitatis largus ꝛ opib⁹ misericordie inẽtus. Tãdẽ aglaes ꝑ grãm dei cõpuncta: vocato illo dixit frater scis in quãta peccata ꝯuoluti sum⁹: nõ estimãtes qꝛ deo assistere debem⁹ ꝛ rõnem reddere de mal q gessim⁹. Audiui aũt a christianis ꝙ si quis administrauerit sanctis q agonizant ꝑ noie christi cõsors eoꝝ fiet in die iudicii. Perge igit in ptes orientis vbi agonizant vt didici ꝛ affer nobis reliquias martyꝝ: vt quõ admĩstrãtes eis ꝛ oratorias domos edificãtes. ꝑ sanctas eoꝝ passiones saluemur tam nos q alii mlti. Qui accipiẽs auꝝ ad cõparãda corpa sanctoꝝ: ꝛ ad ministrationẽ egenoꝝ ꝛ. xii. equites: egrediẽs dñe sue ait. Si inuenero ad cõparãdũ corpa sanctoꝝ martyꝝ: afferã mecũ. Sin võ corpus meũ venerit ĩ noie martyris suscipies illud. At illa abiice inquit abs te ebrietatẽ ꝛ stultiloquiũ: ꝛ sic vade vt deuotus. Quare sic loqueris qui sanctoꝝ corpa portare habebis. Egrediens ergo puer bonifacius cogitauit vt qꝛ licet indignus ꝛ peccator sanctoꝝ corpora portare haberet: a carnibus ꝛ vino abstinere deberet: factaqꝫ oratiõe ad deũ. ambulans venit in ciuitatem tharsum: ꝛ cognoscens ꝙ athlete christi agonizabant in martyrio. dixit ad eos qui erant cũ eo. Euntes requirite nobis hospitiũ: ꝛ ego vado videre eos quos valde desidero. Pergens igit ad stadiũ: vidit martyres in tormentis positos. vnũ suspensum a capite deorsum ꝛ ignẽ subtus eum stratũ. aliũ inter ligna quatuor extensum ꝛ diutissime maceratũ: aliumvngulis laceratũ: alium manus habentes abscisas: aliũ stipitem in collo ei⁹ fixum ꝛ terra exaltatum: aliũ retro manus ꝛ pedes habentẽ: ꝛ sic fustibus a ministris cesũ. Accedensqꝫ cepit osculari eos: ꝛ voce magna clamare. Magnus deus christianoꝝ: magnus deus sanctorum martyꝝ: obsecro vos famuli christi. orate ꝑ me: vt ego merear vestri ꝯsors inueniri. Sedensqꝫ ad pedes martyꝝ qui plectebant: vincula eoꝝ osculans: ipsosqꝫ ad patientiã exhortãs. Quẽ intuẽs iudex simplicius ait. Quis est iste qui ĩ ꝯtemptu meo ac deoꝝ iniuria se gerit

applicet ergo ad tribunal meum.

De Passione sancti Bonifacii. C. XXXII

Unq3 adductus fuisset interrogat⁹ quis esset. christianũ se esse ɔstãter ridit: ⁊ idolis imolare penit⁹ recusauit. Uñ irat⁹ iudex iussit eũ suspẽdi: ⁊ corp⁹ eius vnguĩb⁹ radi ita vt ossa eius apparerẽt. At ille tacebat ⁊ oculos attẽtos ad martyres habebat. Cũq3 sacrificare nolens pseueraret: iudex iussit calamos acutos sub vnguib⁹ manuũ eius infigi. Q̃ cũ fieret: aspiciẽs in celũ dolores alacriter tolerabat. Uidẽs aũt iudex q̃ minime tormẽta sentiret: iussit os eius apire ⁊ plũbũ bulliẽs infundi. Qui aspiciẽs in celũ orauit: ⁊ ad sanctos martyres vt p ipso orarẽt exclamauit. Qui cũ cõplessent orationẽ ⁊ dixissent amẽ: fact⁹ est plorat⁹ a turba ⁊ vociferatio maxima dicẽtiũ. Magn⁹ de⁹ christianoꝝ: christe fili dei salua nos: pereant simulacra gentiũ. Oĩsq3 plebs impetũ fecit: ⁊ arã destruxit. Iudex quoq3 timẽs turbas pp tumultũ secessit. Diluculo aũt p tribunali residẽs: eũ sibi assisti fecit. vidẽsq3 eũ adhuc in fide crucifixi pseuerãtẽ iussit afferri ollã ⁊ pice impleri: ⁊ bulliẽte pice sanctũ in ea inverso capite mitti. Angel⁹ dñi descẽdẽs ollã tetigit ⁊ vt cera pirimus añ faciẽ ignis liq̃facta. sctõ quidẽ molesta nõ fuit. Multos aũt de astãtib⁹ accẽdit. Tremefact⁹ igit iudex pro virtute christi ⁊ admirãs: patiẽtiã martyris sãcti iussit gladio caput eius abscindi. Tunc spiculatores eũ de medio incendij festinãter tulerunt: qui impetrata ab eis hora parua ad orandũ cõuersus ad orientem: deũ deprecatus est. Deinde a spiculatore pcussus est ⁊ factus est terremotus magnus. ita vt omnes exclamarent dicentes. Magnus est deus christianorum.

De Trãslatiõe corpis ei⁹ apud beatã Aglaem. C. XXXIII

Onserui aus bonifaciũ orabat vtiq3 requireres eũ ⁊ nõ inueniẽtes discebant ad inuicẽ. modo in adulterio aũt in taberna posit⁹ epulat. Cũq3 obuiasset eis vn⁹ ex officialib⁹ dixit ei. Uidisti ne hesterna die aliquẽ peregrinũ romanũ. Qui dixit heri vir peregrin⁹ p christo capite plexus. adhuc in stadio est vbi ⁊ passus ẽ. At illi. Hic inquiũt quẽ querim⁹ adulter est ⁊ ebriosus. Secuti sũt tñ officialẽ vsq3 ad stadiũ qui ondit eis corp⁹ pciosũ. Quesierũt etiã ab eo vt ostẽderet eis ⁊ caput. Quo ostẽso cũ illud ɔsiderarẽt. ruit in spũsãcto: ⁊ cognoscẽtes fleuerũt amare dicẽtes. Ne memineris peccati nostri: qz tanta locuti sum⁹ de te famule christi. Emerant igit ab officiali corpus martyris quingẽtis sol: vngẽtesq3 illud aromatib⁹: ⁊ inuoluẽtes pciosis lintheamĩb⁹. posuerũt in basterna ⁊ sic pfecti sũt: angel⁹ autẽ dñi apparuit dñe sue dicẽs. Quẽ aliqñ habuisti seruũ nũc suscipe sicut dñm. Pro sola eni ei⁹ interuẽtione peccata tibi relaxabũt oĩa. Que ɔfestĩ surgẽs: clericos ⁊ religiosos secũ accepit ⁊ sic cũ hymnis ⁊ cãticis ⁊ omni veneratiõe sãcto corpi obuiauit. Et reposuit illõ ad spaciũ. v. stadioꝝ ab vrbe roma via latina dignã domũ ei edificans. in quo etiã loco bñficia sancti martyris orõnib⁹ exuberãt. Beã aũt aglaes abrenũciauit mũdo ⁊ ei⁹ põpis oĩa sua distribuens egenis. Relaxãs etiã vniuersaz familiã suã a iugo seruitutis. Sicq3 cũ paucis puellis christo famulata tãtã grãz a deo meruit accipere: vt ⁊ demones expelleret: ⁊ diuersas ĩfirmitates curaret. Superuixit aũt ĩ habitu sctĩmonialiũ. annis. xiij. ⁊ sic obdormiuit in dño.

De Sancta iuliana virgine ⁊ martyre. C. XXXIIII

Ex gestis eius. Tpe quoq3 maximiani erat senator quidã eleusius ipsius impatoris amic⁹. Hic despõsare sibi puellaz volebat nobilẽ iulianã aphricani filiã. Qui ⁊ ipse christianorũ psecutor erat. At vxor ei⁹ dũ intẽtionẽ sacrilegã phorresceret neq3 christiãis neq3 paganis miscebat. Iuliana vo virtute plenissima rõnabili cõsilio creatorẽ oĩum deũ colebat: ⁊ quotidie currẽs ad ecclesiã orõni vacabat. Cũq3 vellet eleusi⁹ nuptiaꝝ solẽnitatẽ implere dixit illa. Eũtes dicite ei Si credideris in deũ meũ accipiã te maritũ qđ si nolueris nũq̃ mihi ɔsabebis. Qđ audiẽs pfect⁹ eleusi⁹ nũciauit pri ei⁹. Qui pgẽs ad eã: pmo q̃dẽ blãdis deinde feris ⁊ ignẽ cõminãs: vt ei ɔsentiret. Hec ab ea verba audiuit: p filiũ dei si debeã viua incẽdi: nec tibi ɔsentio: sz p⁹usq3 negẽ christũ oĩa gratis sustineo. Tũc cesaz ⁊ cruciata tradidit eã pfecto sponso suo. Qui videns ei⁹ pulchritudinẽ mox blandis eã verbis alocut⁹ est vt ei⁹ nuptijs ɔsentiret. Que cũ penit⁹ nollet nisi ille patrẽ ⁊ filiũ ⁊ spiritũ sctm adoraret. irat⁹ iussit eã cedi cũ virgis ita vt mutarent̃ in ea. vi. milites vicissim cedẽtes. Deinde cũ nollet sacrificare dianae: iussit eã p capillos v. horis appẽdi. Post hoc aũt eã ɔflari ⁊ expoliatã eã a capite vsq3 ad talos pfundi ⁊ sic eã incẽdi. Q̃ factũ cũ nihil ei nocuisset: iussit p ei⁹ femora ligamẽ mitti ⁊ sic eã in carcerẽ recipi. Tũc orauit sancta iuliana ⁊ ait. Dñe de⁹ oĩum dispẽsator merentiũ defensor: errantium pastor: exaudi me pcor: ⁊ ne deseras me: qm̃ pater meus ⁊ mat̃ mea dereliquerũt me ⁊ tirannidẽ ɔtra me insurgentẽ ⁊ fac eũ defecere diabolũ ɔtra me resistentem.

De Cõflictu eiusdem cum demone. C. XXXV.

Tdum finisset orõnem demõ veniẽs in figura angeli dixit ei. Iuliana o lecta mea parat tibi pfect⁹ alia tormẽta pessima. Cũ g̃ te de carcẽ iusserit egredi. accede ⁊ sacrifica vt salueris. ad hoc eni missus sũ angel⁹ dei. Tũc illa amarissime ingemiscẽs. orauit cũ lachrymis dicẽs. Dñe ne pmittas me pire: sz ɔforta cor meũ. ⁊ significa mihi in noie tuo ɔfidẽti q̃s est qui psuadet hoc mihi. Statimq3 vox ad eaz facta est. Cõfide iuliana. tene eũ qui tecũ loquit: ⁊ scies q̃s est. que sana facta a dolorib⁹ suis tenuit demonẽ ⁊ dixit. Dic mihi q̃s es. aut vnde ⁊ q̃s te misit. Qui ait ego sũ iophin niger. mali oblectator. tormẽti amator. homicidijs gaudẽs. luxuriã suadẽs. miss⁹ a beelzebub qui tot⁹ mali est inuẽtor. At illa dixit. Immũde spũs: quõ psumpsisti te christianis applicare. Tũc eũ manib⁹ post tergũ ligauit. ac sup terrã posuit. ⁊ sumẽs vnũ de ferreis ligamẽtis quib⁹ ipsa ligata fuerat ipm cedebat. Illoq3 clamãte: ⁊ vt infelicitatis sue misereret exorãte dixit ei. Cõfitere mihi cui hoi iniuriã fecisti. Qui ait aliquoꝝ hominũ oculos extinxi alioꝝ pedes ɔfregi. alios in ignẽ posui. alios sãguinẽ vomere feci. alios laqueo vitã finiri. alios vomere manib⁹ suis interfeci: ⁊ oĩa mala q̃ in mũdo sũt ego ɔfeci: nemo tñ me tãgẽ ausus fuit pter te. cui⁹ ĩgenii ac vi seruos armat. Hec eo dicẽte. Pfectus iussit eijci de carcẽ iulianã. Que cũ duceret̃ trahebat secũ demonẽ q̃ rogabat eã dicẽs. Dña mea iuliana noli me ampli⁹ oĩbus ridiculũ facere. Iã. n. nõ possũ vltra ad patrẽ venire. qz supasti me. alij dicũt christianos eẽ misericordes. tu aũt ferox ĩ me visa es. Dũq3 talia diceret. illa trahẽs eũ p fox. piecit in stercoris locũ.

De Cõsummatione agonis eiusdem. C. XXXVI

Tdum puenisset in pretoriũ facies ei⁹ gliã ignis emittebat. Uñ pfectus metuẽs dixit ei. Quõ tãta tormẽta p incantationẽ supasti. At illa dñs inquit ihũs christ⁹ me ɔfortauit. te aũt erubescere fecit. O pessima hora q̃ te miseꝝ pcreauit: cui pparat⁹ est ignis etern⁹. Peniteat te miser ⁊ infelix: qz dñs misericors ⁊ pius vult oẽm hoiez saluari. Tũc irat⁹ iussit rotã ferreã pparari: ⁊ in ea acuta tubera fieri ac virginẽ sup illã iponi. ipamq3 rotã a. iiij. militib⁹ trahi: vt virgo supposita discerperet̃. Trahẽtib⁹ g̃ illis machinã. agne christi mẽbris oib⁹ scindebat̃. ⁊ medulle de ossib⁹ ei⁹ exibãt. Cũq3 iã pene exaiata esset. Angel⁹ dñi descẽdit ⁊ argumẽta cõminuit: ⁊ vincula soluta sũt. Tũc illa manib⁹ extẽsis in celũ cũ lachrymis cepit ⁊ gemitu glorificare deũ. Ipsi quoq3 carnifices clamauerũt dicẽtes: potẽs est de⁹ iuliane. nec ẽ ali⁹ de⁹ pter ipm. Penitet nos pfecte qz vsq3 nũc illusi fuimus: ⁊ diuisi sũt quingẽti hoies vna voce clamãtes. Et nos iuliana eũ quẽ tu colim⁹ deũ: pereat gens paganoꝝ: exultet gens christianoꝝ. fac pfecte qđ vis. infer nobis supplicia. insidias para. incẽde ignẽ affer rotã. Hoc pfect⁹ renũciauit ipatori. q̃ iussit illos oẽs captos gladio puniri. Pfect⁹ aũt iussit sanctã iulianã incẽdi. que cũ orasset angel⁹ dñi subito veniẽs ignẽ sepauit ⁊ flãmã extinxit. Deinde iussit eã pfect⁹ ĩ ollã feruẽtẽ mitti: q̃ facta ẽ velut balneũ tpatũ: ⁊ ex ipsa resiliuit ac viros. lxxvj. de astãtib⁹ incẽdit. Hec cũ vidisset pfect⁹. scidit vestimẽta sua cũ gemitu: ⁊ vituperans deos suos. iussit eã gladio puniri. Que cũ ad locũ decollatiõis duceret̃: demõ q̃ ab ea cruciat⁹ fuerat veniẽs clamabat. Nolite ei pcere: sed quõ digna ẽ ei reddite. deos eni vitupat: hoib⁹ iniurias facit. mihi quoq3 in vna nocte multa mala ostẽdit. Cũq3 illa paululũ oculos apiret vt videret q̃s esset qui talia diceret. clamauit demon. heu me miseꝝ. forsitã vult me iterũ retinere. Statim g̃ euanuit ⁊ fugiẽs obmutuit. Cũq3 orasset ṽgo cũ patiẽtia tradidit aĩam deo. At vo pfectus cũ nauigasset in suburbano. veniẽs tẽpestas valida nauẽ eius diuersit: ⁊ cũ eo mortui sũt viri. xxxiij. Cũq3 iactasset eos in locũ desertũ ab auibus ⁊ feris eoꝝ corpora deuorata sunt.

De Passione sanctorum episcoporum felicis tubizacensis ⁊ petri aulani. C. XXXVII.

Ex gestis eorum. Hoc etiã tpe passus est sanct⁹ felix tubizacẽsis epũs. qui anulino pcõsuli pñtat⁹ ⁊ nomẽ suũ requisit⁹. Rñdit tñ christianũ se esse. libros quoq3 sacros vel mẽbranas q̃s hẽbat nolebat tradere. Uñ irat⁹ ille misit eũ romam ad pfectũ pretorij. q̃ iussit eũ in carcerẽ recipi: ac maioris vincul̃ ligari. P⁹ dies aũt. xij. iussit eũ post ipatores nauigare. qui nauẽ ɔscẽdit. catheniꝝ duris nexib⁹ ligat⁹. ⁊ iacuit sub fundo nauis q̃tuor dieb⁹ ⁊

quattuor noctib⁹ iacēs sub pedib⁹ equoꝝ panē vero non comedens nec bibēs aquā. Ieiunus aūt venit nolā quē cognitoꝛ ciuitatis ibidē capite plecti fecit .xviij. kl. feb̄ruarij. Eodē tpe passus est petrus ꝗ ꝛ balsam⁹ apud aulanā ciuitatē: sub maximiāo. iij. non. ianuarij. interrogat⁹ a pside seuero vtꝝ haberet parentes: negauit dicens. In euāgelio mihi pceptū est: oia denegare: cū ad christi venero confessionem. Postea iussus est appēdi ꝛ vngulari: qꝺ dū fieret nihil aliud dicebat: hec vnam petij a dn̄o ꝛc. Et illud. Quid retribuā dn̄o. ꝛc. Tādem iussus est crucifigi. huius passionē trāstulit anastasius apostolice sedis bibliothecarius.

¶ Passio Victoꝝ Vincētij ꝛ orontij ꝛ victoꝛ. C. XXXVIII.

Ex gestis eorum. Preterea passi sunt eo tpe vincētij⁹ ꝛ orōcius frēs. Qui audiētes crudelis ipetij iussa p rufinū hispanie data: ad martyrij palmā desiderāti aīo cucurrerūt ꝛ eiusdē psidis iussu p fide christi decollati sūt. Victor quoqꝫ leuita ꝗ eos hospitio susceperat ꝛ trucidatoꝝ corpa collegerat. ab eodem iussus ē brachia scindi: ꝛ caput auferri in eodē loco vbi ꝛ ipsi fuerāt decollati. Pr̄ aūt eiusdē victoris h̄ vidēs fugā arripuit. Sꝫ mr̄ eius acquiens martir apparebēt: ad se cōplexāo: ꝛ caput eius pallio suo cooperiēs ait illi. sta in fide fortiter. ꝛ moriamur p christo. quos gladiatoꝛ aspiciēs genua curuātes amboꝝ capita abstulit. Cuiqꝫ sctūs ponci⁹ eps iuxta reuelationē dn̄i. plaustrꝫ pparari fecisset. vt corpora martyꝝ ad pstinā italie loca referenē sup illud posita g̃loca ductoꝛ hactenus ignota pducunē. donec iuxta ciuitatē ebaodunēsē puenirent. ibiqꝫ ppe muros ciuitatis placuit requiescere: nā boues ceperūt mugire plaustra cū corpoꝛib⁹ nō valētes vlterius ferre.

¶ De sctā Lucia vidua ꝛ psolatōe ei⁹ in carcerē. C. XXXIX

Ex gestis eius. Sub Diocletiano quoqꝫ passa est btā lucia in viduitate sua pmanēs: iā p ānos .xxxvj. eratqꝫ ānoꝝ .lxxv. venit igit̄ ad dn̄m. pposito ꝫ christianos edicto impatoꝝ ꝛ ait. Eripe me de inimicis meis de⁹ me⁹: ꝛ ab insur. in me libera me Dixitqꝫ ad filiū suū eupͥpū. Ecce nūc tps paratū ad palmā: derelinquimus simulacra ꝗ pdere nos psit nō liberare: ꝛ adorem⁹ dn̄m iesum christū: qui pōt ꝛ aīam ꝛ corpus saluare ꝛ dānare. Cui ille. Mater inquit delirans: que illū deū esse pferis: qui dr̄ flagellat⁹: ꝛ cū latronibus crucifixus. Illa increpauit eū: qui talia loquereꝛ ꝫ factorē suū. Tūc ille ad ipatores cucurrit: ꝛ matrē suā accusauit. Missus gebal assessoꝛ vt eā adduceret: qui simulacrū iouis corā ea posuit ꝛ ait. Tu es cultrix illi⁹ crucifixi. Que exiens de domo sua dixit. fūdamēta domus mee p simulacro in ea cōstituto corruāt. nec me vltra suscipiāt sed digna sim pscribi in numero sanctoꝝ: qui pro christo passi sunt. Veniensqꝫ ad palatiū. post multas interrogationes ait. para sūꝫ ad ignē ad bestias: ad quascūqꝫ volueritis penas. Iussa ē igit̄ trahi ad carcerē. Quo cū puenisset: mox ianua carceris ꝫ eā clausa est ꝛ fūdamēta mota. Illa enim in orōne pstrata cum orasset mirabilis odor suauitatis fragrauit de carcere: ꝛ vox de carcere sonuit dicens. Gaude in dn̄o semp iteꝝ dico gaude: qꝛ illud qꝺ oculus nō vidit nec auris audiuit: nec in c. ho. asc. meruisti accipere ꝛ nūc implete sunt orōnes tue. Tūc illa flexis genibus cepit grās agere. Deide psallere. cui etiam p sopore affuit dn̄s psolans eam.

¶ De Coꝛreptione diocleciani p ea. C. XL.

Post quatuor aūt dies fluuius de fundamēto carceris inundauit. ꝛ media pars ciuitatis interijt. Dom⁹ quoqꝫ diocleciani a fundamēto psit ita vt nec lapis in loco remaneret. Qui postea veniens: auditis ꝗ acciderāt: irat⁹ ad carcerē abijt illaqꝫ orante exclamauit. Malefica vbi est palatiū meū. vbi aurū ꝛ argētū. vbi dij mei iuppiter. hercules ꝛ minerua. O laudabil̄ deoꝝ patiētia: qui tibi nōdū penā restituūt. At hec illa: laudabiles essenꝫ si te ꝛ seipsos liberare potuissent ne pireť. Tūc iussit eā extra ciuitatē duci. vbi sedēs p tribunali. nodosis fustib⁹ extentā fecit mactari. Et ecce qui cedebat eā fact⁹ est lapide⁹. man⁹ aūt ei⁹ carnea pmāsit vsqꝫ nūc. propter qꝺ vocat⁹ est ille loc⁹ ad manū carneā vsqꝫ hodie. Ipse quoqꝫ impatoꝛ pene vsqꝫ ad mortē aridus fact⁹ clamabat. Deus iouis adiuua me mox ille iouis de loco suo cecidit: ꝛ cōminut⁹ est. Lucia vō subridēs ait. Sanet te de⁹ tu⁹ iouis. Cui inqꝫ impatoꝛ. tu me iqͥt saluū fac. At illa. Si crediderꝭ faciā. At ille. Per ipm crucifixū si me sanaueris credā. Ad h̄ lucia. Scio inqꝫ fallaciā tuā. Sꝫ qꝛ crucifixū noiasti faciā tecū miām. Statimqꝫ sanus fact⁹ exclamauit. Grās tibi ago iouis. cepitqꝫ currē ad tēplū ei⁹: ꝛ subito terra mota scissa ē ꝛ tēplū absorbuit. vt nec lapis in eo remanēt. Post h̄ ipatoꝛ venit ad carcerē. olläqꝫ eneā pice ac plūbo ac resina iussit impleri: ꝛ ī circuitu eius lignoꝝ copiā aggregari ac luciā nudā in eā oponi ꝛ trib⁹ diebus ac noctib⁹ ignē adhiberi. At illa nihil dn̄o sensit. Quare iterū nato igne dixit impatoꝛ ministris. Ite ꝛ purificate locū quo erat illa malefica: ne qꝺ de puluere eius remaneat ne forte calcans aliqͥs multa ei fiet. Quib⁹ exeūtib⁹. lucia obuiauit ꝛ ait. Ite dicite impatori. Noli vacare: tps est laborādi. Quib⁹ auditis. impatoꝛ pcutiebat pect⁹ suū pugnis dicēs. Quid faciā. Tūc iussit eā ferro ꝛ plūbo [illegible] ratam p omnes plateas ciuitatis circūduci.

¶ De Cōuersiōe geminiani p eā ꝛ agone amboꝝ. C. XLI.

Tc dum duceret: venit ad domū hois gemiani noīe qui hēbat in domo sua plusqꝫ .xxx. milia ꝛ .cc. simulacra. ꝛ dū illa cōcite pgeret. Ecce colūba niuea de celo descēdit ac sup caput geminiani tertio signū crucis fecit. Qui in celū respiciēs. cataractas celi apertas: ꝛ sedē dei ex ordie vidit: ꝛ mox oia relinquēs ad locū vbi sctā torquebaꝛ cucurrit cecidítqꝫ ad pedes eius ꝛ ait. Te cognoui misq gratie: quā dn̄s mihi demōstrauit. Nā dū ante ianuā domus mee transires respiciens in celū vidi: in quē oporteat me credere ꝛ [illegible] cucurrūt ambo p triduū. Media aūt nocte sanctus p̄sbyter protheus ab angelo monitus. surgēs ad carcerē cucurrit: ꝛ ecce claustra carceris cōminuit a luꝫ dei illū pcessit ꝛ odoꝛ inde suauis. muri et fundamēta quoqꝫ carceris cōmota sunt: ꝛ fons aque mūdauit ibi ptizauit p̄sbyter geminianū quē sancta lucia de fonte suscepit. Coperūtqꝫ vnū esse in aia ꝛ spiritu. vnū agonē p dn̄o tolerantes. Die tertio sedit dioclecianus p tribunali: ꝛ ante eū ambo sunt adducti. Interrogata lucia nihil respōdit Sanctus aūt geminianus signo se: cepit acerrime impatorē icrepare. cur in christū ꝛ christianos [illegible] uiret. Interrogatus ab impatore quō deos reliquisset. respōdit omnibus huius matris mee spūalis illuminatus sūꝫ. Cui⁹ hec semper erat oratio: vt non sola de hac vita migraret: sed aliquē fructum sui laboris acquireret: alteri⁹ aīam manu sua deo offerret. Tūc imperatoꝛ vt leo fremēs. omnibus tormētis eos affici iussit. Et sanct⁹ geminianus ad luciā ait. Sanctissima mater: ne expauescas in his penis vt sciant cultores demonū: qꝛ nihil valet in seruis dei pena illorum. Hec audiens illa gaudebat de fide ei⁹. Et cū orassent: angel⁹ dn̄i apparuit in medio eoꝝ. imponens eis coronas ex auro ꝛ gemmis. Cūqꝫ dioclecianus eis dimissis a roma discessisset: ꝛ i quodā fluuio nauigaret cū .M. cccxvj. in flumen cecidit: qui tm̄ solus euasit. Mēs aūt tertio pirropogon iudex romā veniēs. sedē in foro fecit sibi preparari ꝛ pconē clamari: vt oēs venirēt deos adorare. Tunc sancti lucia ꝛ geminianus cucurrerunt p plateas ciuitatis: vsqꝫ ad locū qui dicitur lateranis. Quo cum peruenissent clamabant. Simulacra gentium argentum ꝛc. Quod audiens pirropogon: iussit ceruices eoꝝ contundi. Interea terremotus factus est magnus: ꝛ tremuit pars ciuitatis: ꝛ cameram fori sub qua iudex sedebat ipsumqꝫ pirropogonem cum quadraginta ministris oppressit. Ac sancti dei sub eadem remanserunt illesi.

¶ De Translatiōe eoꝝdē p angelū ꝛ eoꝝdē martyrio. C. XLII

Post anni circulū venerunt angeli apparebantqꝫ eos tulerunt in [illegible] montem quendā aspꝫ acutis lapidibus: ꝛ directi ab angulo venerunt iuxta flumꝫ pirmichū: inuenerūtqꝫ fluuium plenū ꝛ redundantē ad mare ꝛ nō poterant transire. Et exclamantibus illis ad dn̄m. aqua que descendebat regiens ad mare. stetit ꝛ ambulātes sup eā: quasi sup lapides: venerūt ad locū qui dicit̄ [illegible] dulas. Quod territorium spiritib⁹ imūdis plenū erat clamantib⁹ sinis noster aduenit: discedamus a facie sanctoꝝ: qꝛ hic a deo directi sunt. Et orantib⁹ sanctis. facta est vox a deo de celo dicēs: hec est sedes vestra. Et manserūt in eodē loco multa miracula sup infirmos faciētes. Hec audiens apostrafius pcepit decollari viros ꝛ mulieres quos curauerant .lxxix. qui illos magnificabant: sup quos corpora visus est angelus dn̄i fialā fūdere plenā aromatū: hoc aūt scelere perpetrato equus apostrafij arreptus a diabolo. proiecit eū sup lapidē ꝛ corpus eius nō est inuentū: vsqꝫ in hanc diē. Hec fama cū peruenisset ad patrē pascasij psularis exijt ab vrbe siracusana: ꝛ mēdulas venit penas parare sanctis. Cūqꝫ lucia cū geminiano videns fremituꝫ ponaꝝ expauesceret. ꝛ fugiens nō haberet vbi se absconderet. Illa suspirāte medius mons crepuit ꝛ sanctos dei trib⁹ diebus ac noctib⁹ abscōdit. Tertia vō die magno estu in sole facto. lucia sitiens orauit Et de medio crepidinis fluuius exijt vnde potati sunt. Cū illa dn̄m orasset vt spiritus eius qui in hac vita periclitabaꝛ acciperet emisit spūm: cuius corpus vsqꝫ ad diem tertium geminianus custodiuit. Tertia aūt die ascendēs de crepidine in ipso ore crepidinis ab inimico exēpto gladio vitam finiuit. Et deorsum vnde ascenderat corruit.

Transitione autem quedam mulier christiana que de emporio placi
tano maximũ suauitatis odorẽ senserat cepit inquirere vñ h̃ odor ema/
naret. Que cũ cognouisset i crepidinẽ descẽdit: ibiq̃ corpa sanctoꝝ i
uenit. In quoꝝ sepultura oia vestimẽta sua p̃ciosa expendit. Et ecce
angeli de celo descẽderũt trahẽtes tabulas marmoreas: i qb⁹ sancto
rũ corpa sepulta sunt. De aq̃ vo quã oñs sancte Lucie donauit isti/
ni potati sanant. Auctor. Alia fuit Lucia vgo siracusana: de q̃ di/
ctũ ẽ supra: q̃ passa ẽ sub pascasio pconsulari. Hec aũt vidua passa ẽ sub
ei⁹ patre paschasio vt dictũ est.

C Passio sanctoꝝ Cosme & Damiani. C. XLIII.

X gestis eius.

Eodẽ tpe passi sunt i ciuita
te egea Cosmas & Damia/
nus f̃res quos geminos pepit mr̃ Theodora. Hi a spũ/
scõ medicinalẽ artẽ edocti: tã i hoĩb⁹ q̃ i iumẽtis: oẽm i
firmitatẽ curabãt & nihil accipiebãt. Q̃dã matrona palladia cũ oia cũ
medicis ꝯsumpsisset ab eis curata ẽ. Sciẽsq̃ q: nihil acciperent obtu
lit occulte quoddã mun⁹ scõ Damiano pedib⁹ ei⁹ se puoluẽs: eiusq̃
sacramẽtis terribilib⁹ ꝯstrigẽs ille accepit munus ne nomẽ dñi vide/
ret ꝯtẽnere p qõ fuerat adiurat⁹. Q̃ audiẽs frat ei⁹: pcepit ne cũ eo
sepelirẽt ei⁹ corp⁹. At cũ dñs corripuit i eadẽ nocte ei appens & san/
ctũ Damianũ excusans. Lisias autẽ p̃ses cũ ab eis q̃reret cui⁹ essent
fortune: audiuit ab eis fortuna q̃d sit nescim⁹: christiani enĩ sumus.
Cũ enĩ cederent psallebãt. In via martyrij tui delectati sum⁹ sicut i
oĩb⁹ diuitijs. Igit antoni⁹ & leonci⁹ & eupppius q̃ fratres eoꝝ erãt: si
mul cũ eis cathenati i mare missi sunt. Sz mox angelus eoꝝ vincula
disrupit: & eos eduxit. Quib⁹ lisias ait. In noie dei mei adriani sequar
vos. Qd̃ cũ dixisset accedẽtes demones eũ in maxillis percutiebãt &
ab eo sic discedebant. Post hoc sancti missi i ignẽ: in eo q̃si i refrige/
rio coram deambulabãt. Iudeq̃ ex ĩib⁹ egrediẽs flãma incẽdit non
paucos de impijs: q̃ & mortui sunt: & cessante flãma: apta est terra: &
sancti martyres ascẽderũt illesi. Deinde iussi sunt crucifigi & in cruci
bus lapidari. Tres autẽ fratres eoꝝ in carcerẽ retrudi. At vo lapides
q̃ i eos mittebant: diuina virtute se ꝯuertẽtes: lapidabãt lapidãtes. Po/
stea iussi sunt q̃tuor milites sagittare eos & sagitte sic in sagittãtes
ꝯuerse interfecerũt eos: & egrediebat hum⁹ sanguis ab occisis. Post
hoc iussi sunt decollari. Et quidã christiani rapientes eoꝝ corpa: me
mores q̃ sanct⁹ Cosmas dixerat: ne sil sepelirent: nesciebãt quid
facerẽt. Tũc subito cursu mirabili: camelus aduenit: & humana voce
loquẽs dixit: hoies dei: multa signa & mirabilia p scõs martyres per
cepistis nõ solũ vos: sz & nos iumẽta q̃ vobis i misteriũ sum⁹ depu/
tata. Iccirco cũ vobis oĩb⁹ & ego gratias agẽs adueni nũciare vobis
vt scõꝝ corpa nõ separẽt: sz & i vno loco recõdant.

C Miracula eoꝝ post mortem. C. XLIIII

Um aũt quidam

rusticus post labo/
rẽ messis i campo ap
to ore dormiret serpẽs in vẽtrẽ ei⁹ ingressus ẽ: euigilans
nihil sensit. Sz sero domi residẽs cũ post cenã in lecto ia/
ceret: mox a serpẽte grauiter cruciat⁹ voce qua poterat sãctũ Cosmã
& Damianũ in auxiliũ inuocauit. Sz cũ paulatim grauı⁹ torqueret
ad ecclesiã sanctoꝝ cucurrit & sic exaudit⁹ est: q̃ ipso subito dormiẽ/
te: serpẽs sicut intrauerat exiuit. Uir q̃dã cũ vxore sua cũ i tẽplo san
ctoꝝ deuote seruiret: p̃ficisci longe voluit: & vxori sue domi residere
& eũ expectare p̃cipiẽs: eã beatis martyrib⁹ cõmẽdauit: dãs ei signũ
cui deberet anuere si eã aliq̃s vocaret. Post hoc diabol⁹ sciẽs signũ
qõ ei marit⁹ dederat: se in hoĩeꝝ trãsformauit: & dixit vxori ei⁹. Uir
tu⁹ misit me ab alia ciuitate: vt veniãs ad eũ. At illa nolẽs ire rñdit.
Signũ q̃dẽ cognosco: sz ire nõ possũ: q: sanctis Cosme & damiano
cõmẽdata sum. Sz si vis vt tecũ vadã: iura mihi p scõs q̃ mihi nõ no
ceas. Iurauit diabol⁹: & cũ venissent ad secretũ locũ: voluit eã diabo
lus de iumẽto eijcere vt eã occideret. At illa statĩ sanctos martyres i
uocauit & eis ꝯfestĩ appẽtib⁹ cũ multis alijs inimic⁹ euanuit. Et dixe
rũt ei scĩ. Nos sum⁹ Cosmas & Damian⁹ quoꝝ sacro credidisti: iõ fe
stinauim⁹ in auxiliũ tui. Rome i ecclia martyꝝ p̃dictoꝝ: cũ q̃dã ma/
tricular⁹ in ecclesia diu fuisset & i crure morbũ grauissimũ incidẽt.
Quadã nocte p⁹ lõgas oratõnes gemit⁹ obdormiuit. Et ecce duo vi/
ri splẽdẽtes venerũt quoꝝ alt cultellũ & pixidẽ: alt vo crus cuiusdam
mauri q̃ nup obierat afferẽtes secta infirmi coxa: coxam mauri loco
ipsi⁹ inseruerunt. & plagã diligenter vngentes: coxã infirmã ad corp⁹
mauri mortui detulerunt. Ille statim more solito: vt pulsaret ad ma
tutinas euigilans de tali somno turbabatur: & se sine dolore sentir
ens coxe q̃ prius doluerat manus & oculos & candelam apponens:
se non esse qui fuerat mirabatur: & se sentiens sic sanatum diu p̃e
gaudeo careret alij surrexerũt. Et audito q̃ ille i somnis viderat: ad
cimiterium pperãtes: coxã mauri p̃cisã & coxam sacriste loco illi⁹

in tumulo reperierunt.

C De Sancto Blasio episcopo sebaste. C. XLV.

X gestis eius.

Passus est apud sebasten
sanctus Blasi⁹ q̃ & beati⁹:
quãdo prefectus lisias residebat nicapoli & agricolani se
baste: hic cum omni mansuetudine & sanctitate polleret:
christiani elegerunt eum in episcopum in sebaste ciuitate capadocie.
Qui accepto episcopatu: speluncam cuiusdam montis intrauit. Ibi/
q̃ vitam heremiticam duxit. Illic agrestes & ferocissime fere ad eũ
infirme & insane veniebant: nec ab eo discedebant donec sanitatẽ &
benedictionẽ acciperent. Corui quoq̃ ei alimoniam assidue defere/
bant. Tũc p̃ses puincie iussit venatoribus omnes bestias congrega
re. Qui venientes in illum montem: inuenerũt orantẽ sanctũ Blasiũ
& multitudinẽ bestiaꝝ astantẽ ante eum. Et redeuntes attoniti: nũci/
auerunt p̃sidi que viderãt. Qui statim misit plures milites vt illuc p
gerent: & quotquot inuenirent christianos adducerent. Ueniẽtes ad
dixerũt ei. Egredere te vocat p̃ses. Qui respondit: beneuenistis filij:
nunc video q: dominus nõ est oblit⁹ mei. Pergens autẽ cũ eis semp
p eis in itinere p̃dicauit: & corã eis multa miracula fecit. Ibi quedam
mulier attulit ei filiũ suũ morientẽ: in cui⁹ gutture arista piscis trans/
uersa erat: & iactans eum ante pedes ei⁹ cũ lachrymis vt oraret p eo
postulabat. Qui man⁹ imponẽs puero orauit deũ vt puer ille & oẽs
qui vel p̃ ... vel p̃ q̃libet alia nomẽ sancti Blasii inuocarẽt
sine mora sanitatis remediũ obtinerent. & sanat⁹ statim est puer. In
tro quoq̃ itinere ... vidua cui lup⁹ porcũ vnicũ que habebat ab
stulerat: rogauit sanctũ: vt illũ sibi reddi facẽt. Cui ille subridens
ait. Noli tristari porc⁹ tu⁹ reddet tibi in pximo. Et ecce lup⁹ veniẽs
porcũ suũ sibi reddidit. Ueniẽs ergo sanctus in ciuitatẽ iussu p̃sidis
missus est in carcerẽ: quẽ sequẽti die educi iussit & stantẽ dulcissime
salutauit dicens. Gaude Blasi amice deoꝝ. Qui respondit. Gaude &
tu p̃ses: sed ne dicas eos deos esse sed demones: qui eterno igni tra/
dent: cũ his qui eos venerãtur. Tũc iratus p̃ses iussit eũ fustib⁹ cedi
& in carcerẽ trudi. Audiẽs vetula que porcũ suũ receperat: & q̃ vir san
ct⁹ in carcerẽ clausus erat ipsa porcũ occidit & caput ei⁹ coctũ cũ pe
dib⁹ cũ pane & cãdela scõ Blasio attulit. Qui grãs agẽs comedit: ei/
q̃ dixit. Singulis annis offer cãdelã in ecclesiã noie mei & bene tibi
erit: & quicũq̃ hoc fecerit.

C De Passione eiusdem. C. XLVI.

Ost hec p̃ses

eductũ Blasiũ cũ ad
deos iclinare nõ pos/
set: iussit eũ ligno suspendi: & carnes ei⁹ ferreis pectinib⁹
laniari & sic in carcerẽ deportari. Tũc. vi. mulieres christi
ane sequẽtes eum guttas sanguinis ei⁹ colligebant & hĩs semetipsas
vngebãt. Quas tenẽtes milites duxerũt ad p̃sidẽ: & cũ sacrificare iu/
berent: accipiẽtes deos piecerũt i mediũ stagnũ. Irat⁹ igit p̃ses iu/
sit caminũ incẽdi & plũbũ liquefactũ pari ac pectines ferreos inferri.
Septẽq̃ loricas igne cãdẽtes: & septẽ camisias lineas i alio loco po
ni: & dixit mulierib⁹: vt vnũ eligerẽt de duob⁹: aut vestes lineas: aut
ardẽtes loricas. Et ptin⁹ vna eaꝝ currẽs camisias accepit: & in cami
nũ piecit. Tũc p̃ses iussit eas suspẽdi carnesq̃ eaꝝ pectinib⁹ ferreis
lacerari. Et cũ inuicte talia sustinerẽt: aduenĩẽtes angeli eas ad pse/
uerantiã ꝯfortabãt. Tũc p̃ses iussit eas deponi & in caminum mitti.
Que statim vt misse sunt: extincto igne illese exierũt. Et ait illis p̃ses
dimittite magicas artes vestras & adorate deos nr̃os. Que respon/
derũt perfice qõ cepisti: q: iam vocate sumus ingredi regnum dei.
Sicq̃ data sententia iussit eos decollari: & post hoc Blasiũ sibi pre/
sentari. Quẽ cũ videret adhuc imobilẽ: iussit eũ i stagnũ mitti. At il/
le perdẽs aquã signauit & ambulãs sup stagnũ q̃si sup petrã sicut
in medio & ait. Si habetis deos ostendite virtutẽ eoꝝ: & venite huc.
Et ingressi. lxv. viri mox in aqua submersi sunt. Angelus autẽ dñi d
scendẽs dixit ei. Egredere sancti Blasi & suscipe tibi paratam coro/
nã a deo & ptin⁹ exiuit sicut intrauit. Et dixit ei p̃ses oĩno decreuisti
nõ adorare deos. Qui respondit cognosce miser: q: nõ adoro demo
nes & statim iussus ẽ decollari: Qui cũ duceret ad penã: orauit sicut
pri⁹ orauerat: vt q̃cũq̃ rogaret deũ in eius memoriã p quacũq̃ ne/
cessitate: celesti mereret pfrui largitate. Et ecce vox de celo dixit: qõ
orãs facere pmisit quicq̃d sanctus Blasi⁹ orauit. Sic q̃ decollat⁹ est
cũ duob⁹ pueris aliaꝝ vij mulieꝝ quos in carcere baptizauerat. Illa
rũ aũt. vij. mulieꝝ q̃ decollate sunt aĩe de corpib⁹ pdire: tanq̃ vir/
gines de thalamo vise sunt: oẽs aureis monilib⁹ refulgentes & ad ce
lũ q̃si alaꝝ remigio peruolantes. Auctor. Nota q̃ in legẽda hui⁹
sancti legitur passũ fuisse. iij. non. Februarij. Et sic in kal. festiuitas
annotat sãcti Blasij. In martyrilogio aũt scribit eoꝝ passio. xv kal.
marcij: qõ car factũ sit nescio.

Passio sancte Dorothee virginis. C. XLVII.

Si quid itaqꝫ pōt in me eſſe cōſilij: ſi experto cre-dit̄. Hoc p̄mū moneo: hoc obteſtor: vt ſponſa chriſti vinū fugiat, p veneno: hec aduerſus adole-ſcētiā p̄ma arma ſūt demonū. Nō ſic auaricia q̄tit: īflat ſupbia: delectat ambitio: facile alijs caremꝰ vitijs. Hic hoſtis intus incluſus eſt. quocūqꝫ pgimꝰ nobiſcū portamꝰ inimicū. Vinū ⁊ ado-leſcētia duplex incendiū voluptatis. Quid oleum flāme adijcimus. Quid ardēti corpuſculo fomēta ignū miniſtramꝰ. Paulus ad thi-motheū Iā noli inq̄t aquā bibere. ⁊c̄. Vide q̄bus cauſis vini pota-tio cōcedat̄. vt ex hoc ſtomachi dolor ⁊ frequēs medeat̄ īfirmitas. Et ne nobis forſitan de egrotatiōibꝰ blādiremur, modicū pcepit eē bibendū medici potꝰ cōſilio q̄ꝫ apl̄i. Noe vinū bibit: ⁊ inebriatus eſt rudi adhuc ſeculo. Et vt itelligas ſcripture in oibꝰ ſacramentuꝫ: Margarita quippe eſt ſermo dei ⁊ ex oī pte ſurari pōt. poſt ebrieta-tē nudatio femorꝫ ſubſecuta eſt. libido iuncta eſt luxurie. poſt ven-[illegible] ⁊ ſic cetera mēbra cōcitant̄. Mādūcauit enī pp̄ls ⁊ bi-bit: ⁊ ſurrexerūt ludere. Loth amicus dei in monte ſaluat̄: ⁊ de tot milibꝰ populi ſolus iuſtus inuētus eſt. inebriat̄ a filiabꝰ ſuis. Et li-cet ille putaret genꝰ hoīꝫ defeciſſe: ⁊ hoc facerēt liberorꝫ magis de-ſiderio q̄ꝫ libidinis. tn̄ virū iuſtū ſciebāt. hoc niſi ebriū nō eſſe factu-rū. Deniqꝫ q̄d fecerint ignorauit. Et q̄ꝫq̄ꝫ volūtas nō ſit in crimine: error tn̄ in culpa eſt. Helias cū Iezabel fugeret: ⁊ ſub quercu feſſus iaceret. ecce ad caput eiꝰ panis collirid9: ⁊ vas aque. Reuera nun-quid nō poterat deus cōditū ei merū mittere ⁊ electos cibos: ⁊ car-nes cōtuſione mutatas. Heliſeus filios pphetarꝫ inuitat ad prādiū ⁊ herbis agreſtibꝰ eos alens. Sonū prādentiū audit clamorē. mors in olla homo dei. nō iratus eſt cocis. Lautioris enī mēſe cōſuetudi-nē nō habebat. ſꝫ farina deſup iacta amaritudinē dulcorauit. eadē ſpūs v̄tute q̄ moyſes mutauerat mirrā. Et p̄mus e paradiſo homo [illegible] lachrimarꝫ [illegible] eſt [illegible] ⁊ ipꝫ dn̄m fame ſathanas tentauit in deſerto. Et apoſtolus clamitat de luxurioſis: quorꝫ deus vēter eſt. Id enī colit vnuſquiſqꝫ q̄ꝺ dili-git. Ex quo ſollicite, puidendū eſt vt quos ſaturitas de paradiſo ex-pulit: reducat eſuries. Q. ſi volueris reſpondere te nobili ſtirpe ge-neratā: ſemp in delicijs: ſemp in plumis. nō poſſe a vino ⁊ eſculētio-ribꝰ cibis abſtinere nec his legibꝰ viuere. diſtrictiꝰ reſpōdebo. Vi-ue ergo lege tua: q̄ dei nō potes. nō quo deus vniuerſitatis creator ⁊ dn̄s. inteſtinorꝫ noſtrorꝫ rugitu ⁊ inanitate vētris pulmonūqꝫ de-lectet̄ ardore. ſꝫ q2 aliter pudicitia tuta eſſe nō poſſit. Iob deo cha-rus audi q̄d de diabolo ſuſpicet̄. Virtꝰ eiꝰ in lūbis eius. ⁊c̄. Hone-ſte viri mulieriſqꝫ genitalia īmutatis ſunt appellata noībꝰ. Oīs igit̄ aduerſuꝫ viros diaboli virtus in lūbis eſt. oīs in vmbilico cōtra fe-minas fortitudo. Vis ſcire ita eſſe arripe exēpla. Samſon leone for-tior: ſaxo durior: ⁊ q̄ vnus ⁊ nudus mille eſt pſecutꝰ armatos. in da-lide molleſcit amplexibꝰ. Dauid ſm̄ cor dn̄i electꝰ. ⁊ q̄ venturū chri-ſtū ſc̄ō ſepe ore cantauerat. barſabee captꝰ nuditate. adulterio iūxit homicidiū. Salomon p quē ſececinit ipa ſapiētia: receſſit a dn̄o: q2 amator mulierū fuit. Et ne aliq̄s ſibi de ſanguinis ppinq̄tate cōfide-ret. in illicitū thamar ſororis amon frater exarſit incendiū.

℄ De Viduis fictis ⁊ libidinoſis. C. XLV.

Videas [illegible] q2 viduas anteq̄ nuptas inſelicē cōſciētiā mentita tn̄ veſte, ptegere: q̄s niſi tumor vteri vel īfantū vagitꝰ, pdiderint. erecta ceruice: ⁊ ludētibꝰ pedibus īcedūt. Alie vo ſterilitatē p̄bēt: et nec dū nati hoīs homicidū faciūt. Nōnulle cū ſe ſenſerit cōcepiſſe de ſcelere abortiui venena meditant̄: ⁊ freq̄nt̄ ipſe cōmortue triū cri-[illegible] ree: ſic ad īferos pducūt̄. homicide ſui adultere chriſti: necdū [illegible] paricide. He ſt̄ q̄ p publicū notabilit̄ īcedūt. ⁊ furtiuis ocu-lorꝫ nutibꝰ adoleſcētiū greges pꝰ ſe trahūt. Et quā viderit pallētē ac [illegible] trā ac manicheā vocāt. Et cū ſe mero īgurgitauerint: ſacri-legiū corpus dn̄i ſumēdo cōmittūt. Purpura tn̄ in veſte ſit tenuis ⁊ laxiꝰ vt crines deſcidāt ligatū caput. Soccus vilior: ⁊ p humeros mauorte volitās. ſtricte manice brachijs adherētes: ⁊ ſolutis geni-bus ſit fractꝰ īceſſus. Hec eſt apud illas tota virginitas. habeāt iſte hm̄ōi laudatores ſuos: vt ſub virginali noīe citiꝰ pereāt. Libēter ta-libꝰ nō placemus. Pudet dicere. proh nephas triſte. Sed verū eſt. Vnde in eccl̄ias agapetarꝫ peſtis introiuit. Vnde ſine nuptijs aliud nomē vxorꝫ. que eadē domo. vno cubiculo ſepe vno tenent̄ ⁊ lecto. Et ſuſpicioſos nos vocant: ſi aliud eſtimemus.

℄ De Vita virginū. C. XLVIII.

Vnc ad te mihi oīs dirigat̄ oratio. q̄ q̄nto prima romane vrbis virgo no-bilis eē cepiſti. tāto tibi amplius laborandū eſt: ne ⁊ pre-ſentibꝰ bonis careas ⁊ futuris. Et quidem moleſtias nu-ptiarū ⁊ incerta cōiugij de domeſtico exēplo didiciſti. cū ſoror tua bleſilla etate maior: ſed, pponſito minor. poſt acceptū maritum ſepti-mo menſe viduata ⁊ virginitatis coronā ⁊ nuptiarū pdidit volupta-tē. Nolo te ad domos nobiliū matronarū accedē: nec frequēter vi-dere q̄ꝺ cōtemnis. Diſce in hac parte ſanctā ſupbiā: q̄ ſpōſa ē xp̄i es. ſcito te illis eſſe meliorē. nec earū tn̄ te cupio vitare cōgreſſus: q̄ maritorꝫ inflant̄ honoribꝰ: q̄s eunuchorꝫ greges ſepiūt. ſed etiā eas q̄s viduas neceſſitas facit. q̄rū domꝰ plena diuitijs: plena adulatori-bus. Quarū rubētibꝰ buccis cutis farſa diſtēdit̄. vt eas putes mari-tos nō amiſiſſe: ſed querere. Rarus tibi ſit in publicū egreſſus. mar-tyres tibi querant̄ in cubiculo tuo. nunq̄ꝫ deerit cā, pcedendi: ſꝫ ſp q̄ñ eſt neceſſe, pceſſura ſis. Ad orationē tibi nocte ſurgenti nō indi-geſtio tibi ructū faciat: ſed inanitas. Crebrius lege. q̄ꝫplurima diſce teneti te codicē ſomnꝰ obrepat. ⁊ cadentē faciē pagina ſcā ſuſcipiat. Sint tibi quotidiana ieiunia: ⁊ refectio ſaturitatem fugiens. Nihil pdeſt biduo triduoqꝫ trāſmiſſo vacuū portare vētrē ſi parit̄ obrua-tur. Si cōpenſat̄ ſaturitate ieiuniū: illico irrigata humꝰ ſpinas libi-dinū germinat. ⁊ mens repleta torpeſcit. Siq̄ñ ſenſeris exteriorē ho-minē flore adoleſcētie ſuſpirare. ⁊ accepto cibo cū te in lectulo com-poſitā dulcis libidinū pompa concuſſerit. arripe ſcutū fidei. in quo ignite diaboli extinguunt̄ ſagicte. oēs enī adulterātes q̄ſi clibanus corda eorꝫ. At tu chriſti comitata veſtigijs: ⁊ ſermonibꝰ eius intēta dicito: Nonne cor noſtrū ardens e. ⁊c̄. Difficile eſt humanā animā aliq̄d nō amare. ⁊ neceſſe eſt: vt in quoſcūqꝫ nr̄a mens trahat̄ affe-ctus: carnis amor ſpūs amore ſupet̄. Deſideriū deſiderio reſtingui-tur. quicq̄d inde minuit̄: hinc creſcat.

℄ De Laude virginitatis. C. XLVII.

Vis noſtrū ex corde dicē pōt: Potū meū [illegible] est: nō gemēdū cū me rurſū ſerpēs de paradiſo virgini-tatis eiectum tunicis vult veſtire pelliceis. q̄s helyas ad paradiſū rediēs, piecit in terrā dicēs: Quid mihi ⁊ voluptati que ī breui perit. Nolo illi ſubiacē ſentētie: q̄ ī hoīes eſt illata damnato. In doloribꝰ paries ⁊c̄. Lex iſta nō mea eſt. ⁊ ad virū cōuerſio tua ſit conuerſio illiꝰ ad maritū eius q̄ virū nō hꝫ chriſtū. meū, ppoſitū ſine ſexu eſt. habeant nuptie ſuū tp̄s. ⁊ titulum mihi virginitas in maria dedicat̄ ⁊ chriſto. Dicat aliq̄s: Et audes nuptijs detrahere: q̄ a dn̄o bn̄dicte ſūt. Nō eſt detrahē nuptijs: cū illis virginitas antefert̄. Nō-nent̄ ⁊ nupte: cū a virginibꝰ ſint ſecūde. Creſcat ⁊ multiplicet̄ ille q̄ impleturꝰ eſt terrā. tuū agmē in celis eſt. Poſt paradiſū ⁊ nuditatē ⁊ ficus folia auſpicantia prurigīnē nuptiarū. Nubat ⁊ nubat̄ ille: q̄ in ſudore faciei comedit panē ſuū. cuiꝰ terra tribulos generat ⁊ ſpi-nas. cuius herba ſentibꝰ ſuffocat̄. meū ſemē cētenaria fruge fecūdū eſt. Cōſuant tunicas q̄ incōſutā deſurſū tunicā pdiderūt. quos va-gitus delectat infātū in ipſo lucis exordio. fletu lugētes q̄ nati ſūt. Eua in paradiſo virgo fuit. poſt pelliceas tunicas initiū ſumpſit nu-ptiarū. Tua regio paradiſus eſt. ſerua q̄ꝺ nata es. Et vt ſcias virgi-nitatē eē nature. nuptias poſt delictū virgo naſcit̄ caro de nuptijs ī fructu reddēs q̄ꝺ in radice pdiderat. Virga eſt mr̄ dn̄i ſimplex. pu-ra. ſincera. nullo extriſecꝰ germie coherēte. ⁊ ad ſilitudinē dei vnitate fecūda. Virge flos chriſtus eſt: dicēs Ego flos c. Laudo nuptias q2 mihi v̄gines generāt. lego de ſpinis roſā. de terra aurū. de cōcha margaritā. Plus nuptie onerant̄. q̄ñ de illis naſcit̄ plus amat̄.

℄ Adhuc de eodem. C. XLVIII.

Quid inuides mater filie tue. iu-gitur q̄ [illegible] liꝫ noluit vxor eē: ſꝫ regi. Grāde tibi bn̄ficiū pſtitit. ſocrꝰ dei eē cepiſti. De virginibꝰ inq̄t Apl̄s: Preceptū dn̄i nō habeo. Quare? Quia vt ipſe eēt virgo nō fuit imperij: ſꝫ ppie volūtatis. Nec enī audiēdi ſūt: q̄ eū vxorē habuiſſe cōfingūt. cū de cōtinētia diſ-ſerēs ⁊ ſuadens perpetuā caſtitatē intulerit. Volo āt oēs eē ſicut me ipm̄. Et infra. Dico autē ī nuptijs ⁊ viduis: bonū eſt illis vt ſic perma-neant ſicut ⁊ ego. Quare g̃ nō hꝫ dn̄i de virginitate pceptū? Quia ma-ioris eſt mercedis. q̄ꝺ non cogit̄: ſꝫ offert̄. Quia ſi fuiſſet virginitas impata: nuptie videbant̄ ablate. ⁊ duriſſimū erat ꝯ naturā cogē an-gelorūqꝫ vitā ab hoībꝰ extorquere. Et id quodāmodo damnare q̄ꝺ cōditū eſt. Alia fuit in veteri lege felicitas. beatꝰ q̄ hꝫ ſemen in ſyon. Vacuus erat orbis. ⁊ vt de typicis taceam: ſola erat benedictio libe-rorum. Propterea ⁊ abraham iam ſenex cethure copulat̄. ⁊ iacob

mandragoris redimit: et cōclusam vuluā in ecclesie figuram rachel pulchra cōcepit. Paulatī vō crescēte segete messor immissus ē. virgo belias. helise° vgo. vgines multi filij pphetarū. Hieremias captiuitate ppinquō vxorē phibet accipe. Alijs vbis idipz apls loqt. Tēpus breuiatū ē: reliquū ē. vt q̄ hnt vxores sint q̄si nō ha. Inueniebatur q̄ vt dixim° in viris tm̄ hoc cōtinētie bonū. et in dolorib° iugiter eua pturiebat. Postq̄ vgo vō cōcepit in vtero. et pepit nobis patrē futuri seculi: soluta maledictio est. Stati vt fili° dei igressus est sup terrā: nouā sibi familiā instituit. vt q̄ ab angelis adorabat in celis. haberet angelos et i terris. Si tibi placet scire quot molestijs virgo libera sorat. quot vxor astricta sit: legas tercullianū ad amicū phm: et de virgintate alios libellos: et beati cypriani volumē egregiū: et pape damasi sup hac re versus psasqz cōpositas. et ambrosij nostri quod nup ad sororē scripsit opusculū. In qb° tāto se effudit eloqo: vt qcquid ad laudē virginū ptinet exq̄sierit: ordinauerit: expresserit. Nobisqz diuerso tramite quo icesserit incedendū est vginitatē: nō tantum efferim°: sed seruam°. Nec sufficit scire qō bonū est: nisi custodiat attēti° qō electū est: qz illud iudicij est hoc laboris: et illud cōmune cū pluribus: hoc vō cum paucis.

C De Cautela virgini seruāda ꝯ seculi tentamēta. C. XLIX.

Itaqz obtestor te corā dño et angelis ei°: ne vasa tēpli facile in publicū pferas ne sacrarium dei quisq̄ pphanus inspiciat. Oza arcā quā nō licebat tangere attingēs morte subita pstrat° est. Neqz enī aureū vas et argēteū tam charū fuit deo. q̄ tēplū corporis vginalis pcessit vmbra: nūc vitas ē. Tu q̄dē simplicit loq̄ri: et ignotos quosq̄ blāda voce nō despicis. Sed aliter ipudici vidēt oculi. nō norūt aie pulchritudinē cōsiderare: sed corpor. Ne declines aurē tuā in verba mala. Sepe enim idecēs aliqd loquētes. tentāt mētis arbitriū si libēter audias vgo qō dicit. si ad ridicula queqz soluaris. Quicqd dixeris laudāt. quicqd negaueris negāt. Castā vocāt et sanctā. Ecce vere christi ancilla dicētes. nō vt illa horrida turpis: et rusticana terribilis. et q̄ ideo forsitan maritū nō habuit: qz iuenire nō potuit. Naturali ducimur malo: et adulatorib° nostris libēter fauem°. Et q̄q̄ nos respōdeam° idignos et calidos rubor ora pfundat. tm̄ ad laudē sua aia itrinsecus letat. Sponsa christi arca est testamēti. intrīsec° et extrīsecus deaurata custos legis dñi. sup hoc ppiciatoriū. q̄si super cherubin sedere vult dñs. Mittit discipulos suos: vt i pullo asine sedeat. Curis te secularib° solue: vt paleas et lateres egypti derelinquēs. moysen seq̄ris in heremo: et terrā repromissiōis itroeas. et nemo sit q̄ phibeat: nō mater: nō soror: nō cognata: nō germanus. dñs te necessariā hz. Qō si voluerint ipedire timeāt flagella pharaonis. Ihesus igressus tēplū: oīa q̄ tēpli nō erant proiecit. Deus enī zelotes est: ergo vbi i pectore virginali seculariū negociorū cura estuat. stati velū tēpli scindit. sponsus cōsurgit iratus et dicit. Relinquet vobis dom° ve. de. Semp te cubiculi tui secreta custodiāt semp tecū sponsus laudat intrinsecus. orans loqueris ad spōsū. legēti ibi ille loquet. Hort° cōclusus: soror mea fons signat°. Caue ne domū exeas: vt velis videre filios regiōis aliene. q̄uis fres habeas patriarchas. et israel parēte leteri: nolo te sponsū q̄rere per plateas. nolo te circuire angulos ciuitatis. Sponsus in plateis nō pōt iueniri. arta et angusta via est q̄ ducit ad vitā. Atqz vtinā nō inuenisse sufficiat: vulneraberis: nudaberis: et gemebūda narrabis. inuenerunt me. et c. Zelotipus est Ihesus nō vult ab alijs videri faciē tuā. Foras vagētur virgines stulte. tu intrīsecus esto: cū spōso. Que si hostiū clauseris et in occulto oraueris: veniet et pulsabit et dicet. ecce ego sto ante. et c. Daniel in cenaculo suo neqz enī manere poterat in humili. fenestras ad hierusalē aptas habuit: et tu habeto aptas fenestras. sed vnde lumē itroeat: vnde videas ciuitatē dei. Ne aperias illas fenestras de qb° dicit. mors intrauit per fenestras vestras.

C Virgini cauēda sit inanis gloria. C. L.

Illud quoqz tibi vitandū est cautius ne vane glorie ardore capiaris. Cū facis elemosynam deus solus videat. Cū ieiunes leta sit facies tua. Uestis nec satis mūda: nec satis sordida. et nulla diuersitate notabilis. ne tibi obuiā pretereuntiū turba cōsistat: et digito demōstreris. Nec satis religiosa velis videri. nec plus humilis q̄ necesse est. nec gloriā fugiēdo queras. plures enī paupertatis et miserie atqz ieiunij arbitros declinātes. in hoc ipso placere cupiūt: qz placere cōtemnūt. Et mirū in modū: laus dum vitat appetit. Hoc vitio pauci admodū sunt q̄ caruerūt. et ille est optimus q̄ q̄si in pulchro corpore rara neruorū sorde respergitur. Neqz vero moneo: ne de diuitijs glorieris ne de generis nobilitate te iactes. Scio humilitatem tuam. stultissimum quippe est docere quod nouerit ille quem doceas.

Sed ne hoc ipsum tibi iactantiā generet: qz seculi iactātiā cōtēpsisti nec cogitatio tacita subrepat: vt qz in auratis vestibus placē desi[...] placē conerj in sordib°. et q̄n in cōuentū fratrū veneris vel so[...] [...]milius sedeas scabello. te causeris indignā. vocē ex industria q̄si cōfectā ieiunijs tenues. et deficiētis imitata gressum humeris innitaris alteri°. Sūt quippe nōnulle exterminātes facies suas vt appareant hoib° ieiunātes. q̄ statim vt aliquē viderint ingemiscūt. demittunt supciliū. et operta facie vix vnū oculū liberāt ad vidēdū. Uestis pulla. cingulū sacceū. sordidis manib° pedibusq̄. vēter solus qz videri non potest estuat cibo. Alie virili habitu veste mutata erubescūt feminę eē qz nate sunt crinē amputāt. et impudent erigūt facies eunuchias. Sūt q̄ cilicijs vestiunt et cucullis fabrefactis: vt ad infantiam redeant imitant noctuam et bubones. Sed ne tm̄ videar disputare de feminis: viros quoqz fuge: quos videris cathenatos. quib° feminei otra Aplm crines. hircorū barba. nigrū palliū. et nudi impatiētia frigoris pedes. Hec oīa argumēta sunt diaboli. Tristitiā [...] et q̄ lōga ieiunia furtiuis noctiū cibis ptrahunt. Pudet reliq̄ [...] ne videar inuehi potius q̄ minere.

C De Quibusdā dissolutis monachis. C. LI.

Ceterum de morib° virginis. Sūt et alij de meo ordinis hoib° loquor: q̄ ideo ad p[...] [...]terium et ad diaconatū ambiūt: vt mulieres licētius videant. Oīs his cura de vestib°: si bene oleant. si pes laxa pelle nō folleat. crines calamistri vestigio rotant. digiti annulis radiant. et ne plantas humidior via spargat: vix imprimūt sūma vestigia. Tales cū videris sponsos magis estimato q̄ clericos. Quidā ī h̄ omne studiū vitāqz posuerūt: vt matronarū noīa: domos moresqz cognoscant. Mane surgētes: de domo in domū salutādi cā discurrūt. et pene vsqz ad cubiculū dormiēciū importune ingrediunt Si puluillū viderit: vl' māntile elegās: vel aliqd domestice supellectilis: laudāt: miranf: attrectāt. et se eo indigē cōquerētes: non tā impetrant q̄ extorquēt. His inimica castitas et ieiunia. Os barbarum et pcax: et in iurgia semp armatū. Quocūqz te vteris prim° in facie est. Quicqd nouū insonuerit: vel auctor vl' exaggerator est fame. nec affectate sordes: nec exq̄site mūditie ouenīūt christiano. Si qd ignoras. si qd de scripturis dubitas: interroga eū quē vita cōmendat. excusat etas. fama nō reprobat. aut si nō est q̄ possit exponere: meli° ē aliqd nescire secure q̄ cū periculo discere. Memēto qz in medio laqueorū ambulas. et multe veterane virgines castitatis indubitate: in ipso mortis limine coronā perdidere de manibus. Siq̄ ancillule sunt comites propositi tui: ne erigaris aduersus eas: nec infleris vt dña: vnū spōsum habere cepistis. Eas autē virgines viduasqz: que ociose et curiose domos circueunt matronarū: q̄ rubore frōtis attrito: parasitos vicere minorū: q̄si q̄sdā pestes abice. Corrūpūt bonos mores colloquia mala. Nulla illis nisi vestis cura est. et q̄ vētrj sūt prima vitiose atqz lasciue. quicqd vis mali insinuāt. ac ferreas quoqz mētes ad delicias molliunt.

C Q Libri poetarum et philosophorū propter sacros libros spernendi sunt. C. LII.

Que enim cōicatio luci ad tenebras Quid facit cum psalterio Horatius. cum euāgelijs Maro. cum apostolis Cicero. Olim cum relicta domo et parētib° pro christo militaturus pergerē hierosolymā. bibliotheca quā mihi rome sūmo studio cōfecerā: carē nō poterā. Itaqz post crebras vigilias et lachrymas: q̄s pteritorū recordatiōe pctorū fūdebā. plato vel tulli° sumebat in manib°. si q̄n in memetipsū reuersus pphetā legē cepissē sermo horrebat incultus. et qz lumē cecis ocul' nō videbā: nō oculorū culpā putabā eē: sz sol. Denīqz in media ferme. xl. medullis infusa febris sic infelicia mēbra depasta est: vt ossib° vix hererēt. Interī parabant exeqe. et vital' aīe calor toto iā frigescēte corpe in solo tm̄ repēte pectusculo palpitabat. Tm̄ subito raptus in spū ad tribunal iudicis ptrahor: vbi tantū luminis erat: vt piect° in terrā sursū aspicē nō auderē. Interrogat° de cōditiōe: christianū me eē rndi. Et ille q̄ psidebat mētiris ait: ciceronian° es: nō christian°. vbi est enī thesaurus tuus: ibi est et cor tuū. Illico obmutui inter verbera quib° cedi me iusserat: ōsciētie magis igne torquebar. illū mecū versiculū repetēs In inferno autē quis cōfitebit tibi. Clamabam autē inter verbera Miserere mei dñe miserē mei. Tādē ad presidēti genua puoluti q̄ astabāt pcabant: vt veniā daret adolescētie: et errori locū penitētie cōmodaret. exactur° deinde cruciatū. si gentiliū lrarū libros aliq̄n legissem. Ego itaqz qui constitutus in tanto articulo etiam vellē maiora promittere: deierare cepi et dicere Dñe si vnq̄ habuero codices seculares: si legero te negaui. Inter hec verba dimissus reuertor. Et

mirantibus cunctis oculos apui. multo lachrymarū imbre ꝑfusos. nec hoc vani somnij illusio fuit. Teste mihi tribunali ante qḋ steti. ⁊ iudiciū qḋ timui. me plagas sensisse post somnū. ⁊ liuētes scapulas habuisse. Tantoq̃ꝫ de hinc studio diuina legisse. quanto mortalia ante nō legeram.

¶ De Auaricia fugiēda. C. LIII.

Auaricie [illegible] est malū nō quo aliena appetas. hoc enī ⁊ publice leges puniūt. sed quo tua q̃ tibi sunt aliena nō serues. Si in alieno inq̄t fideles non fuistis: qḋ vestrū est q̇s dabit vobis. Aliena nobis auri argētiq̃ꝫ sunt pōdera nostra possessio spiritualis ē. de q̃ alibi dicit. redēptio viri ꝓpe diuitie. At dicis. Puella sum delicata: ⁊ q̃ meis manibꝰ laborare nō possum si ad senectā venero: si egrotare cepo: q̇s mei miserebit. Audi ad apl'os loquentē ihesū. Respicite volatilia celi. ⁊c̄. Si vestis defuerit lilia ꝓponunt. si esurieris beatos audies paupes ⁊ esuriētes. Si aliq̇s afflixerit [illegible] ⁊ datus est mihi stimulus [illegible] cijs dei. Exultauerunt enī filie iude in oībꝰ iudicijs tuis. dn̄e nihil intulimus in hunc mundū: neq̃ꝫ auferre q̇d possumꝰ. At nunc plerasq̃ꝫ videas armaria stipare vestibꝰ tunicas mutare quotidie. ⁊ tū tineas nō posse separare. Inficiunt mēbrane colore purpureo: aurū liquescit in l'ras. gemmis codices vestiunt: ⁊ nudus ante fores earū christus emorit. Infinita de scripturis exēpla suppetāt: q̃ auariciā doceāt esse fugiēdā. verū q̇d ante nō plures annos nitrie gestū sit referā. Quidā e fratribus parcior magis q̃ꝫ auarior nesciēs. xxx. argēteis dn̄ꝫ venditū c. solidos quos lina texēdo acq̄sierat moriēs dereliq̇t. Initū est inter monachos cōsiliū: nā in eodē loco circiter quinq̃ꝫ milia diuisis cellulis habitabāt: q̇d facto opus esset. Et alij paupibus distribuēdos esse dicebāt. alij dandos ecclesie: nōnulli parētibꝰ remittēdos. Macharꝰ vō ⁊ pābo ⁊ isidorus ⁊ ceteri pr̄es: scō eiꝰ loquēte spiritu decreuerūt infodiēdos esse cū eodē dicētes. Pecunia tua tecū sit in ꝑditione grādisq̃ꝫ per totū egyptū cūctos terror inuasit. Et quoniam monachorū fecimus mentionē. ⁊ te scio libenter audire que sancta sunt aurem paulisper accōmoda.

¶ De Triplici genere monachorū antiquorū. C. LIIII.

Tria sūt in egypto genera monachorū. Primū est cenobitarū. i. cōi viuētiū. Prima apud eos cōsideratio est obedire maioribꝰ. Diuisi sunt ꝑ decurias ⁊ cēturias: ita vt. ix. hoibꝰ decimꝰ ꝑsit: ⁊ rursū. x. ꝓpositos sub se habeat cētesimꝰ. Manēt sepati: sꝫ iūcti cellulis vsq̃ꝫ ad horā nonā. Statutū ē vt nullus pgat ad aliū ꝓter decanos: vt si forte fluctuat q̇s cogitatiōibꝰ: alliꝰ cōsolet alloq̇s. post nonā vō in cōe concurrit. psalmi resonāt: scripture recitant: ⁊ cōpletis ōronibꝰ cūctis residētibꝰ mediꝰ pater incipit disputare. Quo loquēte tātū silentiū fit: vt nemo aliū respicere: nemo audeat excreare: dicētis laus in fle[illegible] ⁊ cū [illegible] pit dolor. Cū vō de regno christi ⁊ futura gloria cepit annūciare: videas cūctos suspirio moderato: ⁊ oculis ad celū leuatis dicere ītra se Quis dabit mihi pen. ⁊c̄. Dehic vnaq̃q̃ꝫ decuria cū parēte suo pgit ad mēsas qbꝰ vicissim ministrāt. pane viuit ⁊ leguminibꝰ ⁊ oleribꝰ q̃ sale solo cōdiunt. Vinū tm̄ senes accipiūt: qbꝰ ⁊ cū paruulis sepe fit prādiū: vt aliorū fessa sustētet etas: aliorū nō frāgat incipiēs. Ipsi aūt pr̄es nocte circūeunt cellulas singulorū ⁊ aure apposita diligentē q̇d faciāt explorāt. Quē tardiorē dephēderit. nō mox icrepāt: sꝫ dissimulato qḋ norūt eū sepiꝰ visitāt: ⁊ ꝑus icipiētes prouocāt magis orare q̃ꝫ cogūt. Et q꞉ nō licet cuiq̃ꝫ dicere: tunicā vl' sagū nō habeo. ita economus vniuersa moderat vt nemo q̇d postulet nemo debibeat. Si q̇s autē egrotare cepit transfert ad exedrā latiorē: ⁊ tāto senū ministerio ɔfouet: vt nec delicias vrbiū: nec matris q̃rat affectū. Scḋm genꝰ est anachoritarū. i. solitariorū q̃ de cenobijs exeūtes: excepto pane ⁊ sale: nihil ad deserta pferūt. Huiꝰ vite auctor Paulus: illustrator Antoniꝰ: ⁊ vt altiꝰ cōscēdā pinceps Johānes baptista fuit Tertiū genus est qḋ dicit rēnoth deterrimū atq̃ꝫ neglectū. hi bini vel trini habitant. nec multo plures: suoq̃ꝫ arbitrio ac ditione viuētes de eo quod laborauerint. in mediū partes conferunt vt habeāt alimenta cōmunia. habitant autē q̃ꝫplurimi in castellis ⁊ vrbibus: ⁊ quasi ars sit sancta nō vita. quicquid vendiderint maioris est precij. Inter hos sepe iurgia sunt: quia cibo suo viuentes non patiuntur alicui se esse subiectos. Reuera solēt certare in ieiunijs: ⁊ rem secreti victorie facere. Apud hos affectata sunt oīa: laxe manice ⁊ calige follicantes. vestis crossior: crebra suspiria: visitatio virginum: detractio clericorum. et si quando dies festus venerit saturantur ad vomitum.

¶ De Oratione ⁊ [illegible] C. LV.

Quanquā Apl's semꝑ nos orare iubeat: ⁊ sanctis etiam [illegible] diuersas orandi horas debemꝰ habē: vt si forte aliquo opere detēti fuerimꝰ: ipm tp̄s nos ad officiū admoneat Horā tertiā. sextā nonā. diluculū vō ⁊ vesperū nemo est q̇ nesciat. Cibi nō sumant: nisi ōrone p̄missa. nec a mēsa surgēdū: nisi grā referat creatori. Noctibꝰ bis surgēdū egrediētes de hospitio armet oratio. regrediētibꝰ occurrat oratio priꝰ q̃ꝫ sessio. ad oēm incessū manus pingat crucē. Teipm cōsiderās nō in alteriꝰ ruina: sꝫ in tuo ope gl'iari. Nec dicas illa ⁊ illa suis rebꝰ fruit. honorat ab hoibꝰ. frēs ad illā veniunt ⁊ sorores. Primū dubiū an virgo sit tal. nā hō videt in facie: deus in corde. Dehinc etiā si corpore virgo est: an spū virgo sit nescio. Apl's autē ita virginē diffiniuit: vt sit scā corpe ⁊ spū. Ad extremū habeat sibi gloriā suā. vincat Pauli sentētiā. delicijs fruatur ⁊ viuat. nos meliorū exēpla sectemur. propone tibi beatā mariā. ad quā cū angelus gabriel in viri specie descēdisset: pterrita rn̄dere nō potuit. Nunq̃ꝫ enī fuerat a viro salutata. Deinde nūcū discit et loquit. ⁊ q̃ hominē formidabat cum angelo fabulat intrepida. Potes ⁊ tu mater eē dn̄i: vt dicas: A timore tuo dn̄e cōcepimꝰ. Ceteri virgines apud diuersas hereses esse dicunt. Scorta sunt estimāde: nō virgines. sꝫ q꞉ sciunt virginale vocabulū gl'iosū: sub ouiū pellibꝰ lupos tegūt christū mētiunt. antichristū ɔuestiūt. Gaude virgo. qḋ alie simulāt: tu vere eē cepisti. Hec oīa q̃ digessimꝰ: dura videbunt ei q̇ nō amat christū. Qui autē cōmortuus est dn̄o: ⁊ ɔsurrexit: libere clamabit. Quis nos sepabit a charitate christi. Amemꝰ ⁊ nos christū semꝑ: ⁊ eiꝰ queramꝰ amplexus: ⁊ facile videbit omne difficile. breuia putabimꝰ vniuersa q̃ longa sunt. ⁊ iaculo illiꝰ vulnerati dicemus: Heu mihi q꞉ incolatus meus ꝓlō. est. Filius dei dei pro salute ꝯis hoīs factꝰ filiꝰ: decē mēsibꝰ ī vtero vt nascat expectat. fastidia sustinet. cruentatꝰ egredit. pānis inuoluit. ⁊ ille pugillo mūdū includēs breui ꝓsepio collocat. vendet. vberat. crucifigit. Quid retribuam dn̄o ⁊c̄. Calicē salu. Hec est enī sola digna retributio: cū sanguis sāguine cōpensat. Apl's in laboribꝰ plurimis: in carceribꝰ habūdātiꝰ: in fame ⁊ siti ⁊c̄. Nos autē si cibus insulsior fuerit ɔtristamur. calix frāgit. mēsa subuertit. verbera sonāt. ⁊ aq̄ tepidior sanguine vindicat. Regnū celorū vim patit. Nisi vim feceris: celorū regna nō capies. Nisi pulsaueris importune: panē nō accipies sacri. An nō tibi videt eē violentia cū caro vult eē qḋ deus est. ⁊ illū locū vnde angeli corruerūt: angelos iudicatura ɔscēdit. Egredere queso paulisꝑ de carcere. ⁊ presentis laboris mercedē ante oculos tuos pinge. quā oculus nō vidit. Qualis erit illa dies: cū tibi maria mater dn̄i choris occurret comitata virginū. cū post mare rubrū pharaone submerso cū exercito suo: tenēs tympanū prec innet respōsuris. Cantemꝰ ⁊c̄. Tūc tecla in tuos leta volabit amplexus. Tūc ⁊ ipse sponsus occurret ⁊ dicet: Surge propera amica mea ⁊c̄. Tunc ⁊ angeli mirabunt ⁊ dicent: Que est ista q̃ ꝓgredit ⁊c̄. Videbūt te filie: ⁊ predicabūt reginē ⁊ laudabūt. Sara cū nuptis obuiā veniet. anna cū viduis pariter quoq̃ꝫ clamabūt O sanna in excelsis. Quotiens te vana seculi delectauerit ambitio. quotiens ibi videris aliquid gloriosum: sic ad paradisum mente transcende.

¶ De [illegible] virginitatis. C. LVI.

Dē ad demētriadē virginē. Inter [illegible] fortitudo est: inter gēmas ⁊ sericū: int eunuchorū ⁊ puellarū cateruas: ⁊ adulationē ⁊ ministeria familie pstrepētis: ⁊ exq̇sitas epulas: ieiuniorū laborē apperē: vestiū aspitatē: victꝰ continētiā. Solent miseri parētes: ⁊ nō plene fidei christiane: deformes: ⁊ aliquo mēbro debiles filias: q꞉ dignos generos non inuenerūt: virginitati tradē. tāti (vt dicit) vitrū estimātes margaritā. ⁊ eas inopes relinquūt. aliorū filiorū luxurie ⁊ delicijs ad omnē copiā pudentes. Fert autē ⁊ omniū christianorū laude celebrat: quicq̇d fuerit nuptijs preparatū a scā christi synoride virgini traditū: ne sposo fieret iniuria. imo vt dotata pristinis opibꝰ veniret ad spōsū. ⁊ qḋ in rebꝰ mūdi periturū erat: domesticorū dei inopiā sustētaret. Mirantur emuli. virtꝰ cui semꝑ inuidie patet. Mihi propositū est stilo ecclesiastico laudare auiam virginis mee ⁊ gratias agere: q꞉ voluntatem eius sua adiuuerit voluntate. Alioquin cellula monasterij. vilis cibus: vestisq̃ꝫ contempta: ⁊ etas vicina iam morti: breuisq̃ꝫ temporis viaticū carēt omni assentationis infamia. Denique in reliquis partibus omnis mihi sermo ad virginē: nobilem non minus sanctitate q̃ꝫ genere. cuius quāto sublimis ascensus: tanto lapsus periculosior. Qū eras in seculo: que seculi erant diligebas. polire faciē. ora depingere. ornare crinē. ⁊ alienis capillis turritum verticē struere.

Nunc autē quia seculū reliquisti: secūdo post baptismū renūciasti diabolo ⁊ pōpis ei⁹. Si in cogitatiōes tuas coluber ascēderit. oī cu stodia serua cor tuū. ⁊ crebro signaculo munias frontē ne extīminator egypti in te locū repiat. Citherā assumere iubet. ⁊ tyrus multis peccatoꝝ cōfossa vulnerib⁹ vt agat penitētiā: ⁊ maculas pstine sedi tatis cū petro amaris abluat lachrymis. Uerū nos ignoremus penitentiā ne facile peccemus. Illa q̄si secūda post naufragiū miseris tabula sit. in virgine integra seruat nauis aliud est querere: qd pdideris. aliud possidere qd nunq̄ amiseris.

¶ De Abstinētia virginum. C. LVII.

Ost cogitationū diligētissimā cautionē ieiuniorū tibi arma sumēda sunt. ⁊ canēdū cū Dauid. Humiliaui in ieiunio a. m. Eua p cibū deiecta est de paradiso. Helias. xl. dierū exercitat⁹ ieiunio igneo curru rapitur ad celū. Moyses ieiunās. xl. dieb⁹ ⁊ xl. noctibus familiaritate dei pascit. Saluator quoq̄ q̄ virtutū ⁊ cōuersatiōis sue nobis reliquit exēplū. In iob scriptū est de dracone. virt⁹ eius in lūbis e. Aduersus iuuenes ⁊ puellas etatis ardore abutit ⁊ inflāmat rotā natiuitatis nostre. Oēs enī adulterātes q̄si clibanus. Hec sūt ignita diaboli iacula. q̄ simul ⁊ vulnerāt ⁊ inflāmant: ⁊ a rege babylonio trib⁹ pueris pparant. Sed q̄uo ibi q̄rtus speciē habēs q̄si filij hoīs imēsos mitigauit ardores. Sic ⁊ in aīo virginali rore celesti ⁊ ieiunioꝝ frigore: calor puellaris extinguit: ⁊ humano corpi angeloꝝ impatur cōuersatio. Q̄obrē ⁊ vas electiōis de virginib⁹ se dicit dñi non habere pceptū. Quia ɔtra naturā: imo vltra naturā est: nō exercere qd nata sis iterficere in te radicē tuā. ⁊ sola virginitatis poma decerpere: nescire thorū. oēm viroꝝ horrere ɔtactū: ⁊ in corpore viuere sine corpore. Neq̄ vō imoderata tibi imponimus ieiunia: ⁊ enormē ciborū abstinentiā. q̄b⁹ stati corpora delicata frangunt: ⁊ ante egrotare incipiūt: q̄ sancte cōuersatiōis iacere fundamenta. Philosophoꝝ quoq̄ sniā est moderatas esse vtutes: excedētes modū atq̄ mensurā inter vitia reputari. Unde ⁊ vnus de septē sapiētib⁹: ne q̄d ait nimis. Sic debes ieiunare vt nō palpites: ⁊ respirare vix possis. ⁊ comitū tuarū vel porteris vl trahatis manib⁹: sed vt strato corporis appetitu: nec in lectiōe: nec in psalmis: nec in vigilijs: solito q̄d minus facias. Ieiuniū nō pfecta vtus. sed ceterarū virtutū est fundamētū.

¶ De Institutiōe morum virginis. C. LVIII.

Amitarc sponsam tuā esto aīte matri q̄: sub lecta. nullū viroꝝ ⁊ maxime iuuenū nisi cū illis videas nullū scias quē ille nesciāt. Secularis quoq̄ snia ē eadē velle: ⁊ eadē nolle. ea demū firma amicicia est. Eunuchoꝝ quoq̄ tibi ⁊ puellaꝝ: ac seruuloꝝ mores magis eligant q̄ vultū elegātia. Scurrilitas atq̄ lasciuia te psente nō habeat locū. nunq̄ verbū inhonestū audis qn irascaris. Ridere ⁊ ridere in secularib⁹ dereliq̄: grauitas tuā psonā decet. Catonē quoq̄ illū dico censoriū: ⁊ vestre quondā vrbis pncipē. q̄ in extrema etate grecas lr̄as nō erubuit cēsor. nec desperauit senex discere: ⁊ Marcū crassum risisse semel in vita scribit Lucil⁹. Fuit illa affectata seueritas ⁊ gloriā querēs popularem. Nos affectus ⁊ perturbatiōes q̄diu in tabernaculo corpis hui⁹ habitam⁹. fragili corpe circūdamur. moderati ⁊ regere possumus amputare nō possum⁹. Unde psalmista ait: Irascimini ⁊ no. pec. Supfluū reor te monere cōtra auaritia cu generis tui sit ⁊ hr̄e ⁊ calcare diuitias. Da paupib⁹: nō diuitib⁹: nō p pūpis: nō ad luxuriā: sed ad necessitatē. Siue ille sacerdos: siue cognat⁹ sit siue affinis nihil in illo aliud cōsideres nisi paupertatē. Laudāt te esurientiū viscera: nō ructuantiū opulēta cōuiuia in actibus apostoloꝝ qn dñi nr̄i adhuc calabat cruor: ⁊ feruebat recēs ī credētib⁹ fides: oēs possessiōes suas vendebāt: ⁊ pcia earū ad aploꝝ deferebāt pedes: vt ostēderēt pecunias esse calcandas. Ananias ⁊ saphira dispēsatores timidi. imo corde duplici: q̄ post votū obtulerunt q̄si sua. ⁊ nō ei⁹ cui semel ea vouerāt parteq̄ sibi iam aliene substātie reseruauerūt. metuētes famē quā vera fides nō timet. psentē meruere vindictā. Alij edificēt ecclesias colūnaꝝ deaurēt capita. altare auro ⁊ ebore distinguāt nō rephēdo. vnusq̄sq̄ in suo sensu abūdat meliusq̄ est h̄ facere: q̄ repositis opib⁹ icubare. Sz tibi aliud ppositū est: christū vestire in paupib⁹: pascere in esurietib⁹: visitare in languētib⁹ suscipe in his q̄ tecto idigēt: ⁊ maxime in domesticis fidei. vginū alere monasteria. seruoꝝ dei ⁊ pauperū spiritu hr̄e curā q̄ die b⁹ ac noctib⁹ seruiūt dño tuo. q̄ in terra positi imitant angeloꝝ conuersationē ⁊ nihil aliud loq̄nt. nisi qd ad laudes dei ptinet. hn̄teq̄ victū ⁊ vestitū. his gaudent diuitijs q̄ plus hr̄e nolūt: si tn̄ seruāt ppositū. Alioq̄n si ampli⁹ desiderēt. his quoq̄ q̄ necessaria sūt pbant idigni. Hec ad vginē diuitē ⁊ nobilē sum locut⁹. nūc tn̄ ad vginem loq̄r. i. nō ea que extra te: sed in te sunt: tantū cōsiderans.

¶ De Exercitio virginis ⁊ societate eius. C. LIX.

Preter psalmoꝝ ⁊ orōnis ordinē qd tibi hora tertia: ⁊ sexta: ⁊ nona ad vesperam medio noctis ⁊ mane semp est exercēdū. statue quot horis scā scripturā ediscere debeas. quāto tpe legē. nō ad laborem sed ad delectationem ⁊ instructionē aīe. Cūq̄ hec finieris spacia: ⁊ frequēter te ad figēda genua sollicitudo animi suscitauerit. habeto lanā semp in manib⁹ aliarūq̄ neta. aut in globū collige aut texenda cōpone. q̄ texta sunt respice. q̄ errata reprehēde. q̄ facienda ɔstitue. Si tātis operū varietatib⁹ fueri occupata: nunq̄ tibi dies lōgi erūt. nec iccirco tibi ab opere est cessandū: q̄ de pprio nulla re indiges. Sed ideo cū oīb⁹ laborādū est: vt p occasionē opis nihil aliud cogites: nisi qd ad dñi ptinet seruitutē. Simpliciē loq̄r. q̄cq̄uis omnē sensum tuū i paupes distribuas: nihil apud christū erit preciosi⁹ q̄ qd manib⁹ tuis ipsa ɔfeceris. vel in vsus pprios. vel in exēplū virginū ceterarū. vel quod aīte matriq̄ offeras. maiora ab eis in refectionē pauperū precia receptura. Solet tn̄ inter plerosq̄ eē certamen: vtrū solitaria aut cū multis sit vita melior. Quarū prior prefert quidē secūde. sed in viris periculosa est: ne abstracti ab hominū frequentia sordidis ⁊ impijs cogitationib⁹ pateant ⁊ pleni arrogātie ⁊ supcilij cūctos despiciant: armētq̄ linguas suas: vel clericis vel alijs monachis detrahēdo. Quāto magis i feminis: quarū mutabil fluctuāsq̄ sentētia si suo arbitrio relinquat: cito ad deteriora labit. Noui ego in vtroq̄ sexu per nimiā abstinentiā cerebri sanitatē in quibusdā fuisse vexatā. precipueq̄ in his q̄ in humectis ⁊ frigidis habitauere cellulis. ita vt nescirēt q̄d agerēt: quove se verterent: q̄d loq̄: q̄d facē deberēt. Certe si rudes seculariū lr̄aꝝ de tractib⁹ hominū desertoꝝ quippiā legerint: vbositatē solū discūt absq̄ notitia scripturarū. et iuxta vetus eloquiū cū loq̄ nesciāt: tacere nō pn̄t. eruditoꝝ sibi assumunt supcihū. prius impitorū magistri q̄ doctoꝝ discipuli. Bonū est igit obedire maiorib⁹. parere pfectis: ⁊ post regulas scripturarū vite sue tramitē ab alijs discere. nec preceptore vti pessimo: sed presumptione sua. De talibus feminis ⁊ Apls loquit: q̄ circūferunt oī vēto doctrine semp discētes: ⁊ nunq̄ ad veritatis sciētiā puenētes. Graues femine: ⁊ maxime vidue ac virgines tibi comites eligant. q̄rū pba est ɔuersatio. sermo moderat⁹. scā verecūdia. Fuge aūt lasciuiā puellarū: q̄ ornāt capita. crines a frōte demittūt. cutē polluūt. astrictas habeāt manicas. vestimēta sine ruga. soccosq̄ crispātes. vt sub noīe virginali vēdibili⁹ pereant. Mores enī ⁊ studia dñarū plerūq̄ ⁊ ancillarū ⁊ comitū morib⁹ iudicant. Illa tibi sit pulchra ⁊ amabil. Illa tibi socia: q̄ nescit se eē pulchrā. q̄ negligit forme bonū ⁊ pcedens ad publicū nō pect⁹ ⁊ colla denudat nec pallio releuato crura vl ceruices apit. s̄z celat faciē. ⁊ vix vno oculo q̄ vie necessari⁹ est patēte gradit. Cincinnaculos pueros ⁊ calamistratos: ⁊ peregrini muris olentes pelliculas q̄si pestes ⁊ venena pudicitie deuita. Uirginū q̄ in monasterio viuūt nunq̄ aliq̄ sola pcedat.

¶ De Institutione virginis ab infancia sub cura parentum. C. LX.

Dem ad letam de institutione filie. Filia tua paula careat mūdi ignoret: ⁊ turpia non intelligat. adhuc tenera lingua psalmis dulcib⁹ imbuat. pcul sit sit etas lasciua pueroꝝ. Fiant ei lr̄e buxee vl eburnee. ⁊ ludat in eis. ⁊ vt ludus ei⁹ eruditio sit. habeat ⁊ in discēdo socias quib⁹ inuideat: q̄rū laudib⁹ mordeat. Nec est obiurgāda si tardior sit. s̄z laudib⁹ excitandū ingeniū. vt ⁊ vicisse se gaudeat: ⁊ victa doleat. Caue ne ineptis blāditijs feminarū dimidiata vba dicē filia cōsuescat. ne in auro atq̄ purpura discat ludē. quoꝝ alterū lingue: alterū morib⁹ officit. ne discat ī tenero qd ei postea dediscēdū est. Greca historia narrat alexandrū orbis dñatorē ī morib⁹ ⁊ in incessu leonidis pedagogi sui nō potuisse carere vitijs. quib⁹ adhuc paruulus fuerat ifect⁹. pclinis ē enī maloꝝ emulatio. ⁊ quoꝝ vtutes assēq neq̄s: cito vitia imitarj. Modestā habeat gerulā. nutricē grauē. Cū auū viderit in pect⁹ ei⁹ trāsiliat: ⁊ collo depēdeat. nolēti allelua decātet. sit oīb⁹ amabil. ⁊ vniuersa ppinquitas rosā ex se natā eē gaudeat. Ipse habit⁹ doceat eā cui pmissa sit. Caue ne cerusa ⁊ purpurisso ora christo cōsecrata depingas. ne collū auro ⁊ margaritis premas. nec caput gēmis oneres. nec capillū irrufes ⁊ ei aliqd de gehēne ignib⁹ auspices. Pretextata nobilissima quōdā femina iubēte viro hemetio: q̄ patruus eustochij vginis fuit habitu eius cultūq̄ mutauit. ⁊ neglectū crinem mūdano more texuit vincere cupiēs ⁊ virginis ppositū ⁊ matri desideriū. Eadem nocte vidit angelū dei in somnis: terribili facie minitantē sibi: ⁊ dicentē. Tu ausa es viri imperiū christo preferre: ⁊ virginis dei caput tuis sacrilegis manib⁹ attrectare: qui iamnūc arescēt: vt sentias ex

cruciata quid feceris. ꝛ finito mēse.v.ad īferna duceris. Sin aūt pse
ueraueris in scelere ꝛ marito sis orbaberis ꝛ filijs. Oīa p ordinē ex
pleta sūt: ꝛ serā miseꝛe penitētiā velox signauit iteꝛū. Sic se vicisci
christus in violatoribus templi sui. sic gēmas ꝛ preciosissima orna
menta defendit.

Iterum de eodem. C. LXI.

Eli sacerdos offendit dn̄m ob vitia liberoꝝ: ꝛ eps fie
ri nō pōt q̄ habuerit filios luxuriosos ꝛ nō sub
ditos. Si aūt etas pfecta ꝛ sui iuris parētibꝰ iputaꝛ: quā
tomagis lactēs ꝛ fragilis: q̄ ignorat boni ꝛ mali distan
tiā. Qui itaq̄ paruulus est: ꝛ sapit vt paruulus donec ad annos sa
piētie venerit. tam mala eiꝰ q̄ꝫ bona parētibꝰ iputāꝛ. Si sollicita es
ꝛ prudēs ne filia tua pcutiaꝛ a vipa. cur nō eadē cura puides. ne p
cutiaꝛ a malleo vniuerse terre: ne egrediaꝛ cū dyna: vt videat mulie
res regionis aliene. Ne ludat pedibꝰ: ne trahat tunicas. venena nō
danꝛ nisi melle circūlita: ꝛ vitia nō decipiūt: nisi sub specie vmbraq̄
vtutū. Nō vescaꝛ filia in publico. i. in parētū cōuiuio. nec videat ci
bos quos desideret. Et licꝫ q̄dā putēt maioris esse vtutis: p̄sētē cōtē
nere voluptatē. tn̄ ego securioris arbitror cōtinētie: nescire qd̄ q̄ras
Carniū edulio sustenteꝛ ne pus deficiant pedes q̄ꝫ currere incipiat.
Nunq̄ꝫ abs te procedat in publicū. basilicas martyrū ꝛ eccl'as sine
matre nō adeat. nullus ei iuuenis cincinnatꝰ arrideat. Nolo de an
cillulis tuis aliquā plus diligat: cuꝰ crebro auribꝰ insusurret. q̄cq̄d
vni loq̄ꝛ hoc oēs sciāt. Placeat ei comes nō cōpta atq̄ꝫ formosa: q̄
liq̄do gutture carmē dulce moduleꝛ: sed grauis pallēs: sordida: sub
tristis. Nocte ad orōnes surgat: mane hymnos decantet. Orōni le
ctio lectiōi succedat oratio. Discat ꝛ tenere colū rotare fusū. stami
na pollice ducere spernat bombicū telas: sericū vellera: ꝛ aurū in fi
la lentescēs. Talia paret vestimēta qbꝰ pellaꝛ frigus. nō qbꝰ vestita
corpora nudenꝛ. cibꝰ eiꝰ olusculū sit: ꝛ silia. raroq̄ꝫ pisciculi: sic come
dat vt semp esuriat: vt statī post cibū possit orare ꝛ legere. Displicēt
mihi in teneris maxime etatibꝰ: lōga ꝛ īmoderata ieiunia. Experimē
to didici asellū in via cū lassus fuerit diuerticula querere. hoc ꝑ
petuū p̄ceptū sit: vt lōgi itineris ppetes vires superentur. ne in p̄ma
māsione currētes corruamus in medijs. Ceterū in q̄dragesima cōti
nētie vela pandēda sūt. ꝛ tota aurige retinacula equis laxāda ppe
rātibꝰ. Quanq̄ꝫ alia sit cōditio seculariū: ꝛ alia virginū atq̄ꝫ mona
chorū. Secularis homo in q̄dragesima: ventris ingluuiē decoquit:
ꝛ in coclearū (more suo victitās) succo futuris dapibꝰ: ac sagine aq̄li
culū parat. vgo ꝛ monachus sic ī q̄dragesima suos dimittāt equos
vt sibi meminerint semp esse currendū. Mihi oīno in adulta vgine
lauacra displicēt q̄ seipsā debeat erubescere: ꝛ nudā videre nō pos
se. Si enī ieiunijs ꝛ vigilijs macerat corpus suū. ꝛ in seruitutē redu
git. cur ecōtrario balnearū fomētis: sopitus ignis suscitaꝛ. p gēmis
ꝛ serico virgo tua diuinos codices amet. qbꝰ nō auri ꝛ pellis baby
lonie vermiculata pictura. sed ad fidē placeat emēdata ꝛ erudita di
stinctio. Caueat oīa apocripha: iurare nō discat mētiri sacrilegium
putet. Trade ei conuictū sanctitatis: cuius sermo ꝛ incessus ꝛ habitꝰ
doctrina sit virtutum.

Reprehensio Virginis consortium matris sue deui
tantis. C. LXII.

Idem ad matrē ꝛ filiam in gallijs. Obsecro vt si
mordaciꝰ aliq̄d scripsero. nō tam mee cre
datis austeritatis ē q̄ꝫ morbi. Putride carnes ferro cu
ranꝛ ꝛ cauterio: venena serpētino pellūꝛ antidoto: ꝛ qd̄
magis dolet maiori dolore curatur. Mater ꝛ filia pietatꝭ noīa: offi
cioꝝ vocabula: nature vīcula: scd̄aq̄ꝫ post deū federatio. Nō ē laus
si vos diligatis. Sed scelus est qd̄ odistis. Tu vo filia: iam enī desi
nā ad matrē loqui. q̄nā forsitan ꝛ etas ꝛ ībecillitas ac solitudo excu
sabilē faciūt. Cur domū eiꝰ angustā iudicas. cuius nō tibi fuit ven
ter angustius. Decē mēsibꝰ vtero clauso vixisti. ꝛ vna die in vno
cubiculo cū matre nō duras: an oculos eiꝰ ferre non potes. Si vir
go es quid times diligentē custodiam. Si corrupta: cur non palam
nubis. Secunda post naufragiū tabula est. quod male ceperis. sal
tem hoc remedio tēperare. Quid tibi necesse est in ea versari domo.
in qua necesse habeas quotidie: aut perire aut vincere: quis vnq̄ꝫ iu
xta viperam securus dormit. Que si ꝛ nō pcutiat certe sollicitat. Se
curius est perire nō posse: q̄ꝫ iuxta periculū nō perisse inter lasciuas
puellas ꝛ comatos [illegible] atq̄ꝫ [illegible] gradieris. Dabit tibi bar
batulus quilibet manum ꝛ pressis digitis aut tentabitur aut tenta
bit. Erit tibi inter viros ꝛ matronas conuiuium. spectabis aliena po
cula. In alijs sericas vestes: aurataq̄ꝫ miraberis. In ipso quoque
conuiuio vt vescaris carnibus quasi inuita cogeris: vt vinum bi
bas dei laudabitur creatura. vt laueris balneo sordibus detrahe
tur. Inter hec aliquis conuiuantiū vel assistentiū: quoniam alienas
nō audebit vxores: te q̄ custodē nō hꝫ sepiꝰ respectabit. loqueꝛ nu
tibus. ꝛ quicq̄d metuit dicē significabit affectibꝰ. Inē has ꝛ tantas
illecebras voluptatū. etiā ferreas mētes libido domat. q̄ maiorē in
virginibꝰ patiꝛ famē: dū dulciꝰ putat eē qd̄ nescit. Vidimꝰ aliquē
ossibꝰ vix herentē illicitis arsisse amoribꝰ. ꝛ ante vita caruisse q̄ꝫ pe
ste. Quid tu facies puella sani corpis. delicata. pinguis. rubēs. estu
ans. inter carnes ꝛ vina: ꝛ balneas iuxta maritatas: ꝛ iuxta adolescē
tulas. Que et si rogata nō feceris: tn̄ deforme putes testimoniū si ro
geris. libidinosa mens ardētiꝰ honesta psequiꝛ. ꝛ qd̄ nō licet dulciꝰ
suspicaꝛ. Difficile inter epulas seruaꝛ pudicitia. Nitēs cutis sordi
dū ostēdit animū. vestis ipsa tacētꝭ animi indiciū est: si rugā non ha
beat: si per terrā vt altior videaris trahaꝛ. Si de industria dissuta sit
tunica: vt aliq̄d intus appareat. operiatq̄ꝫ qd̄ fedū est: apiat qd̄ formo
sum est. Caliga quoq̄ꝫ ambulātis nigella ac nitēs stridore ad se iu
uenes vocat. papille fasciolis cōprimūꝛ ꝛ crispāti cingulo angustiꝰ
pectꝰ artaꝛ. Capilli vel in frontē vel in aures defluūt. Palliolū inter
dū cadit: vt candidos nudet humeros. ꝛ q̄si videri noluerit celare fe
stinat qd̄ volēs detexerat. ꝛ q̄n in publico q̄si p verecūdiā opit facē
lupanarū arte id solū arte ostēdit: qd̄ ostēsū magꝭ placē pōt. Rūde
bis vn̄ me nosti. ꝛ quō tā lōgo positꝰ: in me oculos tuos iactas. hic
tu h̄ mihi lachryme narrauerūt. q̄ vtinā mētitꝰ fuisset. ꝛ magis ti
mens q̄ꝫ arguēs dixisset: Dispēsatorē domus oēs famuli rodunt. ꝛ
q̄cq̄d dn̄a nō dedit: illū clamitāt subtraxisse. Querulū seruoꝝ genꝰ ē
ꝛ q̄ntūcūq̄ꝫ dederꝭ: sp eis minꝰ ē. nō enī ꝯsiderāt ex q̄ntoꝭ quanꝭ
detur. doloreq̄ꝫ suū solꝫ q̄ p̄nt obtrectatiōibꝰ ꝯsolanꝛ faciliꝰ credit
mala holes. ꝛ quodcūq̄ꝫ domi fingiꝛ rumor in publico fit bona cō
sciētia nulliꝰ ꝛ oculos fugit.

Reprehensio Instructio virginis lapse. C. LXIII.

Idem de lapsu Susāne virginis ꝛ cō
secrate. Quid taces o
susanna. q̄d nō erumpis in vocē: ꝛ mētis tue exponis ar
dorē. Audite me oēs ppl'i: ꝛ videte dolorē meum. Iuue
nes mei ꝛ virgines mee abierūt ī captiuitatē. Ad te nūc mihi sermo
est. q̄ caput boni ꝛ causa maloꝝ es. q̄ multiplicis misera cū glia vir
ginitatis nomē etiā pdidisti. Nephas ē enī te vocari susannā: q̄ casta
nō es. Vn̄ incipiā q̄d primū. q̄d vltimū dicā. bona cōmemorē q̄ pdi
disti. an mala deflea q̄ īuenisti. Eras virgo in paradiso dei. inter
flores eccl'ie eras spōsa christi. eras tēplū dei. eras habitaculū spūs
sci. Et quotiēs dico eras: totiēs necesse est vt ingemiscas: q̄ non es
qd̄ fuisti. Incedebas ī ecclesia tanq̄ꝫ colūba illa: de q̄ scriptū ē: Pē
ne colūbe deargētate. Splēdebas enī vt argentū. fulgebas vt aurū.
eras tanq̄ꝫ stella in manu dn̄i. Que est ista subita ꝯuersio. q̄ repen
na mutatio est. de dei virgine facta es corruptio sathane. de spōsa
christi scortū execrabile. de tēplo dei phanū īmūditie. de habitacu
lo spūssci tuguriū diaboli. Que incedebas cū fiducia vt colūba nūc
lates in tenebris vt vespertilio. Que fulgebas vt aurū pter virgini
tis decorē: nūc vilior facta es luto plateaꝝ. Que fueras stella radiās
in manu dn̄i: veluti de alto celo ruens: extinctū ꝯuersa es ī carbonē.
Ve tibi misera: ꝛ iterū ve: q̄ tāta bona pariē pter parui tpis luxu
riam perdidisti. Aperi oculos si potes. erige frōtē si audes: ꝛ aliq̄d
scōꝝ diligēter intuere. Nōne faciē tuā ꝯsciētia cōmissi tanq̄ꝫ plum
bum inclinat. Quid facies corā maria ꝛ tecla ꝛ agnete: ꝛ īmaculato
thoro puritatis. Quid iterū facies corā angel' scis. Nōne splendor
ꝛ charitate īmaculatoꝝ: q̄si fulminibꝰ pcussa combureris. sed dura
ra es forsitan. Nō potui sustinere qui carne fragili circūferebar. Re
spondebit tibi beata tecla cū suis innumerabilibꝰ socijs. ꝛ nos eadē
carne amicte fuimꝰ. nec tn̄ plenū castitatis nostre propositū. aut fra
gilitas carnis potuit mutare. aut seuicia christianoꝝ p varia tormē
ta deijcere. Reuera non potest caro corrumpi: nisi mens fuerit an
corrupta. remanebit ergo in crimine aīa: q̄ carnē precedit in crimine
O furtiua turpitudine constuprata. Habitu virgo. facto non virgo.
bis adultera: ꝛ in actu ꝛ in aspectu. Virgo sm̄ Apostolū sollicita
est: vt sit sancta corpore ꝛ spiritu. tu autē in contrariū totū vertis: vt
nec sis sancta corpore nec spiritu. corpore quidē fornicando spiritu
autē virginitatē mentiēdo. penitudo ergo necessaria est. Sed q̄ta
putas ꝛ qualis necessaria est penitētia. que autē equet crimina aut
certe excedat. Imprimis omnis cura huius vite intermittenda est
tibi ꝛ quasi mortuam te existimās sicut es. quō possis resurgere co
gita. Deinde tibi lugubris vestis accipienda est. ꝛ mens ac membra
singula digna castigatione punienda. Amputenꝛ crines: quia p va
nam gloriam occasionē luxurie prestiterunt. Defluant oculi lachry
mis: qui masculū non simpliciter aspexerunt. Pallescat facies: que
quōdam impudice irrubuit. Totum itaq̄ꝫ corpus incuria ꝛ ieiunijs

maceretur. cinere aspersum ⁊ cilicio coopertū. ⁊ qꝛ sibi male de pulchritudine placuit pphorrescat. Cor vero seipsū inq̄etans ⁊ cogitationibus ventilās: tanq̄ȝ cera liquescat. Grādi plage alta ⁊ ꝓlixa opus est medicina grādesq̄ȝ scelus grandē habet necessario satisfactionē. Et certe si metu tenere et bones q'e iud ou innnet n ndo [illegible] seculus humanus necessitate seculari nō dispergeret si nō infidelitate grauaretur. Quantūuis ⁊ qualēuis cruciatū ad p̄sens libenꝭ sufferrēt dummodo illas penas ignis eterni nō incurrerēt.

De Custodia viduitatis castitatis. C. LXIIII

Deꝰ ad furiam de viduitate seruāda. Nō querūtur in christianis initia: sed fines. Paulus male cepit: sed bene finiuit. Jude exordia laudantur: sed finis proditione damnatur. Quid facit in facie christiane purpurissus ⁊ cerusa. quorum alterum ruborem genarum labiorumq̄ȝ mentitur. alterū candorē oris ⁊ colli ignis iuuenū fomēta libidinū: impudice mentis indiciū. Quo modo flere pōt pro peccatis suis q̄ cutē nudat lachrymis: ⁊ sulcos in faciē ducit. Ornatus iste nō dn̄i est: sed velamen antichristi. Qua fiducia vultus ad celū erigit: quos cōditor nō agnoscat. nō ethnei ignes. nō vulcania tellus. non vesenus. ⁊ olympus tantis ardoribꝰ estuāt: vt iuueniles medulle vino plene ⁊ dapibus inflāmate. grādis v̄tutis ⁊ sollicite diligētie est supare qꝫ nata sis in carne nō carnaliter viuere tecū quotidie pugnare. ⁊ inclusum hostē argi vt fabule ferūt centū oculis obseruare. Nōnulli vitā pudicā appetēs in medio itinere corruūt. dum solā carniū abstinētiam putāt. ⁊ leguminibꝰ stomachū onerāt. ⁊ vt qð sentio loq̄r. nihil sic inflāmat corpora: ⁊ titillat mēbra genitalia: sicut cibꝰ indigestus: ructusq̄ȝ cōuulsus. quicq̄d seminariū voluptatū est: venenū puta. parcus cibꝰ: ⁊ vēter semꝑ esuriēs triduanis p̄ferꝭ ieiuniis. ⁊ multo melius est quotidie parū q̄ȝ raro satis sumere. Cogitate quotidie esse moriturū: ⁊ nunq̄ȝ de secūdis cogitabis nuptiis.

Iterum De eodem. C. LXV.

Deꝰ ad ageruciā de monogamia. Interdū sibi libido blādiꝭ: vt qð ꝓpt̄ itēperātiā suā quedā faciūt: vt videanꝭ facere desiderio liberoꝝ. Uerū tamē semen terre bone centesimū sexagesimum: ⁊ tricesimū fructū tenet. centenariꝰ tn̄ pro v̄ginitatis corona p̄mū gradū teneat. Sexagenariꝰ pro suo labore viduarū in secūdo sit numero. tricenarius federa nuptiaꝝ. ipsa digitorū cōiunctione testeꝭ. digamia in quo erit numero. Imo extra numerū. certe in bona terra nō oriꝭ: sed in vepribus ⁊ spinetis vulpiū. Itaq̄ȝ obsecro te religiosa in christo filia: vt testimonia ista nō noueris. q̄bus incōtinētibus ⁊ miseris subueniꝭ. Sed illa potiꝰ lectites. q̄bus pudicitia coronaꝭ. Sufficit tibi qð ꝑdidisti p̄mū virginitatis gradū. et ꝑ tertiū venisti ad secundū. i. ꝑ officiū cōiugale ad viduitatis cōtinentiā. Extrema imo abiecta nō cogites. Oꝫ si ⁊ post diluuiū ⁊ ante diluuiū viguit illa sententia. crescite ⁊ multiplicamini replete terrā. Quid ad nos: in quos fines seculoꝝ decurrerūt. Quibꝰ diciꝭ. tēpus breue est. ⁊ iā securis ad radicē arborū posita est. q̄ siluā legis. ⁊ nuptiarū euāgelica castitate succidit. tēpus amplexādi. ⁊c̄. Olim glorie erat illū audire versiculū filii tui sicut nouelle oliuarū. ⁊ videas fi. t. Nūc de cōtinētibus diciꝭ: q̄ adheret dn̄o vnus spiritus est. Proponis mihi gaudia nuptiarū. ego tibi opponā pyram gaudiū ⁊ incēcendiū. Nō tantū bonū est in nuptiis qð speramus: quantū mali qð accidere pōt ⁊ timendum est. libido enī trāsacta semꝑ sui relīq̄t penitudinē. nunq̄ȝ satiaꝭ ⁊ extincta iteꝝ reaccēdiꝭ. Usu crescit ⁊ deficit. nec rōni paret que īpetu duciꝭ. Sed dicis ample opes ⁊ dispēsatio rei familiaris. egēt auctoritate viri. sed ⁊ nisi cū seruulis tuis ipsa seruieris familie tue īperare nō poteris. quasi nō possis probate etatis habere famulos vel libertos. qui p̄sint domui vel ad publicum respondeant: tributa persoluant. Quere primū regnum dei: ⁊ hec oīa apponentur tibi. Melius est rem familiarē minui: q̄ȝ anime salutē perire. Melius est amittere quod aliquādo periturum est q̄ȝ id pro quo oīa dimittēda sunt. Nos vero ardemus auaricia: ⁊ contra pecuniā disputantes auro sinum expandimus. nihilq̄ȝ nobis satis est. Et illud quod de Megarensibus dicitur: iure miseris coaptari potest. Edificant quasi semꝑ victuri. viuūt quasi altera die morituri. Et hec facimus quia domini verbis nō credimus. et quia etas optata cunctis: non vicinā mortis. que debetur mortalibus lege nature. sed cassa spe annoꝝ nobis spacia pollicetur. Nemo enim tam fractis viribus: ⁊ sic decrepite senectutis est. vt non se putet vnum adhuc annum esse victurum. Unde subrepit obliuio conditionis sue. vt terrenum animal iam iamq̄ȝ soluendum erigatur in superbiam: ⁊ aio celum teneat.

De Bono vsu diuitiarū Nebredii. C. LXVI.

Deꝰ ad Saluinā [illegible] Neb[illegible]diti obsūt opes: si eis bene vtaꝭ. nec pauperē egestas cōmendabiliorē facit: si inter sordes ⁊ pctā nō caueat. Nihil nocuit militāri nebridio paludamentū. ⁊ baltheus ⁊ apparitorū caterue: qꝛ sub habitu alteriꝰ alteri militabat. sicut econtrario nihil ꝓdest aliis vile palliolū. sunia tunica. corporis illuuies. ⁊ sīlata paupertas: si nois dignitatē operibꝰ destruāt. Joseph ⁊ in egestate ⁊ in diuitiis dedit experimēta virtutū. Daniel ⁊ tres pueri sic preerāt babylonie operibꝰ. ⁊ inter principes ciuitatis vt habitu nabuchodonosor deo mēte seruirēt. Mardocheus ⁊ hester inter purpurā sericum ⁊ gēmas supbiā humilitate vicerūt. Diuitibꝰ inq̄t huiꝰ seculi precipe ⁊c̄. Hic didicimus quō camelus intrare posset ꝑ foramen acus. quō aīal tortuosū deposito onere sarcinarū assumat sibi pennas columbe: ⁊ requiescat in ramis arboꝝ: q̄ de synapis semine succreuit. Legimꝰ ī Isa. camelos madian ⁊ epha ⁊ saba aurū ⁊ thus ad vrbē dn̄i deportātes. Docet ⁊ Esopi fabula plenū muris vētrē ꝑ angustū foramē egredi nō valere. Ergo nebridiꝰ meus quotidie illud reuoluens. Qui volūt diuites fi. incī. in tē. ⁊ in la. dia. ⁊c̄. Quicq̄d ⁊ imperatoris largitio: ⁊ honoris insule sibi dederāt: in vsus pauperum cōferebat. Nec semel abiciebat sarcinā qð fecerūt apl̄i patrē ⁊ rete ⁊ nauiculā linquētes: sed ex q̄litate alioꝝ inopie suā habūdantiā cōicabat: vt postea illoꝝ diuitie huius indigētiā sustētarēt. Scit ipsa cui scribo me nō nosse: sȝ audita narrare. nec ex aliquo ī me bn̄ficio. scriptorū more grecoꝝ gratiā lingua reddē. vbi nāq̄ȝ vile oluscuīū. ⁊ cibarius panis. ⁊ cibus potusq̄ȝ moderatꝰ: ibi diuitie superuacue: ibi nulla adulatio. Ex quo colligiꝭ fidele eē testimoniū qð causas non habet mentiendi. Ad virtutes eius certas veniā: q̄s singulas in paucis hoibꝰ deprehēdimꝰ. Quis fornacē regi babylonis sine adustiōe ingressus est. Cuiꝰ adolescētis egyptia dn̄a palliū non tenuit. Mirū dictū est. Nutritus in palatio. cōtubernalis ⁊ discipulus augustoꝝ. Quoꝝ mēse ministrat orbis ⁊ terra. ac maria seruiūt inter rerū diuitiarum habūdantiā. In p̄mo etatis flore tāte verecūdie fuit: vt virginalē pudorē vincēt. ⁊ ne leuē quidē in se obsceni rumoris fabulā daret. Deinde purpuratoꝝ ꝓpinquus: ⁊ cū ambobꝰ studiis eruditꝰ: nō est inflatus in superbia. non ceteros hoies obducta frōte contempsit. sed cunctis amabilis nō fuit

De Institutione vidue. C. LXVII.

Idicisti cathalogū virtutū tuarū quid debeas noī tuo. quibꝰ meritis s̄m pudicitie gradum possideas. nec te moueat qꝫ sexagenaria eligaꝭ vidua. ⁊ putas adolescētulas ab Aplo reprobari. Sed te credas eligi ab eo q̄ discipulo suo dixerat: Nemo adolescentiā tuā cōtemnat. ꝓcul sint a cōuiuiis tuis phasides aues. turtures crassi. atagen ionicus. ⁊ oēs aues quibus amplissima patrimonia auolāt. Nec ideo te a carnibꝰ vesci nō putes: si tn̄ū leporū atq̄ȝ ceruoꝝ ⁊ q̄drupedū aīaliū esculētias reprobes. Non enī hec pedum numero: sed suauitate gustus iudicanꝭ. oīs creatura dei bona est. Audiāt hec mulieres: q̄ sollicite sunt quō placeant viris. comedāt carnes q̄ carnibꝰ seruiūt. q̄rū feruor despumat in coitū. Que ligate maritis generationi ac liberis dant operā. Quarū vteri portāt fetus. earū ⁊ intestina carnibꝰ impleanꝭ. Tu vero q̄ in tumulo mariti sepelisti oēs pariē voluptates. q̄ litā purpurisso ⁊ cerusa faciē sup feretrū eiꝰ lachrymis diluisti. q̄ pullā tunicā: nigrosq̄ȝ calceolos. candide vestis. ⁊ aurati socci depositione sumpsisti nihil habeo necesse aliud nisi p̄seuerare in ieiunio. pallor ⁊ sordes gēme tue sint. plumarū mollities iuuenilia mēbra nō foueat. balnearū calor nouū nō succēdat adolescētule sanguinē. Audi quid ex persona vidue continētis ethnicus poeta decantet. Ille meos primus q̄ me sibi iunxit amores abstulit. Ille habeat secū: seruetq̄ȝ sepulchro. Si tanti vilissimū vitrū: quāti preciosissimū margaritū? Si sic cōi lege nature damnat oēs gētilis vidue voluptates. q̄d expectādū est a vidue christiana: que pudicitiam suam nō solū ei debet qui defunctꝰ est: sed ei cū quo regnatura est. Tenera res in feminis fama pudicitie est. ⁊ quasi flos pulcherrimus cito ad leuē marcescit aurā: leuiq̄ȝ flatu corrumpiꝭ. maxime vbi etas cōsentit ad vitiū: ⁊ maritaꝭ deest auctoritas: cuius vmbra tutamen vxoris est. Quid facit vidua inter familie multitudinē. inter ministroꝝ greges: quos nolo vt cōtemnat famulos: sed vt viros erubescat. Certe si ambitiose domus hec officia flagitant. preficiat his senem honestis moribꝰ. cuius honor dn̄i dignitas sit. Scio multas clausis ad publicum foribus: nō caruisse infamia seruuloꝝ: quos suspectos faciebat aut cultus impudicus: aut crassi corporis nitor: aut etas apta libidini: aut ex cōsciētia amoris occulti securus animi tumor. qui etiam bene dissimulatus fre-

quenter erumpit in publicum: et cõseruos quasi seruos despicit. Di ergo diligentia custodias coꝝ tuũ. et caueas quicqd de te fingi põt. Nõ ambulet iuxta te calamistratus ꝓcurator nõ histrio fract⁹ in feminã nõ cantoris diabolici venenata dulcedo. nõ iuuenis cultus et nitidus. nihil artiũ scenicarũ nihil tibi in obsequijs molle iungat. Habeto tecũ viduarũ et virginũ choros habeto tui sexus solacia. ex ancillaꝝ quoqꝫ moribus domine iudicantur.

Iterum de eodem. C. LXVIII.

Semper in manibus [illegible] crebre cogitatiões et oẽs cogitationũ sagitte. qb⁹ adolescẽtia pcuti solet: huiuscemodi clipeo repellant. Difficile ĝn potius ĩpossibile ꝑturbationũ initijs carere quẽpiã eo qꝫ incentiua vitioꝝ oĩuꝫ titillent aĩos: et q̃si in [illegible] ipsiꝫ iudicio [illegible] vel abiecere cogitata vel recipe optim⁹ ille est q̃ minimis vrget. velut si egregio ĩspersos repꝛehẽdas in corpoꝛe neruos. hoc est qd alijs verbis ꝓpheta significat. Turbat⁹ sum et nõ sum locut⁹. Irascimini et nolite pec. Et illud archite tarẽtum ad [illegible] neglegẽtẽ. Iã te verberib⁹ enecassem. nisi et iratus essem. Ira [illegible] iustitiã dei nõ operat. Sicut irasci hois est. et irã nõ pficere christiani. Sic oĩs caro cõcupiscit q̃ de ea q̃ carnis sunt. sed nostruꝫ est voluptatis ardoꝛẽ maioꝛe christi amoꝛe restinguere: et lasciuiẽs iumentũ freno inedie subiugare: vt nõ libidinẽ: sed cibos querat ac desideret. et sessoꝛẽ spiritũsanctũ moderato ac cõposito poꝛtet incessu. Quoꝛsum ista: Ut hoiem te esse noueris: et passionib⁹ humanis nisi caueris subiacere. De eodẽ cuncti facti sum⁹ luto. iisdẽ cõpacti exoꝛdijs. In serico et in pannis eadẽ libido dominat. Nec regũ purpuras timet. nec mendicãtiũ spernit squaloꝛẽ. multoqꝫ meli⁹ est stomachũ te dolere q̃ mentẽ. ĩperare coꝛpoꝛi q̃ seruire. gressu vacillare q̃ pudicicia. nec statim nobis penitẽtie blandiant subsidia: q̃ sunt infelicium remedia. Cauendũ est vulnus: qd doloꝛe curat. Aliud est integra naue: et saluis mercibus poꝛtũ salutis intrare. aliud nudum habere tabulatũ. et crebris fluctuũ recursib⁹ ad asperrima saxa collidi. Nesciat vidua bigami indulgentiã. nec nouerit illud apostoli. melius est nubere q̃ vri. tolle qd peius est vri: et p se nõ erit bonũ nubere. Primus lamech maledict⁹ et sanguinari⁹: et de stirpe chaym descendẽs. vnã costã diuisit in duas: et plantariũ digamie ꝑtinus [illegible] [illegible] illud apostoli. Uolo aũt [illegible] re. et cẽ. cur idulserit stati subiecit. Iã eni quedã declinauerũt post sathanã. Ex quo intel [illegible] nũ poꝛrigere. Uide q̃lia sint scoꝛa matrimonia: q̃ lupanarib⁹ pferuntur. [illegible] q̃ se nõ põt cõtinere: vl nõ vultmaritũ ꝑoti⁹ accipiat q̃ diabolum.

De Morte amici et institutiõe monachi. C. LXIX.

Idem ad pamachiũ de moꝛte paulĩne. Quid boni habeat sanitas lãguoꝛ ostendit plus sensim⁹ qd habuim⁹ post q̃ hr̃e desiimus. In trib⁹ mulierib⁹ et sanguine et virtute cõiunctis tria christi ꝑmia recognosco. Eustochiũ ṽginitatis floꝛes metit. paula laboꝛiosam viduitatis areã terit. Paulina castũ m̃rimonij cubile cõseruat. Etenĩ nec soꝛoꝛis felicitatẽ nec [illegible] appetere. maluit in humilioꝛib⁹ tuto ꝑgere q̃ pẽdulo gradu in sublimioꝛib⁹ fluctuare. Et vt q̃drigã domus vna emitteret sanctitatis. nobis post [illegible] paulĩne pamachiũ monachũ [illegible] post humũ. Et patris et cõiugis nobilitate patriciũ elemosynis diuitẽ: humilitate sublimẽ. Prima vtus est monachi: hoium cõtemnere iudicia: et semp apostoli recoꝛdari dicẽtibus. Si adhuc hoibus pla. et cẽ. Ingenua liberaliter educata facili⁹ verecundia q̃ metus superat. et quos toꝛmẽta nõ vincunt interdũ vincit pudoꝛ. Nõ parũ virũ: nobilẽ locupletẽ. potentũ in plateis vitare comitatũ miscere se turbis rusticis: de pncipe vulgus fieri. Sed quãto humilioꝛ tãto sublimioꝛ est. lucet margarita in soꝛdib⁹. Parua quidẽ diuitijs: grãdia possidemus. Centuplicato fenoꝛe christi promissa reddunt. Semp grãdia in audientiũ ponuntur arbitrio. Nõ tibi imponit necessitas [illegible] christus est. vende nõ partẽ substantie: ne timoꝛ penurie infidelitatis occasio sit. sed totum: et da pauperibus: nõ locupletibus: nõ supbis. Da quo necessitas sustentet: nõ quo augeant opes. Cũqꝫ legeris illud apli. nõ alligabis os boui triturãti. et cẽ. et dignus est operarius mercede sua: et q̃ altari ministrãt: de altari participãt. Memẽto quoqꝫ hui⁹ fĩnie: habẽtes victũ atqꝫ vestitum his cõtenti sumus. Ubi videris fumare patinas et phasides aues lẽtis vapoꝛibus discoqui. vbi argẽti pondus. seruẽtes hoꝛicos mãnos: comatulos pueros [illegible] vestes: picta tapeta: vbi ditioꝛ est largitoꝛe: cui largiendum est. pars sacrilegij est rem pauperum non dare pauperibus.

Et [illegible] dissipare et pdere: qd in momẽto et perdi et inueniri potest. Fecit hoc soc crates theban⁹. fecit antistenes fecerũt plurimi: quos vitiosos legimus. plus debet christi discipulus prestare q̃ mũdi ph̃s. glie aial. et popularis aure atqꝫ rumoꝛ venale mãcipiũ. Tibi non sufficit opes cõtemnere: nisi christũ seq̃ris. Sẽtio te diuinis ardere doctrinis. nec temeritate quoꝛundã docere qd nescias: sed ante discere qd docturus sis. Non coturnatã affectas eloquẽtiã. nec moꝛe pueroꝝ argutas sentẽtiolas in clausulis struis. cito turgẽs spuma dilabit. Felices inqt Fabi⁹ artes essent: si de illis soli artifices iudicarẽt. Hec preteriens tetigi: vt eruditis detẽtus aurib⁹ nõ magnope cures qd imperitoꝝ de ingenio tuo ramusculi iactitent. s ꝑpheta quotidie medullas bibas. Hec quoqꝫ moneo et nõ solũ pecuniã: sꝫ etiã christo teipsũ offeras: hostiã viuã. Scit hostis antiquus magi dimicãtẽ q̃ nũmoꝝ eẽ certamẽ. facile abiicit qd heret extrinsec⁹. Intestinũ bellũ piculosius est. Zacheus diues erat: apli paupes. et q̃ntũ ad diuitias nihil. [illegible] opes cũ aĩa n̄ra libẽter suscipiet. Sinautẽ q̃ foris sunt deoqꝫ [illegible] diabolo demus: nõ est eq̃ pditio. O patricij generi pꝛim⁹ inter primos monachos eẽ cepisti: nõ tibi sit tumoꝛis: sꝫ humilitatis occasio. Quãtumcũqꝫ te deieceris. humilioꝛ christo nõ eris. Esto incedas pedibus. fusca tunica vestiaris. equeris paupibus. inopũ cellulas dignanter introeas. aquã poꝛtes. ligna concidas. focum extruas. vbi cula. vbi alape. vbi sputa. vbi flagella. vbi patibulũ. vbi moꝛs. et cum omnia que dixi feceris: ab eustochio tua paulaqꝫ vinceris: si nõ opere ac certe sexu. Hec dico non quo de ardoꝛe tue mentis quicquam dubitem. sed quo currentem impellam: et acriter dimicanti seruoꝛe fauoꝛe augeam.

De Laude sancte Marcelle. C. LXX.

Idem ad pancipiã virginẽ de vidua [illegible] tu scẽ marcelle. Solent vidue secu lares purpurisso ac cerusa oꝛa depingẽ. sericis nitere vestibus splẽdere gẽmis. aurũ poꝛtare ceruicib⁹. fragrare myrrha. ẽnatu se caruisse viroꝝ letant. querũtqꝫ alios: nõ quib⁹ iuxta sententiã dei seruiãt: sꝫ quib⁹ impent. vñ et paupes eligũt vt nomen tm̃ viroꝝ habẽ videant. In vidua n̄ra marcella dfusa ẽ gẽtilitas. Qib⁹ eñi patefecit q̃ eẽt vidua christiana: quã dscẽtia et habitu ꝑmittebat. Talib⁹ vsa est vestib⁹: quib⁹ frigus depelleret: nõ membra nudaret. aurũ vsqꝫ ad annuli signaculũ repudians. et magis in ventrib⁹ egenoꝝ q̃ in mar supijs recõdens: nullũ clericoꝝ vel monachoꝝ [illegible] dit. Semp in comitatu suo virgines et graues viduas habuit. sciẽs et [illegible] [illegible] vidẽ qd dtẽpserat. Rñdeat foꝛsan infidel lectoꝛ: me in muliercularũ laudibus ĩmoꝛari. Qui si foꝛte recoꝛdet scãs mulieres comites dñi saluatoꝛis: q̃ de substãtia sua ei mĩstrabãt. et tres marias stãtes ante crucẽ [illegible] meruit resurgentẽ. se poti⁹ supbie q̃ nos ꝯdemnabit inepte. q̃ virtutes nõ sexu: sꝫ aĩo iudicam⁹. Hec annis plurimis sic trãsegit vt ante se vetulã cerneret: quã adolescẽtulã fuisse meminisset. laudans illud platonicũ. Ph̃ia est meditatio moꝛtis.

De Consolatione fidelium super moꝛte amicorum. C. LXXI.

Idem ad [illegible] tue penetratũ vulnerib⁹ [illegible] pire debuerat spes resurrectiõis. Nunq. [illegible] cõcoꝛdat. nec fides sentit quãcũqꝫ iacturã. Resurgẽ dim⁹: et n̄ros plãgim⁹. Quid facerem⁹ si moꝛt tm̃ precipet de⁹. [illegible] fectũ. Nihil abstulit tuũ: qꝛ recipe dignat⁹ est ꝓpꝛiũ. Et creditũ suũ [illegible] tuantẽ. et dicere cũ Job Dñs dedit dñs abstu. et cẽ. Addit et alia cõsolationis ꝓudẽtia: q̃ iaculis oꝛbitatis occurrat. Plangere eñi debe remus amicis de seculo recedẽtib⁹: si seculi inimicitias cõtrarie minime sentirem⁹. et plãgim⁹ dñi beneficia: q̃ noluit infirmitati nostre quid prestet. periclitari volebat adhuc: qui volet aliquẽ dormientẽ et inter fructus vite presentis videre: cupit miserũ laboꝛare. Quare ergo pꝛo doꝛmiẽte lachꝛymas fundis: q̃si nescias quid in teipso [illegible] Planũ moꝛtuũ lazarũ fleuit. sed nõ tuas lachꝛymas fudit. Doluit lazarũ non doꝛmientẽ: sed potius resurgentẽ. et flebat quẽ cogebat ꝑpter alios saluãdos seculo reuocare. hanc vitã dare ingemiscebat. quã tu doles esse sublatam. Contra lachꝛymas eius

pugnant lachryme tue ⁊ amor tuus eius amori non ꝯuenit. Ille enĩ nolebat reddere laborib⁹ quẽ dilexerat: ⁊ tu amare te credis cũ labo rũ eis adhuc restare tormenta. Mihi crede. Sola in oib⁹ incredulitas meret. Et sicut nõ põt fides nosse qđ doleat sic diffidẽtia sola doloib⁹ inueniť ancilla. Preterea vide si aliqđ debeat dolori concedi: vbi sine aliquo remedio põt animus fatigari. Sequiť cõsummatio oĩam gaudioꝝ ꝙ in resurrectione inuicẽ nobis dño reformante reddemur: sicut scriptũ est. Si enĩ credimus ⁊c̃.

Idẽ de eodẽ. C. LXXII.

Idem ad theodoram de morte lucinij [illegible] mortis necessitatẽ q̃ inẽ frẽs diuidit: ⁊ charissima inẽ se noĩa crudelis ⁊ dura dissociat: hõ solatio erigimur: ꝙ in breui visuri sumus eos quos absentes dolemus. Neqꝫ enĩ mors sꝫ somn⁹ appellať scđm aplm. Lucinius in breui cõsumatus expleuit tpa multa. Nos dolendi magis q̃ quotidie in prelio stamus. Uulnera peccatoꝝ accipim⁹ vitiis sordidamur. Ille iã securus ⁊ victor te aspicit de excelso: ⁊ fauet laborãti: ⁊ iuxta se locũ preparat: eodẽ charitatis amore: quo in terra quoqꝫ oblit⁹ officij cõiugalis sororẽ habere te cepat. Idẽ ad paulã ꝯsolatoriã sup morte blesille. Testor mi paula ihesuꝫ quẽ blesilla nũc sequiť: testor sanctos angelos eius quoꝝ ꝯsortio fruiť: eadẽ me doloꝝ ppeti tormenta q̃ pater. Uerꝫ ꝯsideremus qđ ethicus ille psalmus sonet. Iustus es dñe ⁊ rectũ iudiciũ t. Hoc nõ põt nisi ille q̃ ad vniuersa q̃ patitur magnificat dñm: ⁊ suo merito imputãs de eius aduersis clementia gloriať. Cur autẽ duruꝫ sit qđ qñqꝫ patiendũ est: dolemus quenqꝫ mortuũ: ad hoc enĩ nati sumus vt maneamus eterni. Ceteꝝ nõne vereris ne tibi saluator dicat irasceris paula: qꝛ filia tua mea facta ẽ: fi lia dignaris de iudicio meo: ⁊ rebellib⁹ lachrymis facis iniuriã possideri. Cibũ tibi denegas nõ ieiuniorũ studio: sꝫ doloris: nõ ⁊ [illegible] istã. Ieiunia hõ aduersarij mei sunt: nullã aĩam recipio: q̃ [illegible] me sepať a corpe. Tales stulta phĩa martyres habeat: habeat zenonẽ theoumbreũ vel catonẽ. Si viuẽtẽ crederes filiã: nunq̃ plangeres ad meliora migrasse. Lurisse legiť iacob filiuꝫ quẽ putabat occisum: ad quẽ ⁊ ipse erat descensurus ad inferos dicens. Descendã ad filiũ meũ lugens in infernũ. Quia necdũ paradisi ianuã christus effregerat: nec dũ flãmeã illã rumpheã: ⁊ vertiginẽ presidentiũ cherubin sanguis eius extinxerat. Unde ⁊ abrahaꝫ licet in loco refrigerij fuerat tamẽ apud inferos esse cum lazaro scribiť. Et dauid iuste fleuit [illegible] quã aliã paruulã postqꝫ et viueret impetrare nõ potuit: qꝛ sciebat nõ peccasse: nõ fleuit. De moyse vero ⁊ aaron: ꝙ eis ex veteri more sit planctus exhibitus: nõ est mirandũ: cũ ⁊ in actib⁹ apostolorum iam euangelio choruscante stephano fecerint hierosolyme fratres planctum magnum: ⁊ vtiqꝫ planctus magnus non in plangentiuꝫ examinatione vt tu estimas: sed in pompa funeris ⁊ exequiarum frequentia intelligendus sit. Parce queso tibi: parce filie tam cum christo regnanti: parce saltẽ eustochio tue cuius parua adhuc etas: ⁊ rudis pene infantia: te magistrante dirigitur. Grandis in suos pietas: impietas in deuꝫ est. Abraham vnicum filium letus interfecit: ⁊ tu vnam de pluribus quereris coronatam. Detestande sũt iste lachryme plene sacrilegio crudeli que non habent moduꝫ: sed vsqꝫ ad viciniam mortis accedũt: vlulas ⁊ exclamitas: ⁊ quasi quibusdaꝫ facibus accensa: quãtũ in te est tui semp homicida es. Sed ⁊ ad talem semp clemens ihesus ingrediť ⁊ dicit. Quid ploras. Non est puella mortua sed dormit. Irrideãt circũstantes. Ista infelicitas iudeorũ est. Te quoqꝫ si ad sepulchrũ volueris filie volutari: angelus increpabit. Quid queris viuentem cum mortuis.

De Uita nepotiani militia. C. LXXIII.

Epitaphiũ nepociani ad heliodorum episcopum. Nepocianus [illegible] palatij militia: sub clamide: ⁊ candende lino corpus solicito circũcinxit: ante seculi potestates stans lurida ieiunijs ora portauit: sub alterius signis ⁊ vestib⁹ summo regi militauit. Et ad hoc cingulũ habuit vt viduis ⁊ pupillis oppressis ac miseris subueniret. Mihi tñ nõ placẽt donatiões iste imperfecte seruitutis dei. Sꝫ tñ baltheo posito: habituqꝫ mutato: q̃cqđ castrensis peculij fuerit in paupes erogauit: excepta vili tunica: ⁊ opimẽto pari quo tecto tñ corpore frigus excluderet: nihil sibi reseruauit. Cultus ipse pruinciẽ morẽ sequẽs: nec mũdicijs nec sordib⁹ notabilis erat. Quid multa sit clericus: ⁊ per solitos gradus presbyter ordinať. O bone ihesu quis ibi gemit⁹: quis vlulat⁹: q̃ cibi interdictio: iuuenilem etatẽ indignã sacerdotio causabať. Sꝫ eo dignior erat: quo clamabat se indignũ ⁊ negando merebatur qđ esse nolebat. Igitur clericatũ: non honorẽ: sed onus intelligẽs: primã curã habuit: vt humilitate superaret inuidiã. Deinde vt nullã in se obscenũ rumoris fabulaꝫ daret: vt qui mordebantur ad eius etatem. stuperent ad continentiam. Spes miseroꝝ solamen lugẽtiũ fuit. Ita in singulis ṽtutib⁹ eminebat: q̃si ceteras nõ haberet. Inẽ p̃sbyteros ⁊ coequales p̃m⁹ in ope: extremus in ordine. Grauitatẽ moꝝ hilaritatẽ frontis tpabat. gaudiũ in risu nõ cachinnũ intelligens. Ieiunia in aurige modũ p lassitudine ⁊ virib⁹ corpis tpabat. Mense auunculi inter erat: ⁊ sic apposita queqꝫ libabat: vt ⁊ supstitionẽ fugẽt: ⁊ ꝯtinẽtiã reseruaret. Sermo ei⁹ ⁊ omne cõuiuiũ de scripturis aliqđ pponẽ: libenť audire: verecũde rñdẽ: recta suscipe: praua acriť ꝯfutare: disputãtẽ ꝯ se magis docẽ q̃ vincẽ. lectione assidua: ⁊ meditatiõe diuturna: pect⁹ suũ bibliothecam fecerat christi [illegible] tio, nisi ex amore ⁊ desiderio ei⁹ qui legẽ dedit. Alij nũmũ addãt nũmo: ⁊ marsupiũ suffocãtes matronaꝝ opes venenť obsequijs sint ditiores monachi q̃ fuerãt seculares: possideãt opes sub paupe christo: quas sub locuplete diabolo nõ habuerant: ⁊ suspiret eos ecclia diuites: quos tenuit mũd⁹ antea mẽdicos. Nepotian⁹ noster auruꝫ calcãs scedulas ꝯsectať. Ita magn⁹ erat eius aĩus in magnis vt nec minima negligẽt. Erat enĩ solicit⁹ si niteret altare. si pietes absqꝫ fuligine. si pauimẽta tersa. si velũ ĩ hostijs. si sacrariũ mũdũ. si vasa lucẽtia. Ubicũqꝫ eũ in ecclia q̃reres inuenires. basilicam ecclie: ⁊ ꝯciliabula martyꝝ diuersis flori⁹ ⁊ arboꝝ comis. vitiũqꝫ pãpinis adũbrabat.

De Laude ṽginitatis in compatiõe nuptiaꝝ. C. LXXIIII.

Idem [illegible] tur: iferioris cõpatio supioris iniuria est. Bonũ est inqt aplus mulierẽ nõ tãgẽ: ḡ malu [illegible]. Sꝫ lõ ignosciť ne deteri⁹ fiat [illegible] autẽ ⁊c̃. Sꝫ q̃le est illđ bonũ: qđ deterioris [illegible] diť. Illud naturaliť bonũ est: qđ nõ hꝫ mali compatõeꝫ qđ platione alterius nõ obũbrať quale est illud bonũ qđ orare phibet: ⁊ corp⁹ christi accipe nõ pmittit. Uacãdũ est enĩ ab amplexib⁹ vt vaceť oratiõi: scđm illud. Nolite fraudari inuicẽ. ⁊c̃. Deniqꝫ loq̃ns aplus dič Bonũ est homini mulierẽ nõ tangẽ: ⁊ bonũ est illis si sic pmaneant sicut ⁊ ego: vbi aũt venit ad nuptias: nõ dicit bonũ ẽ nubẽ: sꝫ meli⁹ est nubẽ q̃ vri. O paule si nuptie p se bona sũ: noli eas incendio compare: sed dic simpliciť bonũ est nubẽ. Suspecta est mihi bonitas rei hui⁹: quã magnitudo mali alterius. malũ cogit eẽ inferius. Ego aũt nõ leuius malũ: sed simplex per se bonũ volo. Illi iam eunuchi deo placent: quos castrauit nõ necessitas sed volũtas. Tantũ inẽ est inẽ nuptias ⁊ virginitatẽ: q̃tum inẽ nõ peccare ⁊ bñ facere. Erũt inquit duo in carne vna: nõ tres: nõ quattuor. Alioqñ iam nõ duo sed plures. Unĩ samaritana sextum hñs maritũ arguitur ꝙ nõ sit eius vir. Ubi enĩ numerus maritoꝝ est ibi vir q̃ pprie vn⁹ est: esse desistit. cũ vna costa a p̃ncipio in vxorẽ versa sit. Prim⁹ lamech sanguinarius ⁊ homicida vnã carnẽ in duas vxores diuisit: ⁊ fratricidium ⁊ digamiam eadem diluuij pena deleuit. Qꝫ sancta sit digamia hinc ostendiť: ꝙ digamus in clerũ eligi nõ potest. Et vidua que duos habuit viros etiã decrepita ⁊ egens ecclie stipes nõ mereť accipe. Non damno digamos: imo nec trigamos: ⁊ si dici põt octogamos: sed vt pl⁹ aliqđ inferam etiã scortatorẽ recipio penitentẽ. Castitas semp opibus nuptiaꝝ plata fuit. Nam p̃mi parentes ante offensam ṽgines in padiso fuerunt. Post peccatum autem ⁊ extra padisum ptinus nuptie. Nuptie itaqꝫ terram replent. virginitas padisum: vñ dictũ est. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊c̃. Pri⁹ enĩ oportuit siluã plantari ⁊ crescere: vt esset qđ deinceps posset excidi. Quantũqꝫ inẽest inẽ radiceꝫ ⁊ fructũ tñ inẽ nuptias ⁊ ṽginitatẽ. Sic etiã ab initio cõditionis humane: nec carnes comedebanť nec hoies circũcidebanť: nec repudium vxorib⁹ dabať: ⁊ hoc vsqꝫ ad diluuiũ. Postq̃ ḡ venit christus in fine tempoꝝ: ⁊ reuoluit o ad alpha: id est finem retraxit ad p̃ncipium: nec circũcidimur: nec repudiũ dare pmittimur: nec carnes comedimus: dicẽte apostolo bonũ est nõ mãducare carnẽ: ⁊ nõ bibere vinũ. Nam ⁊ vinũ cũ carnib⁹ post diluuiũ dedicatũ est. Moyses moriẽs a populo israel plangiť. Iosue aũt qui nec filios nec vxorẽ habuisse legiť q̃si victurus in morte nõ plangiť. Nuptie enĩ finiunť in morte virgitas aũt post mortẽ incipit coronari: excepto petro: nõ legitur de alijs apostolis ꝙ vxores habuerint. Cumqꝫ de vno sit scriptum ⁊ de alijs tacitũ. intelligere debemus illos sine vxorib⁹ fuisse.

De Fugiendo amore mulieres ⁊ de peruersitate iouiniani. C. LXXV.

Amor nõ dico meretricis. sed generaliť mulier semp insatiabilis est: q̃ extinct⁹ reaccendetur: ⁊ post copiã rursus inopiã patiť: animũqꝫ virilẽ effeminat: ⁊ excepta passione quã sustinet aliud cogitare nõ sinit. Qui vxorem ducit: in ambiguo est vtrũ odiosam an amabilem ducat. Si odiosam duxerit ferri non potest. Si amabilẽ: amor eius

insatiabilis est: infernoq; et terre arenti et incendio iuxta salomonem
cõparat. Legim⁹ turturis hãc esse naturã: vt si parẽ pdiderit nõ cõiu
gat alteri. Unde patet bigamiã et a mutis avib⁹ reprobari. Si oẽs
inqs virgines fuerint quõ stabit gen⁹ hũanũ. Noli inquã metuere:
ne oẽs virgines fiãt. Difficilis ẽ res vginitas: et ideo rara. Si oẽs vir
gines eẽ possent nunq̃ dñs diceret q̃ põt cape capiat. Nec aplus in
psuadẽdo trepidaret dicẽs de vginib⁹ pceptũ dñi nõ habeo: cõsiliũ
aũt do. Sz erũt inqt aplus illusores etc. Ibi describit sermo aposto
licus. Iouinianũ buccis tumẽtib⁹ loquẽtẽ: et inflata vba trutinãtem
repromittẽtẽ in celis libertatẽ: cũ ipse sit seruus vitioꝝ atq; luxurie.
Nã cũ monachũ se iactasset esse: et post sordidã tunicã et nudos pe
des cibariũ panẽ et aque potũ ad cãdidas vestes: et nitidã cutẽ: ad
mulsum: et elaboratas carnes: ad balneas et popinas se cõferat: mani
festũ ẽ qz terrã celo et vitia virtutib⁹ pferat. Verũ tñ monachus iste
formosus: crassus: nitidus: dealbatus: et semp q̃si spõsus icedẽs: aut
vxorẽ ducat: aut vginitatẽ equalẽ nuptijs pbet: aut si nõ duxerit fru
stra cõtra nos verbis agit: cũ ope nobiscũ sit. An iã cũ ppinqs mone
ret vt alteri viro nubẽt: eo qz eẽt adhuc ei etas itegra: bona facies: ne
quaq̃ inqt h̃ faciã. Si eni bonũ virũ inuenero vt ante habui: nolo ti
mere ne pdã. Si malũ quid necesse est: post bonũ pessimũ sustinere.
Oẽ improbã quorũdã matrimonia adulterijs cohesermt. Adulter
eni est vt ait sextus in sentẽtijs i suã vxorẽ amator ardẽtior. In alie
na q̃ppe vxore oĩs amor turpis est in sua nimius. Sapiens itaq; vir
iudicio dz amare cõiugẽ: nõ affectu: regit ipetus voluptatis nõ pcepe
fert in coitũ. Nihil eni fedius ẽ: q̃z vxorẽ amare q̃si adulterã. Certe
q̃ dicũt se causa reipublice: et humani generis: vxorib⁹ iũgi: saltẽ pe
cudes imitent: et postq̃z vxorũ vẽter intumuerit: ne perdãt filios: nec
amatores se exhibeant vxoribus: sed maritos.

¶ Q per abstinẽtiã carnis libido frenãda sit. C. LXXVI.

Idem in li. ij. Usus carniũ et potus vini. vẽtrisq; saturitas seminariũ libidinis ẽ: p quẽ q̃in q; sensib⁹ quasi p quasdã fenestras vitiorũ ad animã est introitus: hoꝝ pturbatiõib⁹ aĩa pregrauat et capit. Qua
ratiõe multi phõꝝ imitati: frequẽtia vrbiũ et amenitates locoꝝ et q̃in
q; sensuũ illecebras reliquerũt: ne p luxũ et abũdãtiã copiaꝝ anime
fortitudo mollesceret. Inutile est q̃ppe crebro videre: p que aliquan
do captus sis et eoꝝ de periculo cõmittere quibus difficulter careas.
Qz si q̃s estimat et abundantia ciborũ potionũ se perfrui et posse va
care sapientie: hoc est in delicijs versari: et vitijs deliciarũ nõ teneri:
seipsum decipit. Cũ eni ab his procul remoti sepe capiamur nature
illecebris: et cogamur ea cupere quorũ copiã non habemus: quanto
magis si circũdati retibus voluptatum esse nos liberos arbitremur.
Sensus noster illud cogitat quod videt: audit: odoratur: gustat: at
trectat. Quosdam etiã philosophos legimus sibi oculos eruisse: ne
per illorum visum a contemplatione philosophie auocarentur. Fru
stra igitur quidem simulant salua fide et pudicitia et mentis integri
tate: voluptatibus vti: cũ contra naturam sit copijs voluptatum sine
voluptate perfrui. Unde apostolus: que in delicijs inquit est viuens
mortua est. Sensus corporũ sunt quasi equi sine ratione currentes.
Anima igitur in aurige modũ retineat frena currentiũ: absq; gustu
quidẽ impossibile est humanũ corpus subsistere: sed adesse debet ra
tio vt tales et tãtas sũmam⁹ escas: qb⁹ nec corpus oneret: nec liber
tas animi pregrauet: oleꝝ pomoꝝ ac leguminũ et facilior apparatus
est: et arte impẽdijsq; coquoꝝ nõ indiget: et sine cura sustentat: mode
rateq; sumit nec auide deuorat. Ex diuersitate autẽ carniũ et sapo
ris delectatiõe ventris inflatio concipitur: morbiq; ex saturitate ni
mia concitantur. Multi quoq; impatientiam gule vomitu remediã
tur. Et quod turpiter ingesserunt turpius egerunt. Quod autem mi
randum est: etiam epicurus voluptatis assertor in libris suis dicit:
oleribus et pomis et vilibus cibis esse viuendum: eo qz carnes et exq̃
site epule ingenti cura prepararentur: maioremq; penam habebãt in
querendo: q̃z voluptatem in vtendo. Grandis autem anime exulta
tio est paruo contentũ esse: mundum sub pedibus habere et omnẽ
eius potentiam epulas: libidines: propter que diuitie comparantur
vilib⁹ cibis mutare: et crossiori tunica compensare. Quid necesse est
sapienti viro et phõ christi tantã habere fortitudinẽ: que athletis et
militibus necessaria est: quã cũ habuerit ad vitia prouocet: christia
no sanitas absq; virib⁹ nimis necessaria est. Tolle epularũ et libidi
nis luxuriã: et nemo querat diuitias: quaꝝ visus aut in vẽtre aut sub
ventre est. Etiã ex vilissimis cibis vitanda est satietas: nihil enim ita
obruit animũ vt plenus vẽter: et estuans: et huc: et illucq; se vertẽs: et
in ructus et crepitus: ventorũ efflatione respirans. Quale est istud
ieiuniũ: aut qualis refectio est post ieiunium: cũ pridianis epulis di
stenduntur: et guttur nostrum meditatoriũ efficit latrynarũ. Dũq;
volumus pro luxuriosis inedie famem querere. tantũ vorantes q̃n
tum vix alterius diei nox digerat. ita non tam ieiunium appellandũ
est: q̃z crapula et fetens ac molesta digestio.

¶ Assertio perpetue virginitatis beate marie. C. LXXVII.

Iterum contra h[illegible] [illegible] hel[illegible] bidiu[illegible] [illegible] [illegible] tez facũdiã estimat: et maledicere oĩbus bone cõsciẽtie si gnũ arbitrat: discat aliqñ reticere: q̃ nunq̃ didicit loqui.
In ptu vginis nulla obstetrix fuit: nulla muliercularũ sedulitas inter
cessit. Ipsa pãnis infantẽ inuoluit. ipsa mater et obstetrix fuit: et eũ
in psepio reclinauit. Sed vñ inqt frẽs dñi dicti sũt: qui frẽs nõ erãt.
Iam nũc doceberis q̃ttuor modis fratres in scripturis dici: natura.
gente. cognatione. affectu. Natura vt esau et iacob. gente vt omnes
iudei. cognatione vt abrahã et loth. affectu qui in duo scinduntur: in
spũale: et sic oẽs christiani fratres vocant et cõmune: et sic oẽs hoĩes
qz ex vno patre. Imperitissime vo hominũ ista non legeras: et toto
scripturarũ pelago derelicto. ad iniuriã virginis tuam rabiem cõtuli
sti: in exemplũ eius quẽ fabule ferũt qui cum vulgo esset ignotus: et
nihil boni posset facinoris excogitare quo nobilis fieret: diane tem
plum incendit. Et nullo prodente sacrilegium. fert ipse in medium
processisse. clamitãs se se incẽdiũ subiecisse. Sciscitãtib⁹ ephesi prin
cipibus quã ob cãm hoc facere voluisset: respõdit vt qz bene nõ po
terat: male omnibus innotesceret: et hoc quidẽ de illo greca narrat
historia. Tu vo templũ dominici corporis succendisti. Tu cõtaminasti
sacrarium spũssancti: ex quo vis quadrigã fratrũ et soroꝝ pcessisse
cõgeriem. Apud christianos soleocismus est magnus et vitiũ turpe
quid vel narrare vel facere. Si describat insono ihesus tegmine mẽ
branoꝝ solite inuolutus. ingerant cõtra p̃sepia. vagitus pueri octa
ua die circũsciõ: nõ erubescimus: nõ silemus. Quãto humilior fuit
que p me passus est: tãto illi plus debeo. Et cũ oĩa replicaueris nihil
cruce p̃feres cõtumeliosius quã pfitemur et credimus et in qua debe
lo⁹ triũphauim⁹. Tu dicis mariã virginẽ nõ permansisse. ego plus mi
hi vendico etiã ioseph vginem p̃ mariã fuisse: vt ex virginali cõiugio
virgo filius nasceret: et cũ maria virgo p mãsit: qui pater dñi appel
lari meruit. Nec hoc ideo dicimus quo nuptias cõdẽnemus. Ipsa
quoq; virginitas est fructus nuptiarũ. Virgo cogitat que sunt dñi.
vt sit sancta corpe et spũ. nupta aũt cogitat que mũdi sunt etc. Idem
vero tu putas esse dieb⁹ ac noctib⁹ ieiunijs vacare atq; orõni: et ad
aduẽtũ mariti faciẽ expolire gressũ frãgere blanditias simulare. Il
la hec agit vt turpior appeat: et naturẽ bonũ fuscet. iniuria hec ad spe
culum pingit: et in cõtumeliã artificio conat pulchrior esse: q̃z nata ẽ.
Inde infantes garriũt. familia pstrepit. liberi ab ore depẽdent: cõ
putant sumptus pparant impendia. hinc coquoꝝ accincta manus
carnes terit. hinc textricũ turba cõmurmurat: nũciat interim vir ve
nire cũ socijs. Illa ad hirundinis modũ lustrat. oĩa penetralia. si tho
rus rigeat. si pauimẽta verrit. si ordinata sunt pocula. si prandiũ pa
ratum. Rñde que me ista vbi sit ista dei cogitatio: nec tñ negam⁹ inter
maritas sanctas mulieres inueniri: sed que vxores esse desierunt: et
que in ipsa necessitate cõiugij imitant virginũ castitatem.

¶ Subsannatio erroꝝ vigilantij. C. LXXVIII.

Idem contra vigilantiũ. Multa in orbe mõstra generata sũt. sola gallia monstra nõ habuit sz viris semper fortib⁹ et eloquẽtissimis abũdauit. Exor tus est subito vigilantius veri⁹ dormitãtius q̃ i mundo
spũ pugnet cõtra christi spũm: et martyrũ neget sepulchra veneranda
damnãdasq; dicat vigilias. cõtinentiã heresim putat. Dolet martyrũ
reliquias p̃cioso operiri velamine: et nõ vel pãnis et cilicio colligari
sed piici in sterquilinũ: et solus vigilanti⁹ ebrius et dormiẽs adoret
ẽ sacrilegus fuit cõstantinus impator: q̃ sanctas reliquias andree
ac et thimothei trãstulit cõstãtinopolim apud quos demones rugiũt
et habitatores vigilantij illoꝝ se sentire psentiam cõfitent. Dicis in li
bello tuo qz dũ viuimus mutuo p nobis orare possumus. Postq̃
aũt mortui fuerim⁹. nullius sit pro alio exaudiẽda oratio. Sz si apo
stoli et martyres adhuc in corpe cõstituti pñt orare pro ceteris: qñ pro
se adhuc deberẽt esse solliciti. q̃nto magis post coronas victorias et
triumphos. Deniq; sancti non appellant mortui sed dormientes.
Tu vigilans dormis: et dormiens scribis. Cereos autẽ non clara lu
ce accendimus. sicut frustra calũniaris: sed vt vigilantes noctis te
nebras hoc solatio tpemus. Qz si aliqui per impitiam et simplicitatẽ
zelum dei habent: sed non sm sciam. hoc p honore martyrũ faciunt
quid inde perdis. Causabant et quondã apostoli qz periret vnguentũ
sed domini voce correpti sunt. Neq; eni christ⁹ indigebat vnguẽto
nec martyres lumie cereoꝝ: et tñ illa mulier in honore christi h̃ fecit.
deuotioq; mentis eius recipit. Et quicunq; accendũt cereos scdm

fidem suam: habent mercedem: dicente apostolo: vnusquisqꝫ in suo sensu abūdet: itā ⁊ absqꝫ martyrū reliquijs p totas oriētis ecclesias qñ legēdū ē euāgeliū accēdūt luminaria: iā sole rutilāte: nō vtiqꝫ ad ad fugādas tenebras: sꝫ ad signū letitie demōstrādū. Miror ꝙ non dicas nequaq̄ ꝑpetrāda martyria: deū enī q̄ sanguinē tauroꝝ hirco rūqꝫ nō quærat: multomagis dolum nō reqrere. Qđ cū dixeris: imo ⁊ si nō dixeris ita habeberis q̄si dixeris. Rideas forsitan ⁊ muliercu lis delyramēta subsannes: nō erubesco eaꝝ fidē: q̄ p̄me viderūt dñm resurgētē: q̄ mittunť ad aplos: q̄ in matre dñi saluatoris sancti apo stolis cōmēdanť. Tu ructato cū seculi hoībꝰ: ego ieiunabo cū femi nis: imo cū religiosis viris: q̄ pudicitiā vultu p̄ferūt: ⁊ pallida iugi cō tinētia ora portāt. Videris mihi dolere ⁊ aliud: ne si inoleuerit apō gallos ↄtinētia ⁊ sobrietas atqꝫ ieiuniū: taberne tue lucra nō habeāt ⁊ vigilias diaboli ac temulēta ↄuiuia tota nocte exercere nō possis.

¶ De Bonis pauperibus sustentandis ⁊ de tumul tibus fugiendis. C. LXXIX.

Reterea ad me relatū ē ꝙ ꝓhibeas hieroso lymā i[n] v[su]s sanctoꝝ ali[qu]ā sūp[t]ū so lacia dirigi: cū aplus h' in eplis suis instāter p̄cipiat fieri: ridebis h' vnūquēqꝫ in patria sua posse facere: nec pau peres defuturos q̄ opibꝰ sustētādi sunt ecclesie. Nec nos q̄dē nega mus cūctis paupibꝰ etiā iudeis si tāta sit largitas stipes porrigēdas. Sꝫ aplus docet faciēdā q̄dē elemosynā ad oēs: sꝫ maxime ad dome sticos fidei. De q̄bꝰ et saluator ait facite vobis amicos ⁊c. Nunq̄d isti paupes inter quoꝝ pānos ⁊ illuuiē corpis flagrans libido dñať possunt habere eterna tabernacula: q̄ nec p̄sentia possident: nec futu ra. Nō enī simpliciť paupes: sꝫ paupes spū beati appellanť: de qui bus scriptū est. Beatus qui intelligit sup egenū ⁊ pauperē. In vul gi pauperibus sustentandis: nequaq̄ intellectu: sed elemosyna opꝰ est. In sanctis pauperibus beatitudinis est intelligentia: vt ei tribu at qui erubescit accipere. ⁊ cū acceperit dolet metens carnalia: ⁊ se minans spiritualia. Q' autē asserit melius eos facere qui vtuntur re bus suis: ⁊ paulatim fructus possessionū pauperibus diuidant: q̄ il los qui possessionibus venundatis semel omnia largianť: non a me eis: sed a domino respondebitur. Si vis perfectus esse va. ⁊c. Nec a suo studio monachi deterrendi sunt a te linguis vipereis quibus ar gumentaris ⁊ dicis. Si omnes se clauserint ⁊ fuerint in solitudine: quis celebrabit ecclesias quis seculares homines lucrifaciet: hoc enī modo si omnes tecum fatui sunt: sapiens esse quis poterit: ⁊ virgini tas non erit approbanda. Si enī omnes virgines fuerint nuptie non erunt. Interibit enim genus humanum: solus atqꝫ contractus dor mitantius vigilabit in lectulo: rara est virtus: nec a pluribus appeti tur: atqꝫ vtinā hoc omnes essent quod pauci sunt: de quibus diciť: multi sunt vocati: pauci vero electi ⁊ vacui essent carceres. Mona chus autem non doctoris habet: sed plangentis officium qui vel se vel mundum lugeat: ⁊ domini pauidus præstoletur aduentum: qui sciēs imbecillitatem suam ⁊ vas fragile: quod portat timet offende re: ne impingat corruat atqꝫ frangatur. Unde ⁊ mulierum maxime qꝫ adolescentularum vitat aspectum ⁊ in tantum castigator sui est: vt etiam que tuta sunt pertimescat. Cur inquis pergis ad heremū videlicet vt te non audiam: non videam: vt tuo furore non mouear vt tua bella nō patiar: ne me capiat oculus meretricis: ne forma pul cherrima ad illicitos ducat amplexus respondebis. Hoc non est pu gnare sed fugere. Sta in acie aduersarijs armatus obsiste: vt postq̄ viceris coroneris. Fateor imbecillitatem meā. Nolo in spe pugna re victorie ne perdam aliquando victoriam. Si fugero: gladium de uitaui. Si stetero: aut vincendum mihi est: aut cadendum. Quid au tem necesse certa dimittere: ⁊ incerta sectari: aut scuto aut pedibus mors vitanda est. Tu qui pugnas: ⁊ superari potes ⁊ vincere ego cū fugero non vinco in eo ꝙ fugio: sed ideo fugio ne vincar. Nulla se curitas est cū vicino serpēte dormire. Pōt fieri vt me non mordeat tñ pōt fieri vt aliqñ me mordeat. Matres vocamus sorores ⁊ filias ⁊ nō erubescimus vitijs nostris noīe pietatis obtendere. Quid facit monachus in cellulis feminaꝝ. Quid sibi volūt sola ⁊ priuata collo quia: ⁊ arbitros fugientes oculi. Sanctus amor impatientiā nō ha bet. Qđ de libidine diximus referamus ad auaritiā: ⁊ ad oīa vitia q̄ vitanť solitudine Et iccirco vrbiū frequentias declinamus: ne face re cōpellamus q̄ nos nō tā natura cogit facere: q̄ volūtas

¶ Inuectio Hieronymi ↄ emulos ⁊ d'tractores suos. C. LXXX.

Idem ad asellam de fictis amicis ⁊c. Gra tias ago deo meo ꝙ dignus sum quem mundus oderit. Ora autem vt de babylone hieru salem regrediar: ne mihi dominetur nabuchodonosor: sꝫ ihesus filius iosedech: veniat esdras q̄ interpretatur adiutor: ⁊ redu

cat me in patriam meam. Stultus ego qui volabā cantare canticū dñi in terra aliena: nec recordabar ꝙ qui de hierlm egrediť: statim incidit in latrones. Maleficū me q̄dā garriūt. Sꝫ scio p infamiam ⁊ bonā famā ꝑueniri ad regna celoꝝ. Añ tribunal chři sił stabimus ibi patebit qua mēte q̄s vixerit. O inuida p̄mū mordax tui. O satha ne calliditas sp sctā p̄sequēs. Nō faciť venia praua dixisse de recti.

Idē ad marcellā de onaso. Ita se hꝫ nā vt amara sit veritas. blan da vitia existimenť. Vñ nō mirū si nos vitijs detrahētes plurimos offendimꝰ. Disposui onasū secare fetētē timeat q̄ strumosus est. Volo cornicule detrahere garriēti raucedulā se intelligat. Nunq̄d vnus in vrbe romana est q̄ habeat truncas inhonesto vulnē nares. Nunq̄d onasus caua v̄ba: ⁊ in vesicarū more tumētia buccis trutinat inflatis. placet mihi de laruis. de bubone: de niliacis ridere portē tis. Quicq̄d dictū fuerit in te dictū putas. In quodcūqꝫ vitium stili mei mucro ↄtorqueť: te clamitas designari. An ideo tibi bellus vi deris: q2 fausto noīe vocaris: quasi nō ⁊ lucus ideo dicať: q2 mīme lucet. Q' si in descriptiōe fedoꝝ semꝑ irasceris. iam te cū ꝑsio canta bo formosum te optet generū regina: puelle te capiāt: quicq̄d calca ueris hoc rosa fiat. Dabo tñ cōsiliū quibus absconditis possis pul chrior apparere nasus nō videať in facie: sermo nō sonet ad loquen dū. atqꝫ ita ⁊ formosus videri poteris ⁊ disertus. Idem ad sabinia num diaconū lapsum. Liber ille quem propheta denotat oīs series scripturarū est in quibꝰ ⁊ penitēs plangiť: ⁊ iustus caniť: ⁊ desperā ti malediciť: nihil enī tā repugnat deo q̄ cor impenitēs. Solū hoc crimen est qđ veniā cōsequi nō potest. Inimicus tibi factus sū ve ra dicens. Nec doleo de maledictis tuis. Quis enī nesciat. nihil nisi flagitiosū ore tuo laudari. Hoc plango ꝙ tu ipse non plangis: ꝙ te mortuū non sentis: ꝙ quasi gladiator paratus libidini in ꝓprium fu nus ornaris. Dentes puluere teris. raros in rubenti caluaria capil los digeris. taurina ceruix toris adipeis intumescens: nec q2 fracta est inclinať. Super hec vnguentis fragras: mutas balneas: ⁊ contra renascentes pilos pugnas: per forū ac plateas nitidus ac politꝰ ama tor incedis. frons meretricis facta est tibi nescis erubescere. Age ita qꝫ pniām: conuertere miser ad deū: vt ad te deus ↄuertať an maloꝝ tuoꝝ putas solatiū. si multos tibi siles habeas: fluāt paululū de ocu lis tuis lachrymę: ⁊ intē sericū ⁊ lintheamina quibꝰ tibi videris fulgi dus ⁊ formosus: intellige te nudū cōscissum sordidū mendicantē.

¶ Iterum de eodem. C. LXXXI.

Idem ad marcellā de detractoribꝰ suis. Quidā superbie nos arguere solēt. q̄ crassā rusti citatē solā ꝓ sanctitate hñt piscatoꝝ se discipuloꝝ asse rētes. q̄si iccirco iusti sint si nihil sciuerint. Quos ego cū possē meo iure ↄtēnē. asino q̄ppe lira supflue canit: verū ita risum habeāt. Si displicē eis fontis vnda purissimi. cenosos riuulos bibāt ⁊ diligētiā q̄ auiū siluas: ⁊ conchaꝝ gurgites norūt. i scripturis legēdis abijciāt. Sintqꝫ i hac re tm̄ simplices: vt chři v̄ba existimēt rustica na. in q̄bꝰ ꝑ tāta iā secula tātoꝝ sudauerint igenia: vt rōnē vniuscu iusqꝫ v̄bis magis opinati sint q̄ expsserint. Aplm quoqꝫ arguāt ipi ue q̄ ob multas lr̄as diciť isanire. Scio te cū ista legeris rugare fron tē: ⁊ libertatē meā rursū seminariū timere rixarū ac meū si fieri pōt os digito velle cōprimē ne audiā dicere q̄ alij facere nō erubescunt. Rogo q̄d a nobis libere dictū est: vnū miser locutꝰ ꝙ v̄gines sepius cē dñt cū mulieribꝰ q̄ cū masculis. totiꝰ orbis oculos offendi cūcto rū digitis notor. Multiplicati sē sup c.c.m. q̄ ode. me. ḡ. Vex ne flac cus ō nobis rideat. Amphora cepit istitui currēte rota cur vrceꝰ exit Reuertamur ad asellos bipedes nr̄os. Et in aurē eoꝝ buccina magis q̄ cithara ↄcrepabimꝰ. Idē ad magnū oratorē vrbis rome. Queris cur in opusculis nr̄is secularū litterarū inſdū exēpla ponamꝰ: ⁊ can dorē ecclīe ethnicoꝝ sordibꝰ polluamꝰ. Rūsū breuiť habeto. Nun q̄ hoc q̄reres nisi te totū tullius possidēt si sctās scripturas legeres: ⁊ eaꝝ intꝑpretes omisso vulcatio euolueres. Nā ⁊ in moyse ⁊ in ꝓphe tarū voluminibꝰ: ⁊ eplis pauli quidā de libris gentiliū assumpta sē In deutronomio quoqꝫ dñi voce p̄cipiť: mulieris captiue radēdū caput ⁊ supcilia. oēsqꝫ pilos ⁊ vngues corpis amputādos: ⁊ sic eam hñdam. ↄiugē. Quid ḡ mirū: si ⁊ ego sapientiā secularē: ꝓpē eloquij venustatē: ⁊ mēbroꝝ pulchritudinē de ancilla atqꝫ captiua israelitē face cupio: ⁊ si q̄d in ea mortuū est idolatrie vel voluptatis: ⁊ erroris libidinū: vel p̄scido vel rado: ⁊ mixtos purissimo corde vernaculos domino sabaoth ex ea genero. Idem in apologetico ad pamma chium. Delicata doctrina est pugnanti dictare ictus de muro: ⁊ cū ipse vnguentis delibutus sis cruentū militem accusare formidinis. inuenti sunt scioli tātū ad detrahendum qui eo se doctos ostētare velint. si cunctorū dicta lacerent. plautinā familiā imitantes. Nō damno nuptias: v̄ginitatem in celū fero nō q2 habeo: sed q2 magis

miror quod non habeo. Ingenua et verecunda confessio est quo ipse cares id in alijs predicare. Miserie delicijs: et delicie miserijs commutantur. In arbitrio meo est vel lazarum sequi: vel diuitē.

Adhuc de eodem. C. LXXXVII.

Idem ad [illegible] et alexandrum de resurrectione carnis. Si quis contra me murmurat: quod eorum explanationes legā: quorum dogmatibus nō acquiesco: sciat me illud apostoli libēter audire: omnia probate quod bonū est tenete. Ego ab adolescētia mea profiteor. et origenē et eusebium cesariensem: viros doctissimos fuisse: sed errasse in dogmatū veritate: et tamen in explanationibus scripturarum sudoris sui nobis memoriā reliquerunt. In terra aurū queritur: et de fluuiorum alueis splendens glarea profertur. pactolusque ceno ditior est quam fluento. Idem contra vigilantium. Operis ac studij mei est multa legere: vt ex plurimis diuersos flores carpam non tam omnia probaturus: quam que bona eligam [illegible]. Non est eiusdem hominis aureos nūmos et scripturas [illegible] vina degustare: et prophetas et apostolos itelligere. Meā iniuriā patiēter tuli: impietatē contra deū ferre non potui. Idē ad pāmachiū et occeanū. Ipse quoque origenes in epistola quam ad fabianum romane vrbis epūm scribit: penitētiā agit quod talia scripsit: et causas temeritatis in ambrosiū refert: quod secreto edita in publicū protulerit. Qui obicit mihi origenē obiciat et mihi cur hoiem iudeū habuerim preceptorē: cū ego miro odio auerser circūcisionē. Libros quidē origenis cō [illegible] quia oia que [illegible] nā oium tractatorum habere volumina vt tarditatē ingenij eruditōis diligentia compensarem. Idem in prologo hebraicarum questionum. Non mirum si contra me paruum homūculū immunde sues grunniunt: et pedibus margaritas conculcant: cum aduersum doctissimos quoque viros: et qui gloriam inuidia calcare debuerant liuor exarsit. Semper quidem in propatulo fortitudo emulos habet: feriuntque summos fulgura montes. Me vero procul ab vrbibus foro litibus turbisque remotum sicque latentem repperit inuidia. Ut autem nos humiles atque paupercuti nec habemus diuitias: nec oblatas dignamur recipere: ita et alij nouerunt se non posse noticiam scripturarum. i. diuitias christi cū mundi pariter habere diuitijs balsamū piper et poma: palmarum rustici non emunt.

De Studio sanctarū scripturarū. C. LXXXVIII.

Idem de studio scripturarū. [illegible] do est: et christi glutino copulata: quā nō vtilitas rei familiaris: nō presentia tm corporum: non subdola et palpās adulatio: sed dei timor et diuinarum scripturarum studia [illegible] in aures discipuli de actoris ore trāsfusa fortius sonat. Ingenium docile et sine doctore laudabile est. Sancta quidem rusticitas solum sibi prodest: et quātū edificat ex vite merito: tantū nocet si destruētibus non resistat. Uerumtamen etiam qui vilia opuscula fabricant: absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est: quā sibi passim omnes vendicāt. Scribimus idocti doctique poemata passim: hāc garrula anus: hanc delyrus senex: hanc sophista verbosus hanc vniuersi presumunt: lacerant: docent antequā discant. Alij adducto supercilio grandia verba trutinantes inter mulierculas de sacris litteris philosophantur. Alij quadam facilitate verborū imo audacia edisserūt alijs: quod ipsi nō intelligunt. Taceo de meis similibus: qui si forte ad scripturas sanctas post seculares litteras veniūt: et sermone cōposito aures populi mulserint: quicquid dixerint: hoc legem dei putāt: nec dignant scire: quid prophete: quid apostoli senserint: sed ad sensum incongrua aptant testimonia: quasi grande sit et non vitiosissimum dicendi genus deprauare sententias: et ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem. Nolo aūt vt offendaris in scripturis simplicitate: et quasi vtilitate verborū: que vel vitio interpretū vel deo industria sic prolata sunt: vt rusticam concionem facilius instruerent: et in vna eademque sententia aliter doctus: aliter sentiret indoctus. Discamus in terris quorum scientia nobis per [illegible] us presentie quam solue. Antique dictū ē: auaro tā deest quod hz quam quod nō hz. Credēti totus mūdus diuitiarum est. Totū deo dedit qui seipm obtulit: facile cōtēnit oia qui se semp cogitat moriturū.

De Imperfecta huius vite perfectiōe. C. LXXXVIIII.

Et tamē te laudare vult. Tu excitas vt lauderis: q̄r fecisti nos ad te
⁊ inquietum est cor nostrum: donec requiescat in te. Inuocat te do-
mine fides mea: quā inspirasti mihi per humanitatem filij tui: ꝑ my-
sterium predicatoris tui. Quomodo inuocabo deum meum. Quo-
niam vtiq̄ in meipsum euꝫ inuocabo. Et qui est locus in me quo ve-
nias in me. Ita ne deus meus quicquam in me est quod capiat te.
An potius nō essem nisi essem in te in quo omnia. Etiam sic domine
quo te inuoco: cū in te sim: aut vnde venias in me. Quo recedaꝫ ex-
tra celum ⁊ terram vt inde veniat in me deus meus: qui dixit celum
⁊ terram ego impleo. Capiunt ne ergo te celum ⁊ terra: quoniam
imples ea: an non habes necesse: vt a quoq̄ contineris qui contines
omnia: quoniam que imples continendo imples. Nō eni vasa que
te plena sunt stabilem te faciunt: quia ⁊ si frangantur nō effunderis
⁊ cum effunderis super nos: non tu iaces sed erigis nos: non tu dis-
pergeris sed colliges nos. Sꝫ quo imples oīa te toto imples omnia

An q̄r nō possunt totum te capere omnia partē tui capiunt. an vbi
q̄ totus es: ⁊ res nulla te totū capit. Quid es ergo deus me⁹. Quid
rogo nisi dñs meus. Sūme: optie: potentissime: secretissime. pñtissi-
me: pulcherrime: stabilis ⁊ incōprehensibilis: imutabilis mutās oīa
nunq̄ nouus: nunq̄ vetus: innouās omnia ⁊ in vetustatē ꝑducens
supbos ⁊ nesciunt. Semꝑ agens: semꝑ quiet⁹. colligens ⁊ nō egēs
portans ⁊ implēs ⁊ ꝓtegens: creans ⁊ nutriens ⁊ ꝑficiens: querens
cum nihil desit tibi. Amas nec estuas: zelas ⁊ securus es: penitet te
⁊ nō doles: irasceris ⁊ tranquillus es: opa mutas nec mutās ɔsiliū
Recipis q̄d inuenis: ⁊ nunq̄ amisisti: nunq̄ inops: ⁊ gaudes lucris
Nunq̄ auarus ⁊ vsuras exigis. Superogat tibi vt debeas: ⁊ quis
habet quicq̄ non tuum. Reddis debita nulli debens: donas debita
nihil ꝑdens. Et quid diximus. Deus meus: vita mea: dulcedo mea
sancta: aut quid dicit aliquis cū de te dicit: ⁊ ve tacentibus de te q̄
loquaces muti sunt. Quis mihi dabit vt venias in cor meum: ⁊ ine-
bries illud ⁊ obliuiscar mala mea: ⁊ vnum bonū meuꝫ amplectar.
Quid mihi es. Miserere vt loquar. Quid tibi sum ipse: vt amari te
iubeas a me: ⁊ nisi faciam irasceris mihi: ⁊ mineris ingentes mise-
rias: parua ne est ipsa miseria si non amē te. Dic mihi ꝑ miseratōes tu-
as domine deus meus quid mihi sis. Dic anime mee: salus tua ego
sum: angusta est domus anime mee quo venias: oro vt dilatet abs
te. ruinosa est: refice eam: habet que offendāt oculos tuos: sed quis
mundabit eam. Ab occultis meis m. me d. ⁊ a. s. p. s. t.

¶ De Cōfessione peccati infantie eius. C. LVII.

Domine tibi ꝓlocutus sum aduersuꝫ delicta mea
deus me⁹: ⁊ tu remisisti impietatem pec-
cati mei. Nō iudicio contendā tecum qui veritas es. no-
lo eni fallere meipsuꝫ: ne mētiat iniquitas mea sibi. Nō
ego iudicio ɔtendo tecum q̄r si iniquitates obs. d. d. q. su. Sine me
tamen loq̄ q̄r quoniā ecce misericordia tua est: nō homo irrisor me⁹
cui loquor. Et tu fortasse irrides me: sed cōuersus misereberis me.
Quid est enim quod volo dicere deus meus: nisi quia nescio vnde
venerim in hanc vitam mortalem: siue mortem vitalem nescio. Ex-
ceperunt me cōsolationes lactis humani: nec mater mea: vel nutri-
ces mee sibi vbera implebant: sed tu mihi domine per eas dabas ali-
mentū infantie sm̄ institutionē tuam ⁊ diuitias vsq̄ ad fundum re-
rum dispositas. Tu etiam mihi dabas nolle amplius quam dabas
⁊ nutrientibus me dare mihi velle q̄d eis dabas: dare eni mihi per or-
dinatum affectū volebant: quo abundabant ex te. Nam bonuꝫ erat
eis. bonum meū ex eis q̄d ex eis nō: sed per eas erat: ex te quippe bo-
na. oīa deus: ⁊ ex te salus mihi vniuersa. Q̄d aīaduerti postmodum
clamante te mihi: ꝑ hec ipsa que tribuis intus ⁊ foris. Nam tūc qui-
dem sugere norā: ⁊ acquiescere delectionibus. flere aūt offensiones
carnis mee nihil amplius. Et ecce paulatim sentiebā vbi essem: ⁊ vo-
luntates meas volebā ostēdere eis: per quos implerent: ⁊ nō poteraꝫ
quia ille intus erant illi aūt foris. Itaq̄ iactabam mēbra ⁊ voces: si-
gna similia voluntatib⁹ meis: qualia poterā: ⁊ cū mihi nō obtempera-
bant: vel non intellecto: vel ne obesset indignabar: ⁊ me de illis flen-
do vindicabā. Tales esse infantes didici: ⁊ me talem fuisse magis ipsi
mihi indicauerūt nescientes q̄ sciētes nutritores mei. Unde aīa ta-
le animal: nisi abs te deus me⁹: aut quis erit sui artifex: aut vlla ve-
na trahit aliunde: qua esse ⁊ viuere currat in nos: preterq̄ q̄d tu fa-
cis nos dñe: cui esse ⁊ viuere non aliud atq̄ aliud est: q̄r sūme esse ⁊
sūme viuere idipsum es. Sūmus enim es ⁊ nō mutaris: neq̄ pagit
in te hodiern⁹ dies: ⁊ tamē ī te pagit: q̄r in te sunt ⁊ ista oīa. Nō ē
haberēt vias trāseūdi nisi cōtineres ea. Et quoniā anni tui nō defi-
ciunt. anni tui hodiernus dies Et q̄ multi iam dies nostri ⁊ patrū
nostrorum per hodiernū tuuꝫ transierūt: ⁊ ex illo acceperūt modos
vt vtrūq̄ subsisterent: ⁊ adhuc alij transibunt ⁊ accipient vt vtrunq̄
subsistant. Tu autem idem ipse es. Et omnia crastina atq̄ vltra.
omniaq̄ hesterna ⁊ retro: hodie facies: hodie fecisti. Exaudi deus.
Ue peccatis hominum. Et homo dicit hec: ⁊ misereris eius: quia tu fe-
cisti eum: ⁊ peccatum in eo non fecisti. Quis mihi cōmemorat pec-
catum infantie mee: quia nemo mundus a peccato: cui⁹ vnius diei
vita super terram. Quid ergo tunc peccabam: an quia vberibus in-
hiabam plorans. Nam siquidem nunc faciam nō quidem vberi⁹
sed esce cōgruenti annis meis ita inhians deriderer atq̄ reprehen-
derer iustissime. Tunc ergo reprehendenda faciebam: sed quia repre-
hendentem intelligere non poteram: nec mos nec ratio sinebat me
reprehendi. Itaq̄ imbecillitas membroꝝ infantiliuꝫ innocēs est nō
animus infantum vidi ego ⁊ sum expertus zelantem puerū. Nōdū
loquebatur: ⁊ intuebatur pallidus amaro aspectu collactaneum su-
um. [illegible] quatat. [illegible] conceptus sum ⁊ in pec con m. m. m.
queso te domine deus meus vbi aut quando innocens fui.

¶ De cõfessione peccati pueritie. C. LVIII.

Infantie mee succedẽs pueritia vnde bẽd incepi: ⁊ vite humane ꝓcellosam societatẽ ingressus sum: altius pẽdẽs ex auctoritate parẽtũ: maiorũqꝫ hominum. Deus meus quas ibi miserias expertus sum ⁊ ludificationes: qñ quidẽ mihi recte viuere puero id ꝓponebaꝰ: obtẽperare monẽtibꝰ vt in hoc seculo florerẽ ⁊ excellerẽ linguosis artibus ab honorẽ hominũ: ⁊ falsas diuitias famulantibꝰ. Inde in scholã datus sum vt litteras discerẽ: in quibꝰ quid vtilitatis esset ignorabã miser: si tamen segnis essem in discendo vapulabaꝫ. Laudabatur enĩ hoc a maioribus: ⁊ multi ante nos vitã istã agentes pstruxerant erumnosas vias: per quas transire cogebamur multiplicato labore ⁊ dolore filijs adam. Peccabamus autẽ minus scribendo aut legendo aut cogitando de litteris q̃ exigebatur a nobis. Nõ enĩ deerat domine memoria vel ingeniũ: que nos habere voluisti ꝓ illa etate satis sed ludere delectabat: ⁊ in nos ab eis vindicabat̃: qui talia vtiqꝫ agebant. Sed maiorũ nuge negocia vocantur: puerorum autẽ cũ sint puniunt̃ a maioribus. Et tamen bene mihi fiebat: ⁊ non faciebã ego bene. Nõ enĩ discerẽ nisi cogerer. Nemo autẽ benefacit inuitus etiã si bonũ est quod facit: nec qui me vrgebãt benefaciebãt sed bene mihi fiebat abs te deus meus. Illi enĩ non intuebant̃ quo referrẽ: qđ me dicere cogebant: preterquã ad satiandas insatiabiles cupiditates copiose inopie: ⁊ ignominiose glorie. Tu vero cui numerati sunt capilli nostri: errore omniũ qui mihi instabant vt discerẽ vtebaris ad vtilitatẽ meã: meo autẽ qui discere nolebã vtebaris ad penã meã: quia plecti non erã indignus tãtillus puer tantus peccator. Ita de nõ bene facientibꝰ benefaciebas mihi: ⁊ de peccante meipso iuste retribuebas mihi. Iussisti enim ⁊ sic est: vt pena sit sibi omnis animus inordinatus. Tenere cogebar enee nescio cuius errores: oblitus errorũ meorũ: ⁊ plorare didonẽ mortuã: q2 se occidit ob amorẽ cũ interea meipsuꝫ in his a te morientẽ deus vita mea siccis oculis ferrẽ miserrimꝰ. Quid enĩ miserius misero nõ miserãte seipm: ⁊ flẽte didonis mortẽ que fiebat amãdo eneã: ⁊ nõ flẽte mortẽ suã: que fiebat nõ amando te. Deus lumen cordis mei: ⁊ panis oris mei: ⁊ virtus maritãs mẽtẽ meã: ⁊ sinũ cogitationis mentis mee: nõ te amabã ⁊ fornicabar abs te: ⁊ fornicanti sonabat vndiqꝫ euge euge. Amicitia enĩ huius mundi fornicatio abs te. Ue tibi flumen moris humani: q̃s resistet tibi. Quãdiu nõ siccaberis quousqꝫ voluis filios eue in mare magnũ ⁊ formidolosum qđ vix transeunt qui lignũ cõscenderũt: nõne ego in te legi: ⁊ tonantẽ iouẽ ⁊ adulterantem fingebat hec homerus hominibꝰ flagiciosis diuina tribuendo ne flagicia flagicia putarent̃: ⁊ vt quisqꝫ ea fecisset nõ homines pditos: sed celestes deos putaret̃ imitatus. Laudes tue domine suspenderent palmitẽ cordis mei ad te vt nõ raperet̃ ꝑ inania nugarũ: turpis preda volatilibꝰ: vultũ tuũ dñe requirã: nã longe a vultu tuo erã affectu tenebroso. Uide domine patienter: vt vides q̃ diligẽter obseruẽt homines pacta litterarũ ⁊ syllabarꝫ a prioribꝰ locutoribꝰ accepta ⁊ a te pacta ꝑpetue salutis accepta negligant: vt si quis contra grammaticã disciplinã sine aspiratione hominẽ dixerit: magis displiceat hominibus: q̃ si contra preceptũ tuũ hominẽ oderit cũ ipse sit homo. Et certe nõ est interior litterarꝫ scientia q̃ scripta conscientia: id se alij nõ facere qđ noluit pati. Quã secretus es habitans in excelsis in silẽtio: deus magnus solus: lege infatigabili spargẽs penales cecitates supra illicitas cupiditates. Dico hec ⁊ cõfiteor tibi deus meus: in quibus laudabar ab eis quibus placere erat mihi tunc honeste viuere: non enim videbam vorraginẽ turpitudinis: in quã proiectus eraꝫ ab oculis tuis. Eram tamen etiam tunc viuebam ⁊ sentiebaꝫ: meãqꝫ incolumitatem vestigium secretissime vnitatis exquirebã. Hoc autem peccabam quod nõ in ipso sed in creaturis eius: me atqꝫ ceteras voluptates: sublimitates: veritates querebam: atqꝫ ita in dolores: confusiones: errores irruebam.

¶ De cõfessione peccati adolescẽtie. C. LIX.

Dein tempoꝛe hoc. Recordari volo trãsactas feditates meas nõ q2 eas amẽ: sꝫ vt amẽ te deꝰ meꝰ. Amore amoris hoc facio: recolẽs vias meas neq̃ssimas i amaritudine cogitatiõis mee: vt tu dulcescas mihi: dulcedo nõ fallax. Felix ⁊ secura: colligẽs me a dispsiõe mea: in qua frustratim discissus sum: dũ ab vno te auersus in multa euanui: exarsi enĩ in adolescẽtia: ⁊ siluescere ausus suꝫ vmbrosis amoribꝰ: ⁊ cõputrui corã oculis tuis: mihi placẽs ⁊ placere cupiẽs oculis hominum. Et q̃d erat qđ me delectabat nisi amare ⁊ amari. Sꝫ nõ tenebat̃ modꝰ ab animo vsqꝫ ad animũ: quatenus est luminosus limes amicitie: sꝫ exalabant̃ nebule de limosa: ɔcupia carnis: ⁊ scatebra pubertatis ⁊ obnubilabant cor meuꝫ: vt nõ discerneret̃ serenitas dilectionis a caligine libidinis: sed vtrunqꝫ in confuso estuabat. Inualuerat super me ira tua ⁊ nesciebam. iamqꝫ longiꝰ a te ⁊ sinebas iactabar ⁊ effundebar ac diffluebã. O tardũ gaudiũ meũ: tacebas tunc ⁊ ego ibã longe a te. Porro ibã in plura ⁊ plura sterilia semina dolorꝫ supba deiectione ⁊ inq̃eta lassitudine. quis mihi modularet̃ erũnam meam ⁊ nouissimarũ rerũ fugaces pulchritudines in vsuꝫ verteret: ⁊ vsqꝫ ad cõiugale litus exestuarẽt fluctus carnis mee: felicius abscisus ꝓpter regnuꝫ celorꝫ: expectarẽ amplexꝰ tuos: sed efferbui miser sequens impetũ fluxꝰ mei relicto te: ⁊ excessi omnia legittima mea: nec euasi flagella tua. Quis enĩ hoc mortaliũ nam tu semꝑ aderas misericordiẽ seuiens: ⁊ amarissimis aspgens offensionibꝰ: omnes illicitas iocunditates meas: vt ita quererẽ sine offensione iocũdari ⁊ vbi hoc possem nõ inuenirẽ quicq̃ preter te dñe qui fingis laborẽ in p̃cepto: ꝑcutis vt sanes. occidis nos ne moriamur abs te. Monuit aũt me mater mea cũ ingenti solicitudine ne fornicarer: qui mihi monitus muliebres videbant̃: quibꝰ obtpare erubescerem. Illi aũt tui erant ⁊ nesciebã: ⁊ in illa contẽnebaris a me filio eius. Sed preceps ibam tanta cecitate: vt inter coetaneos meos puderet: me minoris dedecoris qñ audiebã eos iactãtes flagicia ⁊ tãtomagis gloriãtes: quãto magis turpes eẽnt ⁊ libebat facere nõ solũ libidinem facti: sed etiã laudis. Quid dignũ est vituperatione nisi vitiũ ego ne vituparer vitiosior fiebã. Et vbi non suberat quo admisso equarer pditis fingebã me fecisse quod nõ fecerã: ne eo viderer abiectior: quo erã inocentior. Ecce cum quibꝰ comitibꝰ iter agebã platearuꝫ babylonie: ⁊ volutabar in ceno eius: tanq̃ in cinamomis ⁊ vnguẽtis p̃ciosis: ⁊ in vmbilico eius quo tenaciꝰ inhererem. calcabat me inimicꝰ inuisibilis: ⁊ seducebat me: q2 ego seductilis eraꝫ. Relaxabant̃ etiã mihi ad ludenduꝫ habene: vltra temperamẽtũ seueritatis in dissolutionẽ affectionum variarũ: ⁊ in omnibꝰ erat caligo intercludens mihi deus meus serenitatẽ veritatis tue ⁊ pdibat quasi ex adipe iniquitas mea.

¶ De furto ⁊ eius in pueritia commisso. C. LX.

Furtum punit lex tua dñe. ⁊ lex scripta in cordibus hominum quã nec ipsa quidem delet iniquitas. Quis enĩ fur equo aĩo furẽ patit̃. Et ego furtũ feci nulla compulsus egestate nec penuria: sed fastidio iustitie ⁊ sagina iniquitatis. Nam id furatus suꝫ: qđ mihi abũdabat: ⁊ multo melius. Amaui defectũ meum: nõ illud ad qđ deficiebã. Turpis anima desiliẽs a firmamẽto tuo in exterminiũ: nõ de decore aliquid sed dedecus appetẽs. Ista enĩ poma que furatꝰ sum decerpta ꝓieci epulatꝰ inde solam iniquitatẽ. Nã ⁊ si quid eorꝫ in os meũ intrauit cõdimẽtũ mihi facinꝰ fuit: erat enĩ mihi meliorꝫ copia. illa aũt decerpsi vt furarer. Nunc igit̃ dñe deus quero: quid me in furto isto delectauerit ⁊ ecce spẽs nulla est: nõ saltẽ vt est quedã defectiua spẽs: ⁊ vmbratica vitijs fallentibꝰ: nã ⁊ supbia celsitudinẽ imitatur: cũ tu sis sup oĩa deꝰ excelsus: ⁊ blandicie amari volũt. cũ nihil sit tua charitate blandius. Ignauia quietẽ appetit: ⁊ que quies certa pret dñm. Luxuria satietatẽ: ⁊ tu es plenitudo ⁊ indeficiẽs copia incorruptibilis suauitatis. Auaritia multa possidet: ⁊ tu possides oĩa. Inuidia de excellẽtia litigat. te aũt quid excellẽtius. Ira vindictã querit: te aũt iustius quis vindicat. Tristitia rebꝰ amissis ɔtabescit: q2 ita nollet sibi: sic tibi nihil potest auferri. Ita fornicat̃ aĩa cũ auertit̃ abs te: ⁊ querit extra te ea q̃ pura ⁊ liquida nõ inuenit: nisi cũ redierit ad te. Peruerse te imitant̃ oẽs. qui longe se faciũt a te: ⁊ extollũt se aduersuꝫ te: sꝫ etiaꝫ sic te imitãdo iudicant te creatorẽ esse oĩs nature: ⁊ ideo nõ eẽ quo oĩno recedat̃ a te. Quid ergo in illo furto dilexi: ⁊ in quo deuꝫ meũ ꝑuerse imitatus sum. An libuit facere ɔtra legẽ saltem fallacia q2 potentatu nõ poterã: vt increatã libertatẽ captiuꝰ imitarer faciẽdo ipune qđ nõ liceret tenebrosa omnipotẽtie similitudine. Ecce ẽ iste seruus fugiens dominũ suũ: ⁊ ɔsecutus vmbrã. O putredo. O monstruꝫ vite ⁊ mortis ꝓfunditas. Potuit ne libere qđ nõ licebãt: non ob aliud nisi q2 non licebat. Gratie tue dñe ⁊ misericordie tue deputo: q2 peccata mea tanq̃ glacies soluisti: gratie tue deputo etiã que cũqꝫ malo non feci. Quid enĩ facere non potui. Non g̃ me derideat qui ab illo medico egrũ sanari: a quo sibi prestitũ est vt nõ egrotaret vel potius vt minꝰ egrotaret. Quis est aũt qui doceat me: nisi q̃ illuminat cor meum: ⁊ discernit vmbras eius: q2 in illis pomis mihi voluptas non erat: erat in ipso facinore: quã faciebat consortium simul peccantium. Nam confricatio consortiorum animorum accẽdebat pruritum cupiditatis mee. Et quid erat ille affectus animi. risus erat quasi titillato corde: q2 eos fallebamus: qui hec a nobis fieri non putabant: ⁊ vehementer nolebant. Nemo autem solus facile. ridet. nisi cum aliquid nimis ridiculum sensibꝰ occurrit animo. ego igitur solus id omnino non facerẽ. O nimis inimica amicitia. seductio mentis inuestigabilis ex ludo ⁊ ioco nocẽdi auiditas. nullo lucri

nulla vlciscendi libidine: sed cum dicitur eamus ⁊ faciamus pudet nō esse impudētē. Quis aperiet hanc tortuosissimā ⁊ implicatissimā nodositatē q̄ feda est: nolo eā videre: te volo iustitia pulchra ⁊ decora honestis luminibꝰ ⁊ insatiabili satietate. Quies est apud te valde ⁊ vita īperturbabilis. Qui intrat in te. intrat in gaudiū dn̄i sui: ⁊ nō timebit: ⁊ habebit se optime in optimo. Defluxi ego a te: ⁊ erraui deus a stabilitate tua: ⁊ factus sum mihi regio egestatis.

¶ De Amoribus eius illicitis. C. LXI.

Dein [illegible] carthaginē ⁊ circū strepebat me vndiqꝫ sartago flagiciosoꝝ amorū. Oderā securitatē: ⁊ viā sine muscipulis: q̄m fames erat mihi intus ab interiore cibo teipso deus meus: ⁊ ea fame nō esuriebā: sꝫ erā sine desiderio alimētoꝝ incorruptibiliū: nō q2 plenus eis erā: sed quo inanior eo fastidiosior: ⁊ ideo nō bene valebat anima mea: sed vlcerosa proiciebat se foras miserabiliter scalpi auido contactu sensibiliū. Amare ⁊ amari dulce mihi erat: magis si amantis corpe fruerer. Venā igitur amicitie coinquinabā sordibꝰ concupiscentie: candorēqꝫ eius obnubilabā tartaro libidinis. Deus meus quāto mihi felle suauitatē illā: ⁊ q̄ꝫ bonus aspsisti: rapiebāt me spectacula theatrica. Quid est autē q2 ibi homo vult dolere: cū spectat luctuosa ⁊ tragica: que tamē ipse pati nollet: ⁊ tamen pati vult ex eis dolorē spectator ⁊ ipse dolor voluptas eius est. Quid est nisi miserabilis insania: q̄ꝫ q̄ꝫ cū ipse patitur miseria: cū alijs compatitur misericordia dici solet. Sed qualis tandē misericordia in rebus fictis ⁊ [illegible]cis. Nō enī ad subueniēdū prouocat auditor: sed tm̄ ad dolendū [illegible]. Et si calamitates iste sic agant: vt qui videt nō doleat: abscedit inde fastidiēs ⁊ reprehendēs: si autē doleat manet intentus ⁊ gaudens: lachryme ergo amant ⁊ dolores. Certe ois homo gaudere ⁊ amare vult an cū miserū neminē esse libeat: libet tamen esse misericordē. Quod quia non sine dolore est: hac vna causa amant dolores. Et hoc de illa vena amicitie est. Sꝫ quo vadit quo fluit vt q̄d decurrit in torrentē picis ebullientis estus immanes tetrarū libidinū in quos ipsa mutat ⁊ vertitur per nutū propriū de celesti serenitate detorta ⁊ deiecta. Repudiet ḡ misericordia. Nequaq̄ꝫ. Ergo ament dolores aliquando. Sed caue immundiciam anima mea sub tutore deo meo. Neqꝫ enī nunc non misertor: sed tunc in theatris congaudebā amantibus: cū sese fruebātur per flagitia: q̄ꝫuis imaginarie gererentur hec in ludo spectaculi. Cū autē sese amittebant quasi misericors contristabar: ⁊ vtrunqꝫ delectabat tamen. Nunc vero magis misereor gaudentē in flagicio: q̄ꝫ velut dura perpessum detrimenta perniciose voluptatis ⁊ amissione misere felicitatis. Hec certe verior est misericordia: sed non ea delectat cor. Nā ⁊ si approbatur officio charitatis qui dolet miserū: mallet tamen vtiqꝫ non esse quod doleret q̄ germanitus misericors ē. Nōnullus itaqꝫ dolor approbādus est nullus amādus. Hoc enī tu domine deus q̄ amas animas: lōge altequ purius q̄ꝫ nos ⁊ icorruptibilius misereris: q2 nullo dolore sauciaris. Et ad hec quis idoneus.

¶ De Studijs eius ⁊ errore manicheorū. C. LXII.

Statuo [illegible] in quēdā librū cuiusdā ciceronis de exhortatione ad philosophiā: q̄ mutauit affectū meū: ⁊ ad teipsū domine mutauit preces meas: viluit mihi repēte omnis vana species: ⁊ sapiente imortalitatē concupiscebā estu cordis incredibili: ⁊ surgere iam ceperā vt ad te redirem. In eo libro manifestatur illa apostoli admonitio. Videte ne q̄s vos seducat per philosophiā ⁊ inanē seductionem ⁊c̄. Sed tunc deus lumen cordis mei: nondū mihi apostolica ista nota erant hoc tamen solo in illa exhortatione delectabar: q2 non illam aut illam sectam: sed ipsam quecunqꝫ esset sapientiam vt diligerem ⁊ quererem ⁊ tenerē fortiter excitabar sermone illo: ⁊ accendebar ⁊ ardebam. Et hoc solū me in tanta flagrātia refringebat: q2 non erat ibi nomen christi: qd̄ in ipso lacte matris tenerū cor meum pie biberat: ⁊ alte retinebat. Et quicquid sine hoc nomine fuisset q̄ꝫuis litteratū ⁊ expolitum ⁊ veridicum non me totum rapiebat. Itaqꝫ institui in scripturas sanctas animum intendere: ⁊ ecce video rem non detectam superbis: nec nudatā pueris: sed incessu humilē: successu excelsam: ⁊ velatam mysterijs. Et non eram ego talis: vt in eum intrare possem: ⁊ ad eius gressus inclinare ceruicem: sed visa est mihi indigna quam tulliane compararem dignitati: tumor enī meus refugiebat modū eiꝰ: ⁊ acies mea nō penetrabat interiora eius. Verūtamē illa erat que cresceret cū paruulis: sed ego fastu turgidus mihi grandis esse videbar. Itaqꝫ incidi in homines superbe delirantes: carnales ⁊ loquaces: qui dicebant veritas veritas nusq̄ꝫ erat in eis. Ve ve quibus gradibus deductus sum in profunda inferi laborans ⁊ estuans inopia veri: cū te deus meus nō secūdū intellectum mentis: quo me beluis prestare voluisti: sed sm̄ carnis sensum quererē. Tu aūt eras interior intimo meo ⁊ supior summo meo: summe bone. pulchritudo pulchroꝝ omniū. Offendi in illā mulierem audacē inopem prudentie enigma salomonis: que me sedu[xit] q2 inuenit me foras habitantē in oculo carnis mee: ⁊ talia ruminantē apud me qualia per illū vorassem. Nesciebam enī aliud ve[rum] quod est. Et quasi acutule mouebar: vt suffragerer stultis decepto[ri]bus cum a me quererēt: vnde malū: ⁊ vtrū forma corporea deus fi[ni]ret: ⁊ haberet capillos ⁊ vngues. Quibꝰ rebꝰ ignarus pturbabar. ⁊ a veritate recedēs. in eam mihi ire videbar: q2 malū nō noueram ni[hi]l esse: nisi priuationē boni vsqꝫ ad qd̄ omnino nō est. Quod vide[re] nossem cuiꝰ videre vsqꝫ ad corpus erat oculis: ⁊ animo vsqꝫ ad fan[ta]sma. Et nō nouerā spiritū esse deū neqꝫ quid in nobis esse sm̄ q[uod] similes essemꝰ deo. Neqꝫ nouerā iustitiam interiorem veraciter ē [ex] cōsuetudine iudicantē: sed ex lege iustissima dei omnipotentis qu[a] formarent mores regionū ⁊ dierū. p regionibus ⁊ diebꝰ. cū ipsa t[amen] q2 ac semp eēt: nō alibi alia nec alias aliter sm̄: quā iusti essent abra[ham] [illegible] ⁊ ia. moy. ⁊ dauid. ⁊ illi oēs laudati ore dei: sed eos ab impe[ri]tis iudicari iniquos iudicantibꝰ ex humano die.

¶ Excusatio patriarchaꝝ ↄtra blasphemiā eoꝝ. C. LXIII.

Vidam [illegible] cū iudicarint isti ferre b[...] ciuisse iustis aliquid qd̄ isto seculo n[on] licet iustis: ⁊ quia illis aliud precepit deus. istis aliud pro temporalibus causis: cum eidē iustitie vtriqꝫ serui[e]rint: cum in vno homine: ⁊ in vno die: ⁊ in vnis edibus videant ali[ud] alij membro cōgruere: ⁊ aliud iam dudū licuisse: ⁊ post horam non licere: quiddā in illo angulo permitti aut iuberi: qd̄ in isto iuste v[e]tet ⁊ vindicet. Nunq̄d iustitia varia est ⁊ mutabilis sed tempori[bus] bus presidet non pariter eunt: tempora enī sunt. Homines aūt quo[rum] rum vita breuis est super terram: q2 sensu non valent causas conte[xe]re seculoꝝ priorum. aliarūqꝫ gentium quas experti nō sunt cum h[is] quas experti. In vno autē corpore vel die vel domo facile possun[t] videre quid cui membro: quibus momentis quibꝰ partibus: psone ve congruat: in illis offendunt. hic seruiunt. Hec ego tunc nesciebam ⁊ non aduertebam: ⁊ feriebant vndiqꝫ oculos meos ⁊ non videbam. mala omnia fiunt cum tu derelinqueris fons vite: qui es vnus ⁊ ve[rus] rus rector ⁊ creator vniuersitatis: ⁊ priuata superbia diligit in parte vnum falsum. Itaqꝫ pietate humili reditur in te: ⁊ purgas nos a ma[la] la cōsuetudine: ⁊ propicius es peccatis confitentium. si iam non er[i]gamus aduersum te cornua false libertatis auaritia plus habendi ⁊ damno totum amittendi. amplius amando proprium nostrum q̄ꝫ te bonum omnium.

¶ De Carnali eius dolore super amico defuncto. C. LXIIII.

Dein [illegible] memoria psenti preteritos circūitus erroris mei [illegible] hostiā iubilationis. Quid eni[m] sum mihi sine te nisi dux imprecepis: aut quid sum cū mihi bn̄ est: nisi sugens lac tuū: aut fruens te cibo: qui nō corrūpit. Irrideant nos fortes ⁊ potētes. Nos aūt infirmi ⁊ inopes ↄfiteamur tibi. Cōparauerā amicū societate studioꝝ nimis charū: sed nōdū sic erat amicus sicut est vera amicitia: q2 nō est vera: nisi cū tu eam agglutinas charitate diffusa in cordibꝰ. Sed tm̄ dulcis erat nimis cocta feruore parilium studiorū. Et ecce tu imminens dorso fugitiuoꝝ tuoꝝ deus vltionū ⁊ fons misericordiaꝝ simul: qui cōuertis nos ad te miris modis abstulisti hoīem de hac vita. Quo dolore ↄtenebratū est cor meū. Quicq̄d cū illo cōmunicauerā sine illo in cruciatū mihi vertebatur solus fletus dulcis erat mihi: ⁊ successerat amico meo in delicijs animi mei. Vbi aūt inde auferebat aīa mea: onerabat me grandis sarcina miserie: que ad te dn̄e leuanda erat ⁊ curanda. Sciebā sed nec volebā nec valebā. Mihi aūt q2 infelix locus ego remāserā. vbi nec esse possem: nec inde recedere. Miser erā: ⁊ miser est ois animꝰ vinctus amicitia rerū mortaliū: ⁊ dilaniat cum eas amittit: ⁊ tūc sentit miseriā qua miser est ⁊ anteq̄ꝫ eas amittat. Porro tpa de die in diem inferebāt alias spēs ⁊ alias memorias: ⁊ paulatim resarcinabāt me pristinus generibꝰ delectationum: quibꝰ cedebat ille dolor meꝰ. Succedebāt aūt non quidē dolores alij. cause tamē alioꝝ dolorum. Nā vnde me facillime ille dolor penetrauerat ⁊ intimeni[si] q2 fuderam in arenā cor meū: diligendo moriturū quasi nō moriturū. Maxime aūt me recreabāt alioꝝ amicoꝝ solatia: cum quibꝰ amabā q[uod] non p te amabā. Et hoc erat ingens fabula ⁊ longum mendacium cuiꝰ adulterina ↄfricatione corrūpebat mens mea pruriens auribꝰ. Alia quoqꝫ erāt que in eis ampliꝰ animū capiebāt. colloqui. corridere vicissim. beniuole obsequi. simul legere: his itaqꝫ hmōi signis a corde amantiū ⁊ reclamātiū pcedentibꝰ p os p linguā: p oculos

⁊ mille motus gratissimos q̃si fomitibus conflare animos: ⁊ ex plu ribus vnũ facere. hoc est qḋ diligitur in amicis. ita vt rea sibi sit hu mana cõsciẽtia. si amantem nõ remeauerit. nihil querẽs ex ei⁹ cor pore preter indicia beniuolẽtie. hinc ille luctus si quis moriaẗ. ⁊ ex amissa vita morientium mors viuentiũ. beatus q̃ amat te: ⁊ amicũ in te: ⁊ inimicũ ꝓpter te. Nullũ enim charum solus amittit. cui oẽs in illo chari sũt: qui nõ amittiẗ. Et q̃s est iste: nisi qui fecit celũ ⁊ ter ram ⁊ iplet ea: ⁊ implẽdo ea fecit ea. Te nemo amittit: nisi q̃ dimit tit. quo it quo fugit: nisi a te placido ad te iratum. Nã vbi nõ inue nit legẽ tuã in pena sua. lex tua veritas est: ⁊ veritas tu. Deus virtu tũ cõuerte nos ⁊ ostende faciẽ tuã ⁊ salui erimus. nã quaquauersum se vertit aĩa hoĩs. ad dolores figiẗ p̄terq̃ in te. tã ⁊ si figiẗ pulchris extra te: ⁊ extra se: q̃ tñ nulla essent: nisi ex te.

Exhortatio Animarum vt ab amore sensibilium redeant ad deum. C. LXV.

Audet te detro aĩa mea ex illi s: sed nõ ex eis fi gaẗ glutino amoris p̄ sensus corporis. Ecce enim ista decedũt vt alia succedãt: ⁊ oib⁹ suis par tibus constet infinita vniuersitas. verbũ autẽ dei nusq̃ discedit. Ibi fige mansionẽ tuam o aĩa mea: saltẽ fatigata fallacijs: veritati cõmẽda quicq̃d tibi est a veritate: ⁊ nõ p̄des aliq̃d: ⁊ putri da tua reflorescẽt: ⁊ fluxa tua cõstringenẗ ad te: ⁊ stabunt tecum ad semp̄ stantẽ ⁊ permanentẽ deũ. Ut q̃d peruersa sequeris carnẽ tuã ipsa te sequaẗ conuersa. Quicq̃d p̄ illã sentis in parte est: ⁊ ignoras totũ cui⁹ he partes sunt: ⁊ tñ te delectat. Sed si ad totũ cõprehẽdẽ dum esset idoneus sensus carnis tue. ac nõ etiã ipse in parte vniuer si accepisset pro pena sua iustũ modũ. velles vt transiret quicq̃d exi stit in presentia: vt magis tibi placerẽt oĩa. Nã ⁊ qḋ dicit per eun dẽ sensum carnis audis: ⁊ nõ vis vtiq̃ stare syllabas: sed trãsuola re vt alie veniãt: ⁊ totũ audias. Ita semp̄ oĩa quib⁹ vnũ aliq̃d con stat: ⁊ nõ sunt oĩa simul. plus delectãt oĩa q̃ singula si possint senti ri oĩa. sed longe his melior est deus q̃ fecit oĩa. ipse est deus noster ⁊ nõ decedit: q̄ nec succediẗ ei. Si placent corpora: deũ ex illis lau da: ⁊ in artificẽ eorũ retorque amorẽ. ne in his que tibi placẽt tu dis pliceas. Si placent aĩe: in deo amenẗ: q̄ ⁊ ipse mutabiles sunt: ⁊ in ipso stabiliunẗ fixe: alioquin irent ⁊ perirẽt. In illo ergo amentur: ⁊ rape ad eũ tecũ quas potes: ⁊ dic eis. Hũc amemus ipse fecit hec: ⁊ nõ est longe. nõ enim fecit ⁊ abijt: sed ex illo in illo sunt. Ecce ibi est vbi sapit veritas. Intimus cordi est: ⁊ cor errauit ab eo. Redite pre uaricatores ad cor: inherete ei q̃ fecit. State cũ eo: ⁊ stabitis. requie scite in eo: ⁊ quieti eritis. Quo itis in aspera: quo itis. Nõ est requi es vbi eã queritis: beatã vitã queritis in regione mortis. Et q̃uo est vi ta beata vbi nec vita. Sed descẽdit hic ipsa vita nostra: ⁊ tulit mor tẽ nostrã ⁊ occidit eã. ⁊ tonuit clamãs vt redeamus ad eũ: ⁊ discess sit ab oculis vt redeam⁹ ad cor ⁊ inueniamus eũ. Illuc enim abscess sit: vnde nunq̃ recessit: quia illuc enim abscessit: q̄ mundus per eũ factus est: ⁊ in hoc mũdo erat. ⁊ venit in hunc mundum peccatores saluos facere: cui cõfiteẗ aĩa mea ⁊ sanat eã: quia peccauit illi. Filij hoĩum vsq̃ quo graui corde. Nunquid ⁊ post descensum vite non vultis ascendere ⁊ viuere. Sed quo ascenditis quando in alto estis ⁊ posuistis in celo os vestrũ. Descẽdite vt ascendatis: ⁊ ad deũ ascẽ datis. cecidistis enim ascendẽdo cõtra eum. Dic eis ista vt plorẽt in valle plorationis. ⁊ sic eos tecũ rape ad deũ. q̄ de spiritu eius hec dicis si dicis ardens igne charitatis.

De Uano amore laudis ⁊ fodtie secularis. C. LXVI.

Scripsi libros de pulchro ⁊ apto: pu to duos aut tres tu scis deus. Quid autẽ mouit me domine vt ad Hierium Romane vrbis oratorem scriberem illos libros: quem nõ noueram facie. sed amauerã ex doctrine fama: que illi clara fuit. Laudatur homo ⁊ amatur absens. Utrum nam ab ore laudantis intrat in cor audientis amor ille: absit. sed ex amante alio accẽditur alius. Hinc enim amaẗ qui laudaẗ dum nõ fallaci corde laudantis predicari crediẗ. i. cũ amans eũ laudat. Sic enim amabã tũc hoĩes ex hominũ iudicio. non enim ex tuo deus meus in quo nemo falliẗ. Ita cũ laudatũ amabã: quomõ ⁊ me laudari vellem. Non autẽ ita vellem laudari ⁊ amari sicut histriones: quanq̃ eos ⁊ ipse laudarẽ ⁊ amarem. sed mallem odio haberi q̃ sic amari. Ubi distribuũtur illa pondera variorũ amorum in anima vna. Quid est quod amo in alio: qḋ rursus nisi odissem nõ a me detestarer ⁊ repellerẽ. cũ vterq̃ nostrum sit homo. Grande profundum est ipse homo cuius etiam capillos tu dñe numeratos habes: ⁊ non minuunẗ in te. ⁊ tñ capilli eius magis numerabiles q̃ affectus eius: ⁊ motus cordis eius. Cõ fiteor tibi q̄ illum magis in amore laudãtium amauerã q̃ in rebus ipsis de quib⁹ laudabaẗ. quia si vituperãdo atq̃ spernẽdo eũ ipsa narrasset: nõ accẽderer in eo. Et certe res non alie forent. nec homo ipse alius. sed tantũmodo alius affectus narantium. Ecce vbi iacet anima infirma nõdum habẽs aliquid solidũ veritatis. Sicut aure linguarum flauerint a pectoribus opinantiũ. ita vertit ⁊ vertitur torquetur ⁊ retorqueẗ. ⁊ obnubilaẗ ei lumen. nec cerniẗ veritas. et ecce ẽ ante nos. ego q̃dẽ conabar ad te ⁊ repellebar abs te vt saperẽ mortem: quia supbis resistis. Eram fortassis annorũ. xxvj quando scripsi volumina illa: voluens apud me corporalia figmenta cordis mei auribus obstrepẽtia. quas intendebã. dulcis veritas in interiorẽ melodiã tuã. cogitãs de pulchro ⁊ apto: ⁊ stare cupiẽs ⁊ audire te. ⁊ gaudere ꝓpter vocẽ sponsi. sed nõ poteram. quia vocib⁹ erroris mei foras rapiebar. ⁊ põdere superbie mee in ima deprimebar. Nõ dabas auditui meo gaudium: aut exultabãt ossa mea que humilia ta non erant. Quid autẽ mihi profuit q̄ annos natus ferme. xx. de cem cathegorias aristotelis legi solus ⁊ itellexi. cũ etiã te simplicẽ et incõmutabilẽ illis decẽ p̄dicamẽtis sic intelligere conarer quasi ⁊ tu subiectus esses magnitudini aut pulchritudini: vt ita esset in te q̃si in subiecto. cũ tua magnitudo ⁊ pulchritudo tu ipse sis Dorsum enim habebam ad lumen.

De Confessione laudis ⁊ inquisitõne veritatis. C. LXVII.

Item in li. v. Dñe deus meus accipe sa crificiũ cõfessionũ mearũ de manu lingue mee quã formasti ⁊ excitasti. ⁊ ꝯfiteaẗ noĩ tuo ⁊ sana omnia ossa mea ⁊ dicant. Domine quis similis tibi. Nõ docet te quid agaẗ in se qui tibi ꝯfiteẗ. quia oculũ tuũ nõ excludit cor clausum. nec manũ tuã repellit duritia. Sed te laudet aĩa mea vt amet te. ⁊ ꝯfiteatur tibi miserationes tuas vt lau det te. Nõ cessat nec tacet laudes tuas vniuersa creatura tua. nec spũs omnis p̄ os cõuersũ ad te nec aĩalia ⁊ cetera corpalia p̄ os cõ siderãtiũ ea. vt exurgat in te a lassitudine anima nostra innitẽs his que fecisti. ⁊ trãsiens ad te qui fecisti hec mirabiliter. Eant ⁊ fugiant a te inquieti ⁊ iniqui. ⁊ tu vides eos ⁊ distinguis vmbras. sed fugi unt vt nõ videãt te videntẽ se. atq̃ excecati in te offẽdunt. q̄ nõ de seris aliquid eoꝝ que fecisti. In te offenderũt iniusti: vt iuste vexa renẗ. subtrahẽtes se lenitati tue. ⁊ offendentes in rectitudinẽ tuã ⁊ cadẽtes in asperitatẽ tuã. Cõuertãẗ ergo ⁊ querãt te. ⁊ ecce ibi es in corde eoꝝ ꝯfitẽtiũ tibi ⁊ ꝓijciẽtiũ se in te. ⁊ plorãtiũ in sinu tuo post vias suas difficiles. ⁊ tu faciles terges lachrymas eoꝝ. ⁊ magis plo rant ⁊ gaudẽt fletib⁹. q̄ tu dñe q̃ fecisti reficis. ꝯsolaris eos. Et vbi erã ego quãdo te querebã. ⁊ tu eras añ me. Ego aũt ⁊ a me discesse rã. nec me inueniebã quãto min⁹ te. Philosophi hui⁹ solis defectũ futurũ preuidẽt. ⁊ suũ in p̄sentia nõ vidẽt. Nõ enĩ religiose querũt vnde habeant ingeniũ quo ista querũt. Infelix aũt qui ista omnia scit. te aũt nescit. beatus aũt qui te scit. etiam si ista nesciat. Qui vo ⁊ te ⁊ ista nouit. non propter ista beatior. sed propter te beatus est. si cognoscẽs te sicut deũ glorificet ⁊ diligat Sic ergo fidelis homo cui tot⁹ mũdus diuitiarũ est. ⁊ quasi nihil habens omnia possidet. inherendo tibi cui seruiunt omnia: q̃uis nec saltem septentrionis gyros nouerit. vtiq̃ melior est q̃ mensor celi. ⁊ numerator syderum ⁊ pensor elementorũ ⁊ negligens tui: qui omnia in mensura et nu mero ⁊ pondere disposuisti.

De Ingressu suo ad fidem sacroꝝ libroꝝ C. LXVIII.

Item in li. vi. Spes mea a iuuentute mea: vbi mihi eras: ⁊ quo recesseras. Aut vo ñ tu feceras me ⁊ discreueras me a q̃drupedib⁹ et volatilib⁹ celi. sapientiorẽ me feceras. ⁊ ambulabã p̄ tenebras ⁊ lubricũ. ⁊ querebã te foris a me. ⁊ nõ inue niebã deum cordis mei. ⁊ venerã in ꝓfundũ maris ⁊ diffidebam ⁊ desperabã de inuentiõe veri Sanari credendo poterã. vt purgatior acies mẽtis mee dirigereẗ aliquo modo in veritatẽ tuam incõmu tabilẽ. Sed sicut euenire assolet. vt malũ medicũ expertus etiã se bono timeat committere. ita erat valitudo anime mee. que vtiq̃ ni si credẽdo sanari nõ poterat. ⁊ ne falsa credẽt ⁊ curari recusabat. re sistens manib⁹ tuis: qui medicamẽta fidei cõfecisti. ⁊ sparsisti sup̄ morbos orbis terrarum. Deinde tu dñe paulatim manu mitissima pertractans ⁊ cõponẽs cor meũ. cõsiderãti q̃ innumerabilia crederẽ que non videram. neq̃ cum gererentur affuissem. sicut tam multa in historia gentiũ. tam multa amicis. tam multa medicis. ⁊ hominũ bus alijs. que nisi crederẽtur in hac vita oino nihil ageremus. Po stremo q̃ inconcusse firmum fidẽ retinerẽ. de quib⁹ parentibus ort⁹ fuissem. qḋ scire non possem nisi credidissem. Persuasisti mihi nõ qui crederent libris tuis. quos tanta fere cunctis gentibus auctori tate fundasti. sed qui nõ crederent esse culpãdos: nec audiẽdos esse

si qui forte mihi dicerent. vnde scis libros illos vnius veri dei spiritu esse humano generi ministratos. Idipsum enim maxime credendũ erat. quoniã nulla pugnacitas calũniosarũ questionũ. per tã multa que legerã inter se cõfligentiũ philosophorũ: extorquere mihi potuit. vt aliquãdo nõ crederem te esse quicqd esses qd ego nescirem. aut administrationẽ rerũ humanarũ ad te pertinere. sed id credebã aliquãdo robustius: aliquãdo exilius: semp tamen credidi ⁊ esse te ⁊ curã nostri gerere. etiã si ignorabã vel quid sentiendũ esset de substantia tua: vel que via duceret aut reduceret ad te. Ideoq; cũ infirmi essemus ad pcipiendã liquida ratione veritatẽ. ⁊ ob hoc nobis opus esset auctoritate sanctarũ litterarũ. iam credere ceperã nullo modo te fuisse tributurũ. tam excellentẽ illi scripture per oẽs iã terras auctoritatẽ: nisi ⁊ per ipsam tibi credi ⁊ te queri voluisses. Jam enim absurditatẽ que me in eis lrĩs solebat offendere. cũ multa ex eis probabiliter exposita audissem: ad sacramẽtorũ altitudinẽ referebam eorũq; mihi illa venerabilior ⁊ sacrosancta fide dignior apparebat auctoritas. quo ⁊ oib⁹ esset ad legendũ in promptu. ⁊ secreti sui dignitatẽ in intellectu pfundiore seruaret. verbis apertissimis: ⁊ humillimo genere loquẽdi se cũctis prebens. ⁊ exercens intentionẽ eorũ qui nõ sunt leues corde: ⁊ vt oẽs exciperet populari sinu. ⁊ per angusta foramina paucos ad te traiceret. multo tamẽ plures q̃ si nec tanto apice auctoritatis emineret. nec turbas gremio sancte humilitatis hauriret. Cogitabã hec ⁊ aderas mihi suspirabã ⁊ audiebas me fluctuabã ⁊ gubernabas me. ibam per viã seculi latã. nec deserabas. inhiabã lucris honorib⁹ coniugio. ⁊ tu irridebas. patiebar in his cupiditatibus maximas difficultates te propicio. tanto magis quãto min⁹ sinebas dulcescere mihi qd nõ eras tu. Taceat laudes tuas qui miseratiões tuas nõ cõsiderat. Que tibi de medullis meis cõfitent. multe cogitatiões erãt in corde meo. cõsiliũ autẽ tuũ manet in eternũ ex quo consilio nostra derides ⁊ tua preparas. Sed o tortuosas vias. ve aie audaci. que sperauit si a te recessisset aliqd se meli⁹ habiturã. Versa ⁊ reuersa in tergũ: ⁊ in latera ⁊ in ventrem. ⁊ dura sũt oia: ⁊ tu solus requies. Et ecce ades ⁊ cõstituis nos in via tua ⁊ cõsolaris nos ⁊ dicis. Currite: ego ferã: ⁊ ego ibi perducam.

De Serenatiõe mẽtis ad agnitionẽ veritatis. C. LXIX.

Dẽ m li. vii. Nõ te cogitabam in figura corporis deus me⁹ ex quo audire cepi aliqd de sapiẽtia: sed semp hoc fugi. Et clamabat cor meum vehemẽter aduersus oĩa fantasmata mea. ⁊ hoc vno ictu conabar abigere circũuolantẽ turbã ĩmundicie ab acie mẽtis mee. Et vix dimota in ictu oculi. ecce cõglobata rursus aderat. ⁊ irruebat in aspectũ meũ: ⁊ obnubilabat eũ: vt q̃uis nõ forma humani corporis. corporeũ tamẽ aliqd cogitare cogerer p spacia locorũ: siue mundo infusum: siue extra mundũ per infinita diffusum. Lumen oculorũ meorũ non erat mecũ: intus eni erat: ego autẽ foras. Nã tu quidẽ gaudiũ verũ: mihi subiecto tibi subiecerãs que infra me creasti: ⁊ hoc erat tẽperamentũ: ⁊ media regio salutis mee: vt tibi seruiẽs dominarer corpori. Sed cũ supbe cõtra te surgerem ⁊ crassa ceruice cõtra te currerẽ. etiã ista infima supra me facta sunt. ⁊ premebãt me: ⁊ nusq̃ erat respiramẽtũ. Occurrebãt eni mihi vndiq; aceruatim cernẽti ⁊ opponebant redeũti: quasi dicerent. Quo is indigne ac sordide. Et hec de vulnere meo creuerãt: qr tu humiliasti sicut vulneratũ superbum: ⁊ tumore meo separabar abs te: ⁊ nimis inflata facies claudebat oculos meos. sed tu in eternũ manẽs: non in eternũ irasceris. sed miseratus es terrã ⁊ cinerẽ. placuitq; tibi reformare deformia mea. stimulis internis agitabas me: ⁊ residebat tumor meus ex occulta manu medicine tue. aciesq; mẽtis mee cõtenebrata. acri collirio salubriũ dolorũ meorũ de die in diem sanabatur. Et primo volẽs ostendere mihi q̃ superbis resistis. ⁊ quanta misericordia demonstrasti hominibus viã humilitatis. Procurasti mihi per quendã hoiem immanissimo typo turgidũ. quosdam platonicorum libros vbi legi. qꝫ in principio erat verbũ. ⁊c. vsq; ibi ⁊ tenebre eam non cõprehenderunt. Et quia hominis quãuis testimonium perhibeat de lumine. non est tamen ipsum lumen. sed verbum dei deus est lumẽ verum: quod illuminat omnem hominem ve. ⁊c. vsq; ibi: ⁊ mundus eum non cognouit. Quia autem in ppria venit: ⁊ sui eum nõ receperunt. Quotquot autẽ receperunt e. d. e. p. f. d. f. credentibus in noie eius. non ibi legi. abscondisti enim hec a. sa. ⁊ pru. ⁊ re. e. p.

Qualr In se reuersus agnoscere cepit vitatẽ. C. LXX.

Ommonitus redire ad me ipm intraui in intima mea duce te. et vidi qualicunq; oculo anime mee supra mentem meam lucem incommutabilem. Qui nouit veritatẽ: nouit eam. ⁊ qui nouit eam nouit eternitatem. O eterna veritas ⁊ vera charitas: ⁊ chara eternitas: ad te suspiro die ac nocte. Et cũ te primũ cognoui: tu assumpsisti me: vt viderẽ eẽ qd viderẽ ⁊ nõdũ me eẽ q viderẽ. ⁊ reuerberasti infirmitatẽ aspectus mei: radians in me vehemẽter ⁊ cõtremui amore ⁊ horrore. ⁊ inueni me lõge esse a te in regione dissimilitudinis: tanq̃ audirẽ vocẽ tuã de excelso. Cibus sum grandiũ. cresce ⁊ manducabis me. nec tu me mutabis in te sicut cibũ carnis tue: sed tu mutaberis in me. Et cognoui qm̃ pro iniquitate corripuisti hominẽ. ⁊ tabescere fecisti sicut araneam animã meam. Clamasti de longinquo. ego sum qui sum. faciliusq; dubitarẽ me viuere q̃ veritatẽ te nõ esse. que per ea que facta sunt intellecta cõspicit. Inspexi cetera infra te: ⁊ vidi neq; oino nõ esse: quia abs te sunt. neq; omnino esse: quia non sunt quod tu. Id eni vere est: quod incõmutabiliter manet. Mihi autẽ adherere deo bonũ est: quia si non manebo in in ipso: nec in me potero. Ipse in se manẽs omnia innouat. ⁊ manifestatũ est mihi: quia bona sunt que corrumpunt. quia neq; si sũma bona essent corrumpi possent. Nec est sanitas anime: cui displicet aliquid creature tue. sicut mee non erat: cum ei displicerent multa que fecisti. Quia eni nolebat ut tu ei displiceres. tuũ esse nolebat quicqd ei displicebat. ⁊ inde ierat in opinionem duarum substantiarum. ⁊ aliena loquebat: feceratq; sibi deum per infinita spacia locorum. ⁊ eum putabat esse te ⁊ collocauerat eũ in corde suo. factaq; erat templũ idoli sui. Sed postq̃ fouisti caput nescientis: ⁊ clausisti oculos meos: ne viderent vanitatem: consopita est insania mea: ⁊ euigilaui in te: ⁊ vidi te infinitum esse aliter. Sensiq; non esse mirum: quia palato non sano pena est panis: qui sano est suauis. ⁊ oculis egris odiosa est lux: que puris amabilis est. Et iustitia tua displicet iniquis: nedum vipera et vermiculus.

Adhuc de eodem. C. LXXI.

Quesiui quid esset iniquitas: ⁊ nõ inueni sed substantiam. sed a summa substantia te deo distortam in infima voluntatis: peruersitatẽ proiiciẽs intima sua ⁊ tumescentis foras. Et quidem te amare nõ stabam frui deo meo. sed rapiebar a te decore tuo. moxq; diripiebar abs te põdere meo id est carnali cõsuetudine. tunc vo inuisibilia tua per ea que facta sunt intellecta conspexi. sed etiam figere non valui: ⁊ repercussa infirmitate redditus solitis. non mecum ferebam nisi amantem memoriam. ⁊ quasi olfacta desiderantẽ que comedere non possem. Et querebã viam operandi roboris quod esset idoneũ ad fruendum te: ⁊ nõ inueni donec amplecterer mediatorum dei ⁊ hominũ dicentem. Ego sum via. ⁊ cibum cui capiendo inualidus eram miscentem carni: qr verbum caro factum est ⁊c. vt nostre infantie lactesceret sapientia tua: per quam creasti omnia. Non enim tenebam deum meum ihesum christum humilis humilem. nec cuius rei magistra esset infirmitas eius noueram. Verbũ tuũ eterna veritas. superioribus creature tue partibus supereminens: subditos erigit ad seipsam. In inferioribus vo edificauit sibi domum humilem de limo nostro. per quam subdendos deprimeret a seipsis: ⁊ ad se traiiceret: sanans tumorem: ⁊ nutriens amorem: ne fiducia sui progrederent longius. sed potius infirmarentur. ante pedes suos videntes infirmã diuinitatem ex participatione tunice pellicee nostre: ⁊ lassi prosternerentur in eam. Illa autẽ surgens leuaret eos. Garriebam plane quasi peritus. ⁊ nisi in christo saluatore nostro viam tuam quererem: nõ peritus sed interitus essem. Jam enim ceperam velle videri sapiẽs plenus pena mea: ⁊ nõ flebam. Insuper ⁊ inflabar sciẽtia mea. Ubi enim erat illa edificans charitas a fundamento humilitatis: quod est christus ihesus. aut quando illi libri me docerent eam. Non habent ille pagine vultum pietatis huius. lac. rymas confessionis. sacrificium tuum. spiritum contribulatum. cor contritum ⁊ humiliatum populi salutem. sponsam. ciuitatem. arram spiritussancti. poculum precij nostri. Nemo ibi cantat. Nonne deo subdita erit anima ab ipso enim salutare meum. etenim ipse est deus meus ⁊ salutare meus. susceptor meus. ⁊ non mouebor amplius. Nemo ibi audit. Venite ad me omnes q laboratis ⁊ o. e. Dedignant ab eo discere quia mitis est ⁊ h. c. Abscondisti eni hec a sapiẽtib⁹ ⁊ prudentib⁹. ⁊ re. e. p. Et aliud est de siluestri cacumine videre patriam pacis. ⁊ iter ad eam non inuenire. ⁊ frustra conari per inuia. circumobsidentib⁹ fugitiuis desertoribus cum principe suo leone ⁊ dracone. ⁊ aliud tenere viam illuc ducentem. cura celestis imperatoris munitã: vbi nõ latrocinant: q celestẽ militiã deseruerũt. vitãt eni sicut suppliciũ.

De Certitudine veritatis: ⁊ gaudio super penitentia peccatoris. C. LXXII.

Idem in li. viii. Deus meus recorder in gratiarũ actione tibi. ⁊ cõfitear misericordias tuas super me. perfundãtur ossa mea delectatione tua ⁊ dicant. Dñe q̃s similis tibi. Inheserãt pcordijs meis verba tua. ⁊ vndiq̃ circũuallabar abs te. De vita tua eterna certus erã. q̃uis eã enigmate ⁊ q̃si per speculũ viderem Dubitatio tñ oĩs de tua substãtia eterna ablata mihi erat nec certior de te. sed stabilior in te esse cupiebã. De mea vero tẽporali vita nutabãt oĩa. ⁊ mundandũ erat cor meũ a fermẽto veteri: ⁊ placebat via ipse saluator. et ire p ei⁹ angustias adhuc pigebat. Deus bone q̃d agit̃ in hoĩe vt plus gaudeat de salute aĩe desperate: ⁊ de maiore periculo liberate. q̃ si semp spes fuisset: aut si minus periculum fuisset. Etenim tu quoq̃ misericors pater: plus gaudet de vno penitente q̃ de. xcix. iustis q̃bus nõ opus est penitẽtia. Et nos cũ magna iocũditate gaudemus cũ audiuimus. q̃m exultãtis pastoris humeris reportat̃ ouis q̃ errauerat. ⁊ dragma referatur in thesauros tuos collectãtibus vicinis mulieri que iuenit. Et lachrymas excutit gaudiũ solẽnitatis dom⁹ tue. cũ legit̃ in domo tua de minore filio tuo: q2 mortuus erat: ⁊ reuixit. perierat ⁊ inuẽtus est. Gaudes quippe in nobis ⁊ in angelis tuis sancta charitate sanctis. Na tu semp idem qui ea q̃ nõ semp nec eodẽ modo sunt. eodẽ modo semp nosti oĩa. Quid ergo agit̃ in aĩa cũ plus delectat̃: inuẽtis aut redditis rebus q̃s diligit: q̃ si eas semp habuisset. Cõtestant̃ enim ⁊ cetera ⁊ plena sunt oĩa testimonijs clamantib⁹ ita est. Triũphat victor imperator: ⁊ nõ vicisset nisi pugnasset. Et q̃ntomagis piculũ in prelio fuit: tanto magis gaudiũ in triũpho. Iactat tempestas nauigãtes minatur q3 naufragiũ: oẽs futura morte pallescũt. Trãquillat̃ celum ⁊ mare: ⁊ exultant nimis: q2 nimis timuerũt. Edẽdi ⁊ bibendi voluptas nulla est: nisi precedat esuriẽdi ⁊ sitiẽdi molestia. Ebriosi quedã salsiuscula comedũt quo fiat molestus ardor. quẽ dum extinguit potatio fit delectatio. Hoc in turpi ⁊ execrãda leticia: hoc in ea q̃ cõcessa ⁊ licita est. hoc in ipsa sincerissima honestate amicicie. hoc in eo q̃ mortuus erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuẽtus est. Ubiq̃ maius gaudiũ molestia maiore precedit̃. Quid est hoc dñe deus meus: cũ ⁊ eternuz tibi sis tuipse gaudiũ. ⁊ quedã de te circa te gaudeãt. Quid est q̃ hec rerũ pars alternat defectu ⁊ pfectu: offensionib⁹ ⁊ cõciliationib⁹. An is est modus earũ: ⁊ tãtũ dedisti eis: cũ a summis celorum vsq̃ ad ima terrarũ. ab initio vsq̃ ad finẽ seculorum. ab angelo vsq̃ ad vermiculuz. a motu pmo vsq̃ ad extremũ. oĩa genera bonorũ. ⁊ oĩa opa tua iusta suis queq̃ sedib⁹ locares. ⁊ suis quoq̃ tẽporibus ageres.

¶ De difficultate pfecte cõuersionis. C. LXXIII.

Excelsus es in excelsis ⁊ q̃ profundis in profundis: ⁊ nusq̃ recedis: ⁊ vix redimus ad te. Age dñe fac: excita: ⁊ reuoca nos accende ⁊ rape: flagra ⁊ dulcesce. Amemus curramus. Uacatiõi tue suspirabã. ligatus nõ ferro: sed mea ferrea voluntate: velle meũ tenebat inimicus: ⁊ inde mihi cathenã fecerat ⁊ cõstrinxerat me. Quippe ex voluntate peruersa facta est libido: ⁊ dum cõsuetudini nõ resistitur: facta est necessitas. q̃bus quasi ansulis sibimet innexis q̃si cathena tenebat me dura seruitus obstrictũ. itaq̃ due voluntates mee. vna noua ⁊ spiritualis. alia vetus carnalis. inter se cõfligebant ⁊ dissipabant aĩam meã. Ego quidẽ in vtroq̃: sed magis ego in eo q̃d approbabã q̃ in eo q̃d improbabã. sed cõsuetudo aduersum me pugnatior ex me facta erat. q2 volens quo nollem perueneram. Ego igitur adhuc obligatus terra: recusabam militare: ⁊ impedimentis omnibus sic timebam expediri. quemadmoduz impediri timendum est. Ita sarcina seculi veluti somno assolet dulciter premebar: ⁊ cogitationes quibus meditabar in te similes erant conatibus expergisci volentium. qui tamen superati soporis altitudine remergunt̃. Nec erat quid tibi responderẽ dicenti. surge q̃ dormis. ⁊c̃. nisi verba lẽta ⁊ somnolẽta. Modo ecce modo. sine paululum: sed modo ⁊ modo nõ habebant modũ. ⁊ sine paululũ in longũ ibat. Lex enim peccati est violentia cõsuetudinis: q̃ trahitur ⁊ tenetur: etiã inuitus aĩus. eo merito quo in ea volẽs illabitur. Miserum ergo me quis liberabit de corpore mortis huius. ⁊c̃.

¶ De compunctione eius ⁊ conatu contra consuetudinem. C. LXXIIII.

Ponticiano alias poticiano narrante de vita beati Antonij. Tu domine inter verba eius retorquebas me ad me. auferens me a dorso meo. vbi posueram me dum nollẽ attendere me. Uidebam igitur me ⁊ horrebam ⁊ non erat quo a me fugerem. Increpabat me conscientia: intus rodebar ⁊ confundebar pudore horribili. flagellaui animam meam vt sequeret̃ me conantẽ ire post te: ⁊ renitebat̃. Quasi mortẽ eni formidabat restringi a fluxu cõsuetudinis q̃ tabescebat i mortẽ. Cõuicta erãt oĩa argumẽta: quib⁹ excusarer de incertitudine veri. ⁊ remanserat muta trepidatio. Tandẽ in ipsa rixa grãdi interioris dom⁹ mee quã fortiter excitauera inuado alipiũ ⁊ exclamo: q̃d patimur. Quid est q̃d audisti. Surgunt indocti ⁊ celũ rapiunt ⁊ nos cum doctrinis nostris. ecce vbi volutamur in carne ⁊ sanguine. An q2 precesserũt pudet seq̃: ⁊ nõ pudet nec saltẽ seq̃. Insaniebã salubriter: et moriebar vitaliter. fremebã indignatione: q̃ nõ ibam in pactũ tecũ de⁹ meus. in q̃d eundẽ eẽ oĩa ossa mea clamabãt. Et illuc nõ solũ ire sed etiã puenire nihil aliud erat q̃ velle ire. sed velle fortiter ⁊ integre nõ semisauciam hac atq̃ illac versare ⁊ iactare volũtatẽ: p te assurgente cũ alia parte cadente luctantẽ. Sic ergo egrotabã: ⁊ excruciabar accusans meipsum. ⁊ voluens ac versans me in vinculo meo donec abrumpet̃ totũ: quo iam exiguo tenebar: sed tenebar tñ. Et instabas tu dñe in occultis meis secreta mĩa. flagella ingeminãs timoris ⁊ pudoris. Dicebãq̃ intus apud me: ecce mõ: ecce mõ fiat hesitans morti mori: ⁊ vite viuere. plusq̃ valebat in me deterius insolitũ q̃ melius insolitũ: punctũq̃ ipm tpis quo aliud futur⁹ erã. quanto propius admouebat̃: tãto ampliorẽ incutiebat horrorẽ. nõ tñ auertebat. sed suspendebat. Retinebat me nuge nugarũ: ⁊ vanitas vanitatũ antique amice mee. ⁊ succutiebãt vestẽ meã carneam: ⁊ submurmurabãt. Dicebat mihi consuetudo violenta: putasne sine istis esse poteris. Ista controuersia in corde meo non nisi de me aduersum meipsum.

¶ De ruptione consuetudinis: ⁊ recollectione voluntatis ⁊ amoris a multis in vnũ. C. LXXV.

Idem in li. ix. O dñe dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hos. laudis. Q̃z suaue mihi subito factũ est carere suauitatibus nugarũ. ⁊ quas amittere metus fuerat: iam dimittẽ gaudiũ erat. Eijciebas eni eas a me: tu vera ⁊ sũma suauitas. Eijciebas ⁊ intrabas pro eis omni voluptate dulcior. sed non carni ⁊ sanguini. omni honore sublimior: sed non sublimibus in se. omni luce clarior: sed omni secreto interior. In sinu abrahe viuit nebridi⁹ dulcis amicus meus. Iam nõ ponit aurẽ ad os meum: sed os spirituale ad fontem tuũ: vbi potat sapientiã tuã. Nec eum sic arbitror inebriari ex ea: vt obliuiscat̃ mei: cum tu dñe quẽ potat ille nostri sis memor. Dulce mihi sit dñe confiteri tibi: quibus internis me stimulis perdomueris. ⁊ quomodo me complanaueris humilitatis montibus ⁊ collib⁹ cogitationũ mearũ ⁊ tortuosa mea direxeris. ⁊ aspera lenieris. Quas tibi deus meus voces dedi: cum legerem psalmos dauid. excludentes turgidũ spiritũ meum: rudis in germano amore tuo. Uolentes gaudere intrĩsecus facile euanescũt. ⁊ effundunt̃ in ea que vident̃ ⁊ temporalia sunt. ⁊ imagines eorũ famelica cogitatione lambunt. O si fatigent̃ inedia: ⁊ dicant quis ostẽdit nobis bona. Et dicam⁹ ⁊ audiant. Signatũ est sup nos lumẽ vultus tui dñe. o si viderent in eternũ eternũ quod ego q2 gustauerã: frendebã: q̃r eis ostendere non poteram. Ibi vbi mihi iratus eram intus in cubili: vbi compunctus eram: vbi ⁊ vetustatẽ meam mactans sacrificauerã. Ibi mihi dulcescere ceperas: ⁊ dederas leticiam in corde meo Et exclamabam: legens hec foris: ⁊ intus agnoscens. Nec volebam multiplicari terrenis bonis: deuorans temporalia ⁊ deuoratus temporalibus. cum haberem in eterna felicitate aliud frumentũ vinum oleũ. Et exclamabã in sequẽti vsu alto clamore cordis mei. O in pace. O in idipsum. O qui dixit dormiam ⁊ requiescam. quoniã quis resistet nobis cum absorpta erit mors in victoria. Et tu es idipsum qui non mutaris. ⁊ in te requies obliuiscens omniũ laborũ: quoniã nullus ali⁹ tecũ. sed neq̃ ad alia multa adipiscẽda: que non sunt q̃d tu. sed tu dñe singulariter in spe constituisti me. Legebam hec ⁊ ardebam. qui prius latrator amarus fueram aduersus litteras tuas. de melle celi melleas: ⁊ de lumine tuo luminosas. Sicut aũt amici adulantes peruertunt: sic inimici litigantes plerũq̃ corrigunt. Nec tu q̃d p eos agis: sed q̃d ipsi volunt eis retribuis. At tu dñe rector omniũ ad vsus tuos torques flumen seculorum. ⁊ de alterius aĩe insania sanas alteram.

¶ De colloquio Augustini cum matre super veritatis contemplatione. C. LXXVI.

Impendente die dormitionis matris mee ego ⁊ ipsa ad fenestram colloquebamur soli valde dulciter: ⁊ inhiabamus ore cordis in superna fluẽta fontis vite: q̃ est apud te: vt inde aspersi pro captu nostro rem tantam quoquo modo cogitaremus. perambulauimusq̃ gradatim cũcta corporalia adhuc a te

debamus interius cogitando: et loquendo et mirādo opera tua. et venimus in mentes nostras et trāscendimus eas. vt attingeremus regionē vbertatis indeficiētis vbi pascis israhel in eternū veritati pabulo. Et ibi vita sapiētia est: per quā facta sunt oīa. sed ipsa non fit: sed sic est vt fuit: et sic erit semp. quin potius fuisse et futurū esse non est in ea: sed esse solū quia eterna est. Et dum loquimur et inhiam⁹ illi. attingimus eā modice toto ictu cordis: et suspirauimus. Et reliquimus ibi primitias spiritus religatas. et remeauimus ad strepitū oris nostri vbi verbū incipit et finitur. Et quid sile verbo tuo dñe in se semp manēti sine vetustate: atqȝ innouātis oia. Dicebamus ergo Si cui sileat tumultus carnis fantasie terre aquarū et aeris. sileant et poli. etiā ipsa sibi aīa sileat et trāseat se nō se cogitādo: sileant sōnia: et imaginarie reuelatiōes: oīs lingua: et omne signū et quicqd transeundo fit. si cui sileāt oīno: quoniā si quis audiat dicūt hec oīa. non ipsa nos fecimus: sed fecit nos qui manet in eternum. His dictis si iam taceāt: quoniā erexerūt aures in eū qui fecit ea. et loquatur ipse solus nō per ea: sed per seipsum: vt audiamus verbū eius: nō p linguam carnis: neqȝ per vocē angeli: nec per sonitū nubis: nec per enigma silitudinis. sed ipsum quē in his amamus ipsuȝ sine his audiamus. sicut nūc extēdimus nos. et rapida cogitatiōe attingimus eternam sapientiā super oīa manentē. Si continuetur hoc: et subtrahantur alie visiones longe imparis generis. et hec vna rapiat et absorbeat. et recōdat in interiora gaudia spectatorē suū. vt talis sempiterna vita. quale fuit hoc momentum intelligentie cui suspirauimus. nonne hoc est. intra in gaudium domini tui.

De Orone ipsius de duplici confessione. C. LXXVII.

Cognoscam te cognitor me⁹ sicut et a te cognit⁹ sum virtus aīe mee intra in eā: et coapta eam tibi: vt possideas sine macula et ruga. Hec est spes mea: et in ea spe gaudeo: quādo sanū gaudeo. Cetera vō huius vite tanto magis flenda sūt: quanto minus flef in eis. Ecce veritatē dilexisti: qȝ qui facit eā venit ad lucē. Et tibi quidē dñe quid esset occultū in me: etiā si nollez cōfiteri tibi. Te enī absconderē mihi nō me tibi. Nūc autē qȝ gemitus meus testis est displicere me mihi. tu refulges et places et ameris et desideraris: vt erubescā de me: et abijciam me atqȝ eligam te. et nec mihi nec tibi placeaȝ nisi de te. Cū enim malus sum nihil aliud est cōfiteri tibi: qȝ displicere mihi. Cū vero pius nihil aliud est confiteri tibi: qȝ hoc non tribuere mihi. quoniā tu dñe benedicis iustuȝ: sed prius eū iustificas impiū. Quid mihi cū hominib⁹ vt audiant cōfessiones meas: quasi ipsi sanaturi sint languores meos. Curiosum genus ad cognoscendam vitā alienā desidiosum ad corrigendā suā. Quid a me querūt audire quis sim: q a te nolūt audire qui sint. Et qd est a te audire de se nisi cognoscere se. Quo igif fructu id volūt. An cōgratulari mihi mihi cupiunt: cū audierint qȝtum tardet pōdere meo. Indicabo me talibus. Amet in me fraternus aius. qd amandum doces. et doleat qd dolendū doces. aius inqȝ nō extraneus. s. filiorū alienoȝ. quorū os locutum est vanitatem. et c. sed fraternus. s. qui cū approbat me: gaudet de me. cū autē improbat me dolet de me. qȝ siue improbet me siue approbet: diligit me. Indicabo me talibus. Respirent in bonis meis. suspiret in malis meis. Bona mea instituta tua sunt et dona tua. mala mea delicta mea sunt et iudicia tua. Respirent in illis: suspirent in his hymnusqȝ et fletus ascendāt in cōspectū tuū de fraternis cordibus thuribulis tuis. Tu autē dñe nō deserēs cepta tua consumma imperfecta mea.

De Primo gradu contemplationis per creaturas visibiles. C. LXXVIII.

Excussisti domine cor meū et amaui te. Sed et celum et terra et oīa que in eis sunt. ecce vndiqȝ mihi dicūt vt amem te. Nec dicere cessant omnibus diebus vt sint inexcusabiles. Quid autez amo cum te amo. Non corporis speciem. nō dulcem cantilenā. nō aromatū suauitatē. vel aliquid huiusmodi. et tamē amo quandam lucē: vocē: odorem: cibū: amplexū interioris hoīs mei vbi fulget aīe qd nō capit locus. vbi sonat qd nō rapit tps. vbi olet qd nō spargit flatus. vbi sapit qd nō minuit edacitas. vbi heret qd nō diuellit satietas. hoc est qd amo cū deū meū amo. Et qd est hoc. Interrogaui terrā et dixit. Nō sum. Et oīa q in ea sunt idē cōfessa sunt. Interrogaui celū et luminaria ei⁹. et dixi oib⁹ q circūstant fores carnis mee. Dicite mihi de deo qd vos nō estis: dicite mihi de eo aliqd. Et exclamauerūt voce magna: ipse fecit nos. Interrogatio mea: intentio mea: responsio eoȝ: spēs eoȝ. Et direxi me ad me. et dixi mihi. Tu quis es: et rndi hō. Et ecce in me psto sūt et corpus et aīa vnū exteri⁹ aliud interius. sed melius quod interius. Renunciant quippe nuncij corporales presidenti rationi. et iudicāti de respōsione celi et terre dicentiū: Nō sum⁹ deus sed ipse fecit nos. Ego itaqȝ interior hō cognoui hec p exterioris ministeriū. i. p sensus corporis mei. Nunquid ergo oibus quib⁹ integer est sensus apparet hec spēs. Cur autē nō oib⁹ eadē loquif. aīalia quidē pusilla et magna vidēte. nec tū interrogare valent. nō enī ppósita est in eis sensib⁹ nūciantib⁹ iudex rō. hoīes aūt pñt interrogare: vt inuisibilia dei p ea q facta sunt intellecta conspiciant. sȝ amore subdunf eis. et subditi iudicare nō pñt. nec illa ridet interrogātib⁹ nisi iudicātib⁹. Et vox qdē eoȝ. i. spēs eoȝ oib⁹ loquif. sed illi soli intelligūt: q eā foris acceptā intus cū veritate conferūt. Dicit enī veritas: non est deus celum et terra: neqȝ omne corpus: quia moles est minor in parte qȝ in toto. Jam tu melior es o aīa: qȝ tu vegetas molē corporis tui: prebēs ei vitā: qd nullū corp⁹ pstat corpori Deus autē tuus etiā tibi vita est. Per ipsum igif animā meam ad illum ascendam.

De [illegible] gradib⁹ p aīe vires. C. LXXIX.

Transibo [illegible] vim meā qua corpori hereo et vitaliter cōpagē eius repleo. [illegible] equis et mulis. Trāsibo et illā q carnē meā sensificat: qȝ et ipsa cōis est bestijs. et ecce venio in campos et lata pretoria memorie mee: vbi sūt thesauri innumerabiliū imaginū de huiuscemodi rebus sensib⁹ inuectarū. quas et ipsas abigo a facie recordationis mee: donec enubilef qd volo. atqȝ in cōspectū pdeat ex abditis. Ibi mihi celū et terra presto sunt cū oib⁹ q sentire in eis potui preter illa q oblitus sum. Ibi mihi et ipse occurro: meqȝ recolo quid qñ et vbi egerim. et quō cū agerē affect⁹ fuerim. Ibi sunt oīa q sive experta a me siue credita memini. Ex eadē copia etiā silitudines rerum vel expertarū: vel ex eis quas nō expertus sum creditarū alias atqȝ alias et ipse contexo. preteritis et ex his etiam futuras actiones. et euentura et species. et hec oīa quasi presentia meditor. Hic sunt et illa oīa que de doctrinis liberalibus percepta nondū exciderūt: quasi remota interiore loco. nec eorū imagines: sed res ipsas gero. Nam cū audio tria genera questionū. An sit. quid sit. quale sit. sonorum quidē quibus hec verba cōfecta sunt imagines teneo: et eos p auras cum strepitu transisse: ac non iam esse scio. Res vō ipsas: que illis significanf sonis: neqȝ vllo sensu corporis attigi: neqȝ vspiam vidi preter animū meū. Et in memoria mea recondidi nō imagines earum: sed ipsas. Que vnde et qua ad memoriā meam intrauerint nescio. Nā et tum ea didici. nō credidi alieno cordi: sed in meo recognoui: et vera esse approbaui. et cōmēdaui ei tanqȝ reponēs vnde pferrē qñ vellē. Quocirca nihil est aliud ea discere quoȝ nō p sensus haurim⁹ imagines. sed sicuti sunt sine imaginib⁹ p se ipsa intus cernim⁹: nisi ea q passim atqȝ indispósita memoria continebat. cogitādo quasi colligere atqȝ animaduertēdo curare: vt tanqȝ ad manū posita in ipsa memoria vbi sparsa prius et neglecta latitabāt. iam familiari intentione facile occurrant. Item continet memoriā numeroȝ dimensionūqȝ rationes et leges innumerabiles. quarū nullam corporis sensus impressit: quia nec ipse colorate sunt. nec sonant. nec olent. nec gustate. nec contrectate sunt. Affectiones quoqȝ animi mei eadē memoria continet. nō in modico quo eas habet anim⁹ cū patif: sed lōge alio. sicut sese habet vis memorie. Nam et letatū me fuisse reminiscor non letus. et tristitiam meā preteritā recordor non tristis. Nunquid memoria quasi vēter est animi. letitia vō atqȝ tristitia quasi cibus dulcis et amarus cū memorie cōmendanf: quasi traiecta in ventrē recondi illuc possunt: sapere non possunt. Ecce igif in memorie mee campis et antris et cauernis innumerabiliter plenis innumerabiliū rerū generibus. siue per imagines sicut omniū corporū: siue per presentiam sicut artiū: siue nescio p qȝ notiones vel notationes. sicut affectiones anime. que et cū animus nō patif memoria tenet. cū in animo sit quicqd est in memoria p hec oīa discurro atqȝ volito hac illac: penetro etiā quantū possum: et finis nusquā. Tanta est vis memorie in hoīe viuente mortaliter. Trāsibo igif ad hanc vim meā: q memoria vocaf p animū meū ascendens ad te: qui desup mihi maneo. Habent enī memoriam pecora et aues. alioquin nō cubilia nidosve repeterent. non alia multa quib⁹ assuescūt. neqȝ enī assuescere valēt vllis rebus nisi per memoriam.

Qualiter Per memoriam experif deus vel vita beata. C. LXXX.

Sed vbi inueniā te vere bonā et securā suauitas. Si pter memoriā te inuenio tui sū immemor. Et quō iā inueniā te: si memor tui nō sim. pdiderat enī mlier dragmā. et qsiuit eā cū lucerna. et nisi memor eēt ei⁹: nō inuenisset eā. Cū enim esset inuenta: vnde sciret vtrum ipsa esset si immemor ei⁹ esset.

Quid cum ipsa memoria perdit aliq̄d sicut fit cum obliuiscimur et querimus vt recordemur. vbi tandē querimus: nisi in ipsa memoria: ⁊ si aliq̄d pro alio offeratur respuimus. donec illud occurrat qḋ querimus. ⁊ cū occurrerit dicimus: hoc est. Obliti ergo fueramus: nec totū exciderat: sed ex parte qua tenebaẗ: pars alia querebatur. quia sentiebat se memoria nō simul voluere qḋ simul solebat. ⁊ q̄si detruncata cōsuetudine claudicans. reddi quod deerat flagitabat. Quomodo ergo quero te dn̄e. cū enim te quero vitam beatā quero ⁊ quomodo eam quero. Utrū per recordationē tanq̄ꝫ eam oblitus sim. oblitumq̄ꝫ me esse adhuc teneā. an per appetitū discendi incognitā siue q̄ꝫ nunq̄ꝫ scierim: siue quam sic oblitus fuerim: vt me nec oblitum esse meminerim. Nonne ipsa est beata vita quam oēs volunt: ⁊ oīno nolit nemo est. Ubi ergo nouerūt eā vt amarent. Nimirū habem⁹ eam nescio in qua notitia. de qua satago vtrū in memoria sit. quia si ibi est iam beati fuimus aliq̄n. Nunq̄d si meminim⁹ eam sicut meminit carthaginē qui vidit. Non ita. Nō enim videẗ beata vita oculis: q̄ꝫ nō est corpus. Nunquid sicut meminimus numeros. Non. Qui enim os habet in notitia. nō adhuc querit adipisci. Nunq̄d sic meminimus gaudiū fortasse ita. Nam gaudiū meū etiam tristis memini: sicut vitā beatam miser. neq̄ꝫ nunq̄ꝫ corporis sensu gaudiū meū vel vidi vel audiui: sed expertus sum in aīo meo. Quoniā igitur gaudiū res est: quā se expertū non esse nemo potest dicere. ideo reperta in memoria recognosciẗ. quando beate vite nomen auditur. sed absit dn̄e: vt si quocūq̄ꝫ gaudio gaudeā: beatū me putem. Est enim gaudiū qḋ nō datur impijs sed eis qui gratis colunt te. quorū gaudiū tu es: ⁊ ipsa ⁊ beata vita gaudere ad te de te: propter te. Qui aūt aliud sectanẗ gaudiū nō ipsum verū. ab aliqua tamen imagine gaudij voluntas earū nō recedit. Omnes igitur beati esse volunt. Sed quia caro concupiscit aduersus spiritū: ⁊ spiritus aduersus carnem: vt nō faciant quod volunt. cadunt in id qḋ valent. eoq̄ꝫ contēti sunt. quia illud quod nō valent non tantū volunt quantū sat est vt valeant. Nam beata vita est gaudiū de veritate. hoc gaudiū oēs volunt. malunt enim de veritate: q̄ꝫ de falsitate gaudere. Itaq̄ꝫ multos expertus sum. qui fallere vellent. qui autem falli: neminem. Amant igitur oēs veritatē: nec amarent: nisi aliqua notitia eius esset in memoria eorum. Cur ergo nō de illa gaudent. cur nō beati sunt quia fortius occupantur in alijs que potius eos miseros faciūt: q̄ꝫ illud beatos qḋ tenuiter meminerūt. Adhuc enim modicū lumen est in hoībus: ambulent. ambulent ne tenebre eos comprehendant.

Cq Quia beata est gaudiū de veritate sola. C. LXXXI.

Ur autem veritas parit odiuꝫ: ⁊ inimicus eius fact⁹ est homo tuus predicans veritatē. cū ameẗ beata vita q̄ nō est nisi gaudium de veritate. nisi q̄ꝫ sic amatur veritas: vt quicunq̄ꝫ aliud amant. hoc qḋ amant velint esse veritatē. ⁊ q̄ꝫ falli nollēt: nolunt cōuinci q̄ falsi sint. Itaq̄ꝫ ꝓpter eā rē oderūt veritatē: quā pro veritate amant. amant eā lucentē. oderunt eā redarguentē: q̄ꝫ enī falli nolunt: ⁊ fallere volunt. amant eā cū se ipsa indicat. ⁊ oderūt eam cum seipsos indicat. Inde retribuit eis: vt q̄ se ab ea manifestari nolunt. eos nolētes ipsa manifestet: ⁊ eis propterea nō sit manifesta. Sic sic ꝯ̄ animus humanus languidus ⁊ cecus: turpis ⁊ indecens latere vult. se autē vt lateat aliq̄d nō vult. ecōtra illi reddiẗ. vt ⁊ ipse nō lateat veritatē: ⁊ ipsuꝫ lateat veritas. Tamē etiā sic dum miser est. veris mauult gaudere q̄ꝫ falsis. Beatus ergo erit: si nulla interpellante molestia. de ipsa per quā vera sunt oīa: sola veritate gaudebit. Ubi ergo veritas te inueni: vt discerē te. Neq̄ꝫ enim iam eras in memoria mea priusq̄ꝫ te discerē. Ubi ergo inueni: vt discerē te nisi in te supra me. Et nusq̄ꝫ locus ⁊ recedimus ⁊ accedimus: ⁊ nusq̄ꝫ locus. Ueritas vbiq̄ꝫ presides oīb⁹ cōsulentibus te. simulq̄ꝫ respondes oibus etiaꝫ diuersa cōsulētibus. liquide tu respondes. sed non liquide oēs audiunt. Oēs vnde volunt cōsulunt: sed nō semꝑ qḋ volunt audiunt. Optimus minister tuus est: q̄ nō magis intueẗ. hoc a te audire qḋ ipse voluerit: sed potius hoc velle qḋ audierit. Sero te amaui pulchritudo tam antiq̄ ⁊ tam noua. ⁊ ecce intus eras: ⁊ ego foris. ⁊ ibi te querebā. ⁊ in ista formosa que fecisti deformis irruebā. Mecuꝫ eras: ⁊ tecū nō erā. ea me tenebāt longe a te. q̄ si in te non essent: non essent. Uocasti ⁊ clamasti: ⁊ rupisti surditatē meam. Choruscasti ⁊ splenduisti: ⁊ fugasti cecitatē meā. Flagrasti ⁊ duxi spiritū ⁊ anhelo tibi. Gustaui ⁊ esurio ⁊ sitio. Tetigisti me ⁊ exarsi in pacē tuam. Cū inhesero tibi ex oī me: nusq̄ꝫ erit mihi labor ⁊ dolor: ⁊ viua erit vita mea tota plena te. Nunc aūt quem tu imples subleuas eū q̄ꝫ te plenus nō sum oneri mihi sum. Cōtendunt letitie mee flende cū letandis merorib⁹. ⁊ ex q̄ parte stet victoria nescio.

C De Temptationibus huius vite: ⁊ primo de concupiscentia carnis. C. LXXXII.

Eu mihi domine miserere mei. ecce vulnera mea nō abscōdo. Medicus es: eger sum. tu misericors es: miser sum. Nūquid non temptatio vita est humana sup terrā. Quis velit molestias ⁊ difficultates. Tollerari iubes ea: nō amari. Nemo qḋ tollerat amat: etiā si tollerare amat. Quis enī gaudeat se tollerare: mauult nō eē qḋ tolleret. Prospera in aduersis desidero: aduersa in ꝓsperis timeo. Quis inter hec medius locus: vbi non sit humane vite tētatio. Ue ꝓsperitatib⁹ seculi. semel ⁊ iterū a timore aduersitatis: ⁊ a corruptione letitie. Ue aduersitatib⁹ seculi: semel ⁊ iterū ⁊ tertio: a desiderio ꝓsperitatis. Et q̄ꝫ ipsa aduersitas dura ē ⁊ ne frāgat tollerātiā. nūquid nō tētatio est vita humana sup terrā sine vllo interstitio. Et tota spes mea: nō nisi in magna mīa tua. Da qḋ iubes ⁊ iube qḋ vis. Imperas nobis ꝯtinentiā. Et cū scirem (ait quidā) q̄ꝫ nemo potest eē ꝯtinēs: nisi deus det. ⁊ hoc ipm erat sapientie scire cui⁹ eēt h̄ donū. Per ꝯtinentiā quippe colligimur ⁊ redigimur in vnū: a quo in multa defluxim⁹. Min⁹ enī te amat: q̄ tecū aliquid amat: qḋ nō ꝓpter te amat. O amor qui semꝑ ardes: ⁊ nunq̄ꝫ extingueris. charitas deus meus accēde me. Iubes certe vt ꝯtineā a ꝯcupiscētia carnis: a cōcupiscētia oculoꝝ: ⁊ ambitione seculi. Iussisti a cōcubitu. ⁊ q̄ꝫ dedisti factū est. Sed adhuc viuūt in memoria mea taliū rerum imagines: q̄s ibi cōsuetudo mea fixit. ⁊ occursantur mihi vigilanti quidē carētes virib⁹. In somnio aūt nō solū vsq̄ꝫ ad delectationē: sed etiā vsq̄ꝫ ad cōsensionē. factūq̄ꝫ simillimū falsa visa persuadēt: qḋ vera vigilanti nō pñt similimū. Et vbi est tūc rō qua talib⁹ suggestionib⁹ resisto vigilans. Sepe etiā in somnis resistim⁹ nostriq̄ꝫ ꝓpositi memores: atq̄ꝫ ī eo castissime ꝑmanētes: nullū talib⁹ illecebris adhibem⁹ assensuꝫ. Et tñ tantū interest vt cū aliẗ accidit: euigilātes ad ꝯsciētie requiē redeam⁹: ipsaq̄ꝫ distātia repiamus nos nō fecisse. qḋ tñ in nobis quoquomodo factū eē doleam⁹. Augebis dn̄e magis magisq̄ꝫ in me munera tua: vt aīa mea sequaẗ me ad te ꝯcupiscētie visco expedita: vt nō sit rebellis sibi: atq̄ꝫ in somnis non solū ꝑpetret tales corruptelas ꝑ imagines aīales vsq̄ꝫ ad carnis fluxū: sꝫ ne ꝯsentiat q̄dē. Exulto igiẗ cū tremore in eo qḋ donasti mihi: lugēs ī eo q̄ incōsūmat⁹ sū: sperās ꝑfecturū te ī me mīas tuas vsq̄ꝫ ad pacē plenariā: quā tecū habebūt interiora ⁊ exteriora mea: cū absorpta fuerit mors.

C De Gule voluptatibus. C. LXXXIII.

St et alia malitia diei: q̄ vtinā sufficiat ei. Reficimus enī quotidianas ruinas corporis edendo ⁊ bibēdo: pri⁹ q̄ꝫ escas ⁊ vētrē destruas. cū occideris indigentiā saturitate mirifica: ⁊ corruptibile hoc indueris incorruptione sempiterna. Hoc autem me docuisti: vt quemadmodū medicamēta: sic alimēta sumpturus accedā. Sed dū ad quietē satietatis ex indigētie molestia transeo: in ipso transitu mihi insidiaẗ laqueus ꝯcupiscētie. Ipse enī trāsit⁹ voluptas est. ⁊ nō est alius qua transeaẗ: quo transire cogit necessitas. Et cū salus sit causa edendi ⁊ bibēdi: adiūgit se tanq̄ꝫ pedissequa periculosa iocunditas. ⁊ plerūq̄ꝫ preire conaẗ: vt ei⁹ causa fiat qḋ causa salutis me facere vel dico vel volo. Nec idē modus vtriusq̄ꝫ est. Nā quod saluti satis est: delectationi parū est. Et sepe incertū fit vtrū adhuc necessaria corporis cura subsidiū petat. an voluptaria cupiditatis fallacia ministeriū suppetat. Ad hoc incertum infelix hilarescit anima. ⁊ in eo preparat excusationis patrocinium. gaudens nō apparere: quod satis sit moderationi valitudinis: vt obtentu salutis obumbret negociū voluptatis. His tētationibus quotidie conor resistere: ⁊ ad te refero estus meos: quia consilium mihi de hac re nondū stat. Audiam vocē iubentis dn̄i mei. nō grauentur corda vestra in crapula ⁊ ebrietate. Ebrietas longe est a me: miserberis ne appropinquet mihi. Crapula nōnunq̄ꝫ surrepit seruo tuo. misereberis vt longe fiat a me. Nemo enī potest esse continēs: nisi tu des. Audiui Apostolum dicentem. Omnia possum in eo qui me ꝯfortat. Conforta me dn̄e vt possim. da quod iubes. iube quod vis. Iste se accepisse confiteẗ. ⁊ q̄ gloriaẗ in dn̄o gloriatur. Audiui alium rogantem vt acciperet. Aufer a me inquit ventris concupiscētias. Unde apparet sancte deus meus te dare: cū fit quod imperas fieri. Docuisti me pater bone. omnia munda mundis. sed malū esse homini: qui per offensionē manducat. ⁊ omnē creaturam tuam bonam esse. nihil abiciendū quod cū gratiarū actione percipiẗ. ⁊ q̄ mā ducat nō mādūcantē non iudicet. ⁊ qui non manducat manducantem nō spernat. Didici hec. gratias tibi deo meo magistro meo pulsatori aurium mearū illustratori cordis mei. Quoniam certo conuers

cōcupiscentiam edendi ⁊ bibendi. nō enim est quod semel precidere ⁊ vltra nō attingere decernā. sicut de cōcubitu potui. Itaq3 freni gutturis tēporata relaxatione ⁊ cōstrictiōe tenendi sunt. Quis autē est dñe qui nō rapiat aliquātulū extra metas necessitatis. quisq̄s est magnus est. magnificet nomē tuū. Ego autē nō sum: qꝛ homo peccator sum: sed ⁊ ego magnifico nomē tuū. ⁊ interpellat te pro peccatis meis: q̄ vicit seculū numerās me īter īfirma mēbra corporis sui. qꝛ iperfectū eius viderūt oculi tui. ⁊ in libro tuo oēs scribent̄.

De Illecebris odoratus ⁊ auditus. C. LXXXIIII.

De illecebra odorū nō nimis satago: cū absunt nō requiro. cū assunt nō respicio. paratus eis etiā semp carere. Ita mihi videor. forsitan fallor. Sūt enī iste plangēde tenebre in q̄bus me latet facultas mea que in me est. vt aīus meus de viribus suis ipse se interrogans nō facile sibi credendum existimet. qꝛ ⁊ quod inest plerumq3 occultū est: nisi experientia manifestet̄. Et nemo securus esse debet in hac vita que tota tentatio est. Qui fieri potuit ex deteriori melior. nō fiat etiā ex meliore deterior. Una spes: vna fiducia: vna firma promissio: misericordia tua. Uoluptates auriū me tenacius implicauerāt: ⁊ subiugauerāt. sed resoluisti ⁊ liberasti me. Nunc in sonis quos animāt eloquia tua: cū suaui voce cantant̄ ⁊ artificiosa. fateor aliquantulū acquiesco nō quidē vt hereā: sed vt surgā cū volo. At tñ cū ipsis sentētijs q̄bus viuunt vt admittantur ad me querunt in corde meo nōnullius dignitatis locū: ⁊ vix eis p̄beo cōgruentem. Aliquādo enim plus eis mihi videor tribuere honoris q̄3 decet. dum ipsis dictis sanctis religiosius ⁊ ardentius sentio moueri aīos nostros in flāmā pietatis cū ita cantant̄. q̄3 si nō ita cantarentur: ⁊ oēs affectus spūs nostri pro suaui diuersitate habere proprios modos in voce. ⁊ cantu. quoꝝ nescio qua familiaritate occulta excitat̄. Sed delectatio carnis mee cui mentē eneruandā dari non oportet sepe me fallit. dum rationi sensus nō ita comitatur: vt patienter sit posterior sed tantū quia propter illā meruit admitti: etiam precurrere ac ducere conat̄. Ita in his pecco nō sentiens: ⁊ postea sentio. aliquando autē hanc fallaciam immoderatius cauens. Erro nimia seueritate vt melos omne cantilenarū suauiū quibus dauiticū psalterium frequentatur. ab auribus meis velim remoueri. ⁊ ipsius ecclesie. tutiusq3 videt̄ mihi quod de alexandrino episcopo Athanasio sepe mihi dictū est. qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorē psalmi: vt pronūciāti vicinior esset q̄ canenti. Ita fluctuo inter periculū voluptatis ⁊ experimentū salubritatis. magisq3 adducor cantādi cōsuetudinē approbare in ecclesia: vt per oblectamenta aurium infirmior aīus in affectū pietatis assurgat. Tamen cū mihi accidit vt me amplius cantus q̄ res que cantat̄ moueat: penaliter me peccare cōfiteor. ⁊ tunc mallem nō audire cantantē. Ecce vbi sum: flete mecū: ⁊ pro me flete. qui aliquid boni vobiscū intus agitis. vnde facta procedunt. Nam qui nō agitis nō vos hec mouent. Tu autem domine miserere: ⁊ sana me: in cuius oculis mihi questio factus sum: ⁊ ipse est languor meus.

De Oculoꝝ voluptate. C. LXXXV.

Restat voluptas oculorū carnis. Pulchras formas et varias: virides ⁊ amenos colores amant oculi. Nec teneāt hec animā meam. teneat eam deus meus: qui hec fecit bona valde. Sed ipse est bonū meū non hec. Ipsa regina coloꝝ lux illa oīa perfundēs. insinuat se ita vehemēter. vt si repente subtrahatur cū desiderio requiratur. ⁊ si diu absit cōtristat animū. O lux quā videbat Tobias cū clausis oculis istis docebat filiū viā vite. Una est: ⁊ alia nō est: ⁊ vnū omnes qui vidēt ⁊ amant eam. At ista corporalis: illecebrosa ⁊ periculosa dulcedine condit vitā cecis amatoribus. Qui autē ⁊ de ipsa laudare te volunt deus creator oīum. assumunt eam in hymno tuo nō absumantur ab ea in somno suo. Sic esse cupio resisto seductionibus oculoꝝ: ne implicentur pedes mei quibus ingredior viam tuā. ⁊ erigo ad te inuisibiles oculos: vt euellas de laqueo pedes meos. Tu subinde euellis eos. nam illaqueantur. Tu non cessas euellere: ego autem crebro inhereo vbiq3 sparsis insidijs: quia neq3 dormies neq3 dormitabis q̄ custodis israel. Quā innumerabilia: varijs artibus ⁊ opificijs in vestibus. calciamētis vasis ⁊ huiuscemodi fabricationibus. picturis etiā diuersisq3 figmentis atq3 his vsum necessariū atq3 moderatū ⁊ piam significationē longe trāsgredientibus. addiderunt hoīes ad illecebras occuloꝝ. foras sequentes quod faciūt intus relinquentes a quo facti sunt: ⁊ exterminātes quod facti sunt. At ego domine deus meus ⁊ decus meū. etiā hinc dico tibi hymnū: ⁊ sacrifico laudē sanctificatori meo. quoniam pulchra traiecta per animas in manus artificiosas ab illa pulchritudine veniunt: que est sup aīas: cui suspirat aīa mea die ac nocte. Sed pulchritudinū exterioꝝ operatores ⁊ sectatores inde trahunt approbādi modū nō autē inde trahūt vtēdi modū. ⁊ ibi est ⁊ nō vidēt eū: vt nō eant lōgius: ⁊ fortitudinē suā ad te custodiāt. nec eā spargāt in deliciosas lassitudines. Ego autē hec loquēs ⁊ discernens etiā in illis pulchris gressū innecto. sed tu euellis dñe: qm̄ mīa tua ante oculos meos est. Nā ego capior miserabiliter: ⁊ tu euellis misericorditer aliqñ nō sentientē: qꝛ suspensus incideram aliqñ cum dolore: quia iam inheseram.

De Curiositate. C. LXXXVI.

Huc accedit alia forma tentationis multiplicius periculosa. Preter concupiscentiā carnis q̄ est in delectatione oīuꝫ sensuū: inest aīe p eosdem corporis sensus quedā se nō oblectādi in carne. sed experiendi p carnē vana ⁊ curiosa cupiditas. noīe cognitionis ⁊ sciētie palliata. q̄(qꝛ in appetitu noscēdi est: oculi autē sunt ad noscēdū in sensib9 p̄cipes) cōcupiscētia oculoꝝ eloquio diuino appellat̄. Ex hoc autē euidentius discernit̄ quid voluptatis: q̄d curiositatis agat̄ p sensus: q2 voluptas pulchra: canora: suauia: sapida ⁊ leuia sectat̄. Curiositas autē etiā his ꝯtraria causa tētandi: nō ad subeundū molestiā: sed experiendi noscēdiq3 libidine. Quid enī voluptatis habet videre in laniato cadauere: q̄d exhorreas. ⁊ tñ sicubi iacet concurrūt vt ꝯtristent̄ vt palleant. Timēt etiā ne in somnis hoc videant: q̄si quisquā eos vigilātes videre coegerit. aut pulchritudinis fama vel peritie. Ita ⁊ in ceteris sensibus q̄ psequi lōgū est. Ex hoc morbo cupiditatis in spectaculis exhibentur queq3 miracula. Hinc ad pscrutāda occulta nature: q̄ preter nos est operata pcedit̄. q̄ scire nihil pdest: ⁊ nihil aliud q̄ scire hoīes cupiūt. Hinc etiā si quid eodē pu̇erse sciētie fine p magicas artes querit̄. Hinc etiā in ipsa religione deus tētat̄: cū signa ⁊ pdigia multa flagitāt̄. nō ad aliquā salutē: sed ad solā experientiā desiderata. Sane me iam theatra nō rapiūt: nec curo nosse trāsitus syderū. Uerūtñ inq̄ā multis minutis rebus curiositas nostra quotidie labat̄: quis enumeret. Quotiens narrātes inania primo q̄si tolleram9: ne offēdam9 infirmos. deinde paulatim libēter aduertim9. canē currētē post leporē iam nō specto cū in circo fit. At vo in agro si casu transeam auertit me fortassis ab aliqua magna cogitatione: atq3 ad se conuertit illa venatio non deuiare cogēs corpore iumēti. sed cordis inclinatione. ⁊ nisi iam mihi demonstrata infirmitate mea cito āmoneas. aut ex ipsa visione p aliquā ꝯsiderationē in te assurgere: aut totū cōtemnere aut trāsire: vanus hebesco. Quid cum me domi sedentē stellio muscas captās: vel aranea retib9 suis irruentes implicās: sepe intentū facit. Num quia parua sunt aīalia: ideo nō res eadē agit̄. Pergo inde ad laudandū te creatorē mirificū: atq3 ordinatorē oīuꝫ rerū. sed nō inde intēt9 esse incipio. Aliud est cito surgere: aliud nō cadere. Cūq3 hmōi rerū ceptaculū sit cor nostrū: ⁊ portet copiose vanitatis catervas. hinc et orōnes nre sepe interrūpunt̄ atq3 turbāt̄: ⁊ ante ꝯspectū tuū dū ad aures tuas voce cordis intēdim9. nescio vñ irruētib9 nugatorijs cogitationib9 res tanta pscidit̄.

De Uano appetitu fauoris ⁊ laudis. C. LXXXVII.

Nunquid domine qui solus sine typho dominaris quia solus verus dñs es: q̄ nō habes dñm. nūquid hoc tentationis gen9 cessabit a me in hac vita timeri ⁊ amari velle ab hoīb9. nō propter aliud: sed vt inde sit gaudiū q̄d nō est gaudiū. misera vita est: ⁊ feda iactantia. hinc fit vel maxime nō amare te nec caste timere te. ideoq3 supbis resistis: humilib9 autē das gratiā: nobis quia propter quedam humane societatis officia necessariū est amari ⁊ timeri ab hominibus instat aduersarius vere beatitudinis nostre. vbiq3 spargēs in laqueis euge euge. vt dū auide colligimus incaute capiamur. ⁊ a veritate tua gaudiū nostrū deponētes in hominū fallacia ponamus. ⁊ libeat nos amari ⁊ timeri. nō propter te: sed pro te. peruersa via atq3 distorta imitari te. Ceterū qui laudari vult ab hominibus vituperāte te nō defendet̄ ab hoīb9 iudicante te nec eripietur damnāte te. Cum autē non laudatur peccator in desiderijs anime sue. laudatur homo propter aliquod donū quod dedisti ei. At ille plus gaudet sibi laudari se: q̄3 ipsum donū vnde laudatur habere. etiam iste te vituperante laudatur. ⁊ melior iam ille qui laudauit: q̄3 ille qui laudatus est. Illi enim placuit in homine donū dei. huic autē magis placuit donum hominis q̄3 dei. Tentamur his dñe quotidie. Quotidiana fornax nostra est humana lingua. Et qñ qualiscūq3 in alijs tentationū generibus mihi facultas explorandi me. in hoc pene nulla est. Nam ⁊ a voluptatibus carnis: ⁊ a curiositate superuacua cognoscendi. video quantū assecutus sim posse

frenare alium meum cum eis rebus careo: vel volūtate: vel cum absunt. Tunc enim me interrogo q̄ magis minusve mihi molestum sit non habere. laude vero vt careamus: atq; in eo experiamur quid possumus. nunquid male viuendum est. et tam perdite atq; immaniter. vt nemo nos nouerit qui non detestetur. que maior dementia dici potest. At si bone vite ꝛ bonorum operum comes. ꝛ solet ꝛ debet esse laudatio. tam comitatum eius q̄ ipsam bonā vitam deseri non oportet. non autē sentio sine quo esse. aut equo animo aut egre possimus nisi cum absuerit.

¶ Adhuc de appetitu laudis. C. LXXXVIII.

Ecce inter veritas video nō me laudibus meis propter me. sed propter proximi vtilitatem moueri oportere. et vtrum ita sit nescio. obsecro te deus meus. ꝛ meipsum mihi indica. vt cōfitear oraturis pro me fratribus meis quod in me saucium reperero. Interim me diligentius interrogem si vtilitate proximi moueor in laudibus meis. cur minus moueor. si quispiam alius iniuste vituperet q̄ si ego. cum vtraq; contumelia eadē iniquitate coram me iactatur. An ꝛ hoc nescio: etiam ne id restat. vt nō faciam veritatem corā te in corde meo ꝛ in lingua mea ꝛ seducam meipsum. insaniā hanc domine longe fac a me. ne oleum peccatoris mihi sit os meum. ad impinguandum caput meum. Egenus et pauper ego sum. et melior in occulto gemitu displicens. et querens misericordiam tuam donec reficiatur defectus meus. ꝛ perficiatur vsq; in pacem quā nescit arrogātis oculus. Sermo autē ore procedēs: ꝛ facta que innotescūt hoib⁹: habēt temptationē piculosissimā ab amore laudis. qui ad priuatā quandā excellentiā cōtrahit emēdicata suffragia tentat etiā cū a me in me arguitur: eo ipso quo arguit. Et sepe homo de ipso vane glorie cōtemptu vanius gloriatur. Ideo non iam de ipso contemptu vane glorie gloriatur. non enim eam contemnit cum gloriatur intus. Etiam intus est aliud in eodem genere tentationis malum quo inanescunt qui sibi placent de se q̄uis aliis vel nō placeat vel displiceāt. nec placere affectāt ceteris. sed sibi placētes multū sibi displicēt. nō tm̄ de nō bonis: q̄si bonis: s; ēt de bonis tuis quasi suis aut et sicut de tuis s; tanq̄ ex meritis suis aut ēt sicut ex tua gratia nō tā socialit gaudētes s; alijs inuidētes. In his oib⁹ ꝓ culis vulnera mea dn̄e magis subinde a te sanari q̄ mihi nō īfligi sentio.

¶ De Contemplatione vere lucis ꝛ beneficio incarnationis. C. LXXXIX.

Tu es lux permanēs: quā de oibus ɔsulebā. an essent quid essent quanti pendēda essent. ꝛ audiebā docentē ac iubentē. Et sepe illud facio: hoc me delectat ꝛ ab actiōibus necessitatis quantū relaxari possum ad illā voluptatē refugio. Nec in his oib⁹ que percurro cōsulēs te. inuenio tutū aie mee locū nisi in te. quo colligantur sparsa mea. nec a te quicq̄ recedat ex me. ꝛ aliq̄n intromittis me in affectū multū in vsitatū introrsus. at nescio quā dulcedinem. que si perficiatur in me nescio quid erit. qd vita ista nō erit. Sed recido in hec erūnosis ponderibus: ꝛ resorbeor solitis ꝛ teneor: ꝛ multū fleo. Sed multū teneor tantū cōsuetudinis sarcina digna est hic esse valeo nec volo. illic volo nec valeo: miser vtrobiq;. Ideoq; cōsideraui languores peccatorum meorū in cupiditate triplici. ꝛ dexterā tuā inuocaui ad salutē meā. Vidi enim splendorē tuū corde saucio: ꝛ repercussus dixi Quis illuc potest: proiect⁹ sum a facie oculorum tuorum. Tu es veritas sup oīa presidens. At ego per auariciā meā non amittere te volui. sed volui tecū possidere mendaciū. sicut nemo vult ita falsum dicere vt nesciat ipse quid verū sit itaq; amisi te q2 nō dignaris cum mendacio possideri. Quē ergo inuenirē qui me recōciliaret tibi. Mediator inter te ꝛ hoies oportuit vt aliqd haberet simile tibi. aliquid sile hoibus ne in vtroq; silis hoibus longe esset a deo. aut in vtroq; similis deo longe esset ab hoibus atq; ita mediator nō eēt. hic est quē secreta tua misericordia demōstrasti humilib⁹: ꝛ misisti vt eius exēplo etiā ipsam discerēt humilitatē. Hic iter mortales peccatores ꝛ mortalis ꝛ iustus apparuit. mortalis cū hoibus: ꝛ iustus cū deo. Vt q2 stipendiū iusticie vita est ꝛ pax. per iusticiā cōiunctam deo euacueret mortē iustificatorum impiorum. quā cū illis voluit habere cōem. Hic demonstratus est antiqs sanctis: vt ipsi ita ꝑ fidē future passionis eius. sicut nos per fidē preterite salui fierent. Quō nos amasti pater bone. q̄ filio tuo vnico nō pepercisti. sed pro nobis impijs tradidisti eum. pro nobis tibi factus est victor ꝛ victima. ꝛ ideo victor quia victima pro nobis tibi sacerdos ꝛ sacrificiū: ꝛ ideo sacerdos quia sacrificium faciēs tibi nos de seruis filios de te nascēdo: nobis seruiendo. Merito mihi spes valida in isto est: quia sanabis oēs meos languores per eum qui sedet ad dexteram tuam ꝛ te pro nobis interpellat alioquin desperarē. multi enim ꝛ magni sūt eidē languores: sed amplior est tua medicina. Potuimus putare quod verbū tuū remotū eēt a diūctione hoīs: ꝛ desperare de nobis nisi caro fieret: ꝛ habitaret in nobis. Iste tuus vnicus: in quo sūt oēs thesauri sapiētie ꝛ sciētie abscōditi: redemit me sanguine suo. Non calumnientur mihi superbi: q2 cogito preciū meū. ꝛ māduco: ꝛ bibo: ꝛ erogo: ꝛ pauper cupio saturari ex eo inter eos q̄ edūt, ꝛ saturantur. ꝛ laudabunt dn̄m qui requirunt eum.

¶ Q. Ad beatā vitā [illegible] amor ordinat⁹. C. XC.

Omnes beatē viuē volum⁹. Beat⁹ at neq; ille ē: q̄ nō ht qd amat q̄ cūq; ht neq; q̄ ht qd amat si noxiū sit. neq; q̄ nō amat qd amandū est cū sit optimū. Nā ꝛ q̄ appetit qd adipisci nō potest cruciatur. ꝛ q̄ adept⁹ est qd adipiscēdū nō eēt fallitur. ꝛ q̄ nō appetit qd adipiscendū esset egrotat. Restat ergo quartū vbi beata vita inueniri queat. cū id qd est hoīs optimū: ꝛ amatur ꝛ habetur. Quid est ergo hoīs optimū. Tale debet esse qd nō amittat inuit⁹. Virtus certe animā facit optimā ꝛ procul dubio aliqd aīa sequitur vt virtutē assequatur. Hoc ergo erit aut ipsa aīa: aut virtus: aut aliud quid. At si seipsam: stultū quid sequitur. stulta est enī ante adeptā virtutē. ꝛ si sequitur stultā: eandē stultitiam quā vitat assequitur. Si autē virtutē qd sequitur id qd non est aut quō assequi cupit qd habet. aut igitur virt⁹ est preter animā. aut aliquid aliud sequitur aīa: quo virtutis ꝛ sapiētie compos fit. Hautē aut homo sapiēs erit: aut deus. Sed iam dictū est tale quid esse debere quod inuiti nequeam⁹ amittere. Quis vō dubitet hominē sapientē: si eū sequi satis putauerim⁹: auferri nobis posse. Deus igitur regit. quē si sequimur bene. si autē assequimur beate viuim⁹. sed quō sequimur qd nō videm⁹ aut quō videm⁹ q̄ hoīes (?) [illegible] sum⁹ q̄ enī mens cū stultitie nube obtegatur: illā lucē valeat vel etiā conetur haurire: hactenus potuit ratio pduci. Versabatur nō eni veritate certior: sed cōsuetudine securior in reb⁹ humanis. At vbi ad diuina puentū est auertit se non potest intueri [illegible] luce veritatis ad familiaritatē tenebrarū suarū: nō electione: sed fatigatione conuertitur. q̄ hic formidandū: ne maiorē hinc cōcipiat aīa imbecillitatē: nisi quietē fessa conquirit. Ergo refugere in tenebrosa cupiētib⁹ diuina dispensatione nobis ista auctoritatis opacitas occurrat. ꝛ mirabilib⁹ rerū vocibusq; librorum velut signis: tēperationibus veritatis: vmbrisq; blandiatur. Itaq; vere religionis fide ꝓcepti seruatis. non deseram⁹ viā: quā nobis deus ꝛ patriarcharū segregatione ꝛ legis vinculo: ꝛ prophetarū presagio: ꝛ suscepti hoīs sacramento: ꝛ apostolorum testimonio: ꝛ sanguine martyrū: ꝛ gentiū occupatione muniuit. nostrasq; ratiunculas diuinis submittamus affatibus. Audiamus ergo quem finem bonorum nobis christe preferibas. nec dubiū q̄n is sit finis: quo nos sūmo amore tēdē iubes. Diliges inquit dominū deum tuū ex toto corde tuo: ꝛ ex tota anima tua. ꝛ proximū tuū sicut ꝛc̄. Vellem videre quid posset esse amplius. Quid ad hec Paulus. Scimus inquit quia diligētibus deum oīa co in bonum. dicat etiam dilectionis modum. Quis nos inquit separabit a charitate christi: tribulationes an angustie ꝛ cet. Dilectio igitur in deum redit: qua se illi homo non componere sed supponere affectat. quod quanto fecerit instantius: tanto erit beatior ꝛ sublimior. ꝛ illo domināte liberi erimus fietq; ꝑ charitatē: ꝛ conformemur deo. ꝛ circūcisi ab hoc mūdo nō ɔfundamur cū his que nobis debent esse subiecta.

¶ Q. Virtus nihil aliud sit q̄ amor dei [illegible]. C. XCI.

Eniq; si virtus ad beatā vitā nos ducit nihil virtutē eē affirmauerim: nisi sūmū amorē dei. Nam ꝛ illud qd virt⁹ quadripartita dicitur ex ipsius amore vario quodā affectu dicitur. Est enī temperātia amor integrum se prebens ei qd amatur. Fortitudo est amor facile tollerans omnia ꝑpter id quod amatur. Iustitia amor soli amato seruiens: ꝛ ideo recte domināns. Prudentia amor ea quibus adiuuatur ab eis quibus impeditur sagaciter eligēs. Sed hunc amorē nō cuiuslibet: sed dei esse diximus. i. sūmi boni. sūme sapientie. sūme concordie. Est enī charitas simplex ꝛ pura: que spūsancto inspirata perducit ad filium: per quē pater cognoscitur. Omne igitur officiū temperantie est exuere veterem hominē ꝛ in deo renouari: id est cōtemnere illecebras omnes corporeas: laudēq; popularem. totūq; amorē ad diuina cōferre: ne subiciat se hō per peccata his rebus: q̄ sibi per recte facta diuina lege subiecta sūt. Quid est enī aliud falsis bonis illudi atq; decipi: q̄ seipso inferiora miranda ꝛ appetenda arbitrari. Habet igitur vir temperans in his rebus mortalibus vite regulam vtroq; testamento firmatā: vt eorum nihil diligat. nihil per se appetendū putet. sed ad vite hu [illegible]

ficiorũ necessitatẽ quantũ satis est vsurpet. vtentis modestia: non amantis affectu. De fortitudine autẽ nõ multa dicenda sunt. amor nanq3 ille de quo loquimur. quem tota sanctitate inflãmatũ oportet esse in deũ in nõ appetẽdis istis tẽperans in amittẽdis fortis vocat. Sed inter hec oĩa que in hac vita possident. corpus grauissimuz vinculũ est iustissimis dei legib⁹ propter antiquũ peccatuz. quo nihil est ad predicandũ notius nihil ad intelligendũ secretius. Hoc ergo vinculũ ne cõcutiat atq3 vexet laboris ⁊ doloris. ne autẽ auferatur atq3 perimat mortis terrore aĩaz quatit. Amat enim illud vi cõsuetudinis nõ intelligẽs si eo bene atq3 sciẽter vtat. resurrectionem reformationẽq3 ei⁹ ope ⁊ lege diuina sine vlla molestia iuri suo subditã fore. Sed cũ hoc amore totũ in deũ cõuerterit. his cognitis nõ solũ mortẽ cõtemnet: sed etiã desiderabit. sed restat cũ dolore magno cõflictio nihil tñ est tam durũ atq3 ferreũ qđ non amoris igne vincat. quo cũ se aĩa rapiet in deũ. super oẽs carnuficinã libera ⁊ admirãda volitabat pennis pulcherrimis ⁊ integerrimis. q̃bus ad dei amplexũ amor castus innitit. Ad exemplũ autẽ nobis cõsiderãduz est amatores auri vel laudis vel feminarũ q̃z fortes sunt in pferẽdo pro eo qđ diligũt. cũ ille nõ amor: sed ɔgruẽtius cupiditas vocetur: in q̃bus apparet quãtus sit ipetus animi ad ea q̃ diligit cursu flexo per inania queq3 tendentis. Argumẽtoq3 nobis est q̃z sint oĩa pferẽda ne deseramus deũ si tanta ille ne deserãt amata pferant. Merito cõmemorãdus est sanct⁹ Job: in cuius vocib⁹ satis elucet. quam n pendẽda sunt ista que cũ volũt hoĩes per dominationẽ tenere. et ab his potius per cupiditatẽ tenent. ⁊ rerũ mortaliũ serui fiũt dum imperite dñi esse desiderãt. Amissis enim ille oĩbus repẽte diuitiis tam inconcussum aĩum tenuit ⁊ infixũ deo: vt satis nõ illas sibi magnas fuisse ostẽderet: sed se illis. sibi autẽ deũ: quo aĩo si eẽ possent nostri tẽporis hoĩes. nõ magnopere. m. n. t. ab illorũ possessione phiberemur vt pfecti essemus. Multo enim miserabili⁹ est nõ inherere istis q̃tis possideas. q̃z ea oĩno nõ possidere. Justitie vero congruit vt deo quẽ diligit libẽtissime seruiat. ceteraq3 oĩa pti sibi subiecta regat. ptim subijciẽda p̃sumat. Nec de prudẽtia diuti⁹ disserẽdũ ẽ ad quã. dinoscẽtia ptinet appetẽdoꝝ ⁊ vitãdoꝝ. q̃ si desit: nihil hoꝝ q̃ dicta sũt effici põt. hui⁹ excubiaꝝ vigilia ẽ ne surrepẽte paulatim mala suasiõe fallamur. Qui enĩ spernit modica paulatim mala suasiõe fallamur. Qui enĩ spernit modica paulatĩ deficit.

De Bipartita dilectione. C. XCII.

Uid amplius de morib⁹ disputẽ. Si deus est summũ bonũ hoĩs: nihil aliud est hominẽ bene viuere: q̃z toto corde: tota aĩa: tota mente deũ diligere: a quo existit. vt incorrupt⁹ in eo amor custodiat. qđ est tẽperãtie. nullis frãgat incõmodis: qđ est fortitudinis. nullis alijs seruiat: qđ est iustitie. vigilet in discernẽdis reb⁹ ne fallacia surrepat: qđ est prudẽtie. Hec est hoĩs vna pfectio: q̃ sola ipetrat vt veritate pfruat. hoc nobis vtroq3 testamẽto consciat. Nõ põt aũt seipz nõ diligere q̃ deũ diligit. imo ille solus se diligit q̃ deũ diligit qui [illegible] agit. vt summo bono pfruat. Qđ aũt agis tecũ agẽdũ est cũ proximo. s. vt ad id bonũ ad qđ ipse tendis eũ adducas. Illud enim est vnũ bonũ qđ oĩb⁹ tecũ tendẽtib⁹ nõ fit angustũ. Ex q. s. dilectiõe primi nascunt officia societatis humane: in q̃bus nõ errare difficile est. Duob⁹ enĩ modis peccat in hoĩe. vno si ledat. alio si cũ põt nõ adiuuet. Cumq3 homo sit aĩa rõnalis mortali vtens corpore. partim corpori: partim aĩe benefacit qui primũ diligit. ad corpus ptinet medicina ad aĩaz disciplina. Medicinã voco quicq̃d corporis instaurat vel tuet salutem: vt est cibus: potus: regimẽ: ⁊ tectũ: ⁊ hmõi. Disciplina vero illa que animi medicina est in duo distribuit. s. cohibitionẽ ⁊ instructionẽ. Cohibitio timore: instructio amore perficit. eius dico cui per disciplinã subuenit. Nam qui subuenit nihil boni habet nisi amare. In his duob⁹ dñs testamentis duobus discipline nobis regulam dedit. In veteri enim timor preualet: in nouo amor. Qđ ibi seruit⁹ hic libertas ab apostolis predicat. Merito igit o ecclesia catholica nõ solũ ipsum cuius adeptio vita beata est pure colenduz predicas cui soli aĩa rationalis coherẽdo nõ misera est secludẽs omne quod factũ est qđ subditũ tẽpori. neq3 confundens qđ eternitas: qđ veritas. qđ pax distinguit: neq3 separãs qđ maiestas vna cõiungit. sed etiã proximi charitate ita cõplecteris. vt varioꝝ morborũ q̃bus pro peccatis suis aĩe egrotãt. oĩa apud te medicina ppolleat.

De Reb⁹ fruẽdis ⁊ vtẽdis: ⁊ de diligẽdis. C. XCIII

vel diffidentiā reseruata nec de recōditis auaritie thesauris impeditur: sed que de fructu opis proprij et pio sudore profertur. Et duplici gratia decoratur: quia et perfectā nuditatē christi vniuersarum rerum suarum abiectione possideat: et munificentiā diuitis labore suo exhibeat et effectu. Hic quidē honorat deū de suis iustis laboribus: et delibat ei de fructibus iustitie sue ille vero ocij torpore resolutus et inertia. indignum se esse etiā cibo pauis apostoli probat sententia: dū contra eius. s. interdictū ocio suo eū nō sine reatu peccati cōtumacieque presumit. Nec merebitur incorruptionis vestimēto ornari: quisquis somno ocij vel accidie soporatus nō industrie sue labore sed inertie panis in copiā operiri maluerit: quos abscidēs de plenitudie scripturarum nō vestimētū decoris: sed ignominiosum excusatiōis valamē sue coaptauit ignauie. Solēt enim hac segnicie dissoluti: nolētes ope manuū suarum sustētari: qd apostolus indesinēter exercuit: vel nobis exercere precepit: quibusdā veri testimonijs scripturarum quibus inertie sue velamē imponant: dicētes scriptum esse: Operamini nō cibū qui perit. Et meus cibus est: vt faciā voluntatē patris. In desiderijs est omnis ociosus: et ad extremū multa mala docuit ociositas. Nec est apud egyptū ab antiquis patribus sancta sententia: operantē monachū demone vno pulsari. ociosum vero innumeris spiritibus deuastari. Denique abbas paulus probatissimus pater cū in heremo vastiore cōsistēs: que porphyrion nūcupatur: palmarum fructibus et horto modico securus haberet sufficientē alimonie substātiam: nec posset aliquid aliud vnde sustētaretur operis exercere: eo quod ab oppidis vel habitabili terra septem mansionibus separetur: vel eo amplius deserti illius habitatio. plusque exposceret pro mercede vecture quam valere posset precium operis desudari: collectis palmarum folijs quotidianū pensum velut exinde sustētādus a semetipso iugiter exigebat. Cūque ope totius anni antrum eius fuisset impletū: supposito igne cōcremabat: intantū probās sine ope manuum: nec in loco posse monachū perdurare: nec ad perfectiōis culmē aliquando cōscēdere: vt cū hoc fieri nequaquam necessitas victus exigeret: pro sola purgatiōe cordis et cogitationū soliditate: ac perseuerātia celle: vel accidie ipsius victoria et expurgatiōe perficeret. Cū incipiēs in heremo cōmorari abbati moysi omnium sanctorum summo dixissem me egritudine accidie cōfectū ad abbatē paulū primus cucurrisse. ille te nō aut ab ea liberasti. sed magis ei deditū ac subditū prebuisti. Grauius enim te vt desertorē ac fugitiuū deinceps aduersarius impugnabit quē de cōflictu superatum primus aufugisse cōspexit.

De Inani gloria spūali et occulta. C. XXXVII.

Ex libro. xi. Septimū nobis certamē est contra spiritū cenodoxie multiformē atque subtilē. Tātoque est periciosior ad cōflictū quāto obscurior ad cauēdū. Que cū pro elatiōe carnali pulsauerit mentē: et fuerit cōflictiōis scuto repulsus priore habitu personaque mutata: sub virtutū specie victorē iugulare pertētat. Ex omni parte bellatori occurrēs: et in habitu et in forma in incessu. in voce. in opere. in vigilijs. in ieiunijs. in orōne in deuotiōe. in lectiōe. in sciētia. in taciturnitate. in obediētia. in humilitate vulnerare militē christi conatur. Nā cui sub specie succincte vestis ac nitide cenodoxiam nō poterit generare: in squalida et inculta conatur inserere. Quē nō potuit per honorē deijcere humilitate supplantāt. Quē sciētie et locutiōis ornatu nequiuit extollere: grauitate taciturnitatis elidit. Si ieiunet in palā: gloria vanitatis pulsatur sed si illud cōtemnēde glorie causa cōtexerit: eodē vitio elationis obtūditur. Ne vane glorie contagio maculetur. orōnes prolixius sub fratrum vitat celebrare cōspectu: et quia eas latēter exerceat. nō effugit aculeos vanitatis. Pulchre seniores naturā morbi huius in modū cepe bulborum describunt quo vno decorata tegmine alio rursum inueniuntur induta totiēsque reperiuntur obtecta quotiēs fuerit expoliata. In solitudinē quoque cūctorum mortaliū cōsortia glorie causa fugiētē persequi nō desistit quāto amplius quis vitauerit mūdū tāto eū acrius insequitur. Omnia vitia superata marcescūt: et vel in loco vel tempore minuuntur atque deferuēt seu certe a contrarijs virtutibus dissidētia vel cauentur facilius vel vitantur: hoc vero deiectū acrius resurgit ad luctā et cū putatur extinctū sua morte viuacius cōualescit. Nec loco nouit excludi nec extrinsecus materie subtracta marcescere. Pestis hec virtutibus inserta et aciei permixta: velut in nocte ceca dimicās atrocius inopinatos decipit et incautos. Ita namque ezechias vir in omnibus cōsummatē iustitie: quo internectiōem centūoctogintaquinque miliū de exercitu assyriorum angelo sub nocte testāte vna prece valuit impetrare: qui post mortis diē diuina sententia prefinitū. xv. annis vite metas excedere vna orōne promeruit: sole per decem gradus reuertēte. duplicatū diē vniuerso orbi contra fixas nature leges. prebuit: post tāta incredibilia signa: post tā immania documēta virtutum successibus suis elisus est: ita vt vniuersis virtutibus suis ac si nō fuissent obliuioni traditis: irā cōfestim diuinam suscepisset. nisi eam resumpta humilitate placasset.

De Vana gloria carnali et huius vitij remedio. C. XXXVIII.

Olet etiam insipientiū mētes: et eorum quā minus [illegible] sciētia precesserūt. aut propter sonū vocis extollere qd. s. modulatius psallant: aut quid parētes diuites aut nobiles habeāt: vel quia militiā honoresque contempserint. Interdū etiā dignitates et opes que forte nec apprehēdi quidē aliquādo potuissent persuadet quēpiā perfacile fuisse adeptum si perseuerasset in seculo: vana etiā spe de incertis inflans eū et de his que nunquam possedit velut qui ea contempserit gloria vanitatis extollēs. Nōnunquam clericatus gradū et desideriū presbyterij vel diaconatus immittit quē si vel inuitus fuisset adeptus: tāta expleturum sanctitate ac rigore depingit. vt ceteris quoque sacerdotibus prebere potuerit sanctitatis exempla: deinde multos nō solū cōuersationis forma verūetiā doctrina sua sermone quia lucraturum. Quapropter hec est antiquitus patrum sententia monachū fugere debē mulieres et episcopos: neuter enim eū sinit quē semel sue familiaritati deuinxerit: vel quieti celle vlterius operā dare vel diuine theorie purissimis oculis inherere. Hāc multiformē bestiā tali remedio poterimus euadere vt cogitātes quia dominus dissipabit ossa eorum qui hominibus placēt: primitus nihil manie glorie capiēde gratia nos facere permittamus. Deinde ea quē bono initio fecerimus obseruatiōe sibi custodire nitamur: ne laborum nostrorum fructus post irrepēs cenodoxie morbus euacuet. Et ea que nos pre inter ceteros notabiles reddēt ac veluti solis facientibus laus apud homines sit cōquirēda vitemus. Cōsideremus nō solū fructū laborū nostrorum nos penitus amissuros. quoscūque cenodoxie proposito fecerimus sed etiā reos magni criminis factos eterna supplicia velut sacrilegos soluturos: vtpote qui ad iniuriā dei opus qd eius obtētu nos oportuit agere hominum gratia malumus exercere ab eo: quod occultorum est cōscius homines deo: et gloriā mūdi glorie diuine pretulisse conuicti.

De superbia spūali qua tētantur perfecti. C. XXXIX.

Ex libro. xii. Octauū qd et extremū aduersum spiritū superbie nobis certamen est. Qui morbus sed vltimus sit in cōflictu: origine tamen et tempore primus est. Seuissima et superioribus cūctis immanior bestia perfectos maxime tētans. Omne namque vitiū suus est terminus et finis cōtentiū: et licet cōtristet alias quoque virtutes: contra vnā tamen principaliter tendit. Hec vero subtilissima. capta arte virtutū vniuersam funditus ciuitatē diruit. Et vt grauissime tyrānidis eius potētiam cognoscamus. angelus lucifer splendorē sapiētie et virtutū pulchritudinem qua ornabatur gratia cōditoris nature sue potētia nō illius beneficio se credidit obtinere: et ob hoc elatus infirmitatē proprie nature perculit: et beatitudinē qua dei munere fruebatur amisit. Hec fuit prima origo principalis morbi qui rursum per illū qui fuerat a se deiectus in prothoplastū serpēs: infirmitates omnium vitiorum et materias germinauit. O quātū est malū superbie: vt nō angelū: nō alias virtutes sibi contrarias: sed ipsum deū aduersariū habē mereatur. Huius laqueū poterimus euadē: si in singulis quibus sensermus nos virtutibus profecisse dixerimus nō ego sed gratia dei mecum. Patrū sententiam proferamus: qui viā perfectionis et qualitatē eius: non verborum iactātia depinxerūt: sed experimētis proprijs et exemplis certissimis tradiderūt. Eaque ad hanc fidē se potius peruenisse: quam laborū merito testabantur. quibus etiā hoc acquisita puritas cōferebat: vt magis magisque se deprimi peccatis agnoscerēt. Nec blandiētes sibi de inferiorum ac tepidorum negligētia sed contemplatione potius illorū quos vere peccato carere: atque in regno celorum iam eterna beatitudine perfrui nouerant humilitatē perpetuā cōquirebāt: atque ita cōsideratione hac et elationis ruinā declinabāt: et quo cōtenderēt: vel qd dolerēt semper inueniebāt. Igitur secundum traditiones eorum et sic ad eā festinare debemus ieiunijs. vigilijs. orationibus: contritioni cordis et corporis operā dantes: ne hoc omnia morbo hoc inflāte vacuemus. Quia nec patres nostri in gladio suo possederūt terrā. et bra. e. nō sal. e. sed dextera tua et brachium tuū et illuminatio vultus tui postremō vniuersa beneficia eius mente solicita gratulantes nō solū pro his ei gratias referamus quia vel rōnales nos cōdidit vel baptismi largitus est gratiam vel sciam legis cōcessit: sed etiā pro his que erga nos quotidiana eius prouidētia cōferuntur: quia .s. ab aduersariorum nos insidijs liberat: quia periculis nos etiā ignorantes protegit: quia a lapsu peccati communit quia adiuuat nos et illuminat quia pro negligētijs dilectisque nostris eius inspiratione latēter cōpungimur: quia ab eo nōnunquam etiā inuiti trahimur ad salutē. Postremo quia liberum arbitrium nostrum qd procliuius fertur ad vitia: et meliorē dirigit frugē. Hec est proprie erga deū humilitas: hec est patrū sincera fides. sine qua nec pietas in deū: nec purgatio vitiorum. nec emēdatio morum nec virtutū cōsummatio poterit apprehēdi. Hec de spūali superbia qua diximus perfectos quosque pulsari dixisse sufficiat. Qd genus nō multis expertum est. quia nec plures studēt perfectā cordis apprehēde

re puritatē: vt ad hos plurimorū gradus valeāt puenire.

¶ [illegible] C. XL.

Eterorum nos

qui adhuc terrene substantie [illegible] noluti nequaq̄ hoc modo tentare dignat: sȝ crassiore ꝛ carnali elatiōe supplantat. Hec igit cū tepido ac male arrepto renūciationis pncipio: in monachi resederit mēte: paruū inobedientē eū reddit ꝛ aspex equalē fratrib⁹ fieri cōmunēq̄ȝ non sinit spoliari etiā terrenis opib⁹ nō cōcedit. Et cū renūciatio nihil aliud ē q̄ȝ q̄ quotidie credat se esse moritur ecōtrario facit eū vitā sparare lōgeuā. Sup hec initia male fundata necesse est vt vniuersa deinceps vitiorū structura ꝯsurgat. Nec vnq̄ȝ pōt ī corde suo humilitatē christi suscipe: cū sibi vel de natalū nobilitate gloriat: vel inflat de seculi q̄ȝ corpore nō mēte deseruit dignitate: vel de pecunie ad ruinam suā retētis extollit. Ne ipsam quidē auribus suis doctrinā pfectionis admittit: tantūq̄ȝ cōcrescit in corde eius spūalis verbi fastidiū vt cū forte talis fuerit aborta collatio vno in loco stare nesciat eius obtutus sȝ huc illucq̄ȝ stupidus circūferat. Pro sputis aūt salinaribus spurca de sicco gutture cōtrahunt. digiti ludūt: ꝛ in modū quidem scribētis volitāt atq̄ȝ depingūt ꝛ ita huc atq̄ȝ illuc mēbra commouent: vt se vel scatētib⁹ vermib⁹ vel acutissimis sudib⁹ credat insidere. ꝛ quicq̄d simplex collatio ad edificationē ptulerit audiētiū ad suā sugillationē estimet esse platū totoq̄ȝ corpe quo spūalis vite examinatio ventilat: suis suspicionib⁹ occupat⁹ nō quid exinde ad pfectū suū cape debeat aucupet: sed causas cur vnūq̄dq̄ȝ sit dictū sollicita mēte pquirit: vel q̄d eis obiicere possit. Et ita fit vt nō solū in nullo ei pficiat collatio spūalis verūetiā damnosa magis existat. Dū enim ꝯscia sua totū suspicat ꝯtra se esse platū: vehemētiore cordis obstinatiōe durat. ireq̄ȝ stimulis acrius instigat. Deinde post hec excelsa vox. sermo rigidus. amara ꝛ turbulēta respōsio: incessus erectus ac mobilis. lingua facilis. pcax loq̄la nec vnq̄ȝ taciturnitas amica nisi cū ꝯtra frēm rancorē in corde suo cōceperit. ita vt quid in eo detestabilius sit haud facile cernat vtrū diffusa illa petulansq̄ȝ letitia. an dira hec virulētaq̄ȝ serietas. Et cū ipse timore possessus facile cūctis tristitias inferat: atq̄ȝ ad satisfactionē lesi fratris semetipm submittere dedignet: etiā ab illo sibi oblatā cōtemnit. His igit indicijs carnalis ista supbia declarat. Inest in loquela eius clamor. ī taciturnitate amaritudo. excelsus ꝛ effusus in letitia risus irrōnabilis in serietate tristitia: in rñsione rancor: facilitas in sermōe: expers patiētie est: charitas aliena. audax ad ꝯtumelias irrogādas ad tollerādas pusillanimis. ad obediēdū difficilis. nisi in quo eā desideriū suum voluntasq̄ȝ puenerit. Nullo enim mō poterit in aīa nostra virtutum structura ꝯsurgere: nisi prius iacta fuerint vere humilitatis fundamēta. Qđ nullatenus poterimus implere: nisi abrenunciatio vera facultatū in nobis fuerit christi amore fundata. deīde obediētie subiectio simplici corde suscepta ita vt pter abbatis mādatū: nulla penitus volūtas viuat in nobis. Qđ nō aliter obseruari poterit: nisi quis nō solū se mortuū mūdo: verūetiā insipientē iudicauerit ac stultum vniuersa que sibi fuerint a seniorib⁹ imperata. sine vlla discussione pficiens. sacrosancta ea credēs ac diuinit⁹ pmulgata. In qua cōsistentib⁹ equalitate pculdubio status ille humilitatis vere trāquillus subsequit: vt nosipsos inferiores oīb⁹ iudicātes: vniuersa que nobis irrogata fuerint. iniuriosa vel tristi tanq̄ȝ a superiorib⁹ nr̄is illata: patiētissime toleremus. Deniq̄ȝ eandē humilitatē erga deū ferētissime retēremus: vt nihil nos absq̄ȝ illius opitulatiōe vel gratia posse pficere cognoscamus.

¶ [illegible] de puritate cordis C. XLI.

Dem in libro. x.

collatio pma. Cum heremo [illegible] abbatē moysen expetissem⁹: pariterq̄ȝ ab eo edificatōis sermonē fusis lachrymis posceremus: quippe cuius animi rigorē būc noueram⁹: vt nisi fideliter desiderātib⁹ ꝛ cū omni cordis cōtritione querētib⁹: nequaq̄ȝ acquiesceret ianuā pfectionis aperire. s. indignis ꝛ fastidiose suscipiētibus pandēo: aut iactātie vitium aut pditionis crimē videret incurrere: tandē fatigatus precibus nostris ita exorsus est. Oēs inquit arte ꝛ discipline scopon quēdam. i. destinationē. ꝛ telos. i. finē propriū hūt ad quē respiciens vniuscuiusq̄ȝ artis industrius appetitor. cūctos labores ꝛ pericula atq̄ȝ dispēdia equanimiter libenterq̄ȝ sustētant. Finis quidē nostre pfessionis ꝛ regnū dei: scopos puritas est cordis. Que si pre oculis nr̄is iugiter statuta fuerit: nō solū cūctos labores nostros varios atq̄ȝ instabiles reddet: sed etiā cogitatōes diuersas sibi ꝯtrarias suscitabit. Necesse est enim mentē. quo recurrat cuive pncipaliter inhereat nō habentem: p singula momenta pro incursuū varietate mutari: atq̄ȝ ex his que extrinsecus accidūt: in illū statum cōtinuo trāsformari q̄ sibi primus occurrerit. Hinc namq̄ȝ est q̄ nōnullos mūdi huius maximas facultates ꝛ prediorū magnificentiam contemnētes post hoc videmus pro scalpello: pro grafio pro acu pro calamo commoueri. Nonnulli tanto zelo codicē seruant: vt eum ne leuiter quidem legi vel contingi ab aliquo sinant: ꝛ inde occasiones impatientie ac mortis incurrunt. vnde monent stipēdia patiētie ꝛ charitatis acquirere. Cumq̄ȝ oēs diuitias suas pro christi amore dispersernt: pristinū tñ cordis affectum in rebus minimis retētantes ꝛ pro ipsis nonnunq̄ȝ mobiliter irascētes ex omnibus infructuosi sterilesq̄ȝ reddunt. Si [illegible] paulus in [illegible] C[illegible] bat. pfectionem non statim nuditate seu dignitatū abiectione ꝯtingi: nisi fuerit charitas illa cuius aplūs membra describit: in veritate possessa: que in sola cordis puritate cōsistit. Nam quid est aliud nō emulari: non inflari. non irritari: ꝛ reliqua. nisi cor pfectum ꝛ mūdissimum deo semp offerre: ꝛ vacuum illud a cūctis pturbationib⁹ custodire. Oīa igit huius gratia gerenda appetendaq̄ȝ sunt nobis: p hac solitudo sectanda est: pro hac ieiunia ꝛ vigilias labores debere nos suscipere nouerimus. Et nō pp has obseruationes: si forte non potuerimus implere. incidamus in tristitiam vel iram siue indignationē: nō enim tm̄ est lucrū ieiunij quantū ire dispendiū: nec tantum lectione capit fructus quantū ꝯtemptu fratris incurrit detrimēti. Ea igit que sequētia sunt. i. ieiunia: vigilie ꝛc. pp pncipalē scopon. i. puritatē cordis qđ est charitas nos cōuenit exercere: ꝛ nō pp illa hanc principalē virtutē pturbare qua in nobis integre durāte nihil oberit si aliq̄d eorū p necessitatē fuerit ptermissum. Nec pderit vniuersa fecisse adēpta hac principali causa: cuius obtentu sunt oīa peragēda: que nō pfectio sed pfectionis instrumēta sunt. Quicq̄d igit pōt istam mētis puritatē tranquillitatēq̄ȝ turbare: q̄ȝuis vtile ac necessariū videat: vt noxium deuitandum est.

¶ De Cōtemplatione diuinitatis. C. XLII.

Inherere quidem

deo iugiter: ꝛ contemplatiōi eius inseparabiliter copulari. impossibile ē homini carnis fragilitate circundato: verū oportet nos scire vbi nostre mētis intentionē debeamus hr̄e defixam: ꝛ ad quā destinationem semp aīe nr̄e reuocemus intuitū: quā cū potest obtinere mēs gaudeat ꝛ a qua distractā se doleat atq̄ȝ suspiret fornicationē iudicans vel momētaneū a christi contemplatione discessum: a quo cum deuiauerit paululū noster obtutus: rursus ad eū mētis aciem reuocemus. Cōtemplatio vō dei multipharie concipit. Nam deus non sola incomprehēsibilis illius substantie sue admiratione cognoscit qđ adhuc in spe repromissionis absconditū est sed etiā creaturarum suarū magnitudine vel equitatis sue consideratione: vel quotidiane dispēsationis auxilio prouidet: qñ. s. que cū sanctis suis p singulas generationes egerit mēte purissima plustramus: cū potentiam ipsi⁹ qua vniuersa gubernat moderat ac regit. cū immēsitatē scientie ei⁹ ꝛ oculū quē secreta cordium latere nō possunt: tremēte corde miramur cū arenam maris vndarūq̄ȝ numerū dimensum ei ꝛ cognitū cogitamus: cū pluuiarū guttas: cū seculorū dies ꝛ horas: cū preterita futuraue vniuersa: stupescētes sciētie eius assistere contemplamur cum ineffabilē clementiam eius consideramus qua innumera flagicia singulis quibusq̄ȝ momētis sub ipsius committunt aspectu. in defessa longanimitate sustentat: cū intuemur vocationē qua nos nullis pcedentibus meritis gratia sue miserationis asciuit: cum deniq̄ȝ quot occasiones salutis tribuit adoptandis: cū quodam admirationis intuemur excessu: q̄ ita nos nasci pcepit: vt ab ipsis cunabulis gratia nobis legisq̄ȝ sue notitia traderet: q̄ ipse aduersariū vincēs in nobis pro solo bone voluntatis assensu eterne beatitudine ac perpetuis nos pmijs muneratur: q̄ postremo dispensationē incarnatōis sue pro nostra salute suscepit: ac mirabilia mysteriorū suorū in cūctis gētibus dilatauit. Sunt alie quoq̄ȝ huiusmodi innumere contemplationes: que pro qualitate vite ac puritate cordis in nostris sensibus oriuntur: quibus deus vel videtur mundis obtutibus vel tenetur: quas perfecto nullus ppetuo retentabit: in quo adhuc aliq̄d carnalium viuit affectuum.

¶ De Purgatiōe mētis a cogitationib⁹ prauis. C. XLIII.

Entem quidem

non interpellari cogitationibus impossibile est: suscipere vō eas siue respuere omni studenti per grāz dei possibile est. Est inquātū nostrū magna ex parte vt cogitationū qualitas emēdet: vel sancte oriant in nobis: vel terrene carnalesq̄ȝ decrescant. Ideo namq̄ȝ frequens lectio ꝛ iugis adhibet meditatio scripturarū vt exinde nobis spiritalis memorie pro

beat occasio. Jcirco decātatio crebra psalmoꝝ et assidua nobis ex inde cōpunctio subministret. Jcirco vigiliaꝝ oratiōnūq; ac ieiuniorum sedulitas adhibeat: vt extenuata mens non terrena sapiat sed celestia cōtempletur. Quibus rursum negligētia irrepēte cessantibus necesse est vt mens vitioꝝ squalore cōcreta: in carnalē partē inclinet et corruat. Qd exercitiū cordis nō incōgrue molaꝝ similitudini comparat: quas meatus aquaꝝ preceps impetu rotāte ꝓuoluit que nullatenus quidē cessare possunt ab ope suo aquaꝝ impulsibus circūacte. Jn eius vo qui ꝑest situ est potestate: vtꝝ nam triticum mallt: an ordeum lolium ve comminui. Jllud quippe est ꝓculdubio commolendum: qd ingestū fuerit ab illo cui operis illius cura cōmissa est. Jta igit etiā mens ꝑ vite ꝑsentis incursus vndiq; ingruentib⁹ tentationum torrentibus circūacta: vacua quidē cogitationū estib⁹ esse nō poterit: quales vo vel admittere vel parare sibi debeat: studij ac diligētie sue ꝓuidebit industria: et sm sententiaꝫ domini saluatoris vbi fuerit thesaurus intentionis nostre: ibi et cor nostrum necessario permanebit.

De Triplici origine cogitationum. C. XLIIII.

Illud sane nosse debemus tria cogitationū nostraꝝ esse principia .i. ex deo. ex diabolo. et ex nobis. Ex deo quidē sunt: cum spūssancti illustratio nos visitat et in quib⁹ vel minus acquisiuimus: vel desidiose agētes superati sumus: salubri cōpunctione castigat: vel cū reserat nobis celestia sacramēta et ꝓpositum nostrū ad meliores actus voluntatēq; cōuertit. Ex diabolo vo cū subuertere nos cōat vitioꝝ oblectatione q; etiā occultis conat insidijs. trāsfigurās se in angelū lucis. Ex nobis aūt cū eoꝝ que gerim⁹ vel gessimus vel vidimus naturaliter recordamur. Hinc oporꝫ nos vniuersas cogitatiōes q̄ emergūt in corde nr̄o sagaci discretiōe discutere origines earū vel causas auctoresq; primitus indagātes: vt quales nos eis ꝑbere debeamus ex illoꝝ merito qui eas suggerunt cōsiderare possumus: vt efficiamur ꝓbabiles scdm ꝑceptuꝫ dn̄i trapezite: cuius sum̄a peritia est ꝓbare qd sit auruꝫ purissimū qd vel min⁹ purgatū de ereo quoq; viliq; denario: si ꝑciosiꝫ nūmisma sub colore seu indumēto auri fulgētis imitet et nō solū nūmismata tyrannoꝝ vultus exprimētia. sed etiā illa q̄ sunt veri regis imagine sꝫ nō legitime figurata discernere: deinde ne quid illis a legitimo pondere diminutū sit censura trutine diligēter inquirere. Diabolus eniꝫ decipit cū fuerit sub colore sanctitatis obtectus: odit aūt sonū caute le .i. discretionis vim. Jn quo etiā abbatē iohannē qui lico moratur nouimus nuꝑ illusum. Nam cū exhausto corpe atq; defecto perceptionē cibi biduano ieiunio distulisset: accedēte ei ad refectionē die postero veniēs diabol⁹ in figura ethyopis tetri pueri ad eius genua ꝓuolutus. Jndulge inquit mihi: q2 ego tibi hūc laborē indixi: itaq; vir ille tantus intellexit se calliditate diaboli tali se distentū ieiunio vt lassitudinē nō necessariā. imo etiā spiritui nocituā fatigato corpori supponeret. Erit ergo hec q̄dripartita mō nobis necessaria discretio vt primū nos materia auri veri fucati ve nō lateat. Secūdo vt has cogitationes que mētiunt opa pietatis tanq̄ adulterina nummismata reprobem⁹ exꝑore q̄ fucatam imaginē regis non legitime sculptam cōtineant: vel illa q̄ in auro purissimo scripturaꝝ vitioso et heretico sensu nō veri regis sed tyrāni ꝑferūt vultū: sibi discernētes refutare possim⁹: siue illa quoꝝ pondus ac ꝑciuꝫ erugo vanitatis arrodēs exagio senioꝝ nō sunt adeq̄ri vt nūmismata leuis atq; diminuta minusq; pēsantia recusemus. Jtaq; btūs moyses collationi nr̄e dans finē. adhuc nos auidos ac de suo ore pendētes degustare somnū paulisper hortatus est: easdē ipis quibus insidebamus psiatijs admonens incubare.

De Jndiscretis ꝑsumptione quozūdā. C. XLV

Ex libro secundo. Jn crastino a nobis vero requisitus hec ait. Oīum virtutū generatrix custos moderatrix discretio est. Recolite id qd nuꝑ vidistis senē videlꝫ heronem illusione diaboli a summis ad ima deiectū. Nā. Lannis in hac heremo cōmoratus. tāto rigore ieiuniū semꝑ exercuit et solitudis secreta sectatus est: vt ab eo pticipationē ineundi cū fraternitate cōuiuij nec veneratio quidē die paschal aliq̄n potuerit obtinere: ne quātulacūq; pceptione parui leguminis a suo videret ꝓposito relaxasse. Qua ꝑsumptione deceptus angelū sathane velut angelū lucis suscipiens eius ꝑcepto obediēs ac dispōsitione eius nō dubitans: qui eūꝫ pro merito virtutū ac laboꝝ suoꝝ nequaq̄ posse firmauerat vlli iaꝫ discrimini subiacere: cui⁹ rei fidē vt expimēto cōprobaret. in ꝓfundissimū puteū se deiecit: magnū. s. virtutis sue meritū ꝓbaturus: cū inde exisset illesus. De quo cū post eximde exanguis ingēti fratꝝ labore fuisset extractus: vitā die tertia finiturus: qd his deteri⁹ ē: ita in sue deceptiōis obstinatiōe ꝑmāsit: vt ei ne expimēto q̄dē mortis sue ꝑsuaderi potuerit q̄ demonū calliditate fuisset delusus. Hic igitur quo pacto: quave rōne post tātos labores ab insidiatore delusus grauissimo lapsu corruēs. cūctos in hac heremo ɔstitutos luctuoso dolore ꝑcussit. Nōne q2 minus discrete: sine diffinitiōn h⁹ regi q̄ cōsilijs fratꝝ et institutis maioꝝ obedire maluit. Qm̄ obrem ꝑ meritis laboꝝ et annoꝝ tantoꝝ numerositate qua in heremo perdurauit. Hoc miseratione ab his qui eius compatiebant exitio vix ab abbate pafuncio potuit obtineri: vt non inter biothanatos reputatus etiam memoria et oblatione pausantium iudicaret indignus. Quid etiam de illo commemorē qui dum longo tempore in angeli claritate demonem suscepit et reuelationibus eius innumeris sepe decept⁹: credidit internuncium esse iustitie: etiam ꝑ omnes noctes in cella eius lumen absq; vllius lucerne ꝑbebat officio. Ad extremum iubetur a demone vt deo filium suū qui cū eo pariter in monasterio cōmanebat offerret vt. s. hoc sacrificio abrahe patriarche meritis adequaretur. parricidiū ꝑfecisset opere: nisi eū videns puer cultrū extra ɔsuetudinem ꝑparare acuēdo: et vincula quib⁹ eū velut oblaturus ad immolandū ɔstringere disponebat inquirere ꝑsagio sceleris futuri perterritus aufugisset.

Qm̄ ꝑ humilitatē veram acquirit discretio. C. XLVI

Vera discretio nō nisi vera humilitate cōquiritur. Cuius hec erit ꝑma ꝓbatio si vniuersa nō solum que agēda sunt sꝫ etiā que cogitant referuent senioꝝ examini. Nullaten⁹ eniꝫ decipi poterit quisq; si nō suo iudicio sed maioꝝ viuit exemplo: et serpens teterrimus velut tenebrosa ac subterraneo specu: virtute cōfessionis protractus ad lucem: et traductus quodammodo ac dehonestatus abscedit. Deniq; intantum deo placita hec sententia cōprobat: vt pueꝝ samueleꝫ iudicio ꝑelectum suo nollet per semetipsum erudire sed recurrere semel et iteꝝ pateret ad senem etiam qui offenderat deum vt et illius qui ad diuinū mysterium vocabat probaret humilitas: et iunioribus forma subiectionis huius ꝑponeret exemplo. Paulum quoq; per semetipm vocans et alloquens christus cū posset ei viam ꝑfectionis reserare confestim dirigere ad ananiā maluit: eumq; illius potius doctrina q̄ sua censent institui ne qd recte gestum fuisset in paulo posteris malum ꝑsumptionis ꝑberet exemplum: dum vnusquisq; sibimet ꝑsuaderet: simili modo se quoq; debere dei solius magisterio ac doctrina potius q̄ senioꝝ institutiōe formari. Quis ergo tam ꝑsumptor et cecus sit qui se suo audebat iudicio discretioniq; committere: cum et vas electionē indiguisse se coapostoloꝝ suoꝝ collatione testet. Unde probat nulli a dn̄o viaꝫ ꝑfectionis ostendi. qui habens vnde valeat erudiri: doctrinaꝫ seniorum vel instituta contempserit parui pendens illud. Jnterroga patrem tuum et annunciabit tibi. seniores tuos et dicent tibi. Omni igitur conatu debet discretionis bonum virtute humilitatis acquiri: que nos illesos ab vtraq; potest nimietate seruare. Ad vnum finem nimietas ieiunij ac voracitas pueniit eodemq; dispendio vigiliaruꝫ immoderata continuato: monachum quo somni grauissimi torpor inuoluit. Quapropter inter vtrasq; nimietates discretione moderāte gaudendum est. Etenim nonnulli me frequenter ita appetitū cibi penitus respuisse: vt duobus diebus ac tribus refectione dilatā. nec memoria quidem vllius edulij meam interpellauerit mentē. Et rursum ita somnū ab oculis meis diaboli impugnatione ſubtractū: vt plures dies ac nocte paululū quid somni meis oculis a dn̄o ꝑcarer ifundi. grauiusq; me periclitatū somni cibiq; fastidio q̄ sopore et castrimargie colluctatione persensi.

De discreta refectione corꝑis moderandē. C. XLVII.

Itaq; sicut festinandū nobis est ne experitu corporee voluptatis in dissolutionem noxiam labamur et ante ꝯstitutum tempus vel cibo indulgere vel modum eius excedere ꝑsumamus: ita est esce et somni refectio hora legitima etiam si horreat ingerenda. Utrūq; enim bellum aduersarij factione consurgit. et ꝑnitiosius: cōtinentia inmoderata quam satietas remissa supplantat. Ab hac nāq; ad mensuram discretionis intercedente salutari compūctione cōscendi potest: ab illa non potest. Jn vtraq; eniꝫ parte sustinebit maximum detrimentum: quisquis inequalitatem tenens nunc ventrē ieiunioꝝ auiditate constringit nunc escaꝝ nimietate distendit. vt enim mens cibi inanitate lassata: perdit orationū vigorem: dum carnis nimia lassitudine ꝑgrauata cōdormitare compellit. ita nimietate voracitatis oppressa emittere ad deum preces puras leuesq; non poterit: sed ne castimonie puritatem indirupta valebit iugitate seruare.

dum ei preterita cibi maceria ignem carnalis concupiscentie submi
nistrat. Nam qd̄ semel p escaꝝ abundantiam concretū fuerit in me
dullis necesse est egeri: atqꝫ ab ipsa nature lege propelli: que exube
rantiam cuiuslibet humoris superflui: velut noxiem atqꝫ sibi cōtra
riam in semetipsa residere non patitur. Ideoqꝫ rōnabili semp̄ et eq̄
li est corpus nostrum psimonia castigandū vt si naturali ac necessi
tate cōmorantes in carne omnimodis carere non possumus: saltem
rarius nos et non amplius q̄ trina vice ista collutione respersos to
tius anni cursus inueniat: quod tamen sine vllo prurito quiet⁹ ege
rat: sopor non fallax imago iudex occulte voluptatis eliciat. Quobrē
hec est temperata cōtinentie equalitas atqꝫ mēsurata que patꝝ quo
qꝫ iudicio cōprobaꝫ: vt quotidianam panis refectionem quotidiana
committeꝫ esuries in vno eodēqꝫ statu pariter aīam corpusqꝫ cōser
uās et ītātū hoc nō sine labore pficiꝫ: vt malint hi q̄ ꝑfectionē discre
tiōis ignorāt ēt biduo ꝓtelare ieiunia idqꝫ qd̄ hodie sumpturi fue
rant in crastinū reseruare: dummō ad refectionē puenētes desidera
ta satietate potiant. Qd̄ nuper beniamī ciuē nostrū tenuisse cogno
scitis: qui ne quotidie duo paximacia pciperes: equali castigatione
cōtinuam parcitatē iugiter retētaret maluit biduana semp̄ cōtinua
re ieiunia. dūmodo ad refectionē veniens duplicata mēsura repleꝫ
ventris ingluuiē. Qui obstinatione et pertinacia mētis sue. diffinitio
onibus potius ꝓprijs q̄ seniorꝫ traditionibus acquiescēs: relicta he
remo rursum ad vanitatē seculi deuolutus est. Pleriqꝫ districtiorē
abstinentiā se credētes tenere: totā refectionē ad vesperā differunt
quib⁹ stomachus exinde grauaꝫ vespere. Nā recens esce perceptio
tam in vespertinis q̄ in nocturnis orōnibus: tenuem leuēqꝫ sensuꝫ
nō sinit inueniri. Ideoqꝫ satis cōmodū et vtile hora nona refectiōis
tempus indultū est. in quo reficiens monach⁹: nō solū in nocturnis
vigilijs leuis ac vacuus. verūetiā in ipsis vespertinis solēnitatibus
digestio iam cibo aptissimus inuenieꝫ. Talibus nos sanctus moy
ses gemine institutionis epulis saginauit.

¶ Collatio Pafuncij de trina spē vocandis. C. XLVIII

X libro. iii. In nullo sanctoꝝ choro vidimus sanctū pafuncium qui pr[illegible]
ꝯgregationis. i. illius que in heremo scythi morabaꝫ fu
it. In qua ita vsqꝫ ad extremā durauit etatē: vt nunq̄ e
cella q̄ iunior ceperat habitare queqꝫ ab ecclesia milibus quinqꝫ di
stabat saltē ad viciniora migrauerit: nec fessus annis die sabbati vꝫ
dnīco venturus ad ecclesiā tanti itinerꝫ spacio vexareꝫ. Sed nec va
cuus quidē reuerti exinde ꝯtētus: vas aque quā per totā erat ebdo
madā sumpturus; suis ceruicibus supponens reportabat ad cellam
Cūqꝫ nonagenariā excessisset etatem. nunq̄ passus est eā iunioꝝ si
bi labore deferre. Huius igiꝫ magisterio īstitui cupiētes: illa nobis
ꝓcabamur infundi: quib⁹ cōpungi vꝫ humiliari: nō quib⁹ nobismet
ipsis blādiri extolliqꝫ possemus. Tunc ille. Tres inquit vocationū
sunt ordines: tresqꝫ renūciationes. Primus ordo vocationis ex deo
est: quotiēs. s. inspiratio quedā immissa in cor nostrū nōnunq̄ etiā
dormientes nos ad desideriū eterne vite ac salutis exuscitat. Secun
dus est per hominē cū vel exemplis quorūlibet sanctoꝝ vel monitꝫ
instigati: ad desideriū salutis accēdimur. Tertius est que ex necessi
tate descēdit: cū nos diuitijs mūdi huius voluptatibus obligati: in
gruētibus repēte tētationibus: que vel mortis pericula cōminanꝫ:
vel amissione bonoꝝ aut ꝓscriptione percutiunt: vel charoꝝ morte cō
pūgunt. ad deū quē sequi in reꝝ ꝓsperitate ꝯtempsimus saltē in ad
uersis inuiti ꝓperare cōpellimur. Nūc de renūciationibus differen
dū est. Prima est qua corporaliter mūdi facultates ꝯtemnimus. Se
cūda qua mores ac vicia fructusqꝫ pristinos animi carnisqꝫ respui
mus. Tertia qua mentē nostrā de p̄sentibus vniuersis ac visibilib⁹
euocātes: futura tm̄ et inuisibilia cōcupiscimus. Que tria etiā abra
he legimus dnm̄ ꝓcepisse: cū dicit ad eū. Exi de terra tua. i. de facul
tatibus terrenis. Secūdo de cognatione tua. i. de ꝯuersatione et mo
ribus: vitijsqꝫ prioꝝ: que nobis a nostra natiuitate coherētia ve
lut quadā ꝯsanguinitate cognata sunt. Tertio de domo patris tui
. i. omni memoria mūdi qd̄ fit quādo mēs nostra nullo carnalis pin
guedinis hebetata cōtagio: sed peritissimis elimationibus expolita
ab omni affectu et qualitate terrena: p indesinētē diuinaꝝ reꝝ medi
tationē: spiritalesqꝫ theorias: ad illa q̄ inuisibilia sunt ꝯsqꝫ trāsie
rit: vt circūdatā se fragilitate carnis ac situ corpis supnis et incorpo
reis intēta nō sentiat. Cui⁹ rei finē atqꝫ virtutē nō nisi his capiet q̄
hec que dicunꝫ expientia magistra perceperit: cui⁹ videlicet ita dn̄s
oculos cordis de vniuersis p̄sentib⁹ auocauerit vt ea nō tanq̄ trans
itura sed quasi transacta iā reputet et velut inane in fumū in nihilū
resoluta ꝯuersatione moribusqꝫ trāslata: nō inueniaꝫ in p̄sentis se
culi vanitate. Ergo pma abrenūciatio reꝝ alienaꝝ est: scđa reꝝ nr̄aꝝ
tertia quoqꝫ p quā etiā ipsam cūctoꝝ elemētoꝝ plenitudinē tanq̄
vanitati subiectā et mox transiturā transcēdentes mēte despicimus
intuētes nō ea que videnꝫ sed que nō videnꝫ: vt ita demū illud su
mū mereamur audire qd̄ dicitꝫ ad abrahā veni in terrā quā tibi mō
strauero. Ita pdocemur et initiū volūtatis bone nobis dn̄o inspira
te cōcedi: cū aut p se: aut p exhortationē cuiuslibet hoīs: aut p necessi
tatē nos ad salutis attrahit viā: nostrū vero hoc esse: vt exhortationē
auxiliūqꝫ dei: vel remissius vel enixius exequamur: his nos sermo
nibus eruditos abbas pafunci⁹ e sua cellula: nō tā alacres q̄ cōpun
ctos corde ante mediū noctis emisit.

¶ Collatio Danielis de triplici ariditatis mētis. C. XLI

X libro. iiii. Abbatē quoqꝫ vidimus danielē omni virtutū genere equalē his
qui in heremo scythij ꝯmanebāt: sed peculiari⁹ grā hu
militatis ornatū: qui inquirētib⁹ nobis: cur interdū resi
dentes in cellula nr̄a: tāta alacritate cordis repleremur: vt eā non mo
dū sermōe pcurrere: sꝫ ac ne ipse quidē sensus occurreret: et mēs ple
na spūalibus fructib⁹ ꝓces suas efficaces ac leues etiā p soporē sup
plicans ad dnm̄ puenire sentiret: ac rursus nullis existentib⁹ causis
tāto subito repleremur angore et irrōnabili quadā mestitia: vt etiā
horreret cella sorderet lectio: ipsa quoqꝫ instabilis ac nutabunda e
mittiꝫ oratio ita vt ingemiscētib⁹ et conantibus nobis ad directio
nē pristinā reuocari mens nostra nō possit: nec desiderio regni ce
[illegible]
excitari. Ita respōdit. Tripartita nobis a maiorib⁹ ratio sup hac ste
rilitate mētis est tradita. Aut enim de negligētia: aut de impugnati
one diaboli: aut de dispēsatione dei et ꝓbatione descēdit. Dispensa
tionis aūt ac ꝓbationis duplex causa est. Prima vt paulisper a do
mino derelicti et mētis nr̄e infirmitatē humiliter intuētes: sup pre
cedēte puritate cordis que nobis est illius visitatione donata nul
tenus extollamur ꝓbantesqꝫ nos ab eo derelictos intelligamus pre
teritā cordis alacritatē nō nostro studio sed illius nobis dignatio
ne fuisse collatā: et p̄sentē de ipsius rursum grā et illuminatione esse
poscendā. Secūda vero vt pseuerātia nostra vel mētis ꝯstātia et desi
derium comprobeꝫ: et orōnum instantia deserentē nos visitationē
spūssancti requiramus: ac solicitius inuentā custodire ac tenere atte
tius studeamus. Qd̄ammodō enim custodiri negligētius solet quicqd
facile crediꝫ posse reparari. Deniqꝫ frequēter etiā odorib⁹ vltra oēm
suauitatē cōpositiōis humane in hisipsis subito visitationib⁹ adim
plemur: ita vt mēs hac oblectatione resoluta in quēdā spūs rapiaꝫ
excessum. seqꝫ cōmorari obliuiscaꝫ in carne. Intantū vero illaꝫ deser
tionē beatus dauid vtilē esse cognouit: vt nequaq̄ amoueri sed tē
perari eā potius depcatus sit dicens. Nō me derelinquas vsqꝫquaqꝫ
qꝫ: ac si diceret. Nō rogo vt nūq̄ me derelinquas: qꝫ nō expedit mi
hi. vt nō vel mea in infirmitatē sentiēs dicā: bonū mihi: qꝫ humilia
sti me: vel exercitiū vt nō habeā pliandi qd̄ sine dubio hēre nō pote
ro si mihi semp̄ et indirupte cohe serit tua diuina ꝓtectio. Suffultū
nanqꝫ me tua defensione diabolus tētare nō audebit: illud obijciēs
et exprobrans vel mihi vel tibi. Nunqd̄ gratis iob colit deū. Nōne
tu vallasti eū ac domū eius. Sed magis peto ne me vsqꝫquaqꝫ de
seras sed facias cū tētatione etiā ꝓuentū. Quā vtiqꝫ pugnā nō inui
deris diis quieti israhelis sed sciens esse vtilissimam: reseruauit: vt
dū gentiū superstitū impugnatione depriemereꝫ: nūq̄ se sentiret au
xilio dn̄i nō egere: et ob id semper in eius meditatione et inuocatiōe
persistēs nō meruit ocio solueręꝫ: nec bellandi vsuꝫ et exercitatione virtu
tis amitteret. Frequēter enim quos nō potuerūt aduersa superat se
curitas et ꝓsperitas deiecerunt.

¶ De Pugna carnis et spūs et eius vtilitate. C. L.

Hnc pugnam nostris quoqꝫ insertam membris [illegible]
gimus. Caro ꝯcupiscit aduersus spm̄. Haben⁹ hic pu
gnam inuisceratā qd̄ammodo corpori nr̄o dispēsatione
dn̄i pcurātē: qua sublata ꝓculdubio econtrario pniciosa pax succe
dit. Caro luxurijs ac libidine delectaꝫ: spūs nec ipsis quidē natura
libus desiderijs acquiescit. Illa cupit satiari somno: repleri cibo. hic
vigilijs et ieiunijs saginatur. Honorib⁹ illa et laudibus hoīum colo
neꝫ hic irrogatis sibi iniurijs ac psecutionibus gloriaꝫ. Inter has igi
tur vtrasqꝫ ꝯcupiscētias: aīe volūtas in meditullio quodā vitupabi
lioꝝ ꝯsistēs: nec vitioꝝ flagitijs oblectaꝫ. nec virtutū laborib⁹ acq
scit absqꝫ castigatione carnis castimoniā corporis desiderans obti
nere: absqꝫ vllius exasperatione cōuitij patiētie grām possidere: hu
militatē christi sine honoris mūdani exercere iactura religionis sim
[illegible]
nore seruare. districtionem veritatis sine cuiuspiam vel leui offen

sione pferre. Postremo sic vult futura ƺsequi bona. et p̄ntia non amittat. Que volūtas nunq̄ nos ad verā pfectionē faceret puenire: sed in tepore quodam deterrimo collocaret: nisi hunc statū altrinsecus hec insurgentia bella dirūperent. Hec igit inter vtraq̄ ƺtentiō: illam gratiosorē excludens aīe voluntatē vt quandā equitatis librā in statera nostri corporis collocat: que spūs carnisq̄ confinia iusto discernit examine: nec a dextris mentē spūs ardore succensam nec a leua carnē vitiorum aculeis pponderare pmittens. Tepidū nostre voluntatis arbitrium: hinc spūs feruor illinc carnis gelidissimus rigor. moderatissimo calore ƺtemperat. Deinde demones cū sint de eminētiore angelorum ordine deuoluti. detestabiliores esse hominibus cōtemplamur: eo q̄ passibilitate eorum desiderijs adiacente id qđ nequiter semel cōceperunt irreuocabili malo pficere nō morent: qr sicut ē animus eorum velox ad cogitandū: sic ad pficiendū pernix τ absoluta substātia: et qr nulla ad peccādū ipugnatiōe carnis extrinsecus lacessita est: ob hoc sine venia peccatū τ sine remedio languor est. Sic colligitur q̄ nō solū noxia nō sit hec in nobis carnis spūsq̄ ƺtentio verum etiam multā nobis ƺferat vtilitatē. Primo q̄ desidias ac negligentias nrās statim arguit. Secundo q̄ p castimonie ac puritatis integritate cū in secretis ƺscientie nostre fuerimus elati: suo nos rursus q̄si quieto ac simplici visitans influxu: humiliat ac retundit nosq̄ hoies esse suis stimulis ammonet. Quodāmodo enim cū in ceteris generib⁹ vitiorum τ quidē grauiorib⁹ magisq̄ noxijs indifferēt⁹ soleamus incurrere. nec tn̄ facile in eorum cōpungamur admissu. in hi peculiarius humiliat ƺscia nostra: per que hāc illusionē neglectarū quoq̄ passionū recordatione mordet. euidēter intelligens immundam se factam naturalibus incētiuis: que cū esset immundior spūalibus vitijs ignorabat: essemus ita penitus sine remedio tepidi vtpote nō hñtes iudicem negligētie nostre: vel in corpore nostro: vel i cōscientijs nostris insidentē: nec studeremus vnq̄ ad pfectionis peruenire feruorē sed nec frugalitatis quidē districtionē cōtinentie teneremus: nisi nos hec titillatio carnis increscēs humiliaret atq̄ retunderet: τ aduersus quoq̄ spiritualiū vitiorum purgationē solitos redderet τ intētos. Denique in his qui spadones sunt corpore iccirco hunc animi teporem plerūq̄ inesse deprehendimus qr velut absoluti ab hac necessitate carnali: nec labore ƺtinētie corporalis: nec ƺtritione cordis se estimant indigere: τ hac securitate resoluti: nunq̄ perfectionem cordis. sed nec spūalium quidem vitiorum purgationem querere festinant.

De Perniciosa securitate τ tepore ac supbia. C. LI.

Libro primo. Sic stat⁹ a carnali qualitate descēdens efficit animalis: qui est pculdubio deterior gradus. Ipse enim est q̄ de frigido ad tepidū transiens. detestabiliorvoce dn̄i signatur. Quicquid enim frigidū est etiā ore nostro susceptū vertit in calorem: ac salutifera suauitate percipit. Qđ aūt vitio semel pniciosi teporis abiectū est: nō dicā labijs admouere sed etiā eminus intueri sine ingenti horrore nō possumus. Rectissime g̃ pnūciat esse deterior⁹ qr facilius ad salutarē ƺuersionē ac pfectionis fastigiū carnalis quis. i. secularis vel gentilis accedit: q̄ is qui pfessus monachū ab illo semel spūalis feruoris igne discessit. Ille nanq̄ saltem vitijs corporalib⁹ humiliat⁹ ac spūs ardore succensus ad pfectionē facilius ƺuolabit. Nā qui semel vt diximus tepido exorsus initio mōachi ceperit abuti vocabulo: qđammō resolut⁹: nec ex se vlterius pfecta, sepe nec alterius poterit monitis erudiri: dicit enim qr diues sū τ locuples τ nullius egeo τc̄. in eo fact⁹ etiā seculari deterior: q̄ nec miserū se nec cecū aut nudū: vel egere monitis alicuius. aut instituti one cognoscit. Denique qđ pudet dicere ita plerosq̄ abrenūciasse cōspicamus vt nihil amplius immutasse de anterioribus vitijs ac moribus cōprobent: nisi ordinē tantūmodo atq̄ habitū secularē. Nam τ acquirere pecunias gestiunt quas nec antea possederunt: vel certe quas habuerant retinere nō desinunt: aut qđ est lugubrius etiam amplificare desiderāt: sub hoc ptextu q̄ famulos suos exinde semp vel fratres alere se debere iustū esse ƺtendant. vel certe sub obtentu ƺgregandi cetus reseruant: quos velut abbates instituere se posse p̄sumant. Q̄ si in veritate viam pfectionis inquirerēt: semetipsos singulares ac nudos ita sub seniorum imperio collocarent vt curā nō modo aliorum nullā sed ne sui quidē gererent. E contrario autē euenit: vt dū fratribus pesse festinant. nunq̄ senioribus ipsi subiciant τ a superbia inchoātes dū alios instruere cupiūt nec discere ipsi nec agere ea que sunt docēda mereant. Cuius supbie duplex est species. vna que serietatē grauitatēq̄ iugiē imitat: alia que effrenata libertate in cachinnos risusq̄ fatuos dissoluit. Et ille quidē taciturnitate cōgaudet: hec vo̅ dedignat silētio coartari: nec ƺfundit passim p loqui res incōgruas τ ineptas: dū erubescit vel inferior ceteris vel indoctior iudicari. Nec alius supbie fomes est: p ieiunio frēm q̄ pro refectione negligentie cōtemnere: nisi q̄ pniciosiora τ a remedijs lōginquiora sunt vitia: que sub specie virtutū τ imagine spūalium rerum vident emergere q̄ illa que ex aperto p carnali voluptate gignitur. Hec enim velut palam expositi τ manifesti languores: τ arguuntur cominus τ sanant. Illa vo̅ dum sub pretextu virtutū gerunt. incurata pdurant: τ deceptos quosq̄ periculosius faciunt ac desperatius egrotare. Nā illud ridiculū qualr exprimat. q̄ nōnullus tanto cernimus studio in his que penitus abscidi non possunt: τ que neq̄unt in hoc ordine nō haberi: q̄uis parua vilisq̄ sint esse deuinctos vt horum cura pristinarum oium facultatū superet passiones. Quibus pfecto nō magno pderit maioris opes ac substātias ƺtempsisse: qr affectus earum ob quos ille ƺtempte sūt in res paruas atq̄ exiguas trāstulerunt. Quid enim differt: vtrum quis pturbationē cupiditatis erga opes amplas atq̄ magnificas an erga viliores exerceat species. Nisi q̄ in eo reprehensibilior iudicandus est: q̄ qui maxima spreuerit minimis obliget.

Collatio Serapionis de octo pncipalib⁹ vitijs. C. LII.

Ex libro. v. In illo cetu senū fuit vir nomine serapion a primeua etate grā discretionis ornatus. Ambiētibus aūt nobis vt de impugnatione vitiorum aliqua disputaret: quibus origines eorum τ causas manifestius panderent ita exorsus est. Octo sunt pncipalia vitia que humanū infestant genus. Horum igit genera sunt duo aut enim naturalia sunt vt castrimargia: aut extra naturā vt filargiria. Efficientia vo̅ quadripartita est. Quedā enī sine actione carnali cōsummari nō possunt: vt est castrimargia τ fornicatio. Quedā vo̅ sine vlla corporis actione complent: vt est supbia τ cenodoxia. Nōnulla cōmotionis sue causas extrinsecus accipiūt: vt est filargiria τ ira. Alia vo̅ intestinis motib⁹ excitant: vt est accidia atq̄ tristitia. Puritati studentibus plurimū ƺfert: vt carnaliū passionū ipsas materias sibi primitus subtrahant: quibus pōt vel occasio vel recordatio earundem passionum egrotanti adhuc anime generari. Necesse est enī vt morbo duplici duplex adhibeatur curatio. Nam corpori ne concupiscētia in effectum tentet prumpere necessario effigies τ materia illiciens subtrahenda est: τ anime nihilominus ne eam vel cogitatiōe cōcipiat: attētior meditatio scripturarum τ sollicitudo puigil ac remotio solitudinis vtiliter apponēda est. In ceteris autē vitijs nihil humana cōsortia obsunt: quinimmo etiā plurimum ƺferunt: his qui carere eis in veritate desiderant: qr frequētia hominū magis arguunt. τ dū lacessita crebrius manifestant celeri medicine pueniunt ad salutem. Q̄ autē extra naturā sit filargiria liquet. Nihil enim ad vsū ac necessitatem nature cōmunis p̄ter escam quotidianam ac potum certum est puenire. Ideoq̄ hoc vitium non nisi tepidos ac male fundatos monachos pulsat. Que aūt naturalia sunt etiam pbatissimos in solitudine cōmorantes attentare non desinunt. Et intantum hoc verissimum comprobat: vt etiam nonnullas gentes ab hac passiōe .i. filargirie libertas omnimodis agnoscamus. Cuius rei testes multa hominum milia possumus inuenire: qui dispersis omnibus substantijs suis ita eradicauerunt hanc passionem: vt ne tenuiter quidē ab ea pulsent vlterius: nihilominus omni tempore cōtra castrimargiam pugnantes.

De Cohererantiōe eorum mutua siue cōcathenatiōe. C. LIII.

Hec igitur octo vitia li⁊ diuersos hor⁹ ac dissimiles efficiētias habeant sex tn̄ quadā inter se cognatiōe vt ita dixerim cōcathenatione cōnexa sunt: ita vt prioris exuberantia sequētis efficiat exordiū. Nam de abundantia castrimargie fornicationem: de fornicatione filargiriā: de filargiria iram: de ira tristitiam: de tristitia accidiam. necesse est pullulare. Ideoq̄ simili contra hec modo atq̄ eadē rōne pugnandum est: τ a pcedētibus semp aduersus sequētes oportet nos inire certamina. Facilius enim cuiuslibet arboris noxia latitudo ac pceritas exarescit si antea radices ei⁹ quibus innititur: vel nudate fuerint vel succise. Et infestantes humores aquarum ƺtinuo siccabunt: cū generator eorum fons ac pfluentes vene solerti industria fuerint obturate. Q̄obrem vt accidia vincat: ante superanda tristitia est. vt tristitia ppellat ira prius est extirpanda τc̄. Residua vo̅ duo sibi quidē simili rōne iungunt cenodoxie eni⁊ exuberātia supbie fomitē parit. sed ab illis. vi. prioribus vitijs penit⁹ dissident: nec simili cū eis societate foederant. Siquidē nō solum nullā ex illis occasionē sue generationis accipiūt: sed etiā ƺtrario mō atq̄ ordine suscitant. Nā illis excisis hec vehemētius fructificant τ illorum morte viuacius pullulāt atq̄ succrescūt. Valde ēt diuerso mō

ab his duobus vitijs impugnamur. In vnūquodqꝫ enim illorum .viij. vitiorum tunc incedimus: cū a precedētibus eorum fuerimus elisi. In hec vo duo victores vel maxime post triūphos periclitamur incurrere. Et lꝫ hec octo vitia inuicem sibi cōnexa atqꝫ permixta sint: specialibus tamē in quatuor coniugationes ꝛ copulas diuidunt. Castrimargie nanqꝫ fornicatio peculiari consortio federat. Filargirie ira: tristitie accidia. cenodoxie superbia familiariter coniugat.

De Gula ꝛ luxuria ꝛ ira ꝛ tristitia. C. LIIII

Igibertus. Post theodosiũ iunior Marcianus imperiũ ... anno dñi cccc.lij. mũdi. v.iiij. M.cccc.xv. ⁊ iperauit annis. vi. cum quo valẽtinianus annis. v. huius imperij anno. i. istãtia leonis pape iubẽte imperatore Marciano ɔgregata ⁊ habita est vniuersalis synodus apud calcedonẽ. In q̃ euticẽ cõstãtinopolitanũ abbatẽ pnunciantẽ verbi dei ⁊ carnis vnã esse naturã: eiusq; defensorẽ dioscoz alexãdrinũ quondã eps. vna patrũ sententia pindicauit. Nestoriũ etiã cõstantinopolitanũ quõdã epm. olim in ephesina synodo damnatũ: iterũ anathematizans cũ reliquis hereticis damnauit. Predicãs eadẽ synodus christũ deũ sic de virgine natũ: vt in eo ⁊ diuine ⁊ humane nature substãtiã esse fateamur. Hic decretũ est. vt mater domini Maria nõ solum christothocos: sed etiã theothocos credatur ⁊ appelletur. propter Nestorij blasphemias mentientis eam nõ deum: sed hominem purum genuisse. Actor. In eiusdem synodi gestis legitur. q cum facta esset. iiij. synodus calcedonẽsis. dc.xxx. patrum vbi erat sanctus Leo papa. disputantibus hereticis cũ orthodoxis: dixerunt orthodoxi. Scribamus in charta fidem nostrã ⁊ vos in alia vestram. et ponamus eas cum sigillis nostris super corpus sancte Euphemie. et firmemus corporis sepulchrum corã imperatore ⁊ oremus deũ fm fidem nostraz: ⁊ vos fm fidẽ vestrã vt deus manifestet nobis rectã fidẽ. Quo facto ieiunauerunt Orthodoxi: ⁊ orauerunt: per septem dies post hec abierũt oẽs cum Imperatore ad sepulchrũ. Quod aperientes viderunt sanctaz tenentẽ in manu cartam Orthodoxorũ: et carta hereticorũ erat deiecta sub pedibus eius. Ex gestis illius hec pauca excerpta sũt. Nõ desinit per fordiculas quasdam malignus insidiari pietatis sequacibus. sed semper noui quiddam aduersus veritatem indagat. Placuit nullum vsq; edificare posse neq; monasterium: neq; oratorium: absq; ciuitatis episcopi voluntate. in monasterijs non esse suscipiendum seruum ad monachum faciendum preter proprij domini voluntatem. Neq; monachos ecclesiasticis vel secularibus rebus cõmunicare. Nec licere clericum duarum pariter ciuitatum ecclesijs militare. Clerici et monachi coniuratores vel conspiratores proprium amittunt gradum. Hoc enim vitium etiam apud extrinsecas leges penitus amputatur. Clericum vel laicum qui episcopum accusat non suscipi debere: nisi prius eorũ estimatio fuerit discussa. Intra tres menses episcopoz ordinationes debere fieri. Placuit omnẽ ecclesiam habentẽ episcopũ etiã economũ habere de proprio clero. Oportet vt sit numerosa seueritas sanctionũ: vbi est licentia crebra culparum.

De Persecutione hunorũ in gallia: ⁊ expugnatione eorum. C. XXXVI.

Igibertus. Eodẽ anno terremotus pene assidui ⁊ signa plurima in celo ostẽdũt. Uespe ab aquilone celũ efficit rubeũ vt ignis intermixtis p igneũ ruborẽ clarioribus lineis in hastarũ speciẽ deformatũ. luna obfuscat. cometes apparet. ⁊ multa alia signa q nõ eẽ ociosa ostẽdit instãs rerũ ɔsequẽtia. Anno sequẽti attila hunoz rex vualamere ostrogothoz regis: ⁊ ardarici gepidarũ regis ⁊ multarũ aquilonariũ gẽtiũ sibi subiectarũ auxilio fultus: ⁊ a pannonijs egressus occidẽtale impiũ inuadit cũ q̃ngẽtis milibus armatoz. Et pmo p totas gallias p eos tãta efferbuit dei indignatio: vt nulla oĩno ciuitatẽ castellum vel oppidũ aliq̃ a furore eoz potuerit tueri munitio. Postremo aurelianis vrbẽ eis obsidẽtibus: ad subsidiũ galliarũ aduolauit patricius romanoz ecius fultus ⁊ ipse theoderico vuisigothoz regis: ⁊ merouei frãcoz regis. aliarũq; gẽtiũ copijs militaribus ɔserto prelio i campis cathalanoz q̃dã recessit. attilã tñ i vsq; ad internitionẽ deleuit. Cesa sunt ibi. clxxx. milia pugnatorũ. inter quos etiã occidit theodericus rex vuisigothorũ. Attila resũpta spe exhibij decessu repatriauit mature reditur suppleto exercitu. Nicasius remẽsis epe cũ eutropia sorore a hunis martyrisat. Actor. In gestis tñ eorũdẽ legunt passi sub vuãdalis in hũc modũ.

De Sancto Nichasio remensi: ⁊ eius sorore Eutropia C. XXXVII.

Ex gestis eorũ. Tpe quo vuãdali nimia crebra subuertẽtes p vniuersas puincias nihil aliud q̃ christianoz sanguinẽ sitire videbant. Clarebãt in gallijs nichasius remoz ⁊ ... nus aurel. põtifices magnis pdigijs ac virtutibus insignes. Qui meritis suis ac precibus hanc irã indignationis dei diu differre meruerũt: et ppłm interim ad penitentiã reuocarẽt. At illi thesaurisantes sibi irã nullatenus eoz salutaribus pceptis obtẽperabãt. Interea vuãdali castrametant circa vrbẽ remoz: ⁊ oĩ regiõe depopulata christianos tñ velut deoz suoz inimicos: ⁊ moribus paganorũ ɔtrarios oĩno delere cupiebãt. Ultimo itaq; subuersionis die illis circũquaq; fortiter pugnãtibus. ciues terrore pculsi: ad sctm nichasiũ i orationibus pstratũ cucurrerũt. interrogãtes q̃d nilus fieri decernẽt aut seruitũ gẽtis se tradẽ: aut vsq; ad mortẽ p salute vrbis dimicare Qui prescius ex reuelatiõe ostẽsione dei vrbẽ penitus subuertẽdã: cũ magna ɔstãtia ridit: Indignationẽ hãc nr̃is sceleribus puocatã nõ ignoramus. Cur prope ad flagella diuina cõpulsi nõ simus aut desperãtes: sz patientes ⁊ deuotissime cũ sũma spe salutis nr̃e suscipiamus mori ... ipsa mors pñs nõ suppliciũ nobis fiat: sed remediũ. Ecce ego q̃si pastor p ouibus mori paratus sum. Instãtius orem⁹ pro inimicis nr̃e salutẽ illis optãtes tanq; amicis. Scã quoq; eutropia germana sua: expãsis ad celũ manibus: plebẽ pro viribus ad martyrij coronã excitabat. Dũ ergo furibundus paganoz impetus irruit: vir sanctus comitante sorore cum hymnis ⁊ canticis spiritualibus ad hostiũ basilice sancte dei genitricis marie: quã in arcem sedis fundauerat eis occurrit. Moxq; vt serratas acies vidit: manu silentiũ indicens ait: O nuibus diuinis ministra fortitudo. quare contra naturã humane cõditionis victoriam vestre dignitatis in rabiem vertitis. nam veri iam titulus quondam nobiliũ bellatorũ inscriptus erat parcere humilibus ⁊ debellare superbos. Et ecce plebs christiana deo suo humilis ⁊ deuota: vestris in conspectibus prostrata: remissionem peccatorũ vsq; ad mortem obediẽs expectat. Penitemini ⁊ vos pro sceleribus vr̃is deũ verũ agnoscẽtes: ne forte indignatio eius: que p vos filijs sit ad correptionẽ salutis: vobis fiet stipẽdiũ tartaree damnatiõis. Quod si oues meas pseuerãte impietate queritis trucidare. me primũ pro ipsis victimã diuine maiestati libate: vt pariter digni beatitudine celesti mereamur inueniri.

De Martyrio vtriusq;. C. XXXVIII.

Is dictis cum in oratione prostratus versu hunc decantaret. Adhesit pauimento anima mea. illico ictu gladiatoris sequente capite trucidato verbũ sanctitatis ab ore decollati nõ destitit. sed immortalitatis sententiã quam petijt adimplendo impetrauit dicẽs: Uiuifica me fm verbum tuũ. Sancta vero Eutropia videns circa se impietatem mitigatam ⁊ pulchritudinem

suam quasi libidus paganorum reseruatam. super interfectorem sacerdotis insiliens ait. Heu tyrāne crudelis magnū dei virū īdignis manibꝰ iugulasti. ⁊ me tibi abutendā reseruas diuina te iam iamq; sñia damnat. Tunc cū ad martyriū suū prouocādo saltem repētino raptus palpebras nō femineā ꝟtute. sed diuina vltione oculos eius vindex eruisset. ⁊ sic confestim gladios psequentiū incurrere ꝗ̄ delectationibus paganoꝝ assentiēdo succūbere malēs ilico cum germano suo ⁊ ceteris palmā martyrij sustinuit vel promeruit. Uniuersa autē expleta cede martyrij inundāte sacro sanguine terror subitus psecutores inuasit. q̄si dimicantes acies celestes vidētes. horribilibusq; sonitu ipsa ecclesia roborāte ita vt relictis spolijs vrbis p cōpita irreuocabilit̄ aufugerēt. Sicq; diu solitaria pmanēte ciuitate sub custodia tm̄ angelica martyrū ibi corpora seruabant̄. ita vt in noctibꝰ a longe cernerent̄ lumina. ⁊ suauissimi soni pro choreis supnarū virtutū sydereas audirent̄ a multis carmina. Unde ⁊ ex reuelatiōe diuine virtutis iam iāq; cōfortati cōciues paucissimi q̄ ad sepeliendā sanctorū corpora diuina prouidētia remāserāt. ad vrbē cum ieiunijs ⁊ orationibus pperātes. ibiq; odorē suauissimū hauriēdo senti ētes gemitū gaudio miscētes in locis cōgruis circa ciuitatē corpora sancta venerabiliter humauerūt. ⁊ extunc sine timore hostiū dn̄o attentius seruire decertauerunt. Actor. De sancto Amano iam supius diximus. Sanctus autē nichasius vt legit̄ longe ante p̄dixerat disperionis galliarū causam esse sodomiticā prauitatē que futura erat internetio remēsiū ex saturitate. s. ⁊ ocio ⁊ auaricia ⁊ carnis cōcupiscentia. Sigibertus. Anno quoq; p̄notato metēsis epūs auctor captiuat̄: sz huiꝰ cecitate pcussis cū captiuis sue vrbis relaxat̄.

Iterū De percussione hunorū in gallia: ⁊ de miraculo trinitatis in vnitate. C. XXXIX.

De excidium galliis impendere seruatius tungrēsis epūs longe ante in spiritu p̄uiderat ⁊ rome a Petro ap̄lo hoc iudiciū dei ineuitabile fore vdidicerat. Ideoq; relicta tūgrēsi vrbe que euertēda erat: ad traiectū sedē episcopalē transposuit.

Ex vita sancti seruatij. Theodorico itaq; (vt dictū est) rege visigothoꝝ perēpto in crastinū gothis acerrime pugnantibus pro cede regis sui. timēs echius ne si oēs hunos auxilio eorum vinceret nouos hostes in rēpublicā prouocaret. insipienti vsus cōsilio praeliū diremit. Attila tanq̄ leo insaniēs liber dimissus īfinitas strages per gallias dedit. tungris diu obsessa capta ⁊ dirupta est. In portis remēsium ipse sathanas sese ostēdit ductorē barbaroꝝ. Post hoc ventum est ad trecas vbi scūs Lupus venit obuiā Attile ⁊ ait illi. Tu quis es qui vastas terras nostras ⁊ gētē nostrā ꝑturbas. Cui ille. Ego sum Attila flagellū dei. Ad quā vocē sanctus Lupus iussit portas aperiri dicēs. Bene venerit flagellū dei. Et induxit eū in ciuitatē. Miro autē modo oēs huni cecitate pcussi transierunt per mediā ciuitatē a porta in portam neminē ledentes. Sigibertus. Pullulāte inter gallias arriana herese que ineq̄les credēs esse psonas sancte trinitatis. dicebat filiū minorē esse patre. spiritū vero sanctū minorem patre ⁊ filio. dn̄s errātes corrigit. ostenso plano miraculo deū in tribus personis vnitis ⁊ equalis esse substātie. nec debere ab īdignis de diuinitate tractari. Nam vasatensi vrbe ab hunorū obsidione liberata per diuinū auxiliū. cum episcopus pro gratiarū actione missam populo celebraret respiciens sursum vidit desuper altare quasi de camera templi cadere equaliter tres guttas equalis magnitudinis crystallo clariores que simul defluentes et in vnum coniuncte quasi vnam gemmā pulcherrimā effecerunt. Quam cum in medio crucis auree ⁊ gemmate posuissent. alie gemme ceciderūt. Seorsuz vero posita infirmis dabat sanitatē. Adorantibus vero imaginem sancte crucis augebat deuotionē. quia pijs ⁊ mundis clara. impijs ⁊ immūdis obscura videbatur. Omnibus bellis famosius fuit bellum quod candidatus sanctarum vndecim miliū virginum exercitus bellauit duce sancta virgine vrsula. Actor. Harum igitur vitam ⁊ passionem q̄uis longe ante passe fuerunt. vt in earum gestis legitur. Hic placuit inserere: eo ꝙ in hoc chronicorū loco Sigibertus de his mentionem facit. nescio qua de causa. nisi forte quia sub persecutione hunorum passe sunt que maxime isto tempore videtur inualuisse.

De Sancta virgine Ursula cū sociabus suis. C. XL.

Ec igitur Ursula vnica filia Dionothi nobilissimi ⁊ ditissimi britānoꝝ principis. cū nondū nubilis a filio regis anglie ad nuptias peteretur. et patrē suum valde christianū super hoc anxiari videret. qui deum metuebat si filiam suam iam deo deuotam nubere cogeret. ⁊ tyranni pagani feritatem timebat si ei filiam denegaret. diuinitus inspirata patri suasit: vt tyrāno assentiret̄. ea tñ illi pposita cōditione: vt ⁊ ipse tyrānꝰ. x. virgines genere forma ⁊ etate electas sibi traderēt. ⁊ tā sibi ꝗ̄ singulis earū mille virgines subscriberēt. ⁊ cōparatis ad numerū ipsarū. xi trierībꝰ inducias triēnij sibi darēt ad dedicationē virginitatis sue ⁊ ipse iuuenis baptisatꝰ his tribꝰ ānis instrueret̄ ī fide. nono vsa ꝯsilio: vt aut difficultate ppositte ꝯditiōis animū eiꝰ a se auerterēt aut hac oportunitate oēs coetaneas suas secū deo dedicaret. Hac cōditione libēter accepta iuuenis ptinus baptisatꝰ cūcta accelerari q̄ virgo petierat impetrauit. Tūc pater virginis accepto cōsilio caute precordinauit: vt filia sua: quā tenerrime diligebat: viros quoq; solatio tā ipsa ꝗ̄ eius exercitꝰ indigebat ī comitatu suo discedēs haberet. Cūq; cōgregari cepissent: multi ad spectādū eas vndiq; confluxerūt. ita etiā vt quidē epi britānie secū irent. Inter quos pantalus epūs basiliensis eas romā vsq; pduxit. ⁊ inde reuersus martyriū cū eisdē suscepit. Scā quoq; gearsina regina sicilie: q̄ virū suū regem crudelissimū q̄si de lupo fecerat agnū sororis matrisq; epi: ⁊ darie m̄ris scē vrsule cū p̄r ipsius vrsule secretū illud ei p l̄ras intimasset: illa statim suspirāte cū quattuor filiabꝰ suis babila: iuliana: victoria: ⁊ aurea: ⁊ paruulo filio adriano: q̄ amore sororū suarū vltro se ingessit peregrinationi relicto regno in manu vnꝰ filij sui ⁊ duarū filiarū vsq; ad britāniā anglicā nauigauit. eiusq; cōsilijs sacre virgines collecte ⁊ ordinate sunt. ⁊ semꝑ ductrix earū ad vltimū cū eis passa est martyriū.

Qualiter Romam nauigātes a papa Cyriaco suscepte sunt. C. XLI.

Urta condictum igitur virginibus trieribus et sumptibꝰ comparatis: vt p triēniū belli preludia cūctis mirantibus faciētes. dūmodo concursibus modo discursibus: interdum fugam: interdum bella dissimulant. omniq; genere ludorum exercitate: nihil quod animo occurrisset intētatū reliquerūt. tādem sub vno die agēte vēto ad portum gallie: q̄ tyela dicit̄. ⁊ inde coloniā sunt appulse. ibiq; ex angeli monitu: q̄ eis future predicebat romā tēdentes: ad vrbē basileā nauibus: a basilea vsq; ad romā pedibꝰ pfecte: ibi aliquādiu morate sunt. Quarū aduentu papa cyriacus valde letatus est cū omni clero suo: ⁊ eas cū honore suscepit. Nam ⁊ ipse de britānia natus plures cōsanguineas inter ipsas habuit. ⁊ ipse semꝑ virgo pmāsit. In ipsa nocte fuit ei diuinitus reuelatū: se cū eisdem virginibꝰ palmā martyrij percepturū. Ipse vero celans hoc apud se multas earum baptisauit: que necdū baptisate erāt. Cum autē oportunū tempus adesset: manifestauit voluntatē suam. ⁊ coram ecclesia resignauit officium dignitatis sue. cū post pontianū papā rexisset ecclesiam anno vno ⁊ xi. septimanis: nonusdecimꝰ post beatū petrū. Sed cū in hoc reclamarēt oēs: ⁊ maxime cardinales: q̄ eū delyrare putabāt. ꝙ q̄si post fatuas mulierculas declinaret: nesciētes monitionē angeli: q̄ eū vrgebat. ipse cōstanē pmanēs in loco suo virū sanctū q̄ anteros dictꝰ ordinauit. vnde q2 sedē ap̄licā multo clero relicq̄t. nomē ipsius de cathalogo romanoꝝ pontificū idem clerus erasit. ⁊ ab illo tēpore oēm gratiam quam prius in romana ecclesia habuerat sacer ille virginū conuentus amisit.

Qualiter Idem papa multiq; alij magnates eis adiūcti sunt. C. XLII.

Um autē sic essent rome maximinꝰ ⁊ aphricanus duo nequā principes romani vidētes magnā virginū multitudinē: ⁊ ꝙ multi ad eas ꝯfluerēt: timuerūt ne forte p eos cresceret religio christiana. Unde cū exploꝛassent iter earū quo ire debebant. missis nūcijs ad iuliū cognatū suū principem gentis hunoꝝ: monuerūt eū vt educto cōtra eas exercitu ipsas cum venirēt coloniam trucidaret. Exeunte itaq; beato cyriaco papa de vrbe cum predictis virginibꝰ: secutꝰ est ipsum vincētius presbyter cardinalis. ⁊ iacobus qui de britānia patria sua in anthiochiam pfectus: archiepatus ibi septē annis dignitatē tenuit. Et cū tunc beatū papā cyriacū visitasset: ⁊ de vrbe roma egressus fuisset. audiens de aduentu virginū ad ipsas rediit: ⁊ se eis in itinere ⁊ passione coniūxit. Mauritius quoq; lanicane vrbis episcopus: qui ⁊ ipse de britānia auunculus erat duarū virginū babile ⁊ iuliane: cum quibꝰ sepultus est. Item foillanus lucensis epūs ⁊ sulpicius rauēnensis episcopus: qui tūc romā profecti: ⁊ inde sup hoc reuelatione diuina coloniā properantes in occursū virginū: que nōdum redierant peruenerunt ⁊ sic eis adherentes cum eisdem occisi sunt. Eucherius quoq; sponsus beate vrsule manēs in britānia anglica. per visionē a dn̄o monitus est vt matrem suam demetriā hortaret̄ fieri christianā. Nā pater eius agrippinꝰ in primo anno quo baptisatus fuerat defunctꝰ est. ⁊ successit ei in regnū filius eiꝰ tunc he

rius. qui ⁊ ip se ante illud trienniũ ex conditiõe beate Ursule fuerat baptizatus. Cum autẽ sacre virgines a Roma redirẽt nunciatũ est illi eucherio vt exiret de terra sua. ⁊ occurreret sponse sue. vt cũ ea in vrbe colonia palmã martyrij obtineret. Qui cõfestim diuinis monitis acquiescens matrẽ suã baptizari fecit. ⁊ cũ ipsa ⁊ sorore sua paruula florẽtina iam christiana eis obuiãs. cũ eis martyriũ suscepit. cũ Clemẽte epo quẽ secũ adduxit. Sed etiã Martulus episcopus grecie cũ nepte sua Constantia filia Dorothei regis cõstantinopolitani ⁊ Fraudine regine. que cõstantia defunctis parẽtibus nubens cuidam adolescẽti filio regis alterius: sed ante nuptias morte puenti virginitatẽ suã deo vouit. ⁊ sic cũ pdicto epo romã veniẽs. sicut ille a deo p visionẽ monitꝰ fuerat veniẽtibꝰ virginibus se coniunxit.

De Martyrio totius predicte multitudinis apud Coloniam. C. XLIII.

Simul itaq omnes isti cum multis sociis suis ⁊ sacris virginibꝰ ipso quo prius eundi tenore reuerse sunt coloniã. ab hunis vndiq iam obsessam statimq barbari explorata re subito sup eas cũ clamore irruunt: ⁊ quasi lupi in ouibꝰ seuiẽtes totã illã multitudinẽ occiderunt. Cum autẽ ad beatã Ursulã ceteris iam iugulatis venissent. stupẽtes eius pulchritudinẽ manũ ⁊ animum repressserunt. Ipseq princeps sceleris in eius amore succẽsus. putauit q eã blãdicijs deliniret. Et confortans eã de nece virginũ promisit q eã sibi in cõiugio copularet. Sed cũ hoc illa libere respuisset. ille nõ ferens repulsam directa eã sagicta trãsfixit: ⁊ sic illa martyriũ cõsummauit. Erat autẽ inter illas quedã virgo noie Cordula que ceteris virginibus trucidatis. humano timore sola in alueo nauis illa nocte delituit. ⁊ in crastinũ se spõte morti offerẽs: mox ictũ tyrãni seriẽtis excepit. Unde ⁊ ipsa lõgo post tpe cuidã recluse apparẽs: qz vna nocte supuixerat eiusq festiuitas cũ aliis virginibꝰ nõ fiebat. pcepit vt sicut pridie beatarũ virginũ celebritas agit. ita sequẽs dies beate Cordule laudibꝰ impendat. Passe sũt aũt beate virgines tpe antheros pape ⁊ maximini imperatoris. Anno dñi. cc.xxxvij.

De Quibusdã earũ miraculis post transitum. C. XLIIII.

Quidam abbas impetrauit ab abbatissa Colonie corpus vnius sanctarũ virginũ pmittẽs q eã ad ecclesiã suã ferret ⁊ in capsa argentea collocaret. Sed cũ per annũ itegrũ eã super altare in capsa lignea tenuisset. quadã nocte cũ idem abbas cũ cõuentu matutinas cantaret vidẽtibus cunctis virgo sancta corporaliter desuper altari descendit. et inclinãs maiestati per mediũ chorũ oĩbus monachis inclinãs exiuit. Stupefactus abbas ad capsulã cucurrit. ⁊ ea nõ inuenta coloniã pperãs cũ rei ordinẽ abbatisse dixisset corpus virginis in tumba. vnde illud sumpserat inuenit. Cumq peteris veniam eandẽ vel aliã repeteret promittẽs certissime q capsam preciosiorẽ facere nõ tardaret: obtinere nõ potuit. Quidã in religione cõuersus cũ has virgines vehemẽter diligeret. quadã die vidit vnã virginẽ pulcherrimã sibi tũc infirmo apparentẽ. ⁊ si se cognosceret inquirẽtem. mirãtiq eius gloriã ⁊ se nescire dicẽti. Ego sum inqt vna virginũ. erga quas tu habes tñ dulcedinis affectũ. Et vt inde mercedẽ accipias. si amore ⁊ honore nostri vndecies milies orõnẽ dominicã dixeris. in hora mortis protectionẽ ⁊ solatiũ nos habebis: ⁊ sic virgo disparuit. Tũc ille q̃ cito potuit hoc pfecit. statimq mandãs abbatẽ ⁊ cõuentũ inungi se velociter postulauit. Sed dum abbas cũ cõuentu eum inungeret. infirmus subito exclamauit vt surgerẽt: ⁊ veniẽtibꝰ sacris virginibꝰ locũ darẽt. Tunc abbas quesiuit ab eo q̃d hoc esset. Et ille seriatim virginis pmissionẽ exponẽs. recedẽtibus cũctis ⁊ paulopost redeũtibus: defunctus inuentus est.

De Persecutione hunorũ in italia ⁊ de morte Attile regis ⁊ sepulchro sancti seruacij. C. XLV.

Igibertus. Anno marciani. iij. attila italiã aggressus: oẽs pene eius ciuitates aut diripuit aut icẽdit. ad eũ leo papa venit: ⁊ nõ solũ salutẽ: sed etiã vt rediret obtinuit. Rex attila requisitꝰ a suis: cur ei fuisset tam placabilis. Respõdit se non fuisse eũ reueritũ. sed senem quendã venerabilẽ euaginato gladio sibi mortẽ minitantẽ nisi eius in oĩbus expleret voluntatẽ. Anno sequenti Attila vuisigothos debellare aggressus a thurcis modo victus rediit ingloriꝰ. Marciano imperatori apparẽs dñs in somnio: arcum attile fractũ esse ostendit. Nec id vanũ fuit. eadẽ quippe nocte Attila in nuptijs suis crapulatus. erũpente per apoplexiã sanguine de naribus in lecto est effocatus. Dernac filius eiꝰ post eũ regnat. Ex vita sancti Seruacij. Respirauit igit mundus tanta peste liberatus. Inter ista mala vastatis omnibus circũquaq locis. solum traiectum incolume remansit precibus sci Seruacij seruatũ. Eo tpe i btĩ seruacij festiuitate desup celo vsq ad tumulũ pertectum in basilicã fulgurantis ignis columna a vespera vsq ad aurorã visa est dimissa: ab indigenis quicũq aderãt: ⁊ ab aduenientibꝰ de lõginquo. Quodã die eiusdem tectũ basilice grauis ruina suruit. Quod cũ coopire niterẽtur nullo modo potuerunt. Nunq̃ tamẽ vel imber vel grãdo vel nix sup sepulchrum eiꝰ cecidit. Itẽ quadã nocte iuẽtũ est sepulchrũ eiꝰ mirabili pallio coopertũ. angelicis vt credit manibꝰ allato. Post sanctũ seruatiũ electꝰ ẽ psul in traiecto agricolaus. qui tugris indignũ episcopatu se fecerat.

De Sancta Genouefa virgine ⁊ eiꝰ infantia ⁊ qualiter vrbẽ parisius liberauit ab hunis. C. XLVI.

Igibertus. Anno marciani sexto genouefa [illegible] parisius multa sanctitate p gallias claruit. Ex gestis eiꝰ. Hãc btũs germanꝰ cũ sancto lupo ad britanniã pgens ad nemothoderũ parrochiã orãdi gratia declinãs. inter populũ sibi obuiatẽ in spiritu intuitꝰ est. Et requisito noie eius ⁊ parẽtibꝰ pdicẽs etiã multos p eam premia eterna percepturos. cõsuluit ab ea vtrũ vellet christo consecrari ⁊ intacta pmanere. Que respõdit se desiderio qd sciscitabatur adipisci. In cuiꝰ memoriã dedit sanctus nummũ ereũ. vt trãsforatum collo suo suspẽderet habẽtem signũ crucis. Et ne auri vel argenti vel margaritarũ ornamẽtis collũ suũ vel digitos honoraret ammonuit ne celesti ornamẽto p eis priuaretur. Tũc abiit itinere qd ceperat. Et post aliquot dies cũ mr̃ eiꝰ ad ecclesiã iret: pceperat ei domi manere. Illa vero clamabat ei cũ lachrymis Ego fidẽ quã beato germano pollicita sum christo me cõsolãte seruabo: ⁊ ecclesie limina frequẽtabo. Iõ irata mr̃ dans ei alapã: statim orbata ẽ lumine p. ix. mẽses. Tandẽ recordata testimonij qd dederat põtifex de filia: iussit ei: affer aquã de puteo. Que pgens fleuit sup marginem putei: qz ppter eã mr̃ lumẽ amiserat. Deinde ĩpleto vasculo: facto signo crucis sup aquã mr̃i obtulit. Quã illa cum fide ⁊ veneratione manibꝰ in celũ extensis suscepit: ⁊ ex ea fomẽtans sibi oculos bis ⁊ ter lumen recepit. Cũq cũ duabus puellis iulico epo ad cõsecrandũ offerret ⁊ hoc iuxta numerũ annorũ etatis epc diuinitus cõperiens genouefã oĩbus sublimiorẽ ait. Illam que post tergũ sequitur anteponite: qz celitꝰ hec iã sanctificationẽ adepta ẽ. Parẽtibꝰ autẽ defunctis hec parisiꝰ vrbẽ migrauit: ⁊ p tẽpus aliquod ita ẽ obsessa paralisi vt corpꝰ eius triduo iã examine solis paululũ genis rubentibus custodiret. Que cũ denuo sanaretur: pfitebatur se in spũ ab angelo in rede iustorũ ⁊ in supplicio impiorũ deductã. Cũq hunorũ rex attilia galliã vastaret: parisiorũ ciues pterriti facultates suas in alias vrbes tutiores deferre nitebantur. Quorũ matronas sancta cõuocãs suadebat ieiunijs orõnibꝰ ⁊ vigilijs insistere: vt possent sicut iudith ⁊ hester cladem euadere. Uiros etiã eorũ ne bona sua a parisius auferrẽt: eo q alijs vrbibꝰ vastatis parisiꝰ christo ptegẽte saluaret. propter quod insurrexerũt in eam: dicẽtes pseudo prophetã. Et tractãtibꝰ illis vt eam lapidarent aut gurgite mergerẽt: aduenit archidiaconus ab antisiodoro referẽs testimoniũ beati germani de ipsa: q ex vtero matris a deo electa fuisset. Et ecce inquit eulogias quas illi a sancto germano relictas exhibeo. Tunc ciues dissipauerunt consilium. illa vero orationibus suis predictũ exercitũ: ne parisiꝰ circũdaret abegit.

De Austeritate vite eius: ⁊ basilica sancti Dionysii quã edificauit. C. XLVII.

Quintodecimo vero anno vsq in quinquagesimũ etatis sue panis ordeaceꝰ ⁊ faba postq̃ duas aut tres hebdomadas in olla recõmiscẽs edebat. a die dñica vsq in. v. feria ieiunabat. ⁊ a. v. vsq in die dñico. Uinũ autẽ ⁊ quodlibet inebrians nunq̃ potauit. Post quinquagesimũ annũ suadentibus epis: propter obedientiã piscẽ ⁊ lac cum pane ordeaceo edere cepit. Multa autẽ veneratione katbulacensem vicũ: in quo beatꝰ dionysius passus est dilexit. cui etiam deuotio erat in honore illius basilicã cõstituere. Suadebat presbyteros: vt faceret vnusquisq collationẽ ad hoc edificiũ. Qui responderũt: Erunt forsan parati nostre vires edificandi. sed coquende calcis copia deest. At illa spirituscancto repleta vaticinans ait: Egredimini queso ad pontem ciuitatis: ⁊ que audieritis nũciate mihi. Qui egressi in platea stabant attoniti. ⁊ ecce duo custodes porcorum sermocinãtes: quorũ vnus ad alterũ ait: Dum suis vestigiũ ob partum vagantis legerem: inueni furnũ calcis mire magnitudinis. Alter respõdit: Et ego inueni in silua sub radicibus arboris a vento euulse furnum calcis de quo nihil sublatum credo vnq̃ esse. Quod audientes presbyteri gratias agentes reuersi sunt.

Audiens et hec iam sancta: lachrymis pre gaudio sinũ impleuit. Lo
cestiuitqꝫ genesium presbyterũ: vt in honore predicti martyris basi
licam construeret. sicqꝫ oĩbus ciuibus auxilium conferentibus illa
implorante cõstructa est. In cuius opere collectio carpentarijs cum
potus deficeret accipiens sancta cuppã seorsum prostrata cũ lachry
mis orauit. Deinde surgẽs facto signo crucis sup vas vsqꝫ ad sum
mũ poculo impletũ est. ex quo operarij vsqꝫ ad consummationẽ ba
silice vberrime potãtes gratias egerũt. Quadã nocte sabbati circa
gallicantũ egressa est ad basilicã sancti Dionysij: cereꝰ vo q̃ ante fe
rebat extinctus est. Quo turbatis virginibꝰ q̃ cũ ea erãt ꝓ horrore
noctis: sibi dari ꝑcepit. Quẽ vt tenuit statĩ illuminatꝰ est. Silr eodẽ
tpe cũ in eccl'ia diu ꝓstrata in oꝛone surgeret. cereus nondũ igne cõ
tactꝰ diuino nutu accẽsus est in manu eiꝰ: de quo ⁊ plures infirmi
paululũ in fide auferẽtes sanati sũt. Quedã mulier furata est calcia
mẽta eiꝰ. q̃(vt domũ venit) excecata est. deinde ꝓstrata ad pedes eiꝰ
veniã petẽs: signatis ab ea oculis visum recepit.

De Amabilitate eiusdẽ ⁊ ipsiꝰ miraculis. C. XLVIII.

Ilderichus etiã francoꝝ rex valde diligens
eã timẽs ne vinctos quos iteri
mere cogitabat sancta eripet. igrediẽs vrbẽ parisioꝝ por
tã claudi ꝑcepit. Qđ audiẽs sancta statim ad liberãdos
illos perexit. Inter cuiꝰ manus ꝑ se porta ciuitatis se sine claue rese
rauit. ⁊ sic regẽ cõsecuta ne vinctoꝝ capita amputarentur obtinuit.
Fuit etiã eo tpe btũs Simeon in colũna quẽ negociatores euntes
⁊ redeũtes ferũt de illa iterrogasse. ⁊ eã veneratiõe ꝓfusa salutasse.
⁊ se in oꝛonibꝰ eiꝰ memorẽ esse poposcisse. Parisiꝰ etiã oblati sunt
ei energumini. ꝓ q̃bus in basilica btĩ Dionysij ipsa orante vocifera
bant: clamãtes ꝓpe iam esse quos sibi in solatiũ venire beata. G. ꝓ
cabat forsitan angeli vel martyres. Quos surgẽs ⁊ signãs vnũquẽqꝫ
curauit a spiritu imũdo. vt fetor grauissimꝰ astantiũ nares attinge
ret. A die etiã epiphanie vsqꝫ ad cenã dñi i cella reclusa soli deo va
cabat in oꝛonibꝰ ⁊ vigilijs. adueniẽs puella religiosa ad fores eius
magis curiositate q̃ꝫ fide pmota. qđ sancta in cella sua agebat scire
volẽs statĩ lumen amisit. Quã sancta post consummationẽ. xl. egre
diens oꝛone ⁊ signo crucis illuminauit. In eccl'ia etiã beati Marti
ni turonẽsis cũ in angulo quodã oraret. vnus de psallẽtibꝰ arreptꝰ
a demonio ꝓprios artus lacerabat. Cũqꝫ beata. G. spiritũ immũdũ
exire iuberet. ⁊ ille per oculũ ꝑgredi se minaret. impante illa fluxu
vẽtris eiectꝰ est feda relinquẽs vestigia. Per idẽ tps stans in aditu
domꝰ sue. vidit puellã in manu ampullã gestantẽ quã paulo ante
emerat ⁊ interrogato qđ esset. vidit demonẽ sedentẽ in ore ampulle
⁊ minans insufflauit in eã. statiqꝫ pars de ore ipsiꝰ ampulle cecidit.
In territorio meldẽsi cũ propriã messem meteret: valde turbati sũt
operarij ꝓpẽ hymbrẽ iminentẽ. At illa igressa tẽtoriũ qđ sine itermis
sione facere consueuerat cũ lachrymis ꝓstrata oꝛone obtinuit vt cũ
in circuitu oĩuꝫ segetes pluuia rigaret nec messem: nec eiꝰ messores
gutta aliq̃ cõtingeret. Uixit autẽ plusq̃ꝫ. lxxx. annis. Tantaqꝫ sancti
tate pollebat ꝙ etiã ꝓphetie spiritu plena. Oẽs quoqꝫ morbos ab
humanis corporibꝰ expellebat. Egẽtibꝰ panes itegros dabat: adeo
vt eiꝰ puelle sepe partẽ panis quã in clibano posuerãt nõ inuenirẽt.
Huius natale celebrat. iij. nonas ianuarij.

De Quibusdã gestis illꝰ tẽporis. C. XLIX.

Igibertus. Anno Marciani. vi. maximꝰ
tyrãnide arripuit. Eudoxiã re
lictã valẽtiniani vi rapuit. Illa Gensericũ ex aphrica in
uitat: vt se a Maximo eripiat. Gensericus romã capit:
oĩa diripit vt tamẽ ab igne cederet, supplitijs hoĩuꝫ abstineret Leo
papa ab eo obtinuit p. xiiij. dies roma despoliata Gẽsericus Eudo
xiã cũ duabus filiabus ⁊ multo populo captiuat. ⁊ campanie vrbes
oĩ vastatiõis genere exterminat. Inter hec Paulinus nolanus epũs
dum pro captiuo filio vidue se vicariũ in seruitutẽ barbari subijcit.
oẽs captiuos sue vrbis recepit. his Marciani tẽporibus. Johãnes
baptistã caput suũ duobus monachis reuelasse quidã describunt.
Sup insulã britannie stella mire magnitudinis apparuit. cuius ra
dio globus igneus draconi similis adherebat. Ex cuius ore duo ra
dij procedebant. quorũ vnus vltra galliã se extendebat. alter vo ver
sus hiberniã tendens in. vij. minores radios terminabatur. Eo tem
pore occiso Aurelio Ambrosio rege interrogatus merlinus vates a
fratre regis Uther de stella significatiõe dixit eũ illo sydere ⁊ igneo
dracone signatum. Per radium vero de ore draconis procedentem
⁊ gallias respicientẽ figurari filium et potentissimũ nasciturũ. Alte
ro autẽ radio portendi filiã: cuius filij ⁊ nepotes regnum Bri
tannie succedentes essent habituri. Uther autem audita morte fra
tris sui cepit diadema insule. Duosqꝫ dracones ex auro iubens fa
bricari ad instar ignei draconis. obtulit vnum in ecclesia. alero autẽ
in prelijs pro signo vtebat. Et ex eo tpe cognomentũ accepit vther
pendagron. i. caput draconis. Saxones vo post mortẽ aurelij a pro
ditione federis soluti: inuaserũt ciuitates ⁊ ꝓmontoria. ⁊ ab albania
vsqꝫ eboracũ oĩa vastabãt. Cũ quibꝰ rex prelatꝰ fugã cũ suis iniit.
sꝫ nocturno tpe illos aggressus supauit. Captisqꝫ eoꝝ ducibꝰ octa ⁊
eosa ceteros saxones dissipauit. Post hec adamauit rex vxorẽ cuiusq̃
dã ducis: habuitqꝫ rem cũ ea. de qua genuit celeberrimũ illũ arthu
rum: ⁊ filiam nomine amã.

De Morte Ualentiniani ⁊ Marciani. ⁊ impio Leonis. C. L.

Ugo vbi supra. Interea valẽtinianꝰ
impator factꝰ de cra
dij spadonis agecium interfecit patriciũ. Sed nõ multo
post idẽ valẽtinianꝰ a satellitibꝰ agecij dolo maximi co
mitis pallatij pfossus interijt. ⁊ mox eiꝰ inuasit imperiũ idẽ maximꝰ
Eiusqꝫ vxorẽ augustã (vt dictũ est) in suũ diugiũ trãsire coegit. Ue
rũ hac incõtinẽtia nõ diu letatus est nã post alterũ mensem a famu
lis regijs mẽbratim dilaniatꝰ: ⁊ in tyberim est ꝓiectus. Post cuius
necẽ romani auitũ cesarẽ creauerũt: cũ quo marcianꝰ impator vna
nimitatꝫ fedꝰ cõposuit. Sꝫ cũ ambo rẽ ꝯcordiẽ administrarẽt publicã
marcianꝰ. vij. impij sui anno. vj. partẽ mẽse defũctꝰ ẽ. Cui leo magnꝰ
successit. Sigiber. Leo itaqꝫ marciano successit ãno dñi. cccclviij.
mũdi. v. iiij. M. cccc xxj. ⁊ regnauit ãnis. xvj. hic sup synodo calcedo
nẽsi singl'oꝝ patrũ singl'as sentẽtias reqsiuit. ⁊ qꝛ diuinã eẽ cognouit
eã fideliẽ tenuit. Hic cũ vualamere ostrogothoꝝ rege fedus pepigit.
et theodericũ fratuelẽ eius puerũ octennẽ obsidẽ accepit. Huiusqꝫ
ꝓsper chronicã suã ꝑduxit.

De Sancto Symeone anthiocheno ⁊ eius vita monasti
ca. C. LI.

O tempore symeon: q̃ cũ. xl annis inclu
sus i columna stetit mira sci
tate anthiochie claruit. Ex gestꝭ eiꝰ. Hic ex vtero mr̃is
electꝰ: cũ duodẽnis pascẽt oues prĩs sui: videns ecclesiã
relicto pecore cucurrit ad eã. ⁊ iungẽs se cuidã seni ait: Dñe pr̃ qđ ẽ
qđ legit. doce me rogo: qꝛ ideota sum ⁊ insipiens. At ille loquẽs ei
de virtutibꝰ aĩe ⁊ contemptu huiꝰ seculi addidit: ꝙ licꝫ virtutes a mul
tis in ecclesia fideliter impleant: in monasterijs tñ deo iuuãte facil
lius exercent. Tũc ille cecidit ad pedes senis dicẽs: Uere ab hodie
tu es mihi pr̃ ⁊ mr̃: qꝛ tu es magister bonoꝝ operũ. Ecce ego sum dñi
lũ tuũ vadã in monasteriũ vbi deus voluerit. Tũc exposuit et regu
lã ⁊ afflictiões monasterij: suadẽs ei patientiã ⁊ pseuerãtiã. Qui va
ledicẽs ei abijt ad monasteriũ timothei: ⁊ ꝓijciens se ante fores mo
nasterij tribꝰ diebꝰ ⁊ noctibꝰ neqꝫ comedit neqꝫ bibit. Post hec egre
diens abbas eleuauit eũ. ⁊ q̃sita eã fuge. ille ridit: Seruꝰ dei oẽ desi
dero Obsecro vt me in monasterio tuo suscipias: ⁊ fribꝰ oĩbꝰ deser
uire iubeas. Susceptꝰ itaqꝫ ab eo fuit ibi sex mẽsibꝰ: obediẽs humi
liter fribꝰ. Alijs aũt a mane vsqꝫ ad vesperã ieiunãtibꝰ ille post. vij.
dies interdũ cibũ sumebat. annonas suas secreto pauperibꝰ eroga
bat. q̃dã die egressus ad puteũ: funẽ de palma restitutũ appħẽdẽs:
i toto corpe suo ꝯstrinxit a renibꝰ vsqꝫ ad scapulas: puo tpis spacio
putrefactũ ẽ corpꝰ de obligatiõe funis. Qui vsqꝫ ad ossa ingressus
est: ita vt foris vix appareret. Quadam die aliqui ex fratribus inue
nerunt eum cibum suũ pauperibus dantem. ⁊ dixerunt hoc abbati.
Insuper ⁊ ꝙ fetor grauissimus ascenderet de corpore eius: vt nul
lus iuxta eum stare posset. ⁊ vermes stillantes de corpore eius lectũ
suũ impleuerant. Abbas vo cum quereret ab eo veritatẽ: inclinato
capite nihil respõdit: Unde abbas iratus iussit eum expoliari vesti
bus. Uidensqꝫ sumitatẽ funis eminentẽ exclamauit dicẽs: Unde
nobis aduenisti o hõ. destruere vis regulã monasterij vt video; qꝛ
non vis sicut ceteri cum discretione deo seruire. oro te recede hinc ⁊
vade quo vis. Cum graui tamẽ labore tulerũt de corpore eius funẽ
et curam illius egerunt.

De Puteo in quo latuit: ⁊ columnis in quibꝰ stetit. C. LII.

Ostéa egressus est de monaste
rio nullo sci
ente intrauit in puteũ desertũ sine aqua: vbi spũsꝰ imũ
di habitabãt: ⁊ ipsa nocte reuelat abbati: ꝙ multitudo
populorũ armatorũ circũdaret monasteriũ clamãs: da nobis seruũ
thimothee alioquin incendemus te ⁊ monasteriũ tuũ: quia ex a spe
rascit in hominẽ iustũ. Quod nũciauit abbas fratribꝰ. Simile etiã
vidit in alia nocte. ⁊ expergefactus misit monachos ad querendum
eum: ⁊ non inuenerũt pergensqꝫ abbas cum eis venit ad puteum: ⁊
faciens orationẽ descẽdit cũ fratribus in eũ: ⁊ vi adduxerũt eum ad
monasteriũ. Fratres vo oẽs ꝓstrauerũt se corã illo petentes veniã.

⁊ fecit ibi quasi annum. Unde post hec egressus occulte: perrexit non longe montem vbi claustrum de sicca petra edificauit: ⁊ ibi fuit annis tribus. Et cōfluentes ad eū vicini: fecerūt ei colūnam cubitoꝝ iiij in qua stetit annis. vij. Deinde columnā xij. cubitoꝝ: in qua ⁊ pariter stetit: ⁊ rursum aliā. xx. in q̄ annis. xxij ⁊ rursus aliā. xxx. cubitoꝝ in q̄ annis. iiij. Et iuxta colūnas duas basilicas. Et multi egri virtute eius sanabanť. ⁊ multi gētiles ad fidē conuertebanť. Post hec putrescēte femore eius. anno integro stetit sup pedē vnū vermibus de alio decurrētibus per columnā in terrā. Antonius vo q̄ hoc scripsit assistēs ei. secū dum pceptū eius colligēs vermes in terraꝫ porrigebat ei sursuꝫ. At ille ponēs eos ad vlcera dicebat. Mādūca te qd̄ vobis dn̄s dedit. Audiēs autē Basilicus rex saracenoꝝ famā eius cū fide venit ad eū. Et orante sancto cecidit vermis de vulnere eius quē ille currēs apprehēdit ⁊ tetigit ex eo oculos suos. Deinde aperiēs manū inuenit margaritā p̄ciosā. Cui sanctus ait. O homo nō pro meis meritis hoc fit: sed sm̄ fidē tuā datū est tibi. Qui grās agens abijt. Post septē annos mater eius visitans eū prohibita est. q: locum mulier nō ingrediebatur. Cui sanctus ait. Sustine me mater modicū: ⁊ videbimus nos si deus voluerit. At illa soluto crinibus: tribus diebus ⁊ noctibus plangens ⁊ deprecans eū ⁊ increpās. Tandē de planctu in somnū cōuersa est. Cumq̄ sanctus oraret pro ea tradidit spiritum. Rursum fecerūt ei columnā. xl. cubitorum vbi stetit annis. vi. vsq̄ ad obitum suum.

De Eiusdem miraculo. C. LIII.

Tunc draco ingens iuxta eū habitabat in parte aquilonis. vnde nec herba ibi nascebať. Cui lignū intrauit in oculū dextrū. Ueniitq̄ cecus trahēs se ad hostiū monasterij ꝓstrat⁹ totū se in gyro cōplexit: ⁊ q̄si veniā poscens oculū dextrū iuxta colūnam posuit tribus dieb⁹ nemini insidians. Tūc iussit scūs: vt de terra et aq̄ ꝓfunderet. Quo facto statim exijt de oculo eius lignū cubiti longitudinis. Qd̄ vidētes glorificauerūt deū: fugiētes tn̄ ꝓpter metum belue. At illa inuoluēs se imobilis ꝑmāsit: donec oīs ppl̄s pertransisset. Deinde surgēs adorauit ad hostiū monasterij fere ꝑ duas horas. et sanus reuersus est in cubiculū suū nemini nocens. Sed ⁊ mulier nocte bibēs ad hydriā in q̄ erat modicus serpēs trāglutiuit eū. Et medicis nihil in ea ꝓficientibus: post annos multos adducit ad eū. qui terrā ⁊ aquā misceri iussit: ⁊ in ore ei⁹ poni. ⁊ statim exijt serpens triū cubitoꝝ per os eius. Qui eadē hora crepuit: ⁊ ad multorū testimoniū suspensus est ibi. vij. diebus. Aliquādo etiā periclitante populo ⁊ iumētis pro defectu aque. orōnibus eius subito dirupta est terra. ⁊ inuēta est q̄si spelunca inestimabilis. habēs aquas salubres ad potandū vsq̄ in hodiernū diē. Quodā tp̄e q̄dam de longe expectātes eius orōnē. diuerterūt paululū ad arboris vmbraculum Et vidētes ceruā pregnantē q̄ pteribat: dixerūt ei ꝑ orōnes sci Simeonis adiuramus te: modicū sta. Que statī stetit. ⁊ apphēdentes eā occiderūt. ⁊ māducantes ex ea statim obmutuerūt. Et currentes ad sanctū Simeonē cū corio steterūt ibi duos annos. ⁊ vix aliquando sanari potuerūt. Coriū aūt cerue in testimoniū ibi suspēderunt. Quidā etiā pard⁹ ingēs: vastabat hoīes ⁊ aīalia loci illi⁹. Jussit aūt vir dei de terra monasterij vl̄ de aq̄ aspgi loca illa. Quo facto: postmodū inuenerūt pdū illū iacētē mortuū ibi. Suadebat etiā quos sanabat: ne iurarēt ꝑ nomē dei: sꝫ magis ꝑ se humilē peccatorē. Ideo oēs ppl̄i orietales ⁊ barbari illi⁹ regiōes: ꝑ ipsū iurāt. Jonathas aūt latro flagiciosus cū a militib⁹ ꝑseq̄reť. Ingressus in monasteriū amplexat⁹ est colūnā. ⁊ flēs vehemēter req̄situs a scō q̄s esset ait. Ego sum Jonathas latro pessimus qui huc veni penitere. Et ecce ab anthiochia officiales dicētes. Trade nobis inimicum q: bestie parate sunt ad deuorandū eū. Quib⁹ sanct⁹ rn̄dit. Nō possuꝫ: q: eū timeo q̄ misit eū ad me. q̄ maior vobis est. Et p. vij. dies columnaꝫ amplexans. ait ad scm̄ Simeonē. Si iubes: ambulare volo. Cui respōdit. an iterū festinas ad mala. At ille. Nō dn̄e. Sed tp̄s meū iam ipletū est. Et cū h̄ diceret: tradidit spm̄. Et ecce alijs officialibus requirentib⁹ eū: respōdit sanct⁹. Qui illū huc adduxit: venit cū multitudine celestis milicie. ⁊ recōciliauit eū sibi. ⁊ sic cū timore abierunt.

De Transitu eius ⁊ exequijs. C. LIIII.

Quadam autē die vi sabbati inclinauit se ad orōnē sicut cōsueuerat. Et cū oīs populus expectasset ei⁹ bn̄dictionē ꝑ tres dies. tūc ascēdit Antoni⁹ ad eū dicēs. Surge dn̄e bn̄dic nos. Cūq̄ neq̄ vocē neq̄ flatū audiret. sed velut odor aromatū de corpe eius exiret. fleuit amare. ⁊ osculatus oculos eius ⁊ barbā ait: Cui me dereliquisti dn̄e: ⁊ vbi doctrinā tuā angelicā requiram⁹. Quale responsū dabo asinis req̄rētib⁹ te. aut quo amictu operiā colūnā tuā. ⁊ ob tristitiam obdormiuit. Tunc apparuit ei vir scūs dicēs: Nō dereliqui columnā hanc: neq̄ montē hunc benedictū: in quo illuminat⁹ sum. sed descendens satisfac populo: ⁊ annūcia anthiochie: q: requieui. Tu autē ne cesses ministrare in loco isto: ⁊ deus tibi retribuet mercedē. Et expgefact⁹ iterū fleuit ⁊ ait: Quales reliquias tollā a te dn̄e in memoriā. Tūc motū est corp⁹ eius: magisq̄ timuit tangē eū. Et descēdens celeriter misit anthiochiā ad ep̄m. q̄ venit cū alijs trib⁹ ep̄is ⁊ magistro militū. Et extēderūt cortinas circa columnā: ⁊ deposuerūt vestimēta ei⁹: q: ꝓpter aurā cōstipa erāt. accipiētesq̄ eū deposuerūt iuxta altare ante columnā. Moxq̄ colligentes se aues supra columnā: volabāt q̄si pro luctu clamātes: ita vt magis accēderet plāct⁹ ppl̄i ⁊ iumētoꝝ. Mōtes etiā ⁊ campi circa loca illa cōtristati sūt: ⁊ resonabat plāctus ꝑ milia. vij. ⁊ facta est nebula tenebrosa vndiq̄ ad circuitū. Et vidit antonius angelū visitantē corp⁹ ei⁹. cui⁹ vult⁹ erat vt fulgur: ⁊ vestimēta ei⁹ sicut nix. ⁊ circa horā decimā septē seniores loquebanť cū eo. Mysteriū autē ignorauit. Uolens ergo papa anthiochen⁹ aliq̄d de barba sācti pro reliquijs tollere: extēdit manū Que statim arefacta est. Et multe orationes fiebāt pro eo: donec sanareť. Tulerūt corp⁹ eius anthiochiā. ⁊ iurauit ep̄s: q̄ nemo q̄cq̄ de corpore ei⁹ cōtingeret. Et cū venisset in vicū qui vocať merce. v. s. miliario ab anthiochia: nullus eū mouere potuit. Quidam homo cū esset. xl. annis surdus ⁊ mutus: eo q̄ violauerat sepulchrū mulieris quā dilexerat. subito proijciens se ante feretrū clamauit: Bene venisti mihi serue dei: quia tuus aduentus saluauit me. Et surgens apprehendit vnum de burdonibus: qui portabat feretrum. ⁊ sanus factus deseruiebat ei omni tempore vite sue. Tūc omnes exeuntes de ciuitate susceperūt corpus cū ymnis ⁊ psalmis ⁊ lampadibus: portantes in maiorē ecclesiā. ⁊ inde in aliam ecclesiā: q̄ vocať penitentia. Multo autē plures virtutes operať dn̄s ad sepulchrū ei⁹ q̄ quas fecerat in vita sua.

De Quibusdam euētib⁹ ⁊ victoria vtherpendragon. C. LV.

Igibertus. Anno leonis. iiij. apud tholosam vrbē gallie ex ei medio sāguis tota die largissimo fluxit riuo. Qd̄ gothi pro portento sue perditionis acceperūt. Anno eiusdē. vi. pictor quidā cum saluatorē sm̄ similitudinē iouis depingere voluisset: aruit man⁹ eius. Quē culpā confessum sanauit gēnadius ep̄s constātinopoleos. Anno sequēti heliseus propheta (qui duplici helie spū plenus multis in vita claruit virtutib⁹. ⁊ mortuus mortuū hominē supra corpus suū casu iactatū: solo corporis sui attactu resuscitauit. ⁊ multo tp̄e in samaria (vbi sepultus est) multis claruerat miraculis: ⁊ preter cetera etiā demones ibi fremētes varijs vocib⁹: ab insessis fugareť corporibus: alexandriā transferť. Anno eiusdē. ix. vtherpendragon rex britonū diuturna infirmitate vexať. Et p̄ncipes saxonū octa ⁊ eosa: quos tenebat in vinculis cū custodib⁹ carceris fugerūt in germaniā. cōmouerūtq̄ innumerabilē armatorū manū. ⁊ reuersi sunt insulam vastaturi. Rex autē infirmitate decubans ducē belli posuerat generū suū. Sꝫ ignauia ciuiū atq̄ supbia plurimū quidē eis nocebat. hostib⁹ autē maiorē audaciā atq̄ fortitudinē ministrabat. Cumq̄ dubia inter eos alternaret victoria rex hostes sua p̄ntia deterreret: se deferri ad praeliū iussit. Qui positus in vehiculo: ⁊ ad bellū delatus: suos quidē animauit. sed hostib⁹ risum fecit: q̄ semimortuus homo ad pugnā venisset. Congressu inito britones victoriam obtinuerūt. saxonūq̄ duces octam ⁊ eosam interfecerūt. Tūc rex hilaris effectus tanq̄ sanitatē recepisset: erexit se ⁊ ait Uocabāt me semimortuū ambrones isti. sed malo semimortuus eos superare q̄ incolumis superari. prestantius eni est mori cum honore q̄ cum pudore viuere.

De Institutione rogationū ⁊ victorijs arthuri. C. LVI.

Anno eiusdem. xi. Mamert⁹ ep̄s viennensis clarit. q̄ letanias ante ascensionē dn̄i instituit: hac de causa q: motus in vrbe viēna ecclesias domosq̄ euertebat. ⁊ ferites lupoꝝ aliarūq̄ siluaticarū bestiarū toto anno ꝑ vrbē vagantium hoīes deuorabāt. Ad hoc ⁊ palatiū regis die sancto pasche ē celesti igne consumptū: ad cladē multū terroris addebat. Qui letaniarum ritus a viēnensi ecclesia in oēs galliarum ecclesias decucurrit. Mortuo aūt vtherpendragon rege: sublimatus est in regno filius eius arthurus. Cuius mirabiles actus etiam ora linguere ꝓsonent populoꝝ: licꝫ plura eē fabulosa videanť. Qui multa ꝓbitate pollēs cunctis se amabilem exhibebat: quia cum virtute animi etiā mira liberalitate affluebat. Porro aduersus saxones scotos ⁊ pictos vario cōflictu decertans. tandē cōclusit eos in quodā saltu. sed illi arboribus pro munimento contra britonuꝫ tela vtebantur. Quod vi

dens arthurus: iussit arbores per multa loca incidi. et in circuitu nemoris poni. vt liberos exitus non habētes fame ibi deficerent. Unde cogente necessitate ad hoc compulsi sunt: vt licentiam: peterēt redeundi in patriam suam. oīa relicturi. et tributa cum obsidibus reddituri. Sed in reditu positi pactionē ruperunt. et retroactis velis insulam depopulari ceperunt. Arthurus vero cōgregato exercitu: processit cōtra hostes in prelium. accinctus gladio nomine Caliburno et auream galeā simulacro draconis insculptam capiti superponēs clipeumqȝ in quo imago sancte dei genitricis erat impicta humeris imponens. Lanceam quoqȝ que reum vocabatur assumens. Cūqȝ pugna valida vtrinqȝ fieret: Arthurus impetu facto in hostes occidit ex eis solo caliburno gladio. cccc. lxx. viros ceteros autem in fugam cōuertit. principibus eorū prostratis. Anno leonis. xiiij remigius fit remorū episcopus. Saracenis egyptum incursantibus hoc tēpore. negociatores Venecie corpus sancti Marci euangeliste ab alexādria transtulerunt ad Veneciam.

¶ De Translatione sancti Martini. C. LVII.

His diebus sanctus Perpetuus turonensis episcopus cernēs ad sepulchrū sancti Martini fieri multa miracula. fecit magnā basilicam fabricari iuxta cellulā in qua corpus ipsius quiescebat. eamqȝ in eius nomine dedicans transtulit in illā sanctum corpus ipsius premonente pariter et adiuuante quodā sene veneranda canicie formoso. qui nec prius visus fuerat: nec postea comparuit.

Ex historia trāslationis eiusdē. Hic itaqȝ sanctus Perpetuus cū ecclesiam sancti Martini mirifice ampliasset. et eam dedicare volens. sancti Martini corpus transferre vellet. conuocatis episcopis et presbyteris et clericis voluit hoc agere. iij. kal. iulij. Sed cum vigilassent vna nocte: facto mane discooperto tumulo manus opponētes: mouere sepulchrum nō potuerunt. Vigilata iterum alia nocte: mane tentantes nihil proficiunt. Turbati igitur cum nescirēt quid agerent: dicit eis vnus ex clericis. Scitis qȝ post hoc triduū natalis episcopatus eius celebrari solebat: et forsitan tunc se vellet transferri. Tunc omnes ieiunijs et orationibus insistentes: quarta die manus iniiciunt: sed penitus mouere nō possunt. Pauore ergo nimio conturbati. cum iam tumulum vellent tegere. apparuit eis quidam pulcherrimus senex: et ait eis. Vsqȝquo turbamini et tardatis nō videtis sanctum Martinū paratum iuuare vos. si vos manus apponatis. Tunc iactans pallium suum: posuit manus ad sarcophagum cum alijs presbiteris. Et statim cantātibus clericis: ad conatū senis cum summa facilitate sustollitur et in loco vbi nunc colitur collocatur. Cumqȝ completis officijs venissent ad conuiuium requirentes senem nusqȝ inuenerūt. Sed nec quisqȝ fuit: qui eum de ecclesia exire vidisset.

¶ De Prospero et Theodoro et libris eorum. C. LVIII.

Vgo vbi supra. Floruit eo tempore Prosper vir aquitanice regiōis. et beati pape Leonis notarius. necnō Theodorus episcopus ciuitatis: que a Cyro quondam Rege persarum condita Cyria vocitatur. Qui ecclesiasticam scripsit historiam. a fide librorum eusebij sumens exordium et perduxit vsqȝ ad suum: id est vsqȝ ad imperatoris huius Leonis tempus quo et defunctus est. Genadius in libro virorū illustrium. Prosper aquitanice regionis sermone scholasticus. et assertionib' neruosus. multa composuisse dicitur. In quibus ego chronica nomine ipsius pretitulata legi. continētia a primi hominis conditione iuxta diuinarū scripturarum fidem. vsqȝ ad obitum Valentiniani augusti. et captiuitatem vrbis Rome a Genserico Wandalorum rege factam. Legi et librum eius aduersus opuscula Cassiani: que ecclesia dei salutaria pbat. ille infamat velut nociua. Re enim vera Cassiani et Prosperi de gratia dei et libero arbitrio sententie. in aliquibus sibi inueniuntur contrarie. Epistole leonis pape aduersus Euticem de vera Christi incarnatione ad diuersos date. ab isto dictate creduntur. Theodorus Cyrie ciuitatis prouincie Cyrie episcopus. a Cyro enim rege Persarū condita seruat vsqȝ hodie apud Cyriam nomē actoris. scripsisse dicitur multa. ad meam tamen noticiam ista sunt que venerunt. De incarnatione domini aduersus Euticem presbyterum et Dioscorum alexandrie episcopum. qui humanam in Christo negauit carnem fuisse. scripta fortia: per que confirmat vt ratione et testimonijs scripturarum. ita illam veram materne substātie carnem habuisse: quam ex matre virgine sumpsit: sicut et veram deitatem quam eterna nascibilitate deo patre gignente ipse nascendo accepit. Extant et historie ecclesiastice libri eius: in quibus imitatus Eusebium cesariensem conscripsit a fine librorum Eusebij: vsqȝ ad sui tempus id est a vicennalibus Constantini: vsqȝ ad imperium Leonis sub quo et mortuus est. Actor. De opusculis Prosperi viri religiosissimi et prudentissimi duo tantum excerpta que valde moralia sunt et vtilia. huic operi inserere volui. Unde scilicet sententiarū siue epigrammatum: qui liber partim metricus est: partim prosaicus. Alterum ad Julianum pomerium de vita contemplatiua tres libros continens. Vtrunqȝ ex dictis beati Augustini compendiose contractum. Hec sunt ergo que de his moralia et electa breuiter excerpsi. De primo flores metricos et prosaicos sigillatim ponens in hunc modum.

¶ De Floribus Prosperi metricis. C. LIX.

Prosper in libro epigrāmatū metrice. Quisquis alterum molit ledere: primū ipse se iaculo percutiet proprio. Nature quisquis propriū non spernit honorē. In quocūqȝ hominū que tua noscis ama. Sic tamen vt prauos vitet concordia mores. Nullaqȝ fiat pacis federa cum vitijs. Etern' vere solus de' omniūqȝ creator. Vita in se viuēs permanet esse quod est. Virtus preteritis prior: vlteriorqȝ futuris. Nil recipit variū: nihil habet occiduū. Multa diu sūmi differt patiētia regis. Suspēdens equi pōdera iudicij. Verbere nonnunqȝ castigans sic corda paterno. Et curat, medicus vulnera vulneribus. Laus vera in dñm: depromit ore precantis. Sic que voce fluūt: intima cordis habent. Non prodest cuiquā solis bona dicere vbis. Ni pia mens habeat quod bene lingua sonat. Nam fari recte miserū est: et viuere praue. Damnat vota malum regula iustitie. Est et in hac vita requies multi data sanctis. Quorū animos mundus non tenet occiduus. Quos desiderijs nullis pitu[illegible] fatigant. Et quibus omne bonū est christus: et omnis honor. Celestem ad patriam christo redemente vocatus. Vitam lambentis temporis hospes agit. Dūqȝ ad promissam requiem pro nō sua tendit. Mundane patitur multa pericula vie. Que nunc obsessa aduersis nunc pena secundis. Aut frangit trepidos: obligat aut dubios. Inter quos laqueos currentem ad gaudia vera. Non capiet insidijs: cui via christus erat. Mens nullos poterit carnis compescere motus. Ni fuerit christi semper amore potens. Amplius incedit spacijs terrena voluptas. Augusto virt' limite celsa petit. Hac desiderij deus est pietate colendus. Justitie vt merces tota sit ipse deus. Culpare in quoquam que non sunt nota malignum est. Presertim si que cognita sunt bona sunt. Non pateant faciles seuis rumoribus aures. Que nescire iuuat: credere non libeat. Ex operū specie clarebunt intima cordis. Quisve hominis mentem spiritus intus alit. Spernuntur mundi prelia pace dei. Non satis est domini precepta euoluere lingua. Is meminit legis: qui memor est operis. Scrutare legem possunt vtcūqȝ quieti. Si mundi a strepitu: libera corda iacent. Doctrine domini penetralia tempore isto. Ad plenum nulli peruia sunt homini. Semp enī supest scis quo crescere pīt. Et pfectorȝ gloria principiū est.

¶ De Eodem. C. LX.

Moribus in sanctis pulchra est concordia pac'. Impia pars mundi: parti est infesta piorum. Quis nō cecidit: proprijs si viribus aptat. Hoc ipso quo se stare putat cecidit. Semper erunt quod erant eterna gaudia vite. Gaudendi quoniam causa erit ipse deus. Nec varios pariet motus diuersa voluntas. Unum erit in cunctis lumen et vnus amor. Inqȝ bonis summis posita experientia felix. Nec volet augeri: nec metuet minui. Qui se peccatis gaudet feliciter vti. Infelix nimis est prosperitate sua. Nullus enim est insons sola formidine pene. Qui sanctaqȝ et iustum non amat imperium. Non merita obscurat: grandia culpa leuis. Et bona que prauis nature ex dote supersunt. Augent peccati pondera non minuūt. Cum datur iniusto peccandi optata potestas. Vt mala mens praue quod cupit efficiat. Ira est magis dei qua multos sic quoqȝ punit. Vt quibus exultāt criminibus pereant. Et magis erranti ne parcant flagra timendum est. Quam ne nō fiat quod voluisse nocet. Sola est innumeris armata superbia telis. Cui possunt vires et bene gesta dare. Cūcta bonis prosunt: quo et more ipsa beatos. Efficit: vt sumāt premia principium. Mens illesa nihil violato in corpore perdit. Inuitam carnis vulnera non maculant. Nec crimen facti recipit non mixta voluntas. Velle magis facinus qȝ tollerare nocet. Qui valet aduersis oneratā ducere vitam. Et tollerare magis vult mala qȝ fugere. hic magni est animi. Mon seruile grauat libera corda iugum. Solus peccator seruit malo: qui licet amplo. Vtatur regno: satis miser est famulus Cum mens carnali nimium domināte tyranno. Tot seruit sceptris: debita quot vitijs.

Optima vota deo: quorum est dator ipse fouentur. Hoc sursum dignum est ire: quod inde venit. Tales a domino quales formamur amamur. Non quales nostris extimamus meritis. Terrenorū auidos infima suscipient.

Adhuc de eodem. C. LXI.

Cire volens in qua sit rerū parte locandus Discute quid timeas quidve sit quod amas. Nam cuncti gemino nascunt fomite motus. Respondentqꝫ suis germina principijs. En miris operum signis ostēdit actor Actorēqꝫ suum condita quęqꝫ canunt. Non semper vere est felix: impleta voluptas. Cum sepe iniusti sint mala vota animi. Maiestate dei concluditur omne qd̄ vsqꝫ est Qua sine nil rerum stare vel esse potest. Huic homo si recte famulat proximus heret Si resilit misero degit in exilio. Fallaces curis semper torquentur amoris. Et mala mens nunqꝫ gaudia pacis habet. Ad patriam vite de noctis valle vocati: Virtutū gradibus scandite lucis iter. Gratior est fructus quē spes productior reddit Ultro obiectorū vile aderit preciū. Qui dedit vt queras addet vt inuenias. Magnū presidiū est sacro libamine pasci Si cor participis criminis nulla premūt Da proprerēt fontes: peccati abrumpere nodos Ante diē mortis: dum locus est venie. Quid iuuat in longū causas producere morbi. Cur dubium expectat cras hodierna salus Scimus correctis veniā non esse negandā Sed nulli nostrū est vltima nota dies Quādo peccati merito moriens oipotētis. Oia concludens: artat vbiqꝫ rerum Unū profugium tutum est deus ipse timenti. A quo descendēs: ne pereat redeat Cōuerti nāqꝫ ad dominum certissima vita est. Pacem offensi querere sola salus Qui terret parcit qui percutit ipse medetur. Uiuere vis illi subdere quem metuis Carnis virginitas: intacto corpore habetur. Uirginitas anime est intemerata fides. Magnum peccatum est amor immoderatus habendi Et plusqꝫ vite sufficiant cupiēs. Si qua igitur superant quorum non indiget vsus. Debilibus prosint: atqꝫ iuuent inopes. Quisquis enim cupide non expendenda recondit Que nulli tribuit pauperibus rapuit Terrenis opibus cū diues gaudet iniquus. Uere se miserum nescit egere bonis Cum licet aduersis cessantibus omnia parcant. Lege tamen mortis fit faciendus inops. At bona iustorum nullis obnoxia damnis. Hostes ⁊ furta: ignes ⁊ mare non metuunt. Omnis virtutum semper substantia salua est. Inuitus christi munera nemo rapit. De vetitorum auidis grauior tunc ira timenda est Cum sese remouent verbera iustitie. Nā quid erit morbi quod non dominabitur illi Cui supera auxiliū tam medicina negat. Felices vere faciunt semperqꝫ beatos. De vero ⁊ summo gaudia nota bono Nam mundi ex opibus breuis ac peritura voluptas. Edita: perpetue semina mortis habet. Nō placeat vanis animum subuertere rebus. Pestiferisqꝫ auida in mentem onerare cibis. Cor mundum ⁊ sapiēs fructu virtutis alatur. Et christi in nostro pectore regnet amor.

Idem de eodem. C. LXII.

Oncem habitum mūdi totus deus implet ⁊ ambit. Quem templo cordis mens pia semper habet Non recto seruat legalia sabbata cultu. Qui pietatis opus credit in his vetitum. Nulla dies actus hominū non damnat iniquos Omnia conueniunt tempora iusticie. Nec corrumpūtur virtutibus ocia sancta. Tantum a peccatis libera corda vacent. Libertas nulla est melior: maior ve potestas Qꝫ seruire deo: cui bene seruit amor. Absqꝫ iugo posita ditionis amica voluntas Que viget effectu non gemit iperio. Ancipitis vite: qꝫ vis superare labores. Dilige qd̄ semper verus amator habet. Nam nihil est inter carnalia vota quietū. Nec pax sollicitis: nec modus est cupidis. In solo est mens tuta deo Lingua assentatrix vitium peccantis aceruat. Et delectatū crimine laude ligat. Fraudati nō sunt sacro baptismate christi Fonis quibus ipsa sui sanguinis vnda fuit. Et quicquid sancti fert mystica forma lauacri. Id totum implet gloria martyrij. Tranquillam ⁊ vacuam curis sapientia mentem Imbuit ⁊ placidi pectoris hospes erit. Absqꝫ dolore quidē nequeūt mala sueta repelli Sꝫ quos lese rūt dulcia: amara nozūt Ad veniā tendūt: iusti pia vbera regis. Ira breuis recti gaudia lōga dabit. Nūqꝫ bella bonis: nunqꝫ discrimina desunt. Et cum quo certet mens pia semper habet. Pulsant exterius diuersis motibus hostes. Intus ciuile est ⁊ sociale malum. Qui credunt veros verum cecinisse prophetas. Et qui non dubitās verba manere dei. Qui christum passum penas crucis vltima mortis. In toto celsi patris honore vidēt. Quiqꝫ ipsum multa cum maiestate tremendum. Expectant: pingui lampade peruigiles. His sedent terrena: patent celestia: nec se. Captiuos qꝫ suos temporibus agunt. Imperia ⁊ fasces indocti munera vulgi. Quasqꝫ orbis scelerū semina fecit opus Calcarunt: sancta celum ambitione petentes. Querere nil cupiunt: perdere nil metuūt.

Iterum de eodem. C. LXIII.

Um deus effectū precibus non prestat iniquis Multum concedit: quod nocitura negat. Nam iratus sineret: quod prohibet placidus. Nemo sue mentis motus nō estimat equos. Quo volunt homines: se bene velle putant. Delicias iamnūc promissi concipe regni. Uirtutum atqꝫ fide quod cupis esse tene. Esse volens: gaudere optans: scire abdita querens. Ut te non teneant vltima summa pete. Cum pia mens in laude dei superata labores. Gaude qꝫ tantum te bene vincit opus. Quere bonum: ⁊ fine fine bono persiste reperto. Querere nō habeant talia vota modū. Nam qui se nullo iam munere credit egere. Crescere non cupiens: perdit adepta tepens. Ferro: peste: fame: vinclis: ardore calore. Mille modis miseros mors rapit vna homines. Quod sibi quis non fieri vult: non inferat illi. Uindictā lesus nesciat exigere. Spernu non timeat: spernere non soleat. Non sua non cupiat: que sua sunt tribuat. Quid rogo mādatis durum censetur in istis. Aut quid inest quod nō possit adire fides. Exulta agnoscens te verbi in carne renatū. Cuius si pars es: pars tua christus erit. Quiue damnandi leges mala gaudia mūdi. Promissum ad regnū se tibi fecit iter. Ille deus rerum celi terreqꝫ creator. Me propter sacra virgine natus homo est. Flagris dorsa: alapis maxillas: ora saliuis. Prebuit ⁊ figi se cruce non renuit. Me gessit moriens: me victa morte resurgens. Et secum ad patrem me super astra tulit. Quidnam igit ista pro spe tollerare recusem. Aut quid erit quod me separet a domino Ignē adhibe: rimare manu mea viscera terror. Effugient penas membra soluta tuas. Carcere si ecco claudar nectarqꝫ carhenis. Liber in excessu mentis adibo deum. Si mucrone paret ceruicem abscidere lictor. Impauidum inueniet mors cita vita breuis. Non metuo exilium: mundus domus omnibus vna. Sperno famē domini fit mihi sermo cibus. Nec mirabor opes: nullos sectabor honores. Pauperiem christo diuite non timeo Qua stetero aduersis hac vtar mente secundis. Nec mala me vincent: nec bona me capient Nec tamē ista mihi de me fiducia surgit. Tu das christe loqui: tuqꝫ pati tribuis. In nobis nihil audemus: sed fidimus in te. Quos pugnare iubes ⁊ superare facis Semp agā grates christo dabo semp honorē. Laus dn̄i semp viuet in ore meo.

De Flosculis eius p̄aucis. C. LXIIII.

Dem in libro sententiarū p̄fatur. Sic diligendi sunt homines vt eorꝫ nō diligant errores. Quia aliud est amare qd̄ facti sunt: aliud odisse quod faciūt. Nulla dei opera a misericordia vacant: qꝫ hominem ⁊ indulgētia consulit ⁊ flagello. Bene loqꝫ ⁊ male viuere nihil aliud est qꝫ se sua voce damnare. Cuius non videnť opera nisi bona: iniquū eū ex suspicione reprehēdē. Qui deū colit vt aliud qꝫ ipm p̄mereat: non deū colit: sed id qd̄ assequi cōcupiscit. Qui legē diligit: p̄bet se in oib⁹ iniquis id qd̄ contra legē est odisse non posse. Nō est putāda mala mors: quā bona vita precesserit. Bon⁹ etiā si seruiat liber est. malus autē et si regnet seruus est: ⁊ tot dn̄or quot vitior. Uerius cogitat deus qꝫ dicit. ⁊ verius est qꝫ cogitat. Non parua autē notitie pars est: si anteqꝫ possum⁹ scire quid sit: possum⁹ scire qd̄ non sit. Bone sunt in scripturis sanctis mysterior p̄funditates. que ob hoc teguntur: ne vilescant. ob hoc queruntur vt exerceant. ob hoc aperiunť vt pascant. Non differenda est ad deum conuersio. Qui eni penitenti indulgentiam promisit: dissimulanti diem crastinū nō spopōdit. Oia qꝫ timenť rationabiliter declinanť. Deus aūt sic timēdus est: vt ab ipso ad ipm fugiaľ. Uana querētib⁹ nihil sufficit. Alienorū quodāmodo retentor est: qui p̄futura pauperib⁹ inutiliter habet. Paruū est nulli nocere: nisi studeas multis p̄desse. Omnis infideliū vita peccatū est. ⁊ nihil bonū sine summo bono. Nō est desperandū de malis: sed pro ipsis vt boni fiant studiosius supplicandum: quia numerus sanctorum de numero semper augetur impiorum. Nō facile inueniunť in aduersitate presidia: que nō fuerunt in pace quesita.

Idem dicta eius de angelis ⁊ vita eterna ⁊ vita contemplatiua. C. LXV.

Dem in prologo libro de vita cōtēplatiua. Tractatio questionū ⁊ si nō instituat inuenien

tis quod querit animum: exercet tamen querentis ingenium. Scien-
tia sicut sine dono charitatis inflat: ita si ei charitas admisceatur
edificat. Idem in libro primo. Angeli mali quia perseuerare cum
possent noluerunt: iusto dei iudicio et voluntatem redeundi ꝛ fa-
cultatē penitus amiserūt: sicut in sanctis angelis ecōtrario factū est
vt q̄ fuit cū deo suo manēdi volūtas: fieret permanēdi volūtaria fe-
licitas necessitas: vt deo suo infatigabilit̄ ꝛ amanter seruiant: ita pfe-
cte beati vt nec cupiant beatiores fieri vltra: nec valeant. In illa cele-
sti patria ita patebūt singulorū singulis mētes sicut corporalib⁹ ocu-
lis subiacēt facies corpales. Ibi etiā corpales oculos nihil creature
visibilis latebit: ꝛ quocūqꝫ spūs ire voluerit: ibi corp⁹ erit sine mora
tpis aut impedimēto pōderis. Tūc filiorū parentū cōiugū miseria bea-
tos contristare nō poterit: qꝛ noīa necessitudinū corpaliū q̄ hic nostra
fragilitas habuit: excellentia illius beatitudinis non admittit: vbi o-
mnes qui fuerint vnū corpus erūt: ꝛ singuli de sua vel singulorū feli-
citate gaudebunt. Vita cōtēplatiua esse dicit̄ rerū latentiū ꝛ futura-
rūqꝫ notitia: siue vacatio ab omnibus mundi occupationib⁹ siue di-
uinarum studiū literarū: siue qḋ his pbat̄ esse perfectius dei visio.

Ꝯ De Officio predicationis. C. LXVI.

Lic aut verbi dispēsatio cōmissa est etiā si san-
cte viuit: ꝛ tñ pdite viuētes arguere aut
erubescit aut metuit cū omnibus qui eo tacente pereunt
perit. Et quid ei proderit nō puniri suo q̄ puniendus est
alieno peccato. Mētior si nō p ezechielē hoc dñs loquit̄ dicēs Spe-
culatorē de ꝛc. Pastores dici volum⁹ nō tñ esse credim⁹. Officiū no-
stri vitamus laborē: appetim⁹ dignitatem. Qñ peccātes diuites vel
potētes cōspicimus: nō solū nō arguimus sꝫ etiā veneramur ne no-
bis aut munera solita offensi nō dirigāt: aut obseq̄a desiderata sub-
ducāt. Itaqꝫ impietie mee ac sinus recordatus ingemui: ꝛ volui sarci-
na epatus mei deposita elongare fugiens: ꝛ manere in solitudine ꝛ
ibi expectare deū q̄ saluū me faceret. ap. s. ꝛ esse. Hoc specialiter do-
ctor ecclesiasticus elaboret: quo fiant q̄ eū audiunt sanis disputatio-
nibus meliores: nō vana assentatiōe fautores: lachrymas quas vult
a suis auditoribus fundi ipse primitus fundat: ꝛ sic eos compunctio-
ne sui cordis accendat. Tam simplex ꝛ aptus etiam si minus latinus
tamen disciplinatus ꝛ grauis debet esse sermo pontifici: vt ab intel-
ligentia sua nullos quasi imperitos excludat sed in oīum audientiū
pectus cū quadā delectatione distendat.

Ꝯ De Auditu verbi dei ꝛ modo corripiendi ꝛ contem-
ptu seculi. C. LXVII

X libro secundo. Sunt qui rationē
doctorum ad digni-
tatē dicentium praua examinatione discutiunt: ꝛ magis
quis dicat q̄ꝫ quid dicat attendunt: ꝛ quod facere aut fie-
ri nolunt: dici quoqꝫ sibi fastidiunt: paratiores aliquid doctrine eti-
am quod scire cupiunt ignorare q̄ꝫ a persone inferiore cognoscere:
cum veritas vndecunqꝫ claruerit non humano ingenio sed deo de-
putanda sit. Ita peccatis dissimilia sunt adhibenda remedia sicut ex
dissimilibus causis veniunt ipsa peccata. Argue coequales: obsecra
seniores: increpa iuniores in omni patiētia ꝛ doctrina: quia leuiter ca-
stigatus exhibet castiganti reuerentiam: asperitate autem nimia in-
crepationis offensus: nec increpationē recipit nec salutem: quin po-
tius tales plerunqꝫ mole tristitie supra modum grauati succumbūt
ꝛ sanctorum omnium vultus per quos possunt restitui deo refugiūt:
aut certe ad omnem peccandi impudentiam exacerbati prorumpunt.
Quādiu quis peccata sua que nosse ꝛ deflere debet ignorat: tādiu cu-
riose aliena considerat. Qui si mores suos ad seipsum conuersus aspi-
ciat: non requirit quod in alijs reprehendat: sed in seipso quod luge-
at. Proinde fratrum vitia non debemus facile accusare: sed gemere
vt inuicem onera nostra portantes legem christi possimus implere:
qui vtiqꝫ nō accusauit peccata nostra sed tulit. Huc accedit qꝫ ꝛ pec-
cata ipse sic habentur occulta vel aliena nobis vel nostra alijs: vt ple-
runqꝫ ꝛ sanctus inter peccatores lateat ꝛ famam sancti peccator ob-
tineat. Expedit facultates ecclesie possideri: ꝛ proprias perfectionis
amore contemni. Nam ꝛ sanctus paulinus ingentia sua predia ven-
dita pauperibus erogauit: sed cum postea factus esset episcopus nō
contēpsit ecclesie facultates sed fidelissime dispensauit: sic ꝛ sanctus
hilarius: sed vterqꝫ nō vt possessor sꝫ vt pcurator possidebat ecclesie
facultates. Scientes enī nihil aliud esse res ecclesie nisi vota fideliū
precia peccatorum: ꝛ patrimonia pauperū: non eas in vsus proprios
vt proprias vendicauerunt: sed vt cōmēdatas pauperib⁹ diuiserunt.
Hoc est possidendo contēnere non sibi sed alijs possidere: ꝛ qḋ ha-
bet ecclesia cū oīb⁹ nihil hñtibus habere cōe: nec inde aliqd eis qui
sibi sufficiunt erogare: cum nihil aliud sit hñtibus dare q̄ꝫ perdere.
Nec illi qui sua possidentes dari sibi aliqd volūt: non sine grādi pec-
cato suo vñ paup victur⁹ erat accipiūt. Ipsi quoqꝫ pauperes si se pos-
sunt suis artificijs aut laboribus expedire: nō debent presumere qḋ
debet debilis ꝛ infirmus accipere.

Ꝯ De Suaui iugo christi ꝛ abijciēdo iugo seculi. C. LXVIII.

M que nolumus obseruare non impossibilitas
facit dura sed voluntas: in vsum veniāt
ꝛ neminē cōturbent. Ille nobis sunt ambiēde diuitie q̄
nos ornare possint pariter ꝛ munire: quas nec acquirere
possumus inuiti nec pdere. He sunt diuitie vtutū. facultates paupe-
rum: patrimoniū enim cordiū diuitie incorruptibiles morū: qb⁹ nō
abundāt nisi qui carnalib⁹. s. diuitijs ex corde renunciāt. Boni tpa-
les amissio fit iusti exercitiū: ꝛ iniusti suppliciū: qꝛ ꝛ iustus celestiū
desiderio captus oīa tpalia: siue hēat siue amittat oīno non sentit: ꝛ
iniqu⁹ qḋ cū delectatiōe habuit sine dolore nō perdit. O facinus in-
auditū: suaui iugo christi cōtempto: ferreū cupiditatis imperiū volun-
taria mentiū inclinatiōe suscipimus: ꝛ abiecto dñi nři leui onere qḋ
subiectos nō onerat sꝫ honorat: nō deprimit oīno sꝫ subleuat. plūbeū
pōdus nřis ceruicib⁹ aggregamus: qḋ citius deponi pōt q̄ꝫ ferri: qꝛ
ipsa cupiditas cōtēni pōt facilius q̄ꝫ expleri. Proinde quē possiden-
di delectat ambitio: deū qui possidet oīa que creauit expedita mē-
te possideat: ꝛ in eo habebit quecūqꝫ habere sancte desiderat. Et qꝛ
nemo possidet deum nisi q̄ possidet̄ a deo: fit ipse primitus deo pos-
sessio ꝛ efficit̄ ei deus possessor ꝛ portio. Quid aūt vltra q̄rit cui su⁹
conditor oīa fit: aut quid ei sufficit cui ille nō sufficit. Igit̄ qui vult
deum possidere renūciet mūdo: vt sit illi deus beata possessio. Quid
est ambulare sicut deus ambulauit: nisi contēnere oīa prospera que
ille cōtempsit: non timere aduersa q̄ pertulit. libent̄ facere que fecit:
docere q̄ docuit: sequi quo ipse processit. Nihil cōtra abstinentiam
faciūt q̄ vinū nō p ebrietate sꝫ p corporis salute pcipiūt. Si quolibet
adueniente ieiunio intermisso reficior: non solus ieiuniū sꝫ impleo
charitatis officiū. Ipsa cōtinuatio ieiuniorū nisi fuerit qñ res exigit
pretermissa: ꝛ me inflat ꝛ fratrē cui charitas iubet seruire contristat cū
sine abstinētia quēlibet hoīem catholicū sola charitas pficiat ꝛ oīs
abstinentia sine adiunctione charitatis aut pdat aut pereat.

Ꝯ De Hypocrisi ꝛ iactantia ꝛ pudicitia q̄ roga ꝛ superbia. C. LXIX.

Icut virtus animā sibi veraciter inheren-
tem si fuerit vera iustificat:
ita simulata condēnat: dupliciterqꝫ rea est aīa si ꝛ bonū
non faciat vnde spiritualiter viuat: ꝛ appetat similitudi-
nem boni sub qua male viuat ꝛ lateat. Superbus vult se constantē
credi: prodigus liberalem: auarus indigentem: temerarius fortē: in-
humanus parcū: gulosus humanū: ignauus quietū: timidus cautū.
Impudentia sibi fiducie nomē ascribit: procacitas libertatis appel-
lationem obtendit. Eloquentiā verbositas fingit: ꝛ curiositatis ma-
lum sub spiritualis studij colore delitescit. Inuidus alienum bonū
suum facit inuidendo supplicium. Tantos inuidus habet iusta pe-
na tortores: quantos inuidiosus laudatores. Inuidiosum enim fa-
cit excellentia meriti: inuidum pena peccati. Quosdam pudicos aut
temperatio corporū facit: aut timor supplicij tpalis ab impudicitie
actione suspendit: aut occasio negata destituit. Sed licet necessitate
pudici sint non voluntate: tñ ꝛ primi si de beneficio nature sue deo
grās agunt: ꝛ secū di ꝛ tertij si pudice viuere consuescunt: in virtutē
de necessitate proficiunt: ꝛ paulatim ipsius pudicitie delectatiōe cre-
scente pudici veraciter fiunt. In quibusdam superbia tam aperte re-
gnat: vt nec dignetur se occultare nec valeat: quorum etiam ipse ha-
bitus ꝛ incessus ceruix erecta: facies torua: truces oculi: sermo terri-
bilis: nudam superbiam clamant. Hi quos superbe mentis tabes
purulenta corrumpit: seniorum suorum non obseruant imperata:
sed iudicant: de suis negligentijs obiurgati aut rebellant insolenter
aut murmurant. De loco superiori disceptant: preferri se meliorib⁹
etiam imprudenter affectant: simplicitatem spiritualium fratrum ir-
ridenter exagitant: sententias suas procaciter iactant: obsequia de-
lata fastidiunt: negata pertinaciter querunt. Habent intentione per-
tinaciam. in corde duritiam: in sermocinatione iactantiā. In humi-
litate fallaces. In iocatione mordaces. In odio pertinaces. Ad op⁹
bonum pigri: ad cōmunionem feri: ad obsequium duri. Ad exequē-
dum qḋ nesciunt prompti: ad fraterna obsequia inhumani. Teme-
rarij in audiendo. clamosi in loquendo: fastidiosi in audiēdo. pium
ptuosi in docendo: efferati deformiter in cachinno. Ingrati benefi-
cijs. inflati obsequijs impiosi abiectis.

Ꝯ De Inuidia ꝛ vana gloria. C. LXX.

Inuidi sancte viuentiū merita sua faciūt inuidendo peccata: ⁊ quicquid boni fieri vel dici a sanctis audierint: aut oīno nō credunt aut in malū male interpretando ɔuertūt: ⁊ omne malū qd de illis mēdax fama iactauerit statim tanq̄ si ipsi viderint credūt: ac feraliter eis qui illud nō veꝝ esse pbauerint: ɔtradicūt. Oēs suos emulos fingūt quorū ꝑfectu deficiūt. Inimicitijs gratuitis ardēt: deprehendi pectoris sui malitiā timēt, semꝑ amari: nunq̄ certi: amici diaboli: inimici sui: sui: oib⁹ dolosi: ad gaudēda anxij: ad plangenda leti: vtrobiq̄ puersi. Inter amicos discordias seminat: opinionē bonoꝝ mēdacijs decolorant: odiorum sibi occasiones prauis suspicionibus decolorant: velut: amici in obsequio: hostes in animo: continētes in verbo: turpes in facto. Considerate obsecro qualiter inuidos punitura sint mala sua: quos etiam bona puniunt aliena: vbi poterunt fieri boni q̄ sunt in bono mali: aut quando malis bene vsuri sunt qui mali bonis vti non desinunt. Quis enim poterit subuenire qui se sibi exhibet inuidendo carnificem. Vanitas est inflata quedā circa delectationes varias animi languentis affectio: potiendi honoris auida simul ⁊ nescia: morbo excellentie inanis afflata: caeca morbida: turbulenta: animoꝝ leuiū domina: male fundatis omnibus blanda: repugnantibus fumea: capiendis seductoria: captis inuicta. Hec vanos homines afflatus sui vento circumfert: qui se de operib⁹ quoꝝ sibi ɔscij nō sunt turpiter iactant: ⁊ ab omnibus se predicari affectant: salutationibus occurrentiū gaudent: adulatoribus suis fauent: voluptatib⁹ parent: estiunt docere quod nesciūt: credi de se sublimia volunt: delectabilia grauibus anteponūt. in pmissione veloces: in exhibitione mendaces: in verbo graues: vbiq̄ fallaces: leti ad ꝓspera: fragiles ad aduersa: inflati ad obsequia: anxij ad obprobria: immoderati ad gaudia: difficiles ad honesta.

¶ De Timore supplicij ⁊ amore dei. C. LXXI.

Nulla res sic nos ab omni peccato seruat immunes sicut timor supplicij ⁊ amor dei. Ad penā q̄ peccanti debetur mens antequā peccet aspiciat: ⁊ nulla eā ad peccādū delectatio corporalis inclinat. Cogitate quale malum sit ab illo gaudio diuine contemplationis excludi: beatissima sanctorum omnium societate priuari: mori vite eterne: ⁊ mori viuere sempiterne: profundo gehenne fluctuanti immergi: edacissimis vermibus ineternum dilaniari nec finiri exundantis incendij terribilis crepitus pati. barathri fumantis amara caligine oculos obcecari: non sentire in illo igne quod illuminat: sentire quod cruciat. Hec ⁊ multa similia cogitare: nihil aliud est q̄ vitijs omnibus repudiū dare: ⁊ omnia carnalia blandimenta refrenare. Charitas est recta voluntas ab omnibus terrenis prorsus auersa: ⁊ deo inseparabiliter vnita igne quodā spūssancti a quo est ⁊ ad quē refert incensa: inquinamenti oīs extranea: supra oīa que carnaliter diligūtur excelsa: affectionū oīum potentissima: summa bonoꝝ actionū: salus moꝝ: mors criminū: vita virtutū: virtus pugnantiū: palma victorū: aīa sanctarū mentiū: causa meritoꝝ: premiū pfectoꝝ: quā fides cōcipit: ad quam spes currit: cui profectus oīum seruit. Quidā honesta predicare non cessant: nō vt auditores eorū predicatiōe pficiant: sꝫ vt ipsi videantur curare que predicant: ⁊ hoc modo turpitudinē sue ɔuersationis obnubilent. Quid est diligere deū nisi occupare illi animum concipere fruende visionis eius affectum: peccati odium: mundi fastidiuꝫ: diligere etiam proximum quem ipse censuit diligendum: in ipso amore seruare modū ⁊ ordinē legitimū. Proximos aūt sicut nos diligim⁹ si nō ꝑpter aliquas vtilitates vel affinitates vel ɔsanguinitates: sed propter hoc tm̄ q̄ nature nostre participes sunt diligamus. Nam si propinquos nostros q̄uis turpes ⁊ incompositos pluscq̄ quoslibet sanctos a sanguine nostro extraneos diligimus: grauiter in eorum tali dilectatione peccamus. Hec est autem proximi tota dilectio: vt bonum quod tibi conferri vis conferas ⁊ proximo.

¶ De Temperantia ⁊ iustitia. C. LXXII.

Temperantia est virtus que libidines frenat desideria sancta multiplicat: oīa intra nos ɔfusa ordinat: ordinata corroborat: mētē placida tranq̄llitate cōponit: ⁊ ab oī vitioꝝ tēpestate defendit. Tēperantie est q̄ loquēdi sermoni p̄stamus silētiū: qd ipsius ad loquēdū prestolamur imperiū: q̄ nō attollimus immoderatū in collocutionib⁹ sonū: q̄ visu ꝑaupere nō audem⁹ in cachinnum: q̄ nulli detrahimus: nec detrahentib⁹ acquiescimus: sꝫ nec detrahētes equanimiter sustinemus: qui ad hoc alios viles videri volunt vt se cōmēdēt eoꝝ cōparatiōe quos carpunt: ⁊ videant ea in se vitia non habere que malitiose in alijs reprehēdunt. Ex iustitia manat caritas que facit vt nos omniū necessitates bonuūq̄ nostras esse dicamus: nec nobis tm̄ sꝫ etiā generi hūano nos natos vtiles esse credam⁹: vt quicquid cuilibet hoī nocē pōt tanq̄ si nobis noceat euitem⁹. Qui cum hoīes sum⁹ nihil hūani a nobis alienū putare debem⁹. Siquidē beatū est sibi viuere: nec suas vtilitates in cōe ɔferre. Duo aūt sunt iniustitie genera: vnū qd iniurias irrogam⁹. alterū qd ab alijs irrogatas cum possimus ꝓpulsare negligim⁹. Neq̄ enī mihi aliqd pdest q̄ nō circūuenio aliquē vel decipio: si eum decipi vel circūueniri permitto. Et in oibus peccantibus pecco: qn quos peccare vel peccaturos scio: quadam crudelis animi malignitate nō increpo. Qui amicum ꝑpter cōmodū qdlibet amat: nō amicū ɔuincit amare: sꝫ cōmodum: qd cū esse desierit amare cessabit. Qui aūt ꝑpl deū diligit: sicut de⁹ eternus est ita ineternum ipsa amici dilectio pmanebit. Hec est vera ratio: subijciatur corpus aīo: ⁊ anim⁹ deo: ⁊ impleta est hoīs pfectio. Qui equitati seruiūt oēs oīuꝫ bono viuūt: ac velut sibi inuicē nati salutem mutuā tuentur ⁊ diligūt: ac p hoc cōtra iustitiā faciūt: hi q̄ merito sue cōuersatiōis vel eruditionis electi: ociosum studiū fructuose vtilitati regēde multitudinis anponūt. Sꝫ qr sunt multi q̄ se imperante sarcine norunt: tales iuste se etiam quesiti nō offerūt: ne videantur nō ecclīasticos labores velle suscipe sꝫ honores ambire: cū dignitas ecclesiastica nec ambienda sit nec vitanda.

¶ De Imperio zenonis ⁊ astutia eius. C. LXXIII.

Sigibertus in chronicis. Mortuo leone imperatore ano dñi.cccclx[illegible] a mūdi.s.q̄rti millesimo.ccccxxvi. successit zenō: ⁊ iperauit annis.xix. Hic theodoricū regē ostrogothoꝝ cōsulē ordinarium fecit: que post impialē dignitatē prima est dignitas: ⁊ equestrem statuā auream ante regiam illi collocauit. Hugo floriacensis libro.v. Zenon iste scripturam cōtra f.dē ecclesiasticā composuit. regnū italie sibi presumpsit ⁊ vsurpauit. Qd vt sibi perhēniter cōfirmaret. filias suas vicinis regibus copulauit dando vnam earum regi gothorum alarico ⁊ alteram regi burgundionū sigismundo. Neptē vō suam almalbergam copulauit regi thoringorum hermenfrido. Vtq̄ gentem sibi francorū faceret etiam federatā regis clodouei filiam suo cōiunxit matrimonio. Sororem quoq̄ suam vuandaloꝝ regi copulauit: sessionēq̄ suam rauēne cōstituit homo arriane secte ⁊ bestialē cōtra catholicos viros gerens in aīo crudelitatem. Sigibertus vbi supra. Hoc tpe gensericus rex vuandaloꝝ successione regnandi inter filios suos ordinata: vt fratri moriēte frater superstes sine cōtrouersia filiorum succederet morit. Cui succedens honoric⁹ filius eius regnauit annis octo. Sub hoc eugenius carthaginensis episcopus ⁊ omnis clerus eius contra arrianam heresim vuandalorum pro christo fortiter agonizant.

¶ De Honorico rege vuandalorum ⁊ eugenio carthaginensi episcopo. C. LXXIIII.

Ex gestis eiusdem eugenij. Sic quidē honoricus in principio regni vt hꝫ subtilitas barbarorum cepit mitius ⁊ moderatius agere: ⁊ maxime circa religionē nostram ⁊ vt se religiosum ostenderet solicitus requirebat hereticos manicheos: ex quibus multos incendit. plurimos autem destruxit nauibus trāsmarinis quos pene oēs manicheos sue religionis inuenit: ⁊ precipue p̄sbyteros ⁊ diaconos arriane heresis vnde magis erubescens amplius in illis exarsit. Dedit aūt licentiam zenone imperatore atq̄ placida per edita libri rogantib⁹ vt carthaginensis ecclesia sibi quem vellet epm ordinaret que iam.xxiiij.annos tali ornamento fuerat destituta. Destinauit ergo per notarium suum edictum qd publice legeretur: iubens vt iuxta petitionē zenonis ecclesia carthaginis religionis sue ꝓpriū haberet epm. Qd dum edictum nobis presentib⁹ ecclesie legeretur gemere cepimus: eo q̄ mediantibus dolis malorum esset futura persecutio p̄parata: ⁊ ita legatis respondim⁹. Si ita est interpositis his cōditionibus periculosis: ecclesia nō vult habere epm gubernet eam christus qui semp dignat⁹ est gubernare. Cum [illegible] gestionem legatus accipere neglexit: simul ⁊ populus (vt tunc fieret) vt ignis exarsit: cuius erat clamor intolerabilis: qui nulla posset rōne sedari. Ordinato itaq̄ epo eugenio viro sancto deo quoq̄ accepto sublimis nata est leticia ⁊ gaudiuꝫ cumulatū est ecclesie dei exultās multitudo catholica sub barbara dñatione de ordinatione pontificis reparati. Cepit enī ille vir dei per ɔuersationē bonā: venerabilis ⁊ reuerendus haberi: his etiā qui foris sunt. ⁊ ita esse oib⁹ gratus: vt si fas esset aīam suā pro eodē vniuersos ponere delectaret: pecunia apud eum nunq̄ mansisse pbat: nisi forte tali hora offerret qn sol diei explicans cursum nocturnis tenebris ordinem daret ⁊ locū tantum reseruabat quantum diei sufficeret: non quātū cupiditas expetisset: deo nro subinde quotidie ingentia ⁊ maiora donāte.

¶ De Initio psecutõis honorici i ecclã aphricanã. C. LXXV.

Ed cũ fama ei⁹ ẽ'e vbi celebzis atq; manifesta aperuit exinde arrianoꝝ epi inuidia grauiter torqueri: quotidiãis (z pcipue cyrileas) eũ calũniis infestãtes. Quod plurimũ suggerũt regi de illo z suũ nequaq̃ sederet thronũ: nec ad dei populũ verbũ faceret cõsuetũ. Deinde quoq; mares vel feminas in habitu barbaro incedentes: in ecclesia cõspicere phiberet. Ille rñdit vt decuit. Dom⁹ dei oĩb⁹ patet: intrãtes nullus poterit repellere. Et maxime q2 ingens fuerat multitudo nostroꝝ catholicoꝝ in habitu illoꝝ incedentiũ: ob hoc q2 domui regie seruiebant. At vbi ab hoie dei tale responsum accepit: statuit in portis ecclesie collocari tortores. Qui videntes feminã vel masculũ in specie sue gentis ambulantes illico palis minorib⁹ dentatis iniectis in capite crinibusq; in eisdẽ collocatis: ac vehemẽtius stringentes: simul cũ capillis oẽm pelliculã capitis auferebãt. Nõnulli dum fieret statim oculos amiserunt: alij ipso dolore defuncti sunt. Mulieres vero post hanc penã capitib⁹ pelle nudatis preccone preeunte p plateas ad ostẽsionẽ ciuitatis ducebant qδ sibi magis q̃ patiebant lucrũ maximũ cõputabãt. Quoꝝ nos plurimos nouimus nec scim⁹ tñc aliquẽ eoꝝ etiã penis vrgẽtib⁹ a recto itinẽ destitisse. At vbi isto modo fidei infringere nõ valuit illũ: cogitat vt nostre religionis homines in aula eius cõstituti neq; annonas neq; stipendia solita potirent. Addidit quoq; z laborib⁹ eos cõterere rusticanis: z dirigit viros ingenuos z admodũ delicatos ad campũ vticẽsem vt sub ardẽtis solis incendio cespites messium desecarent. Ubi oẽs cuz gaudio pgẽtes in dño letabant. In quoꝝ cõtubernio q̃dã fuit aridã habens manũ: q̃ p annos q̃plurimos nullũ ei prestiterat obsequiũ. Qui cũ veraciter excusaret se operari nõ posse: magis violenter iussus ẽ pergere. Sed vbi ad locũ ventũ est: z presertim p eo orãdo ingemuerũt oẽs: pietate diuina illa arida incolumis confessori dei restituta ẽ manus. Hinc iam honorici persecutio doloris atq; perturbationis nostre sumpsit initium.

¶ De Crudelitate eiusdẽ in suos. C. LXXVI.

Hic aut q̃ sese iã dudũ oĩb⁹ bene ostẽderat desiderãs post obitũ suũ filijs qδ nõ contigit regnũ statuere: theodoricũ fratrẽ filiosq; eius: guntinisq; fratris nihilominus filios crudeliter cepit insequi. Quorũ nullũ dimitteret nisi eis mors desiderij sui voluntatem auferret. Primo sciens vxorẽ theodorici fratris astutã: credo ne forte maritũ aut maiorẽ filiũ q2 (prudens z sapiens videbat) cõsilijs acriorib⁹ aduersus tyrannũ armasset: crimine imposito gladio eã interfici iubet. Post occiditur z ille filius magnus litteris institutus: cui scđm cõstitutionẽ gẽserici eo q2 maior oĩb⁹ esset regnũ inter nepotes potissimũ debebat. Accendit adhuc crudelius aliquid perpetrare: astãte vulgo in media ciuitate p gradib⁹ platee noue: epm sue religionis noie iocũdũ: quẽ patriarchã vocitabãt precepit incendio cõcremari ob hoc q2 in domo theodorici germani regis acceptissimus habebat: cuius forte suffragio memorata domus regnũ poterat obtinere. Tũc z guntinis maiorẽ filiũ noie godagis: cũ vxore absq; solatio seruiẽt ancille crudeli exilio delegauit: fratrẽ vero theodoricũ post occisionẽ vxoris z filij nudũ atq; destitutũ similiter exulauit. Post cuius mortẽ filiũ q̃ superat infantulũ: duasq; filias ei⁹ adultas impositas asinis longius effugẽdo pcicit: sed z comites q̃plurimos z nobiles gẽtis sue obiectiõib⁹ falsis insectãs: ob hoc q2 germano fauerent alios incẽdit: alios iugulauit gladio: imitator existens genserici patris: q̃ sui fratris vxorẽ ligato pondere lapidũ in ansaga fluuiũ cirtense sedulo suũ iactãdo dimersit: z post necẽ matris etiã filios iterfecit. Sz nullos ei gẽseric⁹ pař moriẽs sacro iterposito cõmendauerat: quos ille imemor fidei z sacri violator diuersis penis z icẽdio trucidauit. Nã et dicũ quẽdã quẽ pař ppositũ fecerat regni: iã annosũ atq; veteranũ cũ dedecore capite truncauit eiusq; vxorẽ cũ alia noie theucarica i medio ciuitatis incẽdit. Quaꝝ corpa p vicos z plateas trahi mãdauit: q̃ tota die incẽtus rogat⁹ a suis epis vix vespere sepelire cõcessit: hoc p quinq; vel amplius perpessi sunt annos. Quibus hec supplicia sufficere poterant ad eternã mercedeꝝ: si catholici fuissent: z fidei sue memorata ista pferrẽt. Sed istud ideo silere nequimus vt impietas regis etiã in suos minime lateat. Qui nõ solũ epm suũ iocũdũ; flãmis adussit: sz etiã presbyteros z dyaconos suos. i. arrianos q̃plurimos incendit: z insup bestijs mancipauit.

¶ De Signis que persecutionem catholicorum precesserunt. C. LXXVII.

Imputatis igitur in breui oĩb⁹ quos timebat z sol[...] sibi et putabat regnũ qδ breue fuerat z caducuꝝ: ex parte odiosus atq; seruus vniuersa tela furoris in persecutiones ecclesie catholice rugiens sicut leo cõuertit. Ante psecutiõis tamẽ tempestatẽ multis preeuntibus visionib⁹ z signis iminens demonstratũ fuerat malum. Nã ferme ante biennũ q̃ fieret vidit quidã fausti ecclesiam solito in ornatu fulgentem: z dum letaret candore tanti fulgoris: cereis quoq; fulgentibus: pallijsq; velamento ac lampadibus rutilante: subito autẽ omnis illi⁹ cõcupiscibilis extinctus est fulgor: ac tenebris succedentibus aduersarias naribus natus est fetor: z omnis illa albatoꝝ turba expellentibus quibusdam ethiopibus minata est foras. Ob hoc lamentandum: q2 eam in claritate pristina nequaq̃ viderit iteruꝝ restitutam. Nam visionem istam nobis presentibus sancto retulit eugenio. Uidit z quidam presbyter istam fausti basilicam refertaꝝ turba innumerabilium populorum: z post paululum euacuataꝝ: z repletam multitudine porcorum atq; caprarum. Iterum alius vidit aream triticeam ventilationi paratam, granis ventilatoris iudicio necdum a palea separatis. Et dum ingentis masse confuse magnitudinem miraretur: subito ecce turbo veniens tempestatis fortuago flatu cepit aduentum suum surgente puluere demonstrare. Cuius impetu palea illa omnis omnino volauit: remanentibus granis. Post hoc venit quidam procerus splendidoq; vultu habituq; nitido fulgẽs z cepit grana vacua: macilenta. atq; similaginis reproba: purgando proijcere. Que diu examinans vir magnitudinem illius masse licet probate: ad aceruum tamen perduxit exiguum. Sed quintinianus hoc notabilis episcopus vidit se supra quendam montem stare: de quo conspiciebat gregem innumerabilium ouium: z in medio gregis due erant olle nimium bullientes. Aderant autem ouium occisores: q̃rũ carnes ollis bullientibus demergebant. Et cum ita fieret omnis illa magnitudo consumpta est gregis. Reor ergo illas duas olla carthaginem. z larensem duas esse ciuitates: in quibus multitudo prima fuit congregata z a quibus incendium initium sumpsit: aut honoricum regem z cyrillam episcopũ eius. Sed de multis visionibus q2 breuitati consulendum fuit: hec dixisse sufficiat.

¶ De Impijs edictis in milites z episcopos z sacras virgines. C. LXXVIII.

Uid vltra. censent primo tyrannis iussione terribili vt nemo in eius palatio militaret neq; publicas ageret actiones nisi se arrianum fecisset. Quorũ ingens numerus vigore inuicto ne fidem perderet: militiã tpalem abiecit: quos postea domibus proiectos omniq; substantia expoliatos in insulis sicilia z sardinia relegauit. Qδ etiam statuere per totã aphricam festinauit: vt nostroꝝ epoꝝ defunctoꝝ fisci sibi substantiam vendicasset. Qui aũt defuncto succedere poterat: non ordinaret nisi fisco regali quingentos solidos obtulisset. Sed hoc edificiũ vbi cõstruere visus est diabolus statim illud destruere: dignatus est christianus. Suggerũt ei domestici sui dicentes. Si istud seruauerit preceptio vestra nři epi in partibus tracie z alijs regionibus cõstituti peiora incipient pati. Precepit deinde sacras vgines cõgregari dirigens vuandalos cũ sue gentis obstetricib⁹ ad inspiciendũ z cõtrectandũ: cõtra ius verecundie z pudoris: vbi nec matres aderant nec aliqua catholica matronarũ, cremantes graui suspendio. atq; ingentia pondera pedibus colligãtes: laminas quoq; ferri ignitas dorso: ventri: mãmillis z lateribus apponebat. Quibus inter supplicia dicebat. Dicite q2 epi vobiscum concũbũt z clerici vestri. Quarũ acerbitate penarũ: plurimas scim⁹ tunc extinctas. Alie que remanserunt cutibus arescentibus facte sunt curue. Nitebat enim semitam inuenire: per cuius aditum publicaꝝ sicut fecit faceret persecutioneꝝ Et ita faciens nullo mõ inuestigare potuit: quomodo christi ecclesiam macularet.

¶ De Viris ecclesiasticis z mulieribus z infantibus in exilium directis. C. LXXIX.

Uibus aũt prosequar fluminib⁹ lachrymaruꝝ q̃ñ epos presbyteros diacones z alia ecclesie mẽbra. i. q̃ttuor milia nõgẽtos sexagitasex ad exilium heremi destinauit: in q̃b⁹ erãt podagrici q̃ plurimi: alij p etatẽ annosaꝝ lumine tpali priuati. In quoꝝ erat nũero beatus felix abirnitanus epũs. habens iam in epatu. xliiij. annos. Qui pališi morbo percussus: nec sentiebat quicq̃ nec penitus loquebatur. De quo nos maxime cogitãtes q2 nõ posset iumẽto portari: suggessim⁹ vt a suis rex peteret: vt saltem eum ppere moriturũ carthagini esse iussisset: q2 ad exilium nulla rõne posset perduci. Quin ita fert tyrãnus cũ furore dixisse. Si aiali sedere non põt: iungãt boues indomiti qui eum colligatũ funibus trahendo pducant vbi ego precepi. Quem ex transuerso sup burdonẽ vinctũ q̃si quendã ligni truncũ toto itinere portabamus. Congregantur vniuersi in succensem z la

rensez ciuitatez: et illuc occurrentes mauri sibi traditos ad heremum
pducerēt. Superuenientes igit̄ comites duo subtilitate dānabili blā
dis sermonib⁹ cū dei ↄfessorib⁹ agere ceperūt. Quid vobis inquiūt
videt̄ vt ita ꝑtinaces sitis: ⁊ dn̄i nostri preceptis minime obtempere
tis: qui esse poteritis in ↄspectu regis honorabiles: si eius festinetis
facere voluntatez. Statim illis ingenti vociferatione clamantibus ⁊
dicentib⁹: christiani sumus: trinitatē in vnū deū inuiolabilē confite
mur: includunt̄ grauiori quidē sed adhuc letiori custodia vbi nobis
copie dabant̄ ⁊ introire: ac verbū admonitionis fratrib⁹ facere: ⁊ di
uina ministeria celebrare. Ibi ⁊ infantuli fuere q̄plurimi quos geni
trices materno sequebantur affectu: alie gaudentes: alie retrahentes
alie gaudebant se martyres peperisse: alie moliendo diluuio rebapti
zationis nitebant̄ a confessione fidei reuocare. Nullū tn̄ tūc blandi
menta vicerunt: nec carnalis pietas aliquē inclinauit ad terrā. Nam
quedā tunc que fecerit augustinus: breuiter delectat referre. Dū enī
iter ageremus cū dei exercitu comitantes: ⁊ forte magis noctib⁹ pro
mouimus propter solis ardorem: conspicimus mulierculā sacculuz
⁊ alia vestimenta portantē: manu infantulū vnū tenentē atq3 in his
sermonibus consolantē. Curre dn̄e meus: vides vniuersos sanctos
quō pergūt ⁊ festinēt hilares ad coronā. Quā nos cū increparemus
q̄ importuna videret̄ aut viris ꝑ sexu iungi aut exercitui christi se
cum [illegible] redit. Benedicite: benedicite ⁊ orate ꝑ me: ⁊ isto nepote paruulo
meo [illegible] quo ad exiliū pergo: ne inueniat eū solū inimicus: ⁊ a via ve
ritatis reuocet ad mortē. Ad hec verba repleti lachrymis nihil dice
re valuimus nisi vt voluntas fieret dei.

De Carceribus eorum artissimis ⁊ teterrimis. C. LXXX.

Sed vbi aduersarius qui iam forte dicebat par
tibor spolia: replebo animā meā inter
ficiaz gladio meo: dominabit̄ manus mea: nullo potuit
preoccupare reꝑit angusta ⁊ teterrima loca: in quorum cō
clauib⁹ dei exercitū coartaret. Tūc eis etiā visitatiōis hūane negata
est ↄsolatio. Premunt̄ ⁊ fustib⁹ grauiter affligunt̄. Iactantur ↄfes
sores christi angustia coartante vnus super aliuz vt agmina locusta
rum ⁊ vt proprie dicit̄ vt preciosissima grana frumentorum. In qua
cōstipatiōe secedendi ad naturale officiū nulla ratio sinebat loci sed
stercoris ⁊ vrine vrgente necessitate ibidē faciebāt: vt illic tunc fetor
⁊ horror vniuersa penarum genera superaret: ad quos aliqn̄ datis ingē
tibus munerib⁹ mauris dormientibus vuandalis vix clā admissi su
mus intrare. Qui introeuntes veluti in gurgite luti vsq3 ad genua ce
pimus mergi: illud tūc hieremie videntes fuisse cōpletū. Qui nutriti
sunt in croceis amplexati sunt stercora sua. Quid multa precepti sūt
vndiq3 perstrepētib⁹ mauris ad iter vbi destinati fuerāt se preparare.
Exeuntes itaq3 die dominica linita habētes stercorib⁹ vestimēta: ⁊
facies simul ⁊ capita a mauris tamē crudeliter minabant̄ hymnū cū
exultatiōe dn̄o decantātes. Hec est gloria in omnibus sanctis eius.
Aderat enī tunc beatus pontifex cyprianus vnizibilensis episcopus
ↄsolator egregius: qui singulos pio ⁊ paterno fouebat affectu: non si
ne fluminibus currentiū lachrymarū: paratus pro fratribus animaz
ponere: ⁊ se vltroneū si dimitteret̄ talibus passionibus dare. Qui to
tuz qd̄ habuit egentibus fratribus in illa tunc necessitate expendit.
Querebat enī occasionē: qualiē ↄfessorib⁹ sociaret̄ ipso animo ⁊ vir
tute ↄfessor. Qui postea per multos agones ⁊ squalores carceris: in
exilio qd̄ desiderabat cū exultatiōe perexit.

De Mortuis in itinere ⁊ exilij asperitate. C. LXXXI

Venite ⁊ tūc multitudines de diuersis regionib⁹
⁊ ciuitatibus ad visendos dei martyres
cōcurrerint populorum: testant̄ vie vel semite q̄ agmina vi
sentiū nequaq̄ capiebāt: ꝑ vertices montiū ⁊ valliū ↄcur
rentes turbe fideliū inestimabiles descendebant: cereos manib⁹ ge
stantes: suosq3 infantulos vestigijs martyrū proicientes: ita vt voce
clamabant. Quib⁹ nos miseros relinquis dn̄i pergitis ad coronā: qui
hos baptizaturi sunt paruulos fonte ⁊ aque perhennis. Qui nobis
penitentie munus collaturi sunt: ⁊ reconciliationis indulgentiā ⁊ ob
strictos peccatorū vinculis soluturi: q2 vobis dictū est: quecūq3 sol
ueritis sup terrā erit solutus ⁊ in celis. Qui solēnib⁹ orationibus se
pulturi sunt morientes: quib⁹ diuini sacrificij ritus exhibendus est
consuetus. Vobiscū ⁊ nos libebat ꝑgere si liceret: vt tali mō filios a
patribus nulla necessitas separet. In his vocibus ⁊ laudib⁹ nullā iā
ꝑgere admissus est cōsolator: sed arbitrabat̄ multitudo ad currēdū
vt vbi tunc nauis erat preparata laboriosam caperent mansionem.
Qui cū senes deficerent: ⁊ alij forte ⁊ si iuuenes delicati: ceperunt pri
mo hastiliū cuspidibus ad currendū ⁊ lapidibus tundi: vnde magis
deficientes amplius lassabant̄. Post vō imperatū est mauris: vt qui
ambulare non poterāt ligatis pedibus velut cadauer aīalis mortui

trahanrentur per dura ⁊ aspera loca: vbi primo vestimēta postea mē
bra singula carpebant̄: q2 ꝑ gladios acutos petrarū hic caput fran
gebat̄ alibi latera scindebant̄: ⁊ ita inter trahentium man⁹ spm̄ exha
labant: quorū numerū colligere nequaq̄ valuimus multitudine cohe
rente: extat tn̄ per totū aggerē publicū vilis sepultura sanctorum la
quētib⁹ tumulis. Reliqui habiliores ad solitudinis loca peruenere:
in quib⁹ collocati ordeum ad vescendū vt iumēta accipiūt: vbi eiusmodi
venenatorum aīaliū atq3 scorpionū tanta esse dicit̄ multitudo vt igno
rantib⁹ incredibil̄ videat̄. Que solo flatu etiā procul positis vene
nū virus infundāt. Scorpione aūt percussuz nullus dicūt aliqn̄ euasisse.
Quorū feritas virulenta vsq3 ad pn̄s christo defendente: nullum ser
uorum eius nocuisse docet̄. Sed cū illi alunt̄ ordeaceis granis po
stea ⁊ hoc ablatum est: quasi non posset deus qui pluerat patribus
māna pascere ⁊ nunc tali exilio mancipatos.

De Citatiōe reliquorum epōrum catholicorum ad ↄciliū. C. LXXXII.

Cogitat acriora aduersum ecclesiā dei vt q̄ mem
bra aliq̄ absciderat totū laniādo perimeret
corpus. Nā die ascensionis dn̄i legato zenonis impera
toris rege nō p̄n̄te: legendū media ecclesia eugenio epō di
rigit preceptū: tali tenore cōscriptū qd̄ etiā vniuersis aphrici terra
rijs discurrentibus destinauit. Rex honoricus vuādalorū ⁊ alanorum
vniuersis epis omousianis. nō semel sz sepi⁹ ↄstat esse ꝓhibituz vt in
sortib⁹ vuādalorum sacerdotes vestri cōuentus mime celebrarent: ne
sua seditione animas subuerterēt christianas. Quā rem spernētes
plurimi: nūc reperti sunt ↄtra interdictū missas in sortib⁹ vuādalorum
facere: asserentes se integrā regulam christiane fidei tenere. Et quia
prouincijs a deo nobis cōcessis scandalū esse noluimus: ideo de pro
uidentia cū ↄsensu sanctorū epōrū nostrorum hoc nos statuisse co
gnoscite: vt ad diē kalendarū ianuariarū ꝓxima futurarū omissa o
excusatione formidinis: oēs carthaginē veniatis: vt de rōne fidei cū
nostris venerabilib⁹ epis positis inire conflictū: ⁊ de fidei omousia
norū quā defenditis de diuinis scripturis ꝓpie approbetis: quo possit agnosci
si integrā fidē teneatis. Hu⁹ āt edicti tenorē nos q̄ aderam⁹ cognoscētes
[illegible] ingemuim⁹: eo q̄ future ꝑsecutiōis furorē iudicaret ⁊ [illegible]
[illegible] i prouincijs nobis a deo ↄcessis. Tūc scō eugenio rōna
bile videbat̄ vt sic cor barbarorum suggerendo molliret: nitebaturq3
regi suggerē: ↄsortes sue religiōis etiam trāsmarinos vocari debere
Agnoscat inquit demētia regis nos disputatōz legis cū aduersario dei nulla
ten⁹ declinar̄ l' fugē sz sin̄ vniuersitatis assēsu nos n̄ dēe asserēde fidei n̄re
causas assumē. Hoc aūt agebat eugeni⁹ nō q̄ deessent in aphrica q̄
aduersariorum obiecta reuellerēt: sz vt illi venissent q̄ alieni ab illorum do
minatu maiorē fiduciā libertatis haberēt: pariterq3 oppssiōis nr̄e cala
mitā vniuersis terris ⁊ ꝓplis nūciarēt. Ille g̃ q̄ nectebat dolos audire
noluit: rōnē agēs argumētatiōib⁹ crebris: vt quoscūq3 epōs audie
rat eruditos: varijs insectatōib⁹ agitaret. Iā ad exiliū muramensem
scōm donatianū iposito centū. l. fustib⁹ miserat epos: nec nō vt sub
seculē sez p̄fidiū virū acutū. Tūc ⁊ venerabiles māsuetū germanū fu
sculū. ⁊ multos alios fugauit. Dū hec gerunt̄ impat vt n̄re religiōis
illorum mensa nullū cōez haberet: neq3 cū catholicis dīno vescerentur.
Que res nō ipsis aliqd̄ prestitit bn̄ficiū: sz nobis maximū cōtulit lu
crū. Nam si sermo illorum dicente aplo: sicut cancer ↄsueuit serpe quā
to magis cōis mensa ciborū potuit inqnare. cū dicat idem aplus: cū
nefarijs nec cibi habere cōionē. Sed cū ignis ꝑsecutionis accende
retur: ⁊ flāma infestantis vbiq3 regio arderet: ostēdit dn̄s noster quē
dam miraculū ꝑ seruū suū fidelem: qd̄ preterire non debeo.

De Felice ceco per beatū eugeniū illuminato. C. LXXXIII.

Vir in eodē ciuitate carthagine quidā cecus ha
ciuitatis notissim⁹ noīe felix: hic visitat̄ a dn̄o
[illegible]
Surge ⁊ vade ad seruū meū eugeniū epm̄ ⁊ dices ei q
ego te ad illū direxi. Et illa hora q̄ bn̄dixerit fontē vt baptizent̄ acce
dētes ad fidē: ↄtinget oculos tuos ⁊ aperient̄ ⁊ videbis lumē. Qui
cū tali visiōe cōmonit⁹ est: putās se quō assolet deludi ꝑ somniū: sur
gere noluit cec⁹. Sz cū iterū vrgeret̄ in somno: sic vt ad eugeniū ꝑ
geret cōpellit̄ rursuz negligit. Tertioq3 festinant̄ ⁊ grauit̄ increpat̄.
Excitat puerū qui ei solitus erat manū porrigere: ꝑgit veloci agilita
te ad fausti basilicā: ⁊ orat. Et veniēs cū ingētib⁹ lachrymis: sugge
rit cuidā subdiacono noīe peregrino: vt eū epo nūciaret indicās se ha
bere aliqd̄ secreti genus intimādū. Audiēs eps iussit hoiez introire.
¶ De Aduētu sancti Mauri in andegauiā et monasterio qd edificauit C. LXXI

Igibertus. Eo tēpore claruit in gallia sanctus Maurus de quo paulo ante dictū est monachus sancti Benedicti discipulus.

Faustus. Postq̄ autē beatus Maurus vidit in spiritu beati benedicti aīam in celū cū gloria ascēdere. tūc secunda feria pasche a roma discessimus et eo loco Aurelianis veniētes audiuimus beatū Bertricannū migrasse ad dñm. Locus autē qui ab eo nobis prouisus fuerat rupiacus dicebat. ipso noie deformis et scabiosus. Cui bertricāno successit domnulus epūs. Decimo die postq̄ Aurelianis fuimus ingressi. iter arripiētes tendimus andegauū. venimusq; v. die ad locū qui festus nuncupat. vbi iam hardiardus cū cōiuge sua Cicilia biduo nos expectauerat. Hic habebat cōsobrinū noie flor: familiarem et charissimū Theodeberto regi francor. Hic Florus videns beatū Maurū humillimo monachi habitu indutū de equo cui insidebat statim desiliit: ac tertio anteq̄ ei appropinquaret toto corpore in terrā se prosternēs: cū ab eo humiliter et modeste eleuatus esset. oēs nos est osculatus. Ad quē maurus. Obseruatio ordinis nostri: summā deposcit quietē et securitatē. Ibi primū edificauit maurus domū orōnis nō admodū magnam. in noie sancti Martini: in q̄ et se sepeliri precepit sicut et sanctus Benedictus in oratorio eiusdē sancti Martini qd destructa ara Apollinis ipse cōstruxerat sepultus est. Quidā clericus Lōgiso noie qui cementarie arti pserat. de altissimis gradibus corruens super depositatum illic aceruum lapidū: toto corpore contritus est et sanatus a mauro. Ex illo die florus iste maurū habuit in maxima veneratione. vt nunq̄ postea propius ad eū accedere auderet. Quidā postea ex operarijs mauro detrahere ceperunt; dicētes eum cupidū inanis glorie et magnum. Et qbus detractoribus tres subito malignus spūs inuasit: ita vt vnū ex illis noie Flodegiso aīam extorqueret: reliqui se inuicem dentibus lacerabāt. Quibus digitos vtriusq; manu sanctus Maurus in os misit. et spūs malignos p ventrē eiecit: feda relinquētes vestigia. Tertiū vo resuscitauit a mortuis cui pcepit vt si vellet viuere: in locū ipsum nunq̄ amplius intraret. Qd ideo iussit: vt plausum et fauorē populi vitaret: Theodebert⁹ rex: venit illuc ad orōnē. Post orationē in cōuentū fratrū pergens: regali indutus purpura: humiliter se pstrauit. et vt pro illo precarent cū lachrymis postulauit et dedit eis fiscum regiū qui boscus vocat cū oibus villis et redditibus ad eū pertinētibus. Altera die visitans fiscū regiū sibi donatū beatus maurus paraliticū a. vij. annis sanauit.

¶ De Multiplicatione fratrum et cōmunione. C. LXXII.

Eodem anno aduentus nostri nobiles adire nos ceperunt et nostrā habitationē expetere: et filios suos offerre. xxvi. anno fundationis ipsi⁹ cenobij factus est numerus fratrū. cxl. Quē neq; minui neq; augeri: pcepit maurus. Lothari⁹ rex andegauis veniēs: mādauit viro dei Mauro se velle ire ad monasteriū. Qui veniens dedit ei fiscū regiū qui blazon appellat: et villā q̄ dicit lōgus campus. Ex eo tēpore btūs Maurus nō facile de monasterio iam egredi volebat. Secessitq; in domū que illi fabricata erat iuxta ecclesiā beati Martini cū duob⁹ monachis q̄ ei seruirēt primo et aniano. substitutēs pus bertulfum abbatē sibi successurū. Et cū ibi duos et dimidiū annos fecisset, in orōne vidit diabolū sibi minātē stragē se facturū maximā de monachis suis. Quē postea cōfortauit angelus dñi. Maur⁹ postea cōfortauit fres: pdicēs eis de morte sua et illor imminente. Factūq; est vt infra. v. mēses. cxvi. monachi morerent. nec de tāto grege remanerēt nisi xxiiij. Inter quos mortui sūt Anton⁹ et cōstātinian⁹ q̄ nobiscū venerāt. Nec multū post mortuus est scūs maur⁹ dolore lateris. xl. anno aduētus sui ad illū locum. xviij kal. ianuarij ante altare btī Martini sup ciliciū stratus sui recubās.

¶ De Miraculo Benedicti iunioris et ceteris quibusdā incidentibus eiusdem temporis. C. LXXIII

Igibertus. Eo tpe in cāpania italie Benedictū monachū sanctitate clarū cū gotti a totila pcursi psequēs. cū eū cū cella sua cōburere voluisset: nec valuisset: in clibanū ardētē eū piecit. Qui die vero altero illesus cū illesis vestib⁹ etiā exiuit. Hildebert⁹ rex francorum cū patruele theodeberto in fratrē Lotharium insurgit. sed mre eorum sancta agēte Lotilde apud deū. ne inter fres fieret ciuile bellū horrēda tēpestate coerciti. cum super Lotharium ne signū quidem appareret horroris hmōi reddūt se fraterne paci. Anno iustiniani: xuij. in diuersis galliar locis diuersa signa visa sūt. Cometes apparuit die sancto pasche: celū ardere visū est: verus sanguis ex nube defluxit in vestimētis hoīū dom⁹ cuiusdā abintus sanguine respsa apparuit: et secute varie clades et male valitudies cū pustulis et vesicis ppłos afflixerūt. Anno sequēti cōstātinopoli morte magna insurgēte: statuta ē solēnitas purificatiōis beate marie: q̄ grece ipapāti. i. obuiatio dicit eo q die illo obuiauerit symeon oblato in tēplū dño: et ita mortalitas illa cessauit. Lothari⁹ et hildebert⁹ frēs obsessa in hispanijs cesaraugusta: ciuib⁹ deū adorātib⁹: et circūlata vincētij martyris tunica: accepta ab eis, p munē ipsi⁹ martyris stola: redeūt acq̄sita hispanie pte maxīa.

¶ De Arthuro rege britannie. C. LXXIIII.

Sigebertus ad h tēpus historia britonū pducit narrationē suā de rege arthuro. Refert enim eū post celeberrimā illā curiā in vrbe legionū habitā: in qua oēs reges insular occidētaliū et duces galliar fuerūt maximū duxisse exercitū in fines burgūdie: aduersus luciū principē hispaniar sub leone imperatore reipublice, pcuratorē: et in eūdo quendā immēsum gigātē singulari pugna deuicisse. Deinde vtrarūq; partiū legiōes in pago lingonēsi: ad plīādū conuenisse: et post innumerā cedē vtriusq; exercit⁹ tādē britonib⁹ victoriā puenisse. Postea narrat q arthurus iuga alpiū trāscēdere: et romā inuadere voluerit. Sz interim audiens: medredrū nepotem suū diadema britannie p tyrannidem arripuisse: britanniā remeauerit: atq; in vltimo prelio quod cum eo habuit: post neces fere omniū ducū ipse letaliter vulneratus fuerit et in insulam quādā ad sanandū deportatus: relicto regni successore cognato suo cōstātino. Ipse vo arthur⁹ iuxta merlini vaticiniū dubiū hz exitū: qz vtrū viuat an mortu⁹ fuerit nemini certū extiat esse.

¶ De Uigilio papa et eius afflictiōe p antemio patriarcha. C. LXXV

Elinandus. Eo tpe vigili⁹ papa qz fm pmissionē suā noluit anthemiū hereticū reuocare: cōstātinopolim ignominiose mittit. Theodora naq; iustiniani vxor mādauit ei vt fm pmissionē suā reuocaret anthemiū q̄ noluit. Quo audito illa misit romā anthemiū scribā vt adduceret eū p vim. Qui cū in naui eēt iposit⁹: et nauis mota eēt. ppłus roman⁹ iactat post eū lapides fustes et cacabos dicēs Male fecisti romanis: male inuenies vbi vadis: fames tecū: mortalitas tecū. Ingressus est cōstātinopolim vigilia dñi nr̄i ihesu chri. Per biēniū fuerūt cōtētiōes de anthemio patriarcha: cui vigili⁹ nullaten⁹ consensit dicens: vt video non me fecerunt: venire ad se iustinianus et theodora: sed diocletianus et lutoria: facite qd vultis digna factis recipio. Tūc qdā dedit ei alapā dicēs. Nescis qbus loqueris homicida: q̄ silueriū papā occidisti: et filiā mulieris vidue ad calces et fustib⁹ Tūc fugit vigili⁹ in basilicā sancte eufemie: et tenuit colūnā altaris. Atq abstract⁹ eiect⁹ est foras ecclīā: et missus est funis in collo ei⁹ et tractus est p totā ciuitatē vsq; ad vesperā. Tūc missus est in custodia: vbi dabat ei modice panis et aq̄. Clerus aūt roman⁹ qui cū eo erat missus est in exiliū ad diuersa metalla incidēda. Tūc gothi fecerūt sibi regē badum: q̄ totila nūcupat⁹ est. Qui descendēs obsedit romam: et facta est tāta fames in ciuitate: vt et natos suos vellēt co

medere. Intrauit Totila romam a porta sancti Pauli in die xiij. et tota nocte fecit buccina clangi: vt totus populus fugeret: vel p ecclesias se celaret: ne interficeretur. Habitauit cū Romanis aliquandiu pater cū filijs mansuefactus vt credit sci Benedicti monitis.

C De Passione sci Herculani perusini epi. C. LXXVI.

Igibertus. Anno iustiniani. xvij. Herculanus perusin⁹ epus a totila rege secto capite martyrizat. Grego. in dialogo. iij. li. Floridus venerabilis vite epus narrauit memorabile valde miraculū dicēs. Vir sanctissimus Herculan⁹, nutritor meus perusine ciuitatis epus fuit ex cōuersione monasterij ad sacerdotalis ordinis grām deductus. Totilie autē perfidi regis tēporib⁹: eandē vrbem annis. vij. continuus gothoꝝ exercitus obsedit, ex qua multi ciues fugerant q famis periculū ferre nō poterāt. Anno vō. vij. necdū finito: obsessam vrbē gothoꝝ exercitus intrauit. Tūc comes q eidē exercitui preerat: ad regē totilā nūcios misit. exquirēs qd de epo vł populo fieri iuberet. Cui ille pcepit dicēs. Epo prius a vertice vsqz ad calcaneū corrigiā tolle et tūc caput eius amputa. Oēm vō populum qui illic inuētus est: gladio extingue. Tunc idē comes venerabilem virū Herculanū episcopū super vrbis murū deductū capite truncauit: cuiusqz cutē iam mortui a vertice vsqz ad calcaneū inscidit: vt eius corpori corrigia sublata videret. Moxqz corpus ei⁹ extra murū piecit. Tūc qdā humanitatis pietate cōpulsi: abscisum caput ceruici apponētes. cū vno paruulo infante q illic extinctus inuētus est iuxta Maurū corpus eius sepulture tradiderūt. Cumqz post eandē ecedem die. xl. rex Totila iussisset: vt ciues vrbis illius qui quolibet dispersi essent: ad eandē sine aliq trepidatiōe remearēt. hi q prius famem fugerāt: viuēdi licētia accepta sūt reuersi. Sed cuius vite cordi epus fuerat memores: vbi sepultū esset corpus ei⁹ quesierunt. vt hoc iuxta honorē debitū in ecclesia btī Petri apostoli humarēt. Cumqz itum esset ad sepulchrū: effossa terra inuenerunt corpus pueri pariter humati: vtpote iam diei. xl. tale corruptū: et vermibus plenū: corpus vō epi ac si die eodē esset sepultum. Et qd est adhuc magna admiratiōe venerandū. qz ita caput vnitū cum corpore fuerat: ac si nequaqz esset abscisum: sic videlicet vt nulla vestigia sectiōis apparerent. Cūqz hoc et in terga exquirētes si qd signū vel de alia monstrari incisione potuissent ita sanū atqz itemeratū omne corpus est inuentū: ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.

C De Qu[illegible] C. LXXVII

Igibertus. Anno iustiniani. xviij. obijt scūs Remig. remoꝝ epus. Anno eiusdē. xx. cōserto prelio iter chunimundū regē gepidarū: et Albuinū regē lōgobardoꝝ corruerūt vtrinqz. lx. milia eoꝝ. Ubi Albuin⁹ chunimūdū perimit et ex testa capitis ei⁹ poculū sibi ad bibendū fecit. filiāqz eius captiuā vxorē sibi accepit. Hunis vō terras gepidarū inuadētib⁹. destructū est regnū gepidarū penitus. Anno eiusdē. xxij. agericus virdunensis epus claruit. Anno sequēti arboris q dicit sambucus flores grana et fruct⁹: in flores grana et fruct⁹ vitis trāsformant. Anno eiusdē. xxv. Pelagius romane eccle. lviij. psidet. Hic insimulatus de morte vigilij pape tenēs sancta euangelia et crucē iureiurādo publice satisfecit. Anno iustiniani xxvj. lotildis regina morit. Hiems niue et glacie ita exasperatur vt volucres et fere idomite manu capi possent. Anno sequēti obijt sanctus Medardus nouiomēsiū et tornacēsiū epus. In cui⁹ transitu celum apertū est et diuina ante eū micuerūt luminaria: spacio duarum horarū. Cuius corpus rex Lotharius trāsferri fecit ad vrbē suessionensem. pmittēs qp sup eū decētissimā basilicā edificaret atqz inibi religiosoꝝ viroꝝ conuentū statueret. Qd opus ipse quidē cepit: sed filius eius Sigibertus adimpleuit.

C De Miraculo pueri iudei qui cū christianis eucharistiam perceperat. C. LXXVIII.

O tempore in oriēte puer qdā iudeus habitus cum a coeuis suis christianorum filijs ad hoc adductus fuisset: vt in ecclesia sancte matris dnī nostri Jhesu christi corpus et sanguinem Christi perciperet. propter hoc a patre suo proiectus in fornacem ardentē. illesus inde a christianis extractus est. Ex mariali. Nam mater pueri cum audisset qp filium cōmunem pater deliberasset exurere: cucurrit ad liberandū eum. Sed cum vidisset incēdia ab ore fornacis patulo huc illucqz respergi: ornatum capitis ad terram proiecit. diffusaqz cesarie se miserā clamitans: ciuitatem vocibus impleuit. Christiani autem cōcurrētes ad spectaculum: retractis ignibus ab ore fornacis. inuenerunt puerum quasi sup plumas mollissimas discumbentē. Cumqz benedicerent dominum. proiectū huius sceleris actorem iudeum in fornacē: ita totum ignis absorbuit: vt vix de ossibus eius paruū quodammodo relinqueretur indiciū. Interrogātes autē infantulū christiani: quale ei inter ignes fuisset vmbraculum ait. Mulier que in basilica illa vbi panē de mensa accepi in cathedra sedens puerulū in sinu gestat hec me pallio suo ne ignis quē me voraret operuit. Unde indubitādum est: beatā ei Mariā auxiliū apparēdo prebuisse. Agnita vero infans fide catholica. in patrē et filiū et spiritū sanctū credidit. ac salutari⁹ aquis renatus vna cū genitrice sua denuo in fide vixit. Multi quoqz iudeoꝝ hoc exēplo in vrbe illa saluati sūt. Sigibertus. Anno iustiniani. xxx. radegundis regina: vxor quondā Lotharij regis, mutata veste claruit sanctitatis nobilitate.

C De Sancta Radegunde regina. C. LXXIX.

X gestis eius. Hec natiōe Barbara fuit de regione Toringa patre rege Berechario: qua regione francorum victoria deuastata: exiuit de patria. Tunc inter ipsos quorum erat in preda regalis puella: fit contentio de captiua. Et nisi reddita fuisset transacto certamine in se reges arma mouissent. que veniens in sortem Lotharij regis in veromandensem ducta: Atheias villam regiā nutriendi causa custodibus est deputata. Quam cū preparatis expensis victuarici voluisset rex predictus accipere: nocte cum paucis elapsa est. Deinde suessionis cum direxisset vt reginam erigeret. illa euitabat pompam regalem ne seculo cresceret. Sed cui dabatur etiā humana gloria nō mutat. Nupsit ergo terreno pricipi: nō tn̄ separat ad celesti. Ac dū sibi accessisset seculari dignitas: plus se inclinauit: volantas quā permitteret dignitas. Timēsqz ne a deo degradasset cū mūdi gradu pficeret: se cū sua facultate elemosyne dicauit. Nā cū sibi aliquid de tributis accideret: ex omnibus que venissent ad eā ante dedit decimas q̄ recepit. Deinde quod supererat: monasterijs dispensabat: et quo ire pede non poterat misso munere circuibat. [illegible] na necessitate velle ōsurgere: et leuans egressa cubiculo: tādiu ante secretū orationi incūbebat iactato cilicio: vt solo calēs spū iaceret gelu penetrata: tota carne premortua. De qua rege dicebat: habere se magis iugalē monachā q̄ reginā: vnde et ipse irritat: qz p bonis erat experimentis. Sz illa tolerabat modeste rixas illatas a cōiuge. Diebus vero quadragesime [illegible] singulariter penitens. Igitur appropinquante ieiunij tpe ad religiosam monachā noie piā mittebat cui sancto proposito illa dirigebat venerantur in linthea sigillatū ciliciū. Quod sancta induens: ad corpus per totā quadragesimā subter vestē regiā dulci portabat in sarcina. Sin autē rex deesset: quis credat qualiter orationi se diffunderet: qualiter se tanq̄ presentis christi pedib⁹ alligaret et quasi repleta delicijs sic longo ieiunio satiaretur in lachrymis. Cui despecto ventris edulo christus erat tota refectio et tota fames erat ei in christo. Illō qua pietate peragebat solicita vt que per oratoria vel loca venerabilis tota nocte placerēt: cādelas suis manib⁹ factas iugiē ministraret.

C Qualiter incarceratos precibus et miraculo liberauit vestemqz secularem mutauit. C. LXXX.

Vali vero si quis pro culpa criminali: vt assolet a rege interfici deputabat sanctissima regina moriebat cruciatu ne designat⁹ reus moreret gladio. Qualiter gladio concursabat per domesticos fideles seruientes et proceres: quoꝝ blandimentis mulcebat animū principis: donec ex idsa ira regis vnde processerat fons mortis inde curreret vox salutis. His igit bestis actibus occupatā: interim prouexit diuina clementia: vt etiam in palatio adhuc laica dno largiente declararent per eā miracula. Denique in pernis villa post prandiū dum per ambulauit per ortū sanctissima rei trusi pro crimine succurri sibi clamabant vociferantes de carcere. Ipsa autem qd esset interrogat. Mentiunt ministri qp mendicorū turba quereret elemosynas. Credens hec illa: transmittebat quo indigebat inopia. Interea a iudice compelluntur tacere: qui tenebant in compedibus. Cum vō nox superuenisset et solutū cursum faceret fractis vinculis soluti sancte occurrunt de carcere. Quo cognito: reos se viderūt qui beate mentiti sunt: dum qui rei fuerant de cathenis soluti sunt. Et quonā frequenter aliqua occasione diuinitate prosperāte: casus cedit ad salutem: vt religiosius viueret: frater interficitur innocenter. Deserta igit a rege: veniens ad beatum medardum nouiomi supplicat instanter: vt ipsaz mutata veste dno consecraret: moxqz indumentum nobile quo celeberrime die solebat pompa comitante regina procedere: exuta ponit in altari oblatis gēmis et ornamentis: mensaz diuine glorie onerat venerabilis cingulum auro ponderatum: fractū

bat inopijs pauperum.

¶ De Sancto Bredano scoto et bonis initijs sancti Gregorij. C. LXXXI.

Ex cro. Per idē tēpus floruit in scotia sanctus Bredanus. Qui. s. magne abstinētie vir et in virtutibus clarus. triū fere miliū monachorum pater fuit. Huius autē peregrinatiōis historiā: propter apocrypha quedā deliramēta que in ea videntur contineri penitus ab opere isto resecaui. Sigibertus. Eo quoqz tempore Gregori⁹ filius Gordiani senatoris rome adoleuit. qui. vi. monasterijs in sicilia fundatis: et vij. rome in domo sua. ex pretore Urbano factus monachus: sapiētia et doctrina et sanctitate claruit. Ex gestis eius. Hic enim litterarū studijs optime erudit⁹. etiā in adolescētia sua cogitabat quomodo posset deo fideliter in religione seruire: Sed dum cōuersionē differret putās esse meli⁹ vt deo in seculari habitu seruiret. cepit ei cura rerū seculariū succrescere. adeo vt iam in mūdo non tantū specie: sed etiā teneret et mente. Unde defunctis parētibus libere suas eroganis facultates cūcta distribuēs religionē intrauit et vij. abbatias de proprio edificauit Et qui ante vestiri serico solebat et gēmis: post in vili habitu: ministrabat pauper ipse pauperibus. In monasterio autē proprio ad tantam perfectionē excreuit qz in ipso sue cōuersionis initio iam posset in perfectorū numero deputari. Tanta etiā districtione corpus suū afflixit: vt infirmato stomacho et tussi grauissima: mori quotidie se putaret. Cuius virtutū famā papa Pelagius audiens abstractū de monasterio diaconum ordinauit. Sigibertus. Eo tempore terremotus terribilis nimis per decem dies factus est. Hildeberto rege mortuo: monarchia regni regni francorum cedit fratri eius Lothario.

¶ De Sancto Leonardo confessore. C. LXXXII.

Ex gestis eius. Temporibus regis Lothari fuit sanctus Leonardus in pago cenomānico heremiticā vitā ducēs: et sibi et sequacibus suis monasteriū cōstruens. tante humilitatis iter ipsos extitit vt etiā p nomē relegeret et cū esset prelatus oib⁹ cunctis se viliorē et inferiorē habitu et meritis demōstraret. Cuius fama cum se vndiqz diffunderet: tantus ad eū populus cōcurrebat: vt cibis ad superabundantiā necessaria deferentibus. locus ille in triennio ad coquendos panes clibanū non haberet. Sed laudi eius inuidētes maligni suggesserunt Lothario regi francie: qz nisi sibi et sue genti consuleret: per Leonardū illum heremitā qui multos sub obtentu religionis colligebat regnū Francie detrimentū non modicū sustineret. Quibus rex Lotharius nimis credēs: missis militibus eos expelli cum eu mittere iussit et omnes audientes hoc timerent et nequaqz tale quid vlterius attentarēt. Cum ergo milites ad eum venissent et cōtra eum querentes calumnias diutius altercarent tandem verbis eius cōpuncti: mirantes vitā eius tēpore opportuno se futuros eius discipulos spoponderunt et sic ad regem regressi: cūcta que viderāt et audierant retulerunt. Unde rex quoqz cōpunctus de his: qui iniuriā viri dei conceperat: deo gratias retulit: qui tam constantes sibi famulos eligebat. Et intantū sanctum Leonardum dilexit: qz ei cuncta liberaliter porrigens. et detractores eius rebus et honoribus suis priuans vix tandē precib⁹ sancti viri eos sue restituit dignitati. Erat enim erga miseros tante compassionis affectus: qz et hoc a deo precibus impetrauit. vt quicunqz in carcere vel compedibus teneretur: mox inuocato eius noīe solueretur. Quadam die dum diu in oratione incumberet: serpens maximus a parte pedum sursum tendens et sinum eius perlustrans: nō solum ei nocere non potuit: sed nec mentē eius ab oratione turbare. Et facta oratione dixit ei. Scio quidem qz ab initio tue creationis hoīes quantū preualeo inquietas et nunc in spe misericordie dei fac in me quicquid mereris: si tibi detur potestas. Quo dicto serpens per capiciū tunice eius exiens: ad pedes eius exanimis corruit et extunc ibi nullus serpens apparuit. Perdurans itaqz vsqz ad tēpora sancti Germani parisiensis episcopi: et sancti Domnoli: qui Innocēti episcopi cenomanensi successit. cum eos forte abrincensem discordantes sedasset: in crastinum se faciendum et predicti Domnoli aduentū predixit. Qui et ipse Domnolus diuina reuelatiōe premonitus est: vt iret ad sanctū leonardū: et eius aīam cōmendaret. Quo facto idus octobris circa annum domini. d. lx. obiit: et sub Hilperico rege francorum sepultus: duos cecos illuminauit: et etiam nunc quanti apud deum sit meriti frequentia miraculorum ostendit. Huius Leonardi vita apud conbrigiacum legitur vbi corpus eius ibi requiescit. Unde et locus ipse propter miraculorum multitudinem quotidie a populis frequentatur.

¶ De Lauinomaro carnotensi et latronibus eius stupefactis. C. LXXXIII.

Ex gestis eius. Tēpore quoqz prefati Lotharij filij Clodouei scilicet qui primus in regibus eiusdē gētis a beato Remigio remensi epo baptizatus est intra pagū lugdunensem Lauinomarus carnotensiū partiū ciuis. parētib⁹ christianis natus est. Qui cū in domo patris puerulus nutriret: gregē patris sui pascēs bone spei agebat principia. qz que victui necessaria sibi solitudo pastoralis ministrabat. Hec egenis et pegrinis occursantibus impartiebat aut coeuis sibi opilionibus diuidebat. Euangeliū nondū nouerat: sed crucis mortificationē ferre gaudebat. vsqz ad solis occasum frequēter ieiuniū extendēs. Deniqz parētes pueri cōuersionē admirātes. Litteralibus studijs eū tradiderunt: et cuidā venerabilis vite sacerdoti in oppido carnotēsi: dn̄o militanti cōmiserunt. Qui susceptum paruulum tenere fouebat: et pedetentim ad litterarū cognitionē et sanctitatis normā cohortabat. Ad tēpus ergo celans animi propositum dum adhuc in eadē vrbe moraret: sacerdotalē infulam est adeptus. Tandē in tempesta nocte oibus alto sopore depressis: baculum in manibus sumpsit: et cōcupitā ad heremū peruolauit. Dum aūt qdā nocte inter cetera silentia hymnos deuote meditationis deo redderet in festā latronū rabiem presensit. Qui vt ad eius mortē peruenerent. longos vie errores illi passi sunt. putabant enim eum aliquam pecuniā in deserto seruare. diluculo aūt facto: repēte se in cōspectu eius vident: quem tantopere quesierāt. Et ad visionem eius diuino timore correpti: ad pedes eius corruerunt clamantes. Parce nobis vir dei parce: reatum nostrum cognoscimus: et ideo veniā petimus Quib⁹ ille ait. Et ego dolos vestros nō ignorabā filij. Misereat vestri dominus. Red te in pace: et iā a rapinis manū retrahite: nā mihi nulla pecunia est in terris pecunia nostra vero christus est. Quibus verbis eius edificati ad propria sūt post triduū sunt reuersi. Et fratribus qd eis acciderat narrauerit.

¶ De ceteris eius miraculis et trāsitu eiusdē. C. LXXXIIII.

Homo quidam e vicino filium suum claudum et cum lachrymis curandū obtulit. Qui intra sacra missarum libamina pro sanitate pueri obsecrans solēni prece peracta fragmento panis benedicti et pisce refecit: et filiū a debilitate curauit. Casu accidit: vt ianitor clauē oratorij pderet. Cumqz dei famulus a fratribus sedens orandi gratia oratorium peteret et clauem non inuenisset ante foras humi prostratus aliquantisper orauit. Moxqz vltro ianua est patefacta. Cuiusdam tem monachi de viminibus facta machina superposuissent qd mel fuerant: ignis accensus paulatim vires capiens cum omnes alia curarent subito et fruges et domum inuasit incendiū. Qd vbi vir dei cōperit signo crucis faciens ignis impetum orationibus superauit. Secuta deinde nocte: inter sacras vigilias inuidia diaboli eū inquietare tētauit: et qui a celesti luce cecidit: lampadis lumen ter extinxit sed militē christi sibi pualere sensit: qd p vere lumē christū lucente lucerna reparauit. Quadā etiā die annosam quercū ad oratorium construendū non apto loco positaz vbi a fratribus dolari posset: vir dei in virtute crucis quo voluit transportauit. Uir nobilis ermoaldus in angustijs cōstitutus misit ei. xl. sol. obnixe petens et intercessione eius meritis prece salutis a deo piaret. Qui accipe recusans tandem tū latore purgente suscepit. Ingressusqz oratoriū orationē fudit: vt oblatio viri acceptabil fieret in cōspectu dei: et sup altare pecuniam deposuit: gradiqz studio vnūquēqz nummū appendēs manu reuoluebat: et genu sepius flectere orabat. Tandē vnū solidū quem in spū mundū et nō ex rapina acquisitū: cognouit vsib⁹ suis retinuit Reliquos aūt gerulo tradidit et ait. O homo pecunia ista inique et diuina non pōt mutare sniaz: sz nec peccatorū remissionē impetrarent victime impiorū abominabiles sunt dn̄o. Sic ille reuersus ad dn̄m suū adhuc eū viuente repperit. Sz morbo ingrauescente ab hac luce est abstract⁹. Epus aūt carnotensis: malardus cōperta fama viri dei. cupiebat ei⁹ collocutionis dulcedine recreari. Pro qua re accersit⁹ ab eo cū et finē vite sue appropinquare sciret: iam senior ad vrbem pperauit. Ubi p aliquot dies morat⁹ egrotare cepit. et plato epo desolatorē religionis et que p barbaros post obitus eius futura essent predixit: et sic in pace requieuit. xiiij. kal. februarij.

¶ De Monasterio pictauis a sancta radegunde constructo et eius persecutione. C. LXXXV.

Ex gestis eius. Porro sancte radegundis ingrediente tēpore mente ad christū. pictauis inspirāte et cooperante grā dei monasteriū sibi p ordinationē precelsi regis lotharij construxit. In

quo gaudens ingressa est: vbi perfectionis ornamenta cõquireret: & magnã cõgregationẽ puellarũ christo nunq̃ morituro sponso con gregaret. Quo electa a' batissa & iam cõsecrata tam se q̃ sua oia ei' tradidit potestati ex proprio iure nihil sibi reseruans: vt curreret expedita post christi vestigia: & tantũ sibi plus augeret in celo: quantũ subtraxisset de seculo. Sed inuidus bonorũ humani generis inimicus. cuius voluntatẽ etiã dum esset in seculo facere abhorruit eam persequi nõ cessauit. Sicut enim iam p internũcios cognouerat qđ timebat. precelsus rex Lotharius cũ filio suo precellẽtissimo Sigiberto thuronis aduenit: quasi deuotionis causa: quo facilius pictauis accederet: vt suã reginã acciperet. Quo cognito. beata radegundis sacramẽtales litteras fecit sub cõtestatione diuina. viro apostolico dño germano parisiẽsis ciuitatis episcopo. qui tũc cũ rege erat: quas per proculũ suũ agentẽ secretius direxit: cum exenio vel eulogijs. At vbi eas relegit vir deo plenus lachrymans prosternit se pedibus regis: ante sepulchrũ sancti Martini deprecans cũ testatione diuina: sicut ei litteris fuerat intimatũ vt pictauis nõ accederet. Tunc rex amaritudine plenus intelligẽs hanc petitionẽ esse beate Regine penitẽtia ductus malis cõsiliarijs istud imputans seq3 indignũ iudicans: q' talẽ habere reginã diutius nõ meruisset. prosternit se & ille ante limina sancti Martini pedibus apostolici viri. rogãs vt sic pro ipso veniã peteret a beata Radegunde: vt ei indulgeret qđ in ea per malos cõsiliarios peccauerat. Unde vltio diuina de presenti eos vindicauit. Sicut enim arrius qui cõtra fidẽ catholicã certans oia intestina sua in secessum deposuit. ita & istis euenit qui cõtra beatã reginam egerũt. Tunc rex timẽs dei iudiciũ: q2 regina dei voluntatem magis fecerat q̃ suã. dum cõmorata cũ eo fuerat: rogabat beatũ virum illic celeriter ire. Sic vir apostolicus dñs Germanus pictauis veniens. ingressus monasteriũ in oratoriũ sancte Marie dicatũ: prosternit se ad sancte regine pedes pro rege veniã poscens. Illa vero gaudẽs se de faucib' seculi ereptã: benigne indulget: & se dei aptat seruitio: expedita iam sequi christũ quocunq3 iret.

¶ De vita eius abstinentia & humilitate. C. LXXXVI.

Ualem se gesserit per singula quis enumeret: in victu q̃ etiã in mensa sub flamone sigilineũ panẽ absconsum vel ordeaceũ manducare cuiusq3 sic vt nemo perciperet. Nã ex illo tpe quo beato Medardo cõsecrante velata est: vsq3 ad infirmitatẽ nihil preter legumen & olera: nõ pomũ piscẽ vel ouũ vel aliud: esui habuit. Potum so preter aquã mulsam atq3 piratũ nõ bibit. Tum vo more sci Germani iubet sibi molã secretissimã deferri: in qua tota q̃dragesima tantum laborauit: quantũ q̃driduana refectio postulauit. preter quotidianã mẽsam qua refouebat matriculã duobus semp die bus quinta. s. feria & sabbato. balneo parato ipsa succincta sabano. capita lauabat egenorũ. defricãs quicq̃d erat cruste: scabiei tinee: nec purulẽta fastidiẽs. interdũ & vermes extrahẽs purgãs cutis putredines singillatim capita pectebat ipsaq3 lauerat. Ulcera vero cicatricum que cutis laxa detexerat: aut vngues exasperauerant: euangelico more oleo suffuso mulcebat morbi contagiũ. Egredientibus etiam de si cui inueterata esse indumẽta displiceret: tollens rasa noua reddebat. ante pãnosos faciebat venire cultos ad prandiũ. Quib' congregatis: ministerio parato ipse aquã fiue mappã singulis porrigebat. & malodis ipsa pariter & os & manus tergebat. Tunc trib' ferculis illatis: lactis delicijs: stans ante prandẽtes ieiuna plene diuisis. ipsa incidebat panẽ: carnẽ vel q̃cq̃d apponeret. lãguidis autẽ & cecis nõ cessabat ipsa cibos cũ cocleari porrigere. Mulieres varijs lepre plus sus maculis cõprehẽdẽs: in amplexu osculabat: in deo eas toto diligens aĩo. Deinde posita mensa ferens aquã calidam: facies lauabat manus vngens: & vlcera: & rursus administrabat. Ipsa pascens singulis recentibus prebebat auri vel vestimenti solatiũ vix vna teste munifica. Que etiã prestante domino diuerso fulsit miraculo. Deniq3 si quis pustule desperaret de vulnere: offerebat ministra sancte solũ pampini: mentiens opus hoc sibi esse. Sicq3 obtẽto vix signaculo: portabat ad desperatum vulneriq3 superpositum mox occurrebat remedium.

¶ Iterum De eodem. C. LXXXVII.

Preter dominicũ diẽ fuit farratis sine omnib' diebus ieiuniũ lenticule vel oleris: prope ieiuna refectio: nõ piscem: nec pomum vel ouum habẽs edulio. panis vero ero beliciarum siligineus fuit: aut ordeaceus: quem abscõsum sub sedone fumet ut ne quis perciperet. I ex ei ã sua eius potio aqua mulsa piratum: sed modice libata ac sitibunda potatio. Prima quadragesima qua se reclusit in cellula donec fuisset trãsacta: panis nõ sumpsit cibaria nisi die dominico: sed tantum herbas aut olera de maluis sine olei gutta: sine sale cõposita. verũ aque toto ieiunio nec duo sextaria sumens: tanta siti laborabat vt faucibus desiccatis vix psalmũ diceret arida. Ciliciũ autẽ habẽs ad corpus pro linteo, ac iugiter cursum decantans peragebat vigilias. ante se habẽs cinerẽ stratũ superiecto cilicio: hoc vtebatur pro lectulo nõ illũ aliquando mollis pluma fulciuit: neq3 lintheaminis nitor istruxit. Manicam qua brachiũ indueret nõ habebat: nisi de caliga sua si duas faceret manicas: sed ita se tractabat: vt hec ne abbatissa sentiret. Adhuc monachabus oibus soporantibus calciamẽta tergẽs & vngẽs retransmittebat p singulas. Alijs q̃dragesimis aliq̃d relaxãs quinta feria sumebat. deinde dñica. nã & reliquo tpe p̃ter dies paschales ac sũme festiuitatis donec infirmitas prohibuit: in cinere & cilicio semp vitam duxit austerã. prius se leuãs vt psalleret q̃ cõgregatio surrexisset. nam de officijs monasterialib' nihil sibi placuit: nisi prima seruiret: & ipsa se castigabat si bonũ fecisset post alterã. Ergo suis vicibus scopans monasterij plateas vel angulos: quicq̃d erat fedũ purgans: sarcinas quas alij horrebant videre: nõ abhorrebat euehere. Secretũ etiam opus purgare nõ tardãs: sed scopans ferebat stercoris fetores. Credebat se minorẽ sibi se nõ nobilitaret seruitij vilitate. Ligna supportans brachijs: focum flatib' & forpicibus admouens. Cadẽs nec lesa se retrahebat extra suã ebdomadã infirmãtibus seruiẽs. ipsa cibos decoquens. egrotis facies abluens. Ipsa calidũ porrigẽs visitabat quos fouebat: ieiuna rediẽs ad cellam.

¶ De Laboribus eius & affectione carnis. C. LXXXVIII.

Illud quoq3 quis explicet quanto feruore excita ad coquinam cursitabat: suam faciens septimanã. Deniq3 nulla monachaꝝ nisi ipsa de postico quantum ligni opus erat sola ferebat in farcina: aquã3 de' puteo trahebat: & dispensabat per vascula: olus purgans legumen lauans: focum flatu viuifans: & vt decoqueret escas satagebat estuãs vasa de foco ipsa lauans discos lauans: & inferens. Tunc consummatio conuiuijs: ipsa vascula diluens purgans nitide coquinam: quicquid erat lutulentum ferebat foras ad locum designatum. Inde per egrotantes ferens necessaria ibat non tepida: & priusquam exciperet prelatam sem regulam: ebdomada transacta sufficienter faciebat ad omnes humanitate sanctissima: pedes lauans & osculans: & adhuc omnib' prostrata deprecabatur veniã p promissa negligẽtia. Itaq3 post tot labores quas sibi penas intulerit: ipsa vox que refert perhorrescit. Quadam vice sibi translatos circulos ferreos diebus quadragesime collo vel brachijs inseruit: & tres cathenas inserens circa suũ corpus dum alligasset constricte: inclusit durum ferrum caro tenera succrescens: & transacto ieiunio cum voluisset sub cute clausas cathenas extrahere: nec valeret: caro per dorsum atq3 pectus super ferrum cathenatum est incisa per circulum: vt & sanguis fusus ad extremum exinaniret corpusculum. Inde iussit vice altera fieri laminã de auricalco in signo christi. Quam accensam in cellula locis duobus corporis altius sibi impressit: tota carne decocta. Sic spiritu flamante: membra faciebat ardere. Aliquid adhuc grauius in seipsa tortrix excogitans: vna quadragesimarum super austeritas ieiuniq3 & sitis torridum cruciatu3: adhuc lena cilicij tenera membra sectio asperis dissipante iubet portari mundũ plenũ ardentibus carbonibus Tunc discedentibus reliquis: trepidãtibus membris animus armatur ad penam: tractans quia non essent persecutionũ tempora: vt fieret martyr. Inter hec vt refrigeraret tam feruentem animũ: incendere deliberabat corpus. Apponit era candentia: stridunt cremantia membra: consumitur cutis intima. Quo attigit ardor fit fossa: tacens tetigit foramina: sed computrescens sanguis manifestabat qđ vox non prodebat in pena. Sic femina pro christi dulcedine: tot amara libenter excepit Tunc actum est: vt quod ipsa abdiderit: hoc miracula non tacerent.

¶ De Moribus eiusdem laude dignis. C. LXXXIX.

Intantum hoc corde vel ore illi' laus dei nõ discedebat vt cũ quadã vice vadisset posticiariam monasterij transeuntem nomine condegundem: vbi eam voluit appellare pro eius nomine alleluia clamabat. hec nullies fecit. Nunq̃ mendacium: nunq̃ maledictum: contra qualemcunq3 personam ab eius ore processit: & non solum non detraxit cuiq̃ sed neq3 detrahentem audiuit patienter. Pro persequentibus se semper orauit & orare docuit. Nunq̃ imposuit alicui: qđ ipsa prius non fecit. Undecunq3 seruus dei venisset solicite perquirebat qualiter domino seruiret. si quid vero nouum ab eo agnouisset quod ipsa non faceret continuo cum omni alacritate sibi prius imposuit & post congregationẽ tã verbo docuit q' exem

plo ostendit. Cum vero ante eam psalmos cessaret: lectio nunq̄ discessit. Dum nocte q̄si vel vnius hore spacio videret somnū capere: semper tñ lectio legebat. ⁊ que legebat in se somni marcorē sentiēs putabat eā iam paululū requiescere. Ubi vō a lectōe cessasset mente intenta ad christū tanq̄ si diceret: ego dormio ⁊ cor meū vigilat aiebat. Quare taces lege ne cesses.

¶ De Miraculis eius in vita sua ostēsis. C. XC.

Mulier quedā dum inimici inuasiōe grauiter laboraret ⁊ vix ad sanctā potuissent rebellē hostē adducere iperat aduersario vt se suo cū timore pauimēto psterneret. Mox ad beate sermonē in terrā se deiciēs: qui timebatur extimuit. Cui sancta plena fide cum calcasset in ceruice fluxu ventris egressus est: ⁊ in rebus minimis magna est gloria creatoris. ergo casu dum glob⁹ quē sancta filauerat penderet de camera: veniens sorex vt tangeret ante q̄ filū inscideret mortuus pependit in morsu. Rogauit beatissima de loco suo eueli arborē validam lauri: ⁊ ad suā cellulā pro iocunditate transferri. Quo facto transplantata nō adherēte radice sit tota foliis arida. Cui abbatissa iocularitter imputat q̄ nisi exoraret vt arbor terre adhereret ⁊ se a cibo suspēderet. Qd̄ nō inaniter dictum est. Nam sancta intercedente foliis ramus ⁊ radice laurus siccata reuiruit. Cum autē beatissima femina reclusa esset in cellula: audiuit fletum de monacha ⁊ signi tactu venientem quis esset interrogat. Que mortuā sororē nunciauit infantulam: ⁊ frigidā aquam qua lauaret paratam iam esse calidā. Condolens sancta tunc imperat: vt cadauer ipsius suā deferret ad cellulā. Quo sibi deportato excipiēs manu propria: ⁊ clausa post se ianua: iubet longe oēs discedere ne quis sentiret quid ageret. Sed qd̄ occulte gessit: celari diu non potuit. Interea dum defuncte exequie pararentur fere per horas. vij. mortue tractat corpusculū: sed Christo vidēte fidem cui negare nō potuit. reddita prorsus salute: surgit hec ab oratiōe illa resurgit de funere. Ad petitionē eiusdē: transmisit ei imperator legatarios cum euangelio auro ⁊ gēmis ornato: ⁊ lignū sancte crucis. At vbi lignū in quo salus mundi pepēderat pictauis aduenit: illa ad honorē loci ⁊ salutē populi in monasterio suo dimisit. vbi virtute dei cooperante potētia: cecorū oculi lumen recipiunt: aures surde patefiunt: muti loquuntur: claudi ambulant: demones effugantur. Cumq̄ misisset beata legatos ad imperatorē cum simplici vestimēto gratias agere: cepit mare fluctibus agi: ⁊ nauis eorū. xl. diebus ⁊ noctibus periculo subiacuit in medio mari. Jamq̄ de vita desperātes: clamabāt dicētes. Domina radegūdis subueni seruis tuis dum tibi obedimus ne submersi pereamus. Ad has voces in medio mari aduenit columba: que ter nauē circūiens fluctuantē in noīe sancte trinitatis. secus eos propius cū volaret seruus beate regine noīe baudaius extendit manum: ⁊ de cauda eius tres tulit pēnas: quas mari intingens tempestatē cōpescuit. Et ad inuocationem noīs beate: columba que apparuit. eius famulos de mortis ianua vite reddidit: ⁊ facta est tranquillitas magna in medio mari.

¶ De Miraculis eius post obitum. C. XCI.

Dum memoretur ⁊ illō nobile factū. Per somnium tribunus fisci cognomēto demolensus: die quo sācissima migrauit de seculo: dum suffocationis lāguore totus deficeret. videbat ei q̄ sancta in vicum eius dignabiliter accessisset. procerit salutat interrogat quid beata requireret. Tūc ipsa dixit: q̄ ad eum illic videndum peruenerit. Et quia votum plebis erat: vt beati Martini oratoriū conderēt: apprehēdit tribuni manus beatissima dicens. Hoc loco sunt confessoris venerande reliquie. Hic edificate templum quod sibi ducant dignissimum. O quale mysterium dei fundamentum ⁊ pauimentum repertum est: quo basilica facta est. Adhuc in ipso sopore manum trahēs per fauces eius ⁊ gulam diu delinens. insuper ⁊ hec dicens: veni vt tibi melior a deo sanitas cōferatur videbatur sic rogare. Per meam vitam volo: vt relaxes illos quos habes in carcere. Euigilans tribunus: refert quod viderat coniugi dicens. Uere credo: q̄ hac hora exijt Sancta de seculo. Dirigit ad ciuitatem: vt per hec vera cognosceret. Transmittit ad carcerē quo. vij. reos ibi retentos admonitus relaxaret. Redeūte misso refert ea hora iustā migrasse de seculo. Et triplici mysterio: carcere vacuato: tribuno sanitate reddita: edificato templo: sancte pbat oraculū. Vinoberga vna ei⁹ fuit famula: que ausu temerario in cathedra beate regine post ei⁹ discessum sedere psumpsit. Quo facto iudicio dei pcussa ita ardebat: vt viderēt oēs fumū de ea in altū pcedere. Et illa corā omni populo cōfitens se proclamare peccasse: et propterea arderet: quia in beate sede consederat. Trib⁹ ergo dieb⁹ ⁊ noctibus incendiū passa: vociferans clamabat. Dn̄a radegundis peccaui. male egi: indulge mihi. refrigera mihi membra diro cruciatu exusta. In tanta pena ipsam omnis populus videns pro ea precabat. Sed beatissima ad preces omniū benigne indulget. ignē feruentē compescuit. illa sospes domū rediit. Huius sancte regine transitus colitur idibus augusti.

¶ De Miraculo imaginis a iudeo trāsfixe: ⁊ de quibusdam alijs. C. XCII.

Sigibertus. Hoc tpe iudeus quidā imaginē saluatoris de cruce furtiue deponēs eam telo transfixit. ⁊ eā clam ad domū suā deferēs: cū eam vellet flāmis exurere: se sanguine imaginis cruciatū videns: pre stupore eā abscōdit. Quā christiani requirētes ⁊ p vestigia sanguinis inuenientes: eā sanguinolentā receperunt. Judeū vō lapidauerunt. Miserabilis in italia pestilentia mortalitatis fuit. In gallia mons sup rhodanū fluuiū multis dieb⁹ dans mugitū tandē ⁊ ab alio monte sibi vicino discissus: cū ecclesijs ⁊ domib⁹ ⁊ hoīb⁹ ⁊ bestijs in rhodanū precipitat⁹ est. Lotharius rex chramnū filiū suū diu ɔtra se rebellātē: ⁊ multa mala in regno suo facientem in britānia psecutus: ei eiusq̄ auxiliario duci britonū chonobro bello occurrit: ⁊ chonobrū quidē peremit: chramnū vō captū igni cū vxore ⁊ filiab⁹ ɔsumi fecit. Grego. thuron. in gestis frācorum. Post hec vero lotharius in cotilia silua venationē exerceret: a febre valida corripitur ⁊ exinde compendiū villā (q̄ est pallatiū regale) adijt. vbi dū grauiter vexaret dicebat: Uah vah. Quid putatis qualis est iste rex celestis qui tam magnos reges sic interfecisse dignoscit. Et in hoc tedio spiritum exalauit. Obijt autē anno. lj regni sui. quem quattuor filij sui cum magno honore suessionis deferentes: in basilica sancti medardi sepelierunt.

¶ De Sancto Macluuio ⁊ eius infantia. C. XCIII.

Sigibertus. Eo quoq̄ tēpore in scotia brēdanus claruit. Qui fortunatas insulas septennali nauigatione perquirens: multa miraculo digna vidit. a quo machutes: qui ⁊ macloius regulariter educatus: ⁊ ipsius nauigationis socius: in britānia sanctitate ⁊ miraculis claruit. Qui a britānis exacerbatus: eis maledictis transiuit ad gallias. ⁊ sub leuncio sanctonū epo multo tempore virtutibus claruit. Britānos propter suam maledictionē varijs cladibus addictos: data rursum benedictiōe absoluit ⁊ sanauit. Ex gestis eius. Hic parentibus generosis in britānia quadrangula ortus est. matre (vt fertur) iam decrepita. s. lxvj. annorū: que soror erat beȝmonis patris sancti sāsonis: ⁊ vmbrafel patris sancti maglorij. Hec ad monasteriū in valle que caruāne dicit̄ situm: cui sanctus abbas brēdanus preerat: in vigilia sancti pasche ad vigilandum ⁊ orandū venit. vbiq̄ ipsa nocte eundem filium suum edidit. Quem brendanus baptisans spiritualem filium spiritualiter educandū deinceps accepit: ⁊ in litteris erudiuit. Qui licȝ etate tener: animo tamen fortis erat: ⁊ stabilis grauitate fundatus. ignetum quoq̄ vigorem corporali in se validum feruere testabatur. ita vt dum eius condiscipuli pre nimio frigore striderent dentibus. ille iam spiritu feruens: oib⁹ horis calebat in corpore. ita vt simplo vestimento contentus continue guttas sudoris emitteret.

¶ De Insula propter eius conseruationem miraculose facta. C. XCIIII.

Tanq̄ more puerorū ipse ⁊ condiscipuli ad littus maris perrexerūt: vt laborem discipline iocandi licentia releuarēt. Sed cū ceteri ante inundationē maris ɔtinue estuantis fugerent: ⁊ ludū relinquētes ad scholas redirēt. puer scūs dormiēs sup fascē alge remāsit in littore. Cūq̄ appropinq̄ret mare minime eū tangēs circūdedit: nutuq̄ diuino q̄ntū circa eū crescebat: tantū loc⁹ littoris sup quē ille iacebat exaltabat. Tandē puer pre horrore sonitus fluctuū maris euigilās dū circūspiciens neminē videret: cōdiscipulos nominatim inclamare cepit. Cui cū nemo respōderet: ait secū: Deus oipotēs: vbi nūc positus sum ego. ne derelinquas me: sed adiuua ⁊ salua. Interea magister sollicite querebat a discipulis: vbi eēt alumn⁹ eius charissim⁹. Quib⁹ respōdentib⁹ eū vna cū illis ad littus isse: seq̄ illū dormientē in littore vidisse. sed vtrū post ibi remāserit nescire. ingemuit. ⁊ iā imminente vespere cū scholasticulis suis ad littus maris perrexit. Et ecce insula nunq̄ ante visa: i ipso mari apparuit. Quā cū int̄ mirati fuissent ceperūt circūquaq̄ p littus ⁊ p vndas maris intueri: si forte cadauer pueri ɔtingēt videri. Quo facto: nocte iā instāte ad monasteriū redierunt. ⁊ intrantes ecclesiam exequias pueri q̄si iam mortui celebrarunt. Nec multo post parentes pueri ad Brendanum

ferunt: vt filium eorum sibi sanum et incolumem redderet: qualẽ sibi eum cõmiserunt. Tunc sancto Brendano instãter ea nocte vigilijs et orationibus insistẽti: astitit angelus dñi: et ait. Noli timere serue dei qꝛ puerum de cuius interitu angebaris: deus omnipotens inter vndas illesum cõseruauit. Ecce enim pro eius cõseruatiõe facta est ibi ppetua insula vbi quiescẽdo remãserat. Et vt hoc primũ diuine virtutis in eo declaratũ miraculũ perpetuo testimonio cõmendet. mare qđ quotidianis prius illic accessibus adesse vel recessibus abesse solitũ erat. nunc iussu dei tam stabili profunditate eam insulam circumcinget: vt nunq̃ inde recedat. nec quisq̃ absq̃ nauigio illuc peruenire queat.

¶ De Psalterio eius qđ in mare missum ad ipsum natauit. C. XCV.

Tunc sanctus gratias agẽs mane cũ fratribꝰ ad litus abijt. Ibiq̃ puerũ in superiori loco insule odas dño cõcinente prospexit: gaudẽsq̃ eum salutauit. Qui oẽs ad benedicendum dñm inuitans: addidit. Nunc saltẽ vna die permittit me permanere: vbi dei pietas saluatõis miraculo me dignata est illustrare. Sed psalteriũ meum vt mecũ habeam efficite: et si nõ est efficacia quo ad me pferatur: in mari illud ponite. Tunc magistro illud in manu tenente: et in mare mittẽte: fascis alge super quẽ ille dormiebat accurrit: et sup se psalteriũ excepit: et ad ripam super quã puer stabat adeo minime infectũ detulit. In crastino autẽ nauiculã pro puero miserunt: et eum ad monasterium adduxerunt. Tunc eius parẽtibus ait Brẽdanus. Nunc filiũ vestrum misericordia dei sanum et incolumem sicut stomachati mãdastis recipite. Qđ audiẽs puer: lachrymabiliter ait. Magister sancte et mihi venerãde pre parẽtibus: nõne cũ euãgeliũ legeret: audiui te dicẽtẽ. Nolite vobis vocare patrẽ super terrã. Parẽtes itaq̃ penitẽtes de legatiõe dure directa: et veniã flagitãtes eũ cũ magistro dimittũt et ad sua redeũt.

¶ De Igne quem in gremio tulit et eius nauigatiõe et electione in episcopum. C. XCVI.

Erat autem mos: vt vnus puerorũ i ebdomada sua ferret lucernã ante magistrũ adeuntem noctu basilicam: matutinalis officij causa. Adueniẽte ergo septimana felicis pueri. alij cõpares sui instigante inuidia restrinxerunt focum. quo accensa lucerna ire debebat. cupientes eum ob hoc a magistro verba perpeti. Tunc puer quid ageret ambigẽs abijt ad officinã vbi sicera fiebat: petẽs a cõfectore sibi ignẽ pberi. Illo aũt nolẽte lino pigritãte lumẽ accendere. tandẽ ab anxiante puero: īpositi sũt carbones in gremio illiꝰ: a q̃bus nil lesum est vestimentũ eius reuersusq̃ ad magistrũ: reppe rit candelam iam ab angelo diuinitus illuminatã. Itaq̃ oĩ vita sua virgo in seculũ pmanẽs: monasticũ habitũ induit: et celibẽ vitã duxit. Tandẽ remotiorẽ locũ sibi querere desiderãs: quãdã silũã oceani noĩe Imã cũ magistro suo et socijs nauigio adire disposuit. q̃ paradisi deliciarũ similitudinẽ hr̃e dicebat. Parata itaq̃ naui cũ oĩbus necessarijs. xcv. circiter frẽs hac et illac nauigãdo vagantes: cũ insulam inuenire nequirẽt: ad patriã redierunt: et multis annis elapsis: sanctũ Machutẽ persepe miraculis choruscantẽ reges et nobiles illius prouincie ad ep̃atus apicẽ vnanimiter elegerunt.

¶ De Secũda eius nauigatione et gigante quem resuscitauit et baptizauit. C. XCVII.

Qui solẽniter ordinatꝰ sacrũ officiũ aliq̃ diu feliciter administrans: naualibus iterũ apparatibꝰ instructis ad prefatã insulã in q̃ etiã celi ciues angelos habitare ferebat. cũ sacro quondã magistro suo brẽdano: alijsq̃ viris sc̃is aggressus est nauigare. In q̃ nauigatiõe pluribꝰ annis pmeãtes in anno. vij. sepulchrũ mire magnitudinis in q̃dã īsula repperũt. mirãtibꝰ oĩbꝰ si humane statura tantum spacium videretur occupatum. Tunc beatũ Machutẽ cui nihil apud deum impossibile fore credebant sanctus Brendanus cum oĩbus fratribus deposcebat: vt corpus illud quodcũq̃ tumulatũ orõne sua suscitaret. Qđ ipse primum expauit: indignum se iudicans ad hoc impetrandũ. Sed multis precibus magistri coactꝰ ne inobediens ei videret: lachrymabiliter se in oratione prostrauit. Quã cũ audiẽtibus oĩbus cõclusisset. ecce toto tremefacto tumulo procere et incõparabilis stature homo pdijt. Interrogatꝰ quis et cuiꝰ cõditiõis fuerit. gigantẽ se noĩe mildumũ et idolatrã fuisse rñdit. tormenta etiã que cum alijs perditis in inferno sustinuerat narrauit et quia meritis beati machutis inde ereptus sit. Cõfitebat quoq̃ christũ verũ deũ et filiũ dei eẽ: iudeosq̃ eius crucifixores centies eterno incẽdio plus alijs incredulis cruciari se vidisse. Tũc quoq̃ deitatis ope se suscitatũ intelligens: vitã querebat eternã. aq̃. s. et spũ renasci cernuus efflagitãs. Sãctus aũt ep̃s eũ in fide plenꝰ instruxit: et sic eũ baptisauit. His peractis sciscitati sunt ab eo: vtrũ insulã quã querebant noĩe imã: ipse maris incola nosceret. Quibꝰ ille rñdit: se imam insulam olim cũ p mare ambularet vidisse oĩbꝰ insul[is] a[mo]re et delicijs prestantẽ. Introitꝰ aũt inquit in ea nullus mihi appartuit. Credo michi equidẽ me indignũ: vtpote gẽtilẽ: talia intrare nõ meruisse menia: quorũ decorẽ mirabant celi palatia. Tũc sc̃o ep̃o petente ab eo: vt preuius ductor nauim eorũ in eã partẽ dirigeret: ille rudentẽ q̃ nauis anchora retinebat manu cepit. et q̃si cedrina pceritate sublimis pfundũ pelagi pedetentim gradiendo sulcans post se nauim trahebat: si forte eos ad locũ illũ ducere posset. Sed repetẽte fretis feruẽtibꝰ: insaniẽtibusq̃ vẽtis: oborta tẽpestate contraria: cũ non valerent illuc pgredi reuersi sunt ad insulam vbi gigantẽ ipsum beatus machutes suscitauerat. Ubi cũ deo deuote seruiendo morarentur: contigit denuo ibi gigantẽ ex vita migrare. Cuiꝰ inopinũ obitũ ep̃s et socij eius admirãtes: animã eius deo fideliter cõmendauerũt: et corpus terre cõmiserunt.

¶ De Missa quã sup cetũ in mari celebrauit. C. XCVIII.

Missi vero a spe inueniẽdi insulam quam querebant in patriã redire decernunt. Deniq̃ carinã a statione submouẽtes illucescẽte sacratissima die pasche circũspicientes: quasi modicã insulam viderũt: ad quã et applicuerũt. Illic sanctus machutes suggerẽtibus fratribus: missarũ solẽnia celebrare cepit. Cũq̃ frẽs psallendo missam canerẽt: peruentũ est missali ordine vsq̃ ad orationẽ dominicã: tum subito tota illa que videbat quasi insula cõmota ẽ. Erat autẽ belua ex his que cete dicunt abyssi incola: tante enormitatis et magnitudinis: vt crederet paulo ante ab ep̃o et socijs eiꝰ insula esse vel terre spacium aliquod. Aduerterunt igit supstantes vtiq̃ animal esse. et exterritis omnibus: seq̃ iam mergendos et degluciendos clamantibꝰ: vir dei fidens in dño interritus perstitit: donec impleta missa fratrũ catervã cohortare cepit pponẽs eis ionã prophetã triduo in vẽtre ceti incolumẽ seruatũ: diuinaq̃ adesse suffragia: vbi prorsus desunt humana. Tũc diffugiẽtibꝰ cunctis ad nauim: sanctꝰ vir in oratione se ibidẽ pstrauit inuocãs deũ: vt cetũ illũ cui supstabat imobilẽ faceret: donec illa congregatio fratrũ illesa transeundo euaderet. Qua oratione completa: belua virtute diuina quasi rupes vel mons facta est imobilis: donec sc̃us machutes libero post oẽs de naui gressu descenderet. Sicq̃ laudantes deũ: psperto cursu ad patriam redierunt incolumes.

¶ De Quibusdam eius miraculis. C. XCIX.

Cum autẽ sanctꝰ machutes in vigilia pasche missam celebraret transibant ante fores ecclesie viri cadauer mortui portantes: quos ille vsq̃ ad consũmationẽ misse subsistere mandauit. eaq̃ expleta orationẽ omnibus circumstantibus indixit: pro suscitatiõe mortui. Cũq̃ illo simul orãte mortuus surrexisset: fatebat se sitim feruidam tolerare: haustũq̃ vini sibi propinari cepit obsecrare. Et qꝛ vinũ nusquã prope habebat: conspiciẽs ep̃s vasculũ marmoreũ iussit sibi afferri. Super quod episcopali benedictione edita: mutauit illud in vas vitreum. aquã vo introfusam vertit in vinũ. Sicq̃ vno die tria tã mirifica patrauit miracula. Mortuũ reddidit viuũ. marmor fecit vitrum. limpham falernũ. Cum autẽ transiret per baltorniam euangelij semina serens: inuenit quendã subulcũ merentẽ nõ modice pro quadã porca: quam iactu lapidis interemerat: eo q̃ messes importuna voratrix sepissime irrumpebat. Cui incũbebant septem suilli fetus nec lac nec quicquã a mãmillis solito haustu eliceere gestiẽtes. Cũq̃ sciret presul angorem subulci iram dñi sui pro interfecta sue formidãtis visceralis pietate compassus: posuit cuspidem baculi sui ĩ aure scrofe. et statim rediuiua effecta: prebuit vber fomentum lactis fetibus suis. Que res apud dñm subulci adeo cõualuit: q̃ per seipsum pontificem adiens: seq̃ illi humiliãs: et opem sue gratie efflagitans eandem villam ei iure dominij possidendam donauit. Die autẽ quadã idem sanctus episcopus cum aliquot monachis suis in agrum causa putandi vineam iuit: et vt posset leuius ac pmptius operari: cappã ĩ quodã loco vinee deposuit. peractoq̃ labore cũ vellet cappã reinduere: inuentũ est in ea cuiusdam auicule ouũ. Quo cõperto vir dei condescensionis illius non expers: sine cuiꝰ pudẽtia nec vnus passer cadit super terram: prohibuit indumentum de loco ĩmoueri: donec suos auicula fetos pullos excluderet. Interim tamen nulla aeris intemperies vel pluuia ipsum sacri presulis vestimentũ inficere vel attaminare vi diuina inhibita presumpsit vel temerauit.

¶ Adhuc de eodem. C. C.

Post mortem Halioloth ducis britãnie qui beatum Maclouium q̃diu vixit honorauit surrexit impia generatio hominū illius prouincie contra sanctū dei inuidia ⁊ malignitate feruens. Accidit autē vt eius pastorē male fustibus ⁊ flagellis contusum super littus maris sternerēt. arcuatisq̃ viminib⁹ ne se illinc tollere posset vndiq̃ artarent: vt ab accessu etiā maris statim enecaretur ⁊ periret. Hoc audito: episcopus oratiōibus obtinuit: vt mare exiens ⁊ inundās more solito circa virū illum spacium circūquaq̃ miliarij relinqueret inaccessum: ne estus sui feruore famulū eius absumeret vel necaret. Deinde vt citius potuit locū vbi ille artatus et irretitus iacebat adijt: eumq̃ sanctitatis sue presentia effectū incolumem secum vegetū ⁊ sanū reduxit. Deniq̃ emulos suos exemplo dn̄i declinans: sanctonice vrbis pagum prouincie aquitanie cum de nobilitis expetijt. Cum aliquādiu illic manēti: contulerunt sibi pagenses de rebus suis multa donaria. Inter quos quidam rusticus contulit ei asellū ligna de silua vsibus necessarijs allaturum. Hūc asellum presul mancipio commendauit: qui cum vna dierū ligna asello imponenda excideret: lupus rapaci auiditate eum inuadēs occidit ⁊ absumpsit. Quod egreferens famulus: lignorū partem humeris imposuit: ⁊ presuli deportauit: narrans que de asino acciderant. Cui dixit ei. Dirigito me precius in siluam. Quam ingressus episcopus: precibus facillime obtinuit presto sibi adesse lupum quem iussit sterni more iumenti struemq̃ lignorum ei superponi: ⁊ onustū domū minari. Qui lupus postea extitit quasi canis domestic⁹: peregens semper cum famulo: ⁊ rerum custodibus: custodiam peruigilem ⁊ instantem sagacissimo rependēs astu. Obijt autem. xvij. kal. decembris.

¶ De Morte Justiniani ⁊ imperio iustini iunioris. C. CI.

Ugo quinto libro. Interea Justinianus Augustus dum a diuinis mandatis aurem cordis auertit: iusto dei iudicio amentiā incurrit. Unde accersito Justino viro christianissimo: Curopalatē eum constituit ⁊ ei totius curā imperij delegauit. Quod cū fecisset decessit imperij sui anno. xxxviij ⁊ mense. vij. Justinus itaq̃ iunior genere trax: ex Curopalate fact⁹ imperator: habuit vxorē nomine Sophiam: quam ⁊ coronauit augustam. Huius tēporibus Narses Romanorū patricius cuius supra meminimus. cum ab incursu diuersorum hostium totam quietam reddidisset italiam: pro magnis beneficijs magnā inuidiā pertulit a Romanis. ita vt in vrbe regia Justino mandarēt dicētes: ꝙ melius erat romanis gothis seruire q̃ grecis: vbi Narses eunuchus imperat: ⁊ pro sua libidine dominatur. Quibus sermonibus cōmotus imperator: Longinum prefectū seruū Narsetis loco substituit. Sed ⁊ augusta Sophia hanc Narseti mandauit contumeliam: vt constātinopolim remearet. ⁊ cū puellis suis in geneceo feminarum lanarū pensa diuideret. Ad que verba Narses dicitur respondisse. talem se ei telam orditurū: q̃diu viueret nunq̃ deponeret. Et Neapolim secedens longobardis mandauit: vt pauperrima pānonie rura que incolebāt desererēt: ⁊ ad italie fertile solū possidendum confluerent. Qd̄ audiēs Alboim rex longobardorū huius pannonia tradita: in italiā cōmeauit cum multitudine magna longobardorū anno ab incarnatione dn̄i quingētesimo. lxviij. Deinde Mediolanum ingressus est: ⁊ intra breue spacium tēporis pene sibi totā preter romam ⁊ Rauennā subiecit italiā. Anteq̃ tamen Alboim italiā intraderet: ignee acies apparuerūt in celo: humano sanguine qui postea effusus est choruscantes. Sigibertus. Sumpsit autē Justin⁹ imperiū anno dn̄i. d. lxvi. mūdi. v. iiij. M. dxxix. ⁊ imperauit annis. xj. Huius anno. i. sanctus Colūbanus presbyter veniēs de scotia: clarus habetur in britannia.

¶ De Sancto Columbano abbate. C. CII.

Ex gestis eius. Hic Colūbanus ex hibernia insula inter primores fidei gentis illi⁹ natus est. Cuius etiā mater cū iam conceptu grauida teneret̄ subito per noctē sopore depressa: vidit ex sinu suo rutilantē solē procedere: ⁊ mūdo lumē iam magnū prebere. Cū autē iam vicesimū annū ageret: cū. xij. comitib⁹ nauem ingressus: christo duce britānia puenit: ⁊ inde ad galliā tendit. Agebat autē vt quecūq̃ ad loca progrederet̄. verbū euangelicū pnunciaret. Peruenit autē fama eius ad aures Sigiberti regis: q̄ duob⁹ s. austrasiorū burgūdiorumq̃ p̄erat regnis. Data itaq̃ optione regis suasionibus obtēperās heremū Uastā noīe vosagū petijt. ibiq̃ cum suis resedit. Et iam anni transierāt: quo nō alias carpserat dapes q̃ herbas saltus ⁊ arborū cortices. Cum abbas monasterij cui est salicis nomen p visum a deo cōmonitus est: vt famulo suo colūbano in heremo deferret necessaria. Qui expgefactus cellerariū suū marculfum iussit oīa q̄ posset parare: ⁊ beato columbano deferre. Oneratis igit̄ vehiculis: marculfus iter arripuit. Sed cū viam ignoraret: dubiū fuit: vt si in hoc esset dei imperiū: premissis equis ignorantis potētia viam aperire. Mira virtus antecedētes equi ignotā vngula callē terūt: rectoq̃ itinere ante fores beati colūbani ꝑuenit. Ille grates cōditori repēdit: qui sic famul' suis in deserto mensā parauit. Quadā die dū secessit ex cella: vasta heremi penetrās reperit saxū imane. cui⁹ abdita ꝑscrutās reppit vrsi habitaculū: ipsūq̃ ibi residentē. q̄ eius imperio abijt: nec vltra redire ausus est. Ibi ergo vir scūs in rupe cōcaua in dieb⁹ festiuis ab aliorū societate se segregans tutabat: vt absq̃ curarum inquietudine solus orationi vacaret. nec aliud penitus victui erat q̃ agrestiū herbarum exigua mensura: vel pomorū heremi paruulorū: que bullugas vocāt. potus vō aq̃. Eratq̃ in eius ministerio puerulus noīe domoalis. Qui cū sub silenti voce quereret̄ ꝙ in promptu aquā nō haberet: sed hanc cū magno labore p montis ardua deferret. columban⁹ p̄cepit ei paulisp sibi ibi terga scissitari. At ille patri obediēs: rupem cedere est aggressus. Tūc vir scūs genib⁹ ꝓuolutus deū precabat̄: vt necessitati sue oportuna tribueret. Morq̃ latex pducta manare cepit fons perhēnis: qui vsq̃ hodie manat. Cūq̃ iam multorū monachorum societate denseret̄: querens in eadē heremo potiorē locū: quo monasteriū cōstrueretur inuenit castrū olim fuisse munitissimū: noīe luxouiū: vbi aque calide eximio cultu cōstructe habebant̄. ⁊ imaginū lapidearū densitas q̄s pagani coluerāt. s3 solū tūc ibi ferarū multitudo frequētabat. Ibi g̃ residens: monasteriū construere cepit. Ad cuius famā plebs vndiq̃ cōcucurrit: ita vt multitudo monachorū adunata vix vnius cenobij collegio valeret consistere.

¶ De Miraculis eiusdem. C. CIII.

Cum aliquādo fratri noīe gallo precepisset vt ad fluuiū iret pisces q̃ caperet: ille abijt: ratūq̃ dixit: vt ad ligonē annē pgeret. Quo cū peruenisset: ⁊ rete in alueū iactasset: aspexit pisciū multitudinē venire: nec prorsus reti teneri: sed q̄si in pariete impingerent retrocedere itaq̃ p totā diē laborans nec vnū cepe quiuit. Reuersusq̃ de frustrato labore p̄ri nunciauit. Illeq̃ inobedientē increpans ait: Uade cito ad denūciatū locū. Qui pergens et vndis rete apposuit: tali copia impletum est: vt vix pre multitudine trahi posset. Quadā autē vice dū moraret̄ in prefato scopuli sinu a quo vrsum expulerat: cognouit p reuelationē frēs q̄ apud luxouiū erāt diuersis morbis vexari: nec amplius q̃ qui egrotis ministrabāt remāsisse. Egressus ergo de specu: illuc peruenit. Cūq̃ oēs afflictos cerneret imperauit vt oēs surgerēt: ac messes in area virga cederēt. Quod cū obedienter ac fideliter facerēt mirabant̄ de sospitate nullo doloris vestigio remanēte. Tpe autē messis cū vrgeret necessitas ne mature segetes germine misso perirent: irruebāt vēti cū hymbrū vehementia. Inter hec anxius vir dei fide armat⁹: frēs accersiuit oēs ⁊ segetē prescidi iussit. quattuor angulis messis q̄ttuor frēs preponens. ⁊ ipse cū reliquis medius messem prescidit. Mira virt⁹. fugiebat hymber a segete: ⁊ diffundebat̄ vndiq̃. medios tū messores sol ardor torrebat. estusq̃ vehemēs quoadusq̃ messem conderent afflauit. Quadā die quoq̃ dū ad prescindendā messem cū fratrib⁹ venisset: cōtigit vt vnus eorū theodegesilus digitū sibi falce p̄scideret: nec prorsus haberet preter parue pellis retentaculum. Itaq̃ vir dei stantē eum cernēs: imꝑat vt cū fratrib⁹ opus perficiat. qui cū rei geste causam prompsisset: ille celer ad eū properauit: digitūq̃ saluis illitū pristine stati sanitati reddidit. Deinde imꝑat vt celer ad ceptū opus vires augeat. Alia vice cū ad capiēdū cibū veniret: cyrothecas q̄s ad laborē operis habere solebat sup lapidē ante fores refectorij deposuit. Mox quiete reddita: coruus aduolauit: vnāq̃ ex eis rostro ferēs abstulit. Peracta refectionis hora: vir dei egrediens cyrothecas requisiuit. Cūq̃ oēs inter se quis abstulisset cōquirerēt: vir sanctus ait: ꝙ nullus alius attingere presumpsisset: nisi ales: qui ad arcam a noe dimissus nō redijsset. addiditq̃ se nullo modo pullos suos alituru: si rapax furtum celeri volatu nō referret. Expectantib⁹ illis: in mediū omniū coruus aduolat: ⁊ furtū rostro reportat nec se fuga conat̄ eripere. sed ferocitatis oblitus vltionē expectat. Quem vir sanctus abire imperat.

¶ Adhuc de eodem. C. CIIII.

Quadam die dum hora refectionis appropinquaret ⁊ minister refectorij ceruisā administrare conaret̄: vas qd̄ typrū vocāt ad cellarium

asportauit: ⁊ ante vas quo cereuisia condita erat apposuit: tractoq;
seraculo meatum in cyprum currere sinit. Quez beati columbani im
perio alius ex fratribus vocauit. At ille obedientia feruens oblitus
meatum reserare: cucurrit ad patrem seraculum quod duciculuz vo
cant manu deferens. Postquam sibi vir dei quod voluerat deprom
psit: oblitus negligentie celer ad cellariuz rediit coniciens nihil in va
se de quo decurrebat cereuisia remansisse. Intuitus est autem supra
cyprum cereuisiam creuisse nec minimam quidem stillam foris ceci
disse: vt crederes in longitudine cyprum geminatum esse vt qualis ⁊
quanta rotunditas infra cypri coronam inerat: talis in altum creuis
set vasa. Sic apparuit ⁊ imperantis meritum ⁊ obedientis obsequen
tis. Eo tempore vir dei solitudinis amator ambulans: repperit cada
uer cerui a lupis perempti visuz velle deuorare: cuius iam sanguinez
lambens exiguam carnis partez vorauerat: huic imperauit ne coriuz
quod ad calciamentorum vsus necessariuz erat lederet. Tunc bestia
contra naturā mitis effecta blandiens: ac colla summittens: cadauer
reliquit. Quod vir dei ad fratres rediens indicauit: precipiens vt irēt
⁊ e cerui cadauere corium auellerent. Abeuntes itaq; repperiunt vn
diq; rapacium alitum multitudinem adesse nec ad cadauer supra vi
ri dei interdictum audere accedere. Erat autem in ipso cenobio iuro
uio quidam frater: ⁊ ipse columbanus nomine: ex genere beati colū
bani: vnaq; comitatu ex hibernia processerant. Cui etiaz bestie ⁊ vo
lucres sicut beato viro parebant. Nam ad imperiuz eius fere ⁊ aues
veniebant seq; manu blandientis attrectari sinebant: eiq; gauden
tes ac ludentes sicut catuli solent dominis exultabāt. Hic febre cor
reptus: cum iam vltimo halitu carere vellet: sydus de celesti munere
quod ⁊ longo famulatu quesierat: vidit ad se virum fulua luce amic
tum accedere: sibiq; dicere. Non te modo a corpore educere possuz
quia orationibus ⁊ lachrymis patris tui prepedior. Quod cuz audis
set merens sanctum columbanum ad se per nunciū accersiuit ⁊ ait.
Cur me in hac erumnosa vita tuis orationibus detines nam assunt
qui me ducere volunt: si tuis precibus non prepediantur. Recedenti
bus ergo solue obstacula: vt mihi iam pateant regna celestia. Tunc
ille corpus christi ab hac vita abeunti viaticuz prebuit: ac post extre
ma oscula functionis cantus impleuit.

De Sancto sansone dolensi ⁊ eius origine ⁊ magistro eius eltuto. C. CV.

Igibertus. Anno quo prenotato. sanson do
lensis archiepus: et sanguineus
beati maclouij ⁊ successor sansonis magloriuis: q de trās
marina britannia ad cismarinā trāsferāt britanniaz: cla
ret sanctitate ⁊ doctrina. Ex gestis eius. Hic sanson de meciana p
uincia nobilib⁹ parētib⁹ or⁹ fuit. Hui⁹ mater anna cū sterilis puta
ret: desperato iā fetu cū marito suo amone ieiunijs ⁊ elemosynis fre
quētib⁹ icūbebat. Cui nocte quiescēti p visuz dñs ait. O mulier firma
in fide stabilis in dei dilectiōe: ac pseuerās i pce ne timeas neq; dif
fidas q2 plem habebis: ⁊ primariū filiū sansonē vocabis: hic erit co
rā deo sanct⁹ deoq; iubēte sacerdotali officio cōdignus. Itaq; mu
lier cū gaudio concepit ⁊ peperit: ⁊ infanti baptizato nomē sansonis
imposuit. Qui cū esset annoruz circiter. v. christi scholā adire voluit
sed pater eius ne fieret clericus contradixit. Tandē vo celesti increpati
one per somniū admonitus: eundē ad scholā duci compulit egregij
britannoz magistri noie eltuti q ex discipulis erat sancti germani.
Erat autē omniū scripturaz veteris. s. ⁊ noui testamenti: ⁊ omniū ar
tiū phie: oium britannoz cōptissimus: ⁊ futuroruz pscius. Qui post
gesta mirifica cū egritudine mortis teneret: duos alios abbates sci
licet isanū ⁊ atroclium ad se venire fecit eisq; dixit. Gaudeo fratres
de aduentu vestro: quia tempus adest mee in christo dormitionis ⁊
vos debitum obsequium mihi prebebitis. Sed confortamini: quo
niam ⁊ vos cito post me transibitis: vno quidem transitu sed diuer
so euentu. Ego quidem hac nocte presentibus vobis angeloruz ma
nibus percipiar: ita q in similitudinē aquilie duas pēnas aureas ha
bentis: animā meā isanus videbit ⁊ animā atroclij pariter: in aquile
quidē spēm sed duas pennas plumbeas habentis grauiter volitare ⁊
post. xl. dies frater isanus ⁊ ipse equaliter cū eo exitu felicit pueniet
ad christū. Tu quidē frater atrocli concupisti ea que mūdi sunt: sed
mūdus es pter antiquā sanctitatē tuaz: ab infantia huc usq; refer
uatā. Grauid⁹ aūt in pēnis tuis pter plūbeū auaritie pond⁹: quas
pennas omnipotēs deus a te dignet euellere. Hec ⁊ huiusmodi di
cens: media fere nocte de carne cum hymnis ⁊ choris feliciter exiuit:
animāq; suā p imaginariā speciē sicut ipse dicebat beatus isanus vi
dit: ⁊ alterius fratris aiam sīlr vt ille dixerat cernit: vixq; p eius sug
gestionē: ⁊ sanctoz oratiōes: ⁊ missas multas cantatas redēpta fuit
ita q ⁊ ipse solus eam vidit in melius reparatā: ac de pessimis pecca

torum suorum vinculis solutam: ⁊ ille nihilominus die condicto: ⁊
simili exitu sm promissionem senis feliciter peruenit ad christum.

De Bona indole eiusdem sansonis. C. CVI.

Hic itaq; sanct⁹ eltut⁹ electū dei puez sansonē
de manu sue matri recipiens cuz eū
amanter deosculasset: respiciens in celum ⁊ benedicens
euz ait. Gratias agimus deo qui hoc luminare nobis in
dignis de gente nostra dignatus est accendere. En omnium nostrū
caput augustum. En omniū britannoruz sacerdos egregius multis
q citra ⁊ vltram mare profuturus. Itaq; litteris apud euz puer eru
ditus cū esset annoruz circiter. xv. ieiunijs ac vigilijs plus omnibus
fratribus se exercebat. ita q sepe biduana ieiunia facere contendebat.
Quadam etiam die ipse ⁊ magister eius inciderunt in quadam alta
questione cuius explanationez nullatenus potuerunt reperire. Tūc
destinauit sanson inter se ieiunijs ac vigilijs incūbere donec eaz de
us illi dignaret ostendere. Dum autem tertia nocte oraret assistere
sibi vidit lucem celitus emissam: ac vocem audiuit de luce suauiter
sibi dicentem. Ne fatigeris amplius electe dei: ecce etenim non solū
hanc questionem pro qua laboras consequeris: sed etiam quecūq;
petieris a deo per orationem ⁊ ieiuniuz exigentibus tuis bonis me
ritis impetrabis. Quadaz die in estiuo tpe dum irent fratres ad pur
ganda mala gramina de messe: hilider quidaz de rubo exiliens quē
dam fratrem momordit in inguine ⁊ ad terram cadens semiuiuus
remansit: fratres aūt circa eum flentes orabant: nec aliud q̄ mortu
um sperabant. Quo audito sanson qui cum magistro erat cucurrit
etiam inueniens fratrem extremū pene halitum iam trahentem ser
pentino morsui signum crucis imposuit: ⁊ per. iij. horas orationem
protelans: aquāq; oleo mixtam benedicens: fratrem pene mortuuz
deo operante reddidit incolumem ⁊ sanum.

De Ordinatiōe ipsius in diaconē cū miraculo. C. CVII.

Ueniens autē papa dubricius ad domuz
eltuti sansonem diaconum
ordinauit. In quo facto grāde miraculū interfuit. Tres
fratres ibidem ordinati sunt duo in presbyterij ⁊ ille ter
tius in diaconatus officio. Sed cū ad genua flectenda iuxta morez
fratres inuitarent: vidit papa sanctus vna cum magistro eltuto: co
lumbam celitus emissam per fenestram sursum apertam descende
re: ac super sanctum sansonem non vt est moris aufugitare vel voli
tare sed semper sine vllo penicule motu imobiliter stare: quin etiam
epo manu ad confirmandum eum diaconē super eum leuante: illa
qd est mirabilius in scapula eius dextre descendit ibiq; constanter
mansit tamdiu donec officium ab epo consummaret totum. Nec
longe post ab eodem epo ordinem presbyterij dignus accepit: ⁊ qle
signum celitus visum est quando diaconus factus est: tale etiam vi
sum est quando presbyteratus ordinem suscepit. Quanto autem in
maiori gradu inheserat: tanto ⁊ in artioris abstinentie tramite se in
serebat. Qui etiaz libidinosa incentiua adolescentie sue flore vincēs
voluntariam carnis mundiciā pro natura habebat. Nec vnq̄ aliqd
alicuius animalis in sua tota vita gustabat.

De Ueneno sibi propinato. C. CVIII.

Et duo fratres diabolicis repleti venenis ⁊ ma
xime quidā malus presbyter ei inuidebāt
sed nullam in eo causam reatus inueniebant: vnde qua
si ebrij ⁊ amentes huc ⁊ illuc vertebant. Frater aūt eius
dem presbyteri pistor effectus est monasterij: qui accepto mali fra
tris consilio: venenū sancti sansonis miscuit poculo. Tillum quod
dam fricans ei propinauit: ⁊ vt fieret probabile mortiferū partē de
eo prius aiali dedit: qd. s. animal vt bibit. saltum precipitem dedit: ⁊
statim mortuū est. Sancto vo sansoni oranti spūs dñi monstrauit
sibi malū nuper preparatū. At ille de dei promissione confidēs: vbi
ait: ⁊ si mortiferum qd biberint nō eos nocebit letus refectoriuz est
ingressus eo q ipse monasterij esset iconomus: pocula fratribus bn
dicens: ⁊ sancte crucis signaculum imponens absq; hesitatione to
tum bibit: nec vllū paruissimū dolorē cordis vnq̄ sensit ex eo. Tunc
pistor mali cōmissi penituit: ⁊ fratrē de liuoris malitia increpauit: sz
in obstinatiōe perdurās: nullū assensum bono cōsilio prebuit: sz vindi
cta dei velox affuit. Nā dñica die ppria de manu sansonis sancti cō
municans: cū buccella in os ei⁹ intrasset: eadē hora a demonio est ar
rept⁹ ita vt pallēs: tremēs ac discerpēs: seq; ipsū dentē denudās. la
bra sua dētib⁹ morderet: ⁊ alios frēs absq; verecundia deganiret.
Sed sancto sansone ei cōdolente: ⁊ p eo cū lachrymis orāte: sanita
tez recepit: maliq; cōmissi penitudinē agēs corā oib⁹ frib⁹ agnouit
Itaq; vir sanct⁹ totā diē opib⁹ manuū ⁊ orationib⁹: totā vo noctez
lectione scripturarū ⁊ meditatiōe ducebat. Et si qñ vt hō quiescere

opus haberet: seipsum parieti aut alicuius rei dure firmamento inclinans nunq̄ in lecto dormitabat.

¶ De Itinere ipsius ad patrem suum infirmum et diacono propter theomatam stupefacto. C. CIX.

Vadam biennio pater eius egrotās ad mortem affirmabat se nunq̄ vel mortē gustaturū: vel sanitatē recepturū: vel sacrificiū orationis percepturū: nisi sansonē p̄mogenitū suū videret: p quē paritē corporis et aīe sanitatē se percepturū dicebat. Qd beat⁹ sanson vt a nūcijs a se directis audiuit: apud se īgemuit et ait. Iā nisi fallor egyptū reliq̄ nō ē opus me in ipsum redire: potēs ē aūt de⁹ egrotātē sanare. Sanctus vero pro misericordia motus dixit ei. Quare sic dicis electe dei. Curā te oportet habere de aīaꝝ pfectu: tuaq̄ merces grādis erit cū deo dū vbi carnalia creuerint spūalia seminent. Qui respondit. Utinam volūtas dei fiat. Nā ppter deū et ppter aīaꝝ lucra: omnib⁹ paratus sum. Itaq̄ faciēs nūcios pgredi subsecutus ē ipē cū quodā iuuene diacono sibi ab abbate associato. Et dū irent orantes per vastissimā siluā: durissimā audierūt vocē: a quadā psona horribili valde: ad dexterā ptē iuxta illos terribiliter strepitātē. In cuius audita diacon⁹ expauescēs et pallēs: equū quē manu tenuerat cito dimittēs: et palliū suū iactās: i velocē fugā se dedit. Clamāte post tergū beato sansone ꝯfide frat ꝯfide: ne timeas: sz eo nō intēdēte: ac semp fugi tante eminus lachrymabilib⁹ oculis īspiciēs: scutū fidei firmit tenēs: seq̄ semp crucis signaculo circūuallās vidit theomatā hirsutā: canutāq̄ iam vetulā crisulatā venalē in manu sua tenentē siluasq̄ vastas veloci cursu volucritantē: et fugientē recta linea insequentē. At sanct⁹ in fide stabilis māsit: et intrepidus palliūq̄ fugientis in equū imponens ac fugientē et psequētē fiducialiter secut⁹: fratrē seminecē reperit: ipsumq̄ paululū intuēs: theomatā anū currētē a longe vidit: et cernēs eā in vallē iā descendētē exclamauit. Quid fugis mulier. Et ego homo sum: vt ille quē pstrati. Si in potestate tua dat⁹ suz ecce assum. At illa non attēdēte sz semp fugere nitēte: iterū clamauit. Impero tibi in noīe ihesu christi: ab eo loco in quo modo stas vltra donec veniā ad te pedē non moueas.

¶ De Responso eiusdem vetule diabolice et sanatione diaconi et parētū sansonis ꝯuersiōe. C. CX.

Unc illa stante et tremente et venalem in terra laxante: vir sanctus aduenit et ait. Que es mala forma: vel qualis. Que cum ingenti tremore respondit. Theomata sum: cuius gentes vsq̄ huc vobis preuaricatrices extiterunt et nunc nulla de meo genere remansit in hac silua nisi ego sola: habeo enim. viii. sorores et matrem: que nō hic sunt: sed in vlteriori silua degunt. Ego autem marito in hac heremo tradita sum: eoq̄ iaz mortuo secedere de hac silua non possuz. Cui sanctus ait. Nunquid potes fratrem quez percussisti redinitū reddere: vel certe solicitari de pfectu anime tue. Illa respondit. Nolo. Nec in melius reparari possem: nullum enim bonum facere possum: sed semper ab infantia mea huc vsq̄ ad mala exercitata sum. Tunc sanctus ait. Deum omnipotentem imploro: ne amplius iniuriā facias. Sed cū sis irremediabilis: hac hora moriaris. Tunc illa saltum precipitem in latus sinistrum dans ad terram corruit: et mortua est. Tunc vir sanctus ad fratrem iacentem venit: et diligenter perscrutans in pectore tantum vitalem flatum manere repperit: et more helisei os ori membraq̄ cetera singulis cōponens: flens et orans euz sanitati restituit. Iter igitur ceptum pariter peregerunt: et amonem patrem sancti sansonis egrotantem in lecto inuenerunt. Qui in aduentu eorum gauisus: capitale crimen ad mortem quod in se celauerat in medium publicauit: deoq̄ se seruiturum vsq̄ ad finem suum deuouit: et caput suum eadem hora tonderi fecit: vxore sua maxime et suggerente: atq̄ dicente. Non solum ego et tu vt decet et conuenit seruiamus deo sed et totam prolem nostram in dei seruitute tungamus: et omnia nostra dei tota fiant. Quo ascendente presentatis. v. fratribus suis sancto sansone vna cum sorore valde paruula: paululum silens respondit. Fratres quidem mei boni sunt: et deo donati: sed hec pusilla ad mundanas voluptates data est: tamen nutrite eā quia homo est.

¶ De Reditu eius ad monasterium et electione ipsius in abbatem. C. CXI.

Onfirmatis itaq̄ suis ī bonis opib⁹ et ad mōasteria fūdāda suggestis sctūs sanson vna cū pr̄e suo et auūculo et diacono ī pace pgeris. Et dū iter agerēt: pcedēs illos amō vidit semitā: et q̄si igne exusta rura circa eā ac vestigiū qōdā q̄si ibes p exustas herbas traheret. Et p̄mo q̄dē intremuit: fratriq̄ suo seq̄nti se mōstrauit dicens. En quem audiuimus esse in hac silua serpens antecedit nos et nisi fallor non longe a nobis est. Qd audiens sanctus sanson consolans eos ne timerent: sed in deo cōfiderent addidit. Stabiles estote: expectantes me donec reuertar ad vos: orantes et silentes. Sedentibus autem illis: ipse progrediens vidit a longe serpentem flāmeo capite serpirantem psallensq̄ et dicens: dn̄s illuminatio mea. etc. ad eum cucurrit. At serpens morsu glebam ex terra apprehendens: in aduenientis faciem iactauit: ac sibilum dire vocis quasi gladio cederetur emisit: postea tremens: et caudam rabidis dentibus rodens: in spiram se velociter collegit: sanctus aūt circulum faciens: et signum crucis imponens: ait. Vade nūc quousq̄ permitteris: Et ait comitibus suis. Venite et videte opera dn̄i. Qui venientes viderunt serpētem e circulo suo pigre se soluentem super terram reperi: et vsq̄ ad locum fixi baculi sancti in giro rotitare. Qui nullatenus vltra terminum caput poterat erigere. Tunc sanctus multis verbis eos confortans: et vt creatorem credentes creaturā non timerent exhortans: i/dem imperauit serpenti in nomine ihesu christi vt eis presentibus moreret. Qui mox ad caudam stans: et caput sursum leuans vtrāq̄ de se inepte faciens omne venenū euomuit et mortuus est. Tunc illi deo gratias agentes profecti sunt: et ad monasterium cū prosperitate peruenerunt. In quo sanctus sanson abbas ab omnibus electus fratres suos sm regulam suauiter instituit: nec ibi plus anno dimidio primatū tenens in dapes et pocula ieiunus semper et sitiens esse studuit. Tandēq̄ vastissimā heremū adire destinauit: vbi experta specu secretissimo: celestem vitā agens habitauit. Sed cum ei aqua omnino deficeret. vij. die dum ieiunus et sitiens prostratus oraret: subitō tem glebā sensit: et hasta baculi sui infixa fons aq̄ dulcis emanauit.

¶ De Ordinatione eiusdem in episcopum. C. CXII.

Rat autem mos episcopis ī cathedra sancti petri ad ordinandos epos conuenire. Illo igit festo propinquante: beatus sanson vidit in visu quadam nocte tres epos egregios diadematibus aureis coronatos: et olosericis vestibus indutos sibi assistere: et causa orationis secū pariter ecclesiam intrare. Tunc eorum nomina sedule percunctatus: ab eis responsum accepit: petrū et iacobum fratrem domini: iohannē euangelistam esse eosq̄ ad eum sacerdotē domini confirmandū aduenisse. Perfuncto itaq̄ ab eis sm morē integre epi officio: benedictionez eoꝝ accepit: et illis abeuntibus epm iam se factum per spiritū intellexit. Venientibus igit episcopis ad diem condictū: et duos secū ad ordinandū deferendū deferentibus: tertiū vo ordinare volentibus: sed adhuc quis esset ignorantibus nocte sequenti affuit sancto dubricio angelus dn̄i in somnio: sanctū sansonem sacerdotē fore firmās: deiq̄ placitū esse dicēs. Tūc sanctus dubricius omnes cōsiliarios pre gaudio expgiscī: et in vnū cōuenire fecit: eisq̄ qd viderat et audierat enarrauit. Qui et oēs sine vllo dubitatu eū epm fieri accepte firmauerūt: et epalem cathedrā insedere statuerūt. Quo facto oēs ibi astantes viderūt colūbam celitus emissam cōsuetā vicē reddere: et tādiu sup eum quo vsq̄ perfecte epus esset ordinatus imobiliter stare. Eodē etiā die missam illo cantante: presentib⁹ oīb⁹ visum est dubricio: et duob⁹ egregijs monachis: quasi ignē de ore et narib⁹ eius irrūpere. Quod aūt his maius est: ab eo die quo presbyter fuit: vsq̄ ad finē suū: qn̄ missam cantabat: angeli dei semper altaris et sacrificij ministri fiebant: oblationēq̄ cū illis manibus illo solo vidente frequenter frangebant.

¶ De Transitu eius in britanniam minorem et monasterio dolensi. C. CXIII.

Vadam nocte pasche cū missam cantasset: et ad altare stans solus oraret in excessum mentis exijt: et assistere sibi virum valde fulgente vidit. Qui ei dixit. Confortare dei sancte: non enim debes in hac patria diutius īmorari: peregrinus enim es destinatus: et vltra mare maximus in ecclesia futurus. Post hec et alia verba angelus ab eo recessit: et ille visionez memorans iter arripuit: et in via matrē suam visitauit; sororem suam iam a matre discessam adulterio pollutam repperit: et in hoc malo perdurantē excōmunicauit. Multumq̄ in locis illis doctrina et miraculis proficiens: nauigio tandez in britanniā peruenit. Descendens aūt de naui vidit prope portuz tuguriolū: et ad hostiū eius priuatū plorantem: ac semper ad mare inspicientē. Qui percunctat⁹ ab eo q̄d hoc esset: respondit. Uxorē habeo in hac mansione leprosam: et filiam demoniacā: et promissionē habui illarū in hoc portu sanandarū: a quodam quē mihi deus promisit venire transmarinū. Tūc sanctus incūctanter māsiunculā introiens: et sup vtrasq̄ egrotātes orationē fundens: corā omnib⁹ eas incolumes dimisit. Inde exiens: aptissimū ibi repperit locū: et bono

pliscum. Ibi fundauit monasterium: vsq; hodie dolum nuncupatum Ut aūt ferebāt de eo q̄ in vita sua satis cōpti erāt: sup ponēs frequētissimas necnō ⁊ biduanas: interdū aūt ⁊ totas hebdomadas .i. vij. dies totos pagēs septimo demū die reficiebat. Noctes vō longissimas sepissime trāsire solebat: stādo de luce vsq; ad lucis reciprocum: nec stans oīno lassabat̄. Nō diebꝰ: nō noctibꝰ ab orationibꝰ ⁊ diuinis colloquijs cessabat: tēpus vō quadragesime sic cū pegisse audiuimus vt in initio in quodā remotiori loco ab hoībꝰ segregatus oblatiōes secū tres portās: inde tūc vsq; ad pascha deo illū ɔfortāde viuebat̄: zelo dei: ⁊ ecclesiaꝝ eius in pectore ardebat: sermonē suū sale obvno ɔdiū: prudēter sm q̄litates peccātiū tēpabat oībꝰ. Erat vō plenꝰ affabilis ⁊ charꝰ erat: multisq; miraculis clarus: requiescit in eo mono. Huius natale celebrat̄. v. kl̄. augusti.

¶ De Sancto ethbino eius discipulo ⁊ qualiter dominum per latera tenuit. C. CXIIII.

Ex gestis eius. Porro sanctus ethbinus in britania p̄ bꝰ hui natus ⁊ in domo patris sui nobilissimus vsq; ad xv. annuꝫ liberalibus artibus eruditus. Quo. s. eius patre mortuo: mater eius ad sancte sansonis presidiū confugit. Qui eam sacro velamine consecrans deo dicauit: ⁊ filiū suū ethbinū coma capitis radens clericauit. Qui annis aliquot cū eo manēs eiq; iugiter seruiēs eo quadā die celebrante: audiuit verba domini in euangelio dicētis Qui non renunciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Hac voce compulsus: cuncta reliquit: ⁊ ad sanctū similianū abbatē peruenit: habitūq; monachaleꝫ de eius manu suscepit: ⁊ in cauraco monasterio sub iugo domini ceruicem suā inclinauit. In quo. s. monasterio habitabat sanctus vuingualocus sacerdos ⁊ monachus cui iussu abbatis ecclesiā vno miliario distantē a monasterio vistare: ibiq; hostias offerre consuetudo fuit: ⁊ ad hoc secū ethbinum diaconē sociauit. Quadā igitur die dū irent: inuenerunt leprosum in messe iacentē: totū vulneribus plenū flebili voce ab eis auxilium postulantē. Qui requisitus de infirmitate suspirans ait. Graues dolores grassant̄ in corpore meo. Sed insuper meū vnus dolor tā nociuus: vt si hunc diē sine eius auxilio transiero: mortē proximam esse puto. Nares enim mee plene stercoris: concremantur ab ardore infirmitatis. Tunc ethbinus eū per latera arripiens a terra sursum erexit: ⁊ vuingualocus ad nares eius manū porrexit. Sed ⁊ pauper flebili voce clamare cepit. Noli senior manibus nares capere: qr dolor non permittit sed si dolorē meū leuiare volueris: necesse est vt in ore tuo nares meas miseris: ⁊ ita traxeris. Tunc ille meritis exaltatus humiliauit se: ⁊ quando putauit dolorem alleuiare pauperi ore suo carnē excepit filij dei. Mox ergo vt ad se traxit: pecia mirabilis in eiꝰ ore cecidit. Beatus autē ethbinus p latera dominū tenēs sursum aspexit: celū apertū vidit: ⁊ in capite domini quē tenebat sancta crux apparuit angelosq; in obuiā domini venire vidit. Tunc sacerdoti ait. Pater sancte ipsum quē teneo manibus ⁊ tu ore: dominū iesum christū qui pro nobis seipsum dedit esse crede. Cumq; dominū vellent tenere manibus eleuauit se nubibus dicens. Non me erubuistis serui mei in angustijs meis: nec ego vos erubescam in regno patris mei. Hereditas vestra mecū est ⁊ his qui memores vestri fuerint in oratiōibꝰ suis saluus in regno meo. His dictis euanuit ab oculis eoꝝ: ⁊ cū magna voce receptus est in celū: vocē quidē audiebāt: sꝫ neminē videbāt. Cūq; stupefacti laudassent: dñs vuingualocus ethbino ait. Hoc tuis meritis nobis accidit frater q̄ tāte humilitatis es ⁊ obediētie: vt q̄cq̄d hūana lingua percipe pōt: tu in corde deuotissimo impleas. At cōtra ethbinus ait. Nō est ita pater: sed tu q̄ quotidie carnē ⁊ sanguinē domini immolas: ipsum meruisti videre in corpore suo: quem assidue tenes in animo.

¶ De vita ⁊ miraculis eiusdē. C. CXV.

Deniq; cū franci vastassent britāniā sancꝰ ethbinus hibernie partes petēs: in silua que necteusis dicit̄: vt pauper peregrinus tugurium fecit ⁊ ecclesiā fabricauit: in qua assidue dño militauit: ⁊ quadā die claudū ab eo petentē elemosynā in noīe christi sanauit. Quedā etiaꝫ mulier pro sanitate filij sui paralitici ab eo postulauit. Cui ille respondit Nos peccatores sumus: h̄ miraculū in vsu nō habemꝰ: sꝫ si vis sanari filiū tuū: perduc eū ad sancte brigide sepulchrū. At illa. Ibi inq̄t o pater eum iam portaui sed quadā nocte expletis vigilijs vocem mihi dicentem audiui. In necteusi silua moratur seruus dei ethbinus ad quem si filium tuum duxeris: sanitatem suis meritis obtinebit. Viuit ergo dominus q̄ a te non recedaꝫ: donec filiū meū incolumē ante me reducam. Tunc sanctus oratoriū intrans in oratiōe ante altare iacuit: quousq; adolescēs de domo matris veniēs dixit ei. Gratias ago tibi pater: qui me in lecto egritudinis iacentem visitasti ⁊ tuis manibus erexisti: tanteq; infirmitate sanitatem donasti. Tunc erigens se vir sancꝰ deū benedixit: ⁊ adolescēti vt nemini diceret eo q̄ non suis meritis sed gratia dei sanatus esset: p̄cepit. Vixit autem in eodem loco. xx. annis opera dei operās: ⁊ sanitateꝫ infirmantibꝰ donans. Tanteq; ibi abstinentie fuit vt in hebdomada cibus in eo non intraret: nisi tm̄ in. v. feria panis ⁊ aqua. Vinum autem non bibebat: nisi tantūmodo quando cōmunicabat. Cumq; iam esset. lxxtrium ferme annoꝝ: acri dolore fatigatus: fratribꝰ qui in eadem silua morabant̄ conuocatis obitum suum p̄dixit: eisq; deo cōmendatis: ante altare spiritum reddidit. xiiij. kal̄. nouembris.

¶ De sancto basolo remensi anachorita ⁊ eiꝰ miraculis. C. CXVI.

Igibertus. Anno iustini. ij. basolꝰ abbas ⁊ anachorita p̄ [illegible] ⁊ reclusus in francia claruit. Ex gestis eius. Sanctus basolus in territorio lemonicino ortus cū tpe adolescentie sacri tirocinij incremento contigisset: ad diuine seruitutis opus totū se conuertit. Cūq; extra regni sui fines pedē peregrinaturus extenderet: apparuit ei angelus dñi socius itineris quo duce ad remensem vrbē peruenit vbi pontificatū tenebat sanctus vir egidius post beatū remigium. iiij. Hunc rex francoꝝ chilpericus ⁊ regni proceres valde diligebant. In ea quoq; altercatiōe q̄ inter hilpericū ⁊ hildebertū de principatu regni fuerat oborta idem presul chilperici regis auxilio non defuit. Vñ ⁊ multa postea aduersa sustinuit. Ab hoc vir dei basolꝰ honorifice susceptus: petijt ab eo secretius concedi habitaculū sibi: eo q̄ haberet propter turbas vitare populū. Et primo quidē eiusdē presulis auctoritate ⁊ gratia: in quodā cenobio ad radices montis remorū monasticā vitam solitariam duxit. Deinde cū de virtute in virtutē sublimiter excreuisset: volens aggredi vitam solitariā: in memorati montis cacumine cellaꝫ sibi cū oratorio construxit: vbi per. xl. annos habitans: singulariter contra antiquū serpentē deo fideliter ⁊ fortiter militauit. Ibi cū aque penuria vir sanctus laboraret: quadam die dū ad fodiendā terrā in celsitudine montis accedens: aquā sibi deesse arctius ferret: deuote ad deū conuersus orauit. Mox dicto citius: fons in eodem loco fluere abundātissimus cepit. Qui etiam vsq; hodie de superioribꝰ ad ima dilabit̄: haustu dulcis: ⁊ infirmis ad potandū salubris. Attila quidā diues ⁊ prepotens cum venandi gratia siluā suam cellule viri dei contiguā intrasset: mire magnitudinis aprū fugientem insequebat̄ anhelantibus equis. At illa immanis bestia montē in quo vir dei resederat ascēdit: ⁊ ad cellā eius recto gressu peruenit. Depositaq; feritate ante pedes eius prouoluta est hispida belua: quasi vite sue presidiuꝫ imploratura. At ille miser tus: tanta insecutores virtute vna in loco fixit: vt ⁊ bestiā sibi proximam oculis viderent: ⁊ tū oīno ɔtingere non possent. Tūc attila cognita dei virtute: presumptiōis sue veniaꝫ flagitans: quicq̄d circa locum sui iuris fuerat: nōnulla etiā possessionis p̄prie p̄dia. p̄dicto sancto viro cōtulit locūq; eius multis facultatibꝰ primus ipse ditauit. Homo quidā pro crimine cōmisso diiudicatus: ⁊ patibulo suspē sus cū iam in extremis ageret inter laqueos. Huius sancti ɔfessoris sibi subito memoria incidit. Voce itaq; qua poterat: astrictus vt erat faucibus: omni conamine spiritū colligēs: totis p̄cordijs sanctū basolū inuocat: ⁊ vt sibi succurrat lachrymabiliter postulat. Mox laqueus rumpitur: ⁊ ille ab alto labit̄. Super omnes stupor ⁊ admiratio fuit: ille liber a morte recedit.

¶ De diuisione regni francoꝝ inter filios lotharij ⁊ vxoribus eorum. C. CXVII.

Gregorius thuronensis. Hilpericꝰ vō post patris sui mortē thesauros q̄ in villa brannacho ɔgregati erāt accepit ⁊ ad frācos vtteriores petijt: ipsosq; mūeribꝰ multi donatos sibi subdidit: ⁊ mox parisiꝰ igredit̄: sedēq; hildeberti regi occupauit: sed nō diu licuit ei possidē nā ɔiuncti frēs eius eū inde expulerūt. Et sic mō se hi q̄tuor haribertus: gūtrānus. hilpricus. atq; sigibertus: diuisionē legitimaꝫ riteq; se fecerūt. Accepit nāq; haribertus regnū hildeberti: sedēq; ɔstitui parisꝰ. Guntrānus regnū lōdomiris accepit: ⁊ aurelianis instituit sedem. Hilpericus vō regnum lotharij patris sui accipiens suessionis ciuitatis sedem statuit. Sigibertus aūt regnū theodorici sortitus: sedem statuit se habere remis ciuitatē. Haribertus rex ingobergā duxit vxorē: habebat ipsa regina puellas duas cuiusdam pauperis filias nimis specōsissimas ⁊ nomē senioris marcouena: ⁊ nomen iunioris merofledis. In quarū amorē rex nimis exarsit. Ob h̄ ingoberga quoq; affligebat eas nimio odio [illegible] ⁊ patrē earū com [illegible] lanificij iusserat fieri. Pro qua causa rex nimis iratus ingobergam reliquit: ⁊ merofledē vxoreꝫ sibi accepit. Post hoc etiā ma

maconerā sororē eius ad cōiugiū sibi copulauit. Et ob hanc cām a sancto germano parisiensi epo excōmunicat⁹ ē. Sz cū rex eā relinquere nollet: pcussa iudicio dei mortua est. Et nō post multū tēpus haribert⁹ etiā rex mortuus est: z in blauia castello in basilica sancti romani est sepultus: porro sigibert⁹ rex cū videret q fratres eius īdignas sibi vxores acciperent: z ancillas ad cōiugiū sibi copularēt legatiōes in hispaniā misit: z multis muneribus datis athanagildi regis filiā petijt. Erat eni puella elegās z pulchra: atqz igeniosa noīe brunichildis. Quā in vxorē acceptā: qz arriane legi fuit subiecta: pcepit baptizari. Qd vidēs hilpicus rex: cū iā plures hrēt vxores: sororē ipsius brunichildis noīe galsūdā petijt: pmittēs p legatos alīs vxores se dimissurū. Qua ab eo in cōiugiū assumpta z baptizata: magne sanctitatis effecta est femina.

De insidijs fredegūdis ꝯ galsūdā reginā. C. CXVIII.

Ex odiū aūt fredegūdis pessime concubine suc ortū est inter eos magnū scādalū. Itaqz dicebat galsūda: se nullaten⁹ posse tātas iniurias fredegundis sustinere. Petijtqz a rege: vt relictis thesauris quos secū de hispania detulerat: liberā dimittēt redire ad prēs suas. Sz ipse eā verbis mollib⁹ blādiebat. Per ꝯsiliū itaqz pessimū fredegundis dominam suam audoueram decepit. Nam z ipsa fredegūdis eam p noctē in stratu suo strāgulauit. Post cui⁹ obitū: de⁹ p ea virtutes ondit. Quo facto fratres hilpici h̄ indignātes: eū de regno eijcere voluerūt. Habebat tūc hilpicus tres filios de audouera regina sua. s. theodobertū meroneū: z lodoneū. Ipsa quoqz versuta fredegūdis ex familia īfima fuit: de villa sancti vedasti q̄ vocat babaracurt. Cū igit hilpicus rex in hostē pgeret cū sigiberto fratre suo contra saxōes: audouera regina domi grauida remāsit: z filiā pepit. Cui fredegūdis ꝯsiliū dedit: vt eā cito faceret baptizari: quatenus rex de ꝑlio rediēs: filiā baptizatā gratāter respiceret. Vocato itaqz epo vt eā baptizaret: cū nō eēt matrona q̄ puellā susciperet: ipa mater a fredegūde monita: eā d̄ sacro fonte suscepit. Venienti aūt regi victori exijt fredegūdis obuiā dicens. Deo grās: qz dñs noster rex: victoriā recepit de inimicis suis. Naqz ē tibi filia. Cū qua dñs meus dormiet hac nocte qz dña mea regina est cōmater tua de filia tua hildesinde. Et ille ait. Si cū illa dormire nequeo dormiā tecū. Cūqz itroisset rex in aulā suā. occurrit ei audouera regina cū ipa puella. Et ait rex. Nefandā rē fecisti p simplicitatē tuā: iā eni ꝯiunx mea amplius esse nō poteris. Rogauitqz eā sacrū velamē induere cū ipa filia sua: z dedit ei pdia multa z villas. Epm vo q̄ eā baptizauit exilio ꝯdēnauit: z fredegundem ad reginam sibi copulauit. Sigibertus. Anno iustini. v. sanctus vedastus obijt.

De ortu sancti amādi traiectēsis epi z ei⁹ vita. C. CXIX.

Anno iustini et sanctus amandus natus est. Hic ex nobilib⁹ parētib⁹ ort⁹ ab infantia sacris litteris erudit⁹: parētes suos reliquit: z in quodā monasterio religionis habitū assumpsit. Qui dū quadā die circa monasteriū ambularet: repēta quēdā maximū serpentem inuenit: quē statim virtute crucis z orationis ad foueam suā nūqz inde exiturū redire coegit. Post hec exiens de monasterio illo qd erat ppe mare: causa peregrinationis: venit thuronis ad sepulchrū sancti martini: z fuit ibi in quadā cella xv. annis cilicio semper tectus z aqua z pane ordeaceo sustētatus. Ex hinc iuit romā ad sancta petri vbi dū quadā nocte vigilare voluit: inueniēs eū custos ecclesie nimis irreuerēter eiecit. Qui dū ante fores ecclesie dormitaret: apparuit ei sanct⁹ petrus: rogās vt causa pdicatiōis remearet. Quo dū venisset: z verbū dei ꝯstātissime pdicās multas iniurias esset passus: dū ipm regē francie dagobertū de suis criminib⁹ increparet de regno eius expulsus est. Tandē rex filiū nō habēs orauit dnz: vt ei daret filiū: q̄ succedere posset ad regnū. Cū g̃ nutu dei filiū genuisset cepit valde inquirere quis eum baptizaret. Et sic ei in mētē venit: vt amandū propter hoc requiri solicite iuberet. Inuentus ergo: cum regali imperio cōtraire metueret: ad regē veniēs cū magno gaudio est susceptus. Rex autē eius pedibus aduolutus: precabat vt peccatū qd de eo habebat remitteret: z filiū quē ei deus dederat baptizaret. Ille vero primā eius petitionē benigne ꝯcessit: sz secularib⁹ negocijs metuens implicari secundam prorsus renuit z abscessit. Rex tamen misit ad eū sanctū eigiū z socium eius didonem: qui tunc in curia morabant. Quorū precib⁹ fatigatus amandus ad regem veniens eius filium baptizauit.

De peregrinatione ei⁹ in vasconiā z reditu i galliā. C. CXX.

Dit hec traiectensis episcop⁹ obijt: z rex sanctū amandum licet plurimum reluctantē in traiectēsi vrbe pontificali cathedra sublimauit.

Vbi cum triennio verbum dei ꝯstanter oībus predicasset: z pleriqz suā pdicationē ꝯdēnēt viderēt: ꝯtēptores suos deseruit: z in vasconiā gentē ferocissimā cū pdicatiōis intrauit. Vbi dū sic pdicaret: ioculator quidā leuis z lubric⁹: vbis eius detrahere cepit: sz statim a demone corrept⁹: ppijs dētib⁹ se discerpēs: z q iniuriā viro dei fecerat ꝯfitēs: ptin⁹ expirauit. Inde pgens ad aliā ciuitatē: ab epo ciuitatis reuerent excep⁹ est. Cui cū ille epus causa humilitatis more hospitalitatis aquā in manib⁹ daret: iussit famulo vt aquā illā diligēti⁹ custodiret: credebat eni q meritis viri dei esset multorū futura saluti. Nec eni fides ista fefellit. Nā z cec⁹ quidā aū fores ecclesie mēdicās: ex ꝯsilio ipi⁹ epi aq̄ illa oculos suos lauit: z ptinus clare vidit. Post h̄ rediēs sanct⁹ amādus in galliā: impetrauit a rege hilberto locū q̄ dicit vanco: vt ibi edificaret cenobiū. Sz quidā epus ꝑ me ciuitatis moleste hoc ferēs: iussit famulis suis vt eum ... eijcerent: vel certe occiderēt. Qui venientes ad eū dolose dixerūt vt se cū pgeret: z illi locū aptum ad monasteriū ꝯstruendū ostenderēt. Sanct⁹ aūt malitiā eorū deo reuelante agnoscēs: iuit cū eis ad cacumen montis: vbi eū occidere cupiebāt. Nec suis hoc dixerat: quia ... martyriū cupiebat. Sed subito orta tempestate: pluuis z grādinis ita montē texerūt: qd maligni q̄ eū occidere volebant: penitus nihil viderūt: z iam se mori putātes: pstrati veniā postulabāt z vt eos viuos abire pmitteret exorabant. Tunc sanctus tamdiu orauit: donec reddita sanitate: z visu recepto ad ppria redierūt. Itaqz sanct⁹ amādus euadēs: z multa alia miracula faciēs: tandē in pace quieuit.

De sancto maglorio doleñ archiepo. C. CXXI.

ad meli⁹ exhortatio modestā cōponit. Illos meli⁹ corrigit: q̄ inebēdo reprehēdūt: istis maior ꝓfect⁹ adducit: si h' qd̄ in eis reprehendit q̄ ex latere tāgit. Aliē ipatiētes aliter patiētes. Impatiētib⁹ nāq̧ dicendū est: q2 dū frenare spūm negligit, ꝑ multa etiā q̄ nō appetunt iniq̄tatū abrupta rapiunt: q2 videlicet mentē furor ipellit. quo deliderū nō trahit: ⁊ agit cōmota velut nesciens vnde postmōꝫ doleat sciēs. Audiāt ḡ qd̄ scriptū est. Melior ē patiēs viro forti. ⁊c. Alius quippe nō aliq̄d exteri⁹: sed semetipꝫ sibi ipsi subigit: qm̄ eū patiētia intra se frenare cōpellit. Audiāt etiā qd̄ electis suis veritas dicit. In patiētia vestra pos. a. v. Sic enī oditi mirabilit sum⁹ vt rō aīaꝫ ⁊ aīa possideat corpus. Ius vō aīe a corpis possessiōe repellit: si non prius aīa a rōne posideē. Patiētes vō admonēdi sūt: ne in eo qd̄ exteri⁹ portāt: iteri⁹ doleāt. sed illos etiā studeāt diligere: quos sibi necesse est tolerare: ne si patientiā dilectio nō sequit' in deteriorē odij culpā virt⁹ ostēsa cōuertat'. Unī charitas inq̄t patiēs est: benigna ē. Quia quos ex patiētia tolerat: amare etiā ex benignitate nō cessat. Uirt⁹ est corā hoib⁹ aduersarios tolerare: sed virtus corā deo diligere: q2 hoc solū deus sacrificiū accipit: qd̄ ante ei⁹ oculos flāma charitatis accēdit. Admonēdi sūt beniuoli vt sic alienis bonis cōgaudeāt: q̄tenus ⁊ ꝓpria hr̄e cōcupiscāt. Sic primoꝝ facta diligēda laudent: vt ea etiā imitādo multiplicēt ne si in h' ꝑsentis vite stadio ad certamē alienū deuoti fautores: sed pigri spectatores assistāt: post certamen sine brauio remaneāt: ⁊ tūc eoꝝ palmas afflicti respiciāt: inquoꝝ labo-ib⁹ nūc ociosi ꝑdurāt. Ualde q̄ppe peccam⁹ si aliena bene gesta nō diligim⁹: sed nil mercedis habem⁹: si ea q̄ diligim⁹ inq̄tū possumus nō imitamur. En etiā graui⁹ extrema vltiōe feriēdi sunt: q̄bus placuit qd̄ imitari noluerūt. Inuidi aūt admonēdi sūt: vt ꝑpendāt quāte cecitati sūt q̄ alieno ꝓfectu deficiūt: ⁊ aliena exultatiōe cōtabescūt: q̄ alioꝝ bona q̄ hr̄e nō possūt: si diligerēt sua facerēt. Nostra sūt nimirū: q̄ ⁊ si imitari nō possum⁹: in alijs amam⁹: ⁊ amātiū sūt quecūq̧ amant' in nobis. Hinc ergo pensent inuidi: charitas quante virtutis sit q̄ alieni laboris opa nostra sine labore facit.

C. Aliter impuri q̄ simplices ⁊ egri q̄ incolumes. C. XXXVIII.

Aliter admonēdi sūt simplices: aliter ipuri. Simplices q̄dē ē sicut fallaciā semp vtiliter vitant: ita veritatē semp vtiliter ꝓferāt ⁊ simplicitatis bono prudentiā adiungāt: ꝫ illud. Uolo vos sapiētes esse in bono: simplices aūt in malo. Impuri vō vt q̄ grauis sit quē culpa sustinet duplicitatis laborē agnoscāt dū enī deprehēdi metuūt. semp iprobas defensiōes querūt semp pauidis suspicionib⁹ agitantur. Nil aūt ad defendēdū puritate tuti⁹: nil ad dicendū veritate facili⁹. Nā dū fallaciā suā tueri conant': duro cor labore fatigat'. Aliē admonēdi sūt icolumes: aliter egri. Incolumes q̄dē vt salutē corporis exerceāt ad salutē mētis ne si eā ad vsum nequie iclinēt dono deteriores fiāt. Egri vō: vt eo se filios dei esse sentiāt quo illos disciplinę flagella castigāt. Cōsiderēt q̄ quāta sit salus cordis molestia temporalis: q̄ ad cognitionē sui mētē reuocat. ⁊ q̄ plerūq̧ salus abiicit: infirmitatis molestia reformat: q̄ etiā admissa peccata diluit. ⁊ ea q̄ admitti poterāt cōpescit. q̄ sumpta ab exterioribus plagis concusse mēti penitētie vulnera infligit. Cōsiderēt quoq̧ icessanter: quanta redēptor noster ab his quos creauerat mala ptulit: q̄ tot abiecta cōuicioꝝ ꝓbra sustinuit. Illultantiū alapas accepit ⁊ ꝑfidoꝝ sputis faciē nō abscōdit. flagella ⁊ colaphos ptulit. spinis caput supposuit. fel in siti sua accepit sub irrisiōe adorat' tacuit. vitā mortuis ꝑparās vsq̧ ad mortē ipsa vita peruenit. Cur itaq̧ asꝑꝫ credit': vt a deo hō tollere flagella ꝓ malis si tāta deus ab hoib⁹ ptulit mala ꝓ bonis: aut q̄s sana itelligētia de pcussione sua igratus existat: si ipse hunc sine flagello nō exiit: q̄ hic sine peccato vixit.

C. Aliter taciti q̄ loquaces. C. XXXIX.

Aliter admonendi sunt nimis taciti. aliter multiloquio vacantes. Insinuari nāq̧ nimis tacitis debet. q2 dū q̄dā vitia icaute fugiunt: occulte deterioribus implicantur. nam sepe linguā qui imoderatius frenant: in corde grauius multiloquium tolerant: vt eo plus cogitationes in mente feruescant: quo eas violēta custodia indiscreti silentij angustat. Plerunq̧ nimis taciti cū nō nulla iniusta patiuntur: eo in acriorem dolorē prodeunt: quo ea que sustinēt nō loquuntur. Nam si illatas molestias tranquille lingua diceret: mente a dolore cōscientie aliena maneret. Uulnera enim clausa plus cruciant. Nam cū putredo que interius feruet eijcit' ad salutē dolor aperitur. Admonēdi sūt itaq̧ vt si proximos sicut se diligunt: minime illis taceant: vnde eos iuste reprehendunt. Uocis enī medicamine vtrorūq̧ saluti concurrit: dū ⁊ ab illo qui infert actio praua compescit'. ⁊ ab hoc qui sustinet doloris feruor vulnere aperto temperat'. Qui enī proximos mala respiciunt ⁊ cū in silentio linguā premūt: q̄si cōspectis vulnerib⁹ vsum medicaminis subtrahūt. ⁊ eo mortis actores fiunt: quo virus cū poterāt curare noluerūt. Lingua itaq̧ discrete frenāda est: nō insolubiliter liganda. Sicut scriptū est: Tempus tacēdi: ⁊ tempus loquēdi. At cōtra admonēdi sunt multiloquio vacātes: vt vigilanter aspiciant: q̄ meno coꝝ quot supuacuis verbis a silentij sui censura dissipat': q̄si tot riuis extra se ducit'. Uñ ⁊ redire interius ad sui cognitionē non sufficit: q2 ꝑ multiloquiū sparsa: a secreto se intime considerationis excludit. totāq̧ se insidiātis hostis vulnerib⁹ detegit: qui nulla munitione custodie circūcludit'. Unde scriptū est: Sicut vrbs patens ⁊ absq̧ muroꝝ ambitu: ita vir qui nō potest in loquēdo cohibere spiritum suū ⁊c. Quia enī murū silentij non habet: patet inimici iaculis ciuitas mentis: plerūq̧ dum ociosa verba cauere negligimus ad noxia peruenimus. Ociosum autē verbum est: qd̄ aut ratione iuste necessitatis: aut intentione pie vtilitatis caret. Si ergo ratio de ocioso verbo exigitur: pensemus que pena multiloquiū maneat. in quo etiam per noxia verba peccatur.

C. Aliter mansueti q̄ iracūdi. ⁊ humiles q̄ elati. C. XL.

Aliter admonēdi sunt mansueti: aliter iracundi. Sepe enī mansueti dissolutionis torpescūt tedio. sepe iracundi rectitudinis fallunt' zelo. Dum ire sue stimulum iustitie zelū putant: ⁊ cū vitiū virtus credit': sine metu culpa cumulat'. Ideo spūssanct⁹ in columba ⁊ igne monstratus est: q2. s. oēs quos implet ⁊ colūbe simplicitate māsuetos: ⁊ igne zeli ardentes exhibet. Admonēdi sunt ergo māsueti: vt habere etiā emulationē iustitie studeāt. Iracūdi vō vt emulationi quā se habere estimāt māsuetudinē subiūgant. Sepe iracundi etiā se declināntes insequunt'. rixe occasionē cōmouent. labore cōtētionis gaudent. Quos tū melius corrigim⁹: si in ipsa ire sue cōmotione declinam⁹. perturbati quippe quid audeant ignorant. sed ad se reducti tāto libētius exhortationis vba recipiūt: quāto se trāquillius tolleratos erubescūt. Mēti autē furore ebrie omne qd̄ dicit' peruersum videt'. Cum vō ita iracūdi sic alios impetiunt: vt declinari oīno nō possint: nō aperta exprobatiōe: sed sub quadā cautela sunt reuerētie parcēdo feriendi. sicut legit' q2 pcussit abner asael auersa hasta in inguine: cum insequēs eum nollet deflectere. Auersa hasta persequentē ferire: est furentē trāquille ex quibusdam tangere: ⁊ q̄si parcēdo superare. Aliter humiles: aliter elati. Illis dicat': q2 dū se deijciūt ad dei similitudinē ascēdūt. istis: q2 dū se erigūt in apostate angeli imitationē cadunt. Quid itaq̧ elatione deiectius: q̄ dum supra se tēdit: ab altitudine vere celsitudinis elōgat'. Et quid humilitate sublimius: q̄ dū se in ima deprimit: auctori suo manēti sūp sūma cōiūgit'. Plerūq̧ nōnullis q̄ sibi humiles videnf: in q̄ hoib⁹ deferri nō debet: timor cōiūgit'. ⁊ cū quedā increpāda sūt vitia illi reticent ex timore: ⁊ tū tacere se estimāt ex humilitate. Plerūq̧ etiā elatos comitari solet libere vocis assertio. ⁊ loquūt' ꝑ ipa/ tiētiā elatiōis. ⁊ tū loq̄ se credūt ꝑ libertatē rectitudinis. Uñ ⁊ elati admonēdi sunt: ne plusq̄ decet sint liberi. ⁊ humiles ne plusq̄ expedit sint subiecti: ne aut illi defensionē iustitie vertant in exercitationē superbie: aut isti cū student plusq̄ necesse est hoib⁹ subiici cōpellant' etiā eorum vitia venerari.

C. Aliter abstinentes ⁊ aliter gulosi. C. XLI.

Aliter admonēdi sunt gulosi: aliter abstinentes. Illos enī superfluitas locutionis leuitas operis atq̧ luxuria: istos vō sepe impatiētie: sepe vō supbie culpa comitat'. Nisi enī gule deditos imoderata loquacitas raperet: diues ille qui epulatus quotidie splendide dicit' in lingua grauī⁹ nō arderet. Rursum q2 gule deditos leuitas ptinus operis sequat': auctoritas sacra testat' dicēs: Sedit ppl's manducare ⁊ bibere: ⁊ surrexit. l. Quos tū plerūq̧ edacitas ad luxuriā pertrahit: q2 dū saturitate vēter extēditur: aculei libidinis excitant'. tantoq̧ lōgius a secūdo parēte recedi tur: quāto ꝑ imoderatū vsum dū manus ad cibū tēdit: parētis primi lapsus iterat'. Abstinentes vō admonēdi sunt: vt abstinentiā suam ⁊ semper sine immutione custodiant. ⁊ nunq̄ hanc apud occultum iudicem eximie virtutis credant. ne si forte magni esse meriti credat tur: cor in elationem subleuetur. Hinc nāq̧ per prophetam dicitur Nūquid hoc est ieiuniū quod elegi: sed frāge inquit esurienti panē tuū ⁊c. Qua in re pensandū est virtus abstinētie q̄ parua respicit': que nō nisi ex alijs virtutib⁹ cōmendat'. Nouerint quoq̧ quia tūc deo abstinentiā placentē offerunt: cū ea que sibi de alimentis subtrahunt. indigentibus largiuntur. Audiantq̧ qd̄ per prophetā diuī

redarguit dicens. Nunquid ieiunium ieiunastis mihi. &c. non enim deo sed sibi ieiunat: qui ea que ventri subtrahit nõ inopibus tribuit: sed ventri postmodũ offerenda custodit.

¶ Q. Aliter misericordes aliter rapaces & aliter iter vtrunque medij. C. XLII.

Aliter admonendi

sunt qui iã sua misericorditer tribuũt: aliter qui aliena rapere cõtendũt. Admonendi nanque sũt qui sua misericorditer dant ne cogitatione tumida se super eos quibus terrena largiunt extollãt ne iccirco meliores se estimẽt quia cõtineri per se ceteros vident: sed a celesti dño dispẽsatores se positos subsidiorum tẽporaliũ cognoscãt: & tãto humiliter prebeãt: quãto & aliena esse itelligũt que dispensant. Unde & necesse est: vt sollicite perpendant ne cõmissa indigne distribuãt: ne aliqua quibus nulla: ne nulla quibus aliqua ne multa quibus pauca. ne pauca prebeãt quibus impendere multa debuerãt. ne precipitatione hoc qđ tribuũt inutiliter spargãt. ne tarditate petẽtes crucient. ne recipiẽde hic gratie intentio surreptat. ne dationis lumẽ trãsitorie laudis appetitus extinguat. ne oblatũ munus cõiũcta tristitia obsideat ne in bene oblato munere aĩus plusquam decet hilarescat. ne sibi quicquam cũ totũ recte ipleuerint tribuãt: & simul oĩa postquam peregerint perdat. Nam ne sibi tribuant quod illius prebeat quibus ... diuino cõferre nihil debẽt: audiãt qđ scriptũ est. Da bono: & non recep[er]is peccatorẽ. Nõnulli enĩ huius mũdi diuites: cũ fame crucient christi pauperes: effusis largitatibus nutriũt histriones. Qui vero indigẽti etiã peccatori panẽ suũ nõ quia peccator est: sed quia homo est tribuit. nõ peccatorẽ sed iustũ nutrit. quia in illo nõ culpã: sed naturã diligit. Admonẽdi sunt etiã ne cũ peccata cõmissa elemosynis redimũt: adhuc redimẽda cõmittãt. Qui enĩ escam vel vestimẽtũ pauperibus largiunt: sed tamẽ aĩe vel corporis iniquitate polluunt: qđ minus est offert iustitie: qđ maius est culpe. sua enĩ dat deo: & se diabolo. At cõtra admonẽdi sũt qui aliena rapere cõtendũt: vt sollicite audiãt quid veniens ad iudiciũ dñs dicat. Esuriui & nõ dedistis mihi ad mãducãdũ. &c. quibus & pmittit dicẽs. Discedite a me maligni in. &c. Hinc ergo colligendũ est quãta dãnatiõe plectẽdi sunt qui aliena rapiũt: si tanta aĩaduersione feriunt qui sua indiscrete tenuerũt. perpẽdãt quid mereantur iniustitia illata: si tãta percussione digna est pietas nõ impẽsa. Admonẽdi sunt qui nec aliena appetũt: nec sua largiuntur: vt sciãt qđ ea de qua sumpti sũt cũctis hoĩbus terra cõis est: & iccirco alimẽta quoque hoĩbus cõiter profert. Incassum ergo se inocẽtes putãt: qui cõe dei munus sibi priuatim vendicant qui cũ accepta nõ tribuũt: in proximorum nece grassantur. quia tot pene quotidie perimunt quot morientium pauperũ apud se subsidia abscondunt. Nam cũ quelibet necessaria indigentibus ministramus sua illis reddimus: non nostra largimur: & iustitie potius debitũ quam misericordie opera implemus. Hinc enim psalmista dicit. Dispersit dedit pauperibus. &c. Quidam vero nõnunquam dicere solẽt. Cõcessis vtimur: aliena nõ querimus: et si dignã misericordie retributionẽ nõ agimus: nulla tamen peruersa perpetramus. At illum diuitẽ qui induebatur purpura & bisso. &c. q. s. post hanc vitã vltrix flãma suscepit. nõ quia aliena rapuit vel aliquid illicitũ gessit: sed quia infructuose proprijs vsus fuit: & imoderato vsu totũ se licitis tradidit. Admonẽdi sũt ergo tenaces: vt nouerint quia hãc primã deo iniuriam faciũt: quia danti sibi oĩa nullam misericordie hostiã reddunt.

¶ Q. Aliter admonẽdi sunt discordes quam pacati & prosperitate fruẽtes quam miseri. C. XLIII.

Aliter admonẽdi

sunt discordes: aliter pacati. Qui ab s[an]ctitatem a cõcordia separat: audiat quod dicitur. Laudate eum in tympano & choro. &c. In tympano sicca et percussa pellis resonat: in choro autem voces societate concordant. Quisquis itaque corpus affligit: sed cõcordiam deserit: deum quidẽ laudat in tympano: sed nõ laudat in choro. Admonẽdi sunt pacati: nedum nimis humanã pacem desiderant: prauos hominum mores nequaquam redarguant: et consentiendo peruersis: ab auctore suo se pace disiungãt. Nam Josaphat qui tot de anteacta vita preconijs attollitur de Achab regis amicitijs pene periturus increpatur: et ei a domino per prophetam dicitur. Impio prebes auxilium. &c. Admonendi sunt ergo ne si ad correptionis verba prosiliant: temporalem pacem sibi perturbare formident: & rursus admonendi sunt vt eandem pacem integra dilectione internus teneant: quam per inspectionem vocis sibi extrinsecus turbant: sicut Dauid qui dicit. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. &c. Admonendi sunt qui in hoc qđ tẽporaliter appetunt prosperantur. ne cũ cuncta ad votum suppetũt. dantẽ querere negligant. sed in his que dantur animũ fi-

gant. nẽ peregrinationẽ pro patria diligãt. ne subsidia itineris in obstacula peruẽtionis puertãt. Quisquis enĩ prosperitatẽ qua vtit: apud iudiciũ cordis meliore vite amore nõ reprimit. fauorẽ vite trãseuntis in perpetue mortis occasionẽ vtit. Solerter aũt cõsiderẽt: quia prĩtis vite prosperitas aliquã iccirco datur: vt ad meliorẽ vitã prouocet. aliquã vero vt in eternũ plenius dãnet. De primo dicit: Dedit eis regiones gentiũ: & labores populorum possiderũt. &c. De secũdo in inferno diuiti cruciato dicit: Recepisti bona in vita tua. &c. Iccirco enĩ hic bona recepit & malus: vt illic plenius mala reciperet: qui hic nec per bona fuerat cõuersus. At cõtra admonẽdi sunt qui ea quidẽ que mũdi sunt cõcupiscũt. sed tñ aduersitatis labore fatigant: vt sollicite ppẽdãt. creator dispositorque cũctorum quanta super eos grã vigilat: quos in sua desideria nõ relaxat. Ego quippe quẽ medicus desperat: cõcedit vt cũcta que cõcupiscit accipiat. Nam que sanari posse credit: a multis que appetit prohibet. Et pueris nũmos subtrahimus: quibus tota sil patrimonia heredibus seruamus. Considerent quoque quia plerũque etiã iustos cum tẽporalis potẽtia sustollit: velut inlaqueum culpa comprehendit.

¶ Q. Aliter continentes quam coniugati. C. XLIIII.

Admonendi

sunt cõiugati: vt cũ vicissim que sunt alterius cogitat sic vnusquisque placẽ studeat cõiugi: vt nõ displiceat cõditori. Sic ea que mũdi sunt agant: vt tñ appetere que dei sunt nõ omittant. Sicque habẽt vxores tanquam nõ habẽtes habeãt. Uxorẽ quippe quasi nõ habẽs habet qui curã carnis ex necessitate tollerat: sed eterna gaudia ex desiderio spũs expectat. Admonẽdi sunt et ut ... causa meminerint se cõiunctos. & cũ imoderate admixt oni seruiẽtes propagationis articulũ in vsum trãsferũt voluptatis. perpẽdant quia hoc extra nõ exeãt: in ipso tñ cõiugio cõiugij iura trãscẽdunt. Unde necesse est vt crebris orationibus doleant: quia pulchrã copule speciẽ admixtis voluptatibus fedant. At cõtra admonẽdi sunt: qui ligati cõiugijs nõ sunt: vt precepti celestibus eo rectius seruiant: quo eos ad curas mũdi iugũ carnalis copule nõ inclinat: vt tanto eos paratiores quãto et expeditiores dies vltimus inueniat. ne quo meliora agere vacãtes putantur tñ negligũt: eo deteriora supplicia mereant. Audiãt qđ Paulus dicit illis quos ad celibatus gratiã instruit. Nõ vt laqueum vobis iniciã. &c. Plerũque actione secularium confundit vita continentium: cum vltra habitũ assumũt opera. & isti iuxta ordinẽ propriũ nõ excitant corda. Hinc per prophetã dicit: Erubesce syon ait mare. Quasi enĩ per vocẽ maris ad verecundiã syon adducit: quia per cõparationẽ vite secularium atque in hoc mũdo fluctuantiũ: eius que munitus & quasi stabilis cernit: vita reprobat. Sic ergo in humano genere & quidã in meliori ordine deteriores sunt: & quidã in deteriori meliores: quia & isti fortẽ extremi habitus bene viuẽdo trãscendũt. & illi superioris loci merita moribus nõ exequẽdo diminuũt.

¶ Q. Aliter admonẽdi sunt qui peccata deplangũt: & qui non. C. XLV.

Admonendi sunt

qui peccata deplorant operum et singula queque admissa peccata considerẽt. & dum per vnũquodque erroris sui inquinationẽ deflent: simul se ac totos lachrymis mũdent. Unde bene per Hieremiã dicit: Diuisiões aquarum deduxit oculus meus. Admonẽdi sunt: vt de mĩa quã postulãt spirant rursumque sic de spe fiduciam habeant: ne incauta securitate torpescant. Plerũque enĩ hostis callidus mentẽ quã peccato supplantauit cũ de ruina sua afflictã respicit: securitatis pestifere blãdicijs seducit. Qđ figurate circa factũ dine memorat. Dina quippe vt mulieres videat extranee regionis egredit: quia vnaqueque mens studia sua negligẽs: & actiões alienas curans: extra habitũ atque extra ordinẽ propriũ vagat. Quã sichem princeps terre opprimit: quia inuentã in curis exterioribus diabolus corrũpit. Deinde quia mens cũ a culpa resipiscit afficit: atque admissum flere conat. corruptor autẽ spem ac securitates vacuas ante oculos reuocat: quatenus vtilitatẽ tristitie subtrahat: recte illic adiũgit. Tristẽque blãditijs deliniuit. Modo enĩ aliorũ facta grauiora. modo nihil eẽ qđ perpetratũ est. modo misericordem deũ loquit. modo adhuc tp̃s subsequẽs ad penitẽtiã pollicet. Ut dũ per hec decepta mens ducit: ab intẽtione penitẽtie suspẽdat. In primo quidẽ parẽte didicimus: quia tribus modis omnis culpe nequitiã perpetramus. suggestione. s. delectatione: consensu. Primũ per hostẽ. secũdũ per carnẽ. tertiũ vero per spiritũ perpetrat. Unde & illic serpens praua suggessit. eua quasi caro delectationi se subdidit. adam vero tanquam spũs suggestione ac delectatione superatus abscessit. Admonendi sunt qui perpetrã admissa deplangunt: nec tñ deserunt: vt sciant quia flendo se inaniter mũdant: qui viuẽdo nequiter inquinant. Nam & sus in volutabro luti dum lauatur sordidior redditur. Et qui admis-

sa plāgit nec tn̄ deserit pena grauioris culpe se subicit q̄ ⁊ ip̄am quā sperare flendo potuit veniā ꝯtēnit: ⁊ q̄si in lutosa aqua semetip̄z volūit qꝛ ꝯ flētib⁹ suis vite mūditiā subtrahit: ante dei oculos sordidas etiā ip̄as lachrymas facit. Hinc scriptū est. Ne iteres vbū in oratiōe tua. Verbū nāq̄ in oratiōe iterare: est post fletū committere qd̄ rursum necesse sit flere. At cōtra admonēdi sunt: q̄ admissa deserunt nec tn̄ plangūt: ne iaz relaxatas estiment culpas: quas ⁊ si agēdo nō multiplicant: nullis tn̄ fletibus mundant. Neq̄ enī debitor absolutus est q̄ alia nō multiplicat: nisi ⁊ illa quibus se ligauerat soluat: ita ⁊ cū deo delinquimus: nequaq̄ satisfacimus si ab iniquitate cessamus: nisi ⁊ voluptates quas dileximus: ecōtrario appositis lamētis insequamur. Nec tn̄ de⁹ nr̄is cruciatib⁹ pascit: sꝫ delictorū morbos medicamētis cōtrarijs medet: vt q̄ voluptatib⁹ delectati discessim⁹ fletib⁹ amaricati redeam⁹: ⁊ q̄ ꝑ illicita deflēdo cecidim⁹ etiā a licitis nosmetip̄sos restringendo surgamus.

¶ Qualiter illi qui mala sua laudant ⁊ q̄ ecōtrario. C. XLVI.

Admonēdi sunt qui illicita faciunt que etiā laudant vt considerēt qꝛ plerūq̄ plus ore q̄ꝫ opere delinquant. Opere nāq̄ per semetip̄os solos praua perpetrāt: ore autē per tot personas iniquitatē exhibent: quot audientiuz mentes iniqua laudantes docent. Admonendi sunt ergo: vt si eradicare mala dissimulant: saltē seminare pertimescant. De talibus enim scriptū est. Peccatum suū sicut sodoma predicauerunt. Et alibi. Clamor sodomorū ⁊c̄. Peccatū in voce est culpa in actione. Peccatū vero cū clamore: est culpa cū libertate. At contra admonendi sunt qui accusant praua nec tn̄ deuitant: vt proinde perpendant: quid in districto dei iudicio pro sua excusatione dicturi sunt: qui de reatu criminū suorū etiaz semetipsis iudicib⁹ non excusant. Hi itaq̄ quid aliud q̄ꝫ preconeo sui sunt: q̄ voces cōtra culpas ꝓferūt: ⁊ semetip̄sos operib⁹ reos trahūt. Nā cū acceptā ad adiutorū sciētiā negligūt: hāc cōtra se in testimoniū vertūt. Quo nimirū nequitia cū malū agit qd̄ diiudicat: venturū iā iudiciū hic degustat: vt tanto illic grauiora tormenta percipiat: quanto hic malum non deserit etiam quod ipsa condemnat.

Qualiter illi qui in minimis frequenter excedunt ⁊ qui bona incepta non perficiunt. C. XLVII.

Admonēdi sunt q̄ q̄uis in minimis tn̄ frequēter excedut vt nequaq̄ ꝯsiderēt qualia sꝫ quāta cōmittūt: facta sua si despiciunt timere cū p̄sant: debent formidare cū numerant. Solicite quoq̄ ꝯsiderēt: qꝛ nōnūq̄ꝫ in parua deterius q̄ꝫ in maiori culpa peccat. Maior enī quo citius qꝛ sit culpa cognoscit: eo etiā celeri⁹ emēdat minor vo ꝯ quasi nulla credit: eo peius quo ⁊ securius in vsu retinet. Unde fit plerūq̄ vt mēs assueta malis leuib⁹ nec grauiora phorescat: atq̄ ad quādā auctoritatē nequitie ꝑ culpas nutrita perueniat: vt tanto in maiorib⁹ cōtemnat ꝑtimescere: quāto in minimis didicit nō timendo peccare. Leuari nāq̄ nō appetit: qui ⁊ hoc ipsuz q̄ cecidit nescit: ⁊ qui dolorē vulneris nō sentit: salutis remedia nō requirit. Admonendi sunt qui inchoata bona minime consummāt: vt considerēt: qꝛ dū proposita nō perficiūt: etiā que fuerant cepta cōuellūt. Si enī qd̄ gerendū est solicita intentione non crescit: etiaz qd̄ fuerat bene gestū decrescit. In hoc quippe mundo humana anima: quasi in mari nauis est cōtra ictū fluminis ꝯdescēdētis: vno in loco nequaq̄ stare ꝑmittit: qꝛ ad ima relabit nisi ad summa conet. Si ergo inchoata bona fortis manus operātis ad perfectionē nō sublenat: ipsa operandi remissio contra id quod operatū est pugnat. Hinc per salomonem dicitur. Qui mollis ⁊c̄.

¶ Qualiter illi qui mala occulte agunt ⁊ bona publice ⁊ qui econtrario. C. XLVIII.

Admonendi sunt qui mala occulte agunt ⁊ bona publice vt in fine rerū mentis oculos figant: p̄sentisq̄ humana iudicia quāta velocitate euolant: diuina autem iudicia quanta immobilitate perdurant. Dum ergo occulta mala sua diuinis iudicijs: recta autem sua humanis oculis anteponunt: ⁊ sine teste est bonum quod publice faciunt: ⁊ non sine eterno teste est quod latenter delinquunt. Cūq̄ ꝓ recto ope laude transitoria querit: eterna retributiōe res digna vili precio venundat. At contra admonendi sunt qui bona occulte faciunt: ⁊ tamē quibusdā factis publice de se mala opinari ꝑmittūt ne cū semetip̄sos actiōis recte virtute viuificāt in se alios per exēplū praue estimationis occidant: ne min⁹ q̄ꝫ se ꝓximos diligāt ⁊ cū ipsi salubrē vini potū sorbeāt: intētis in sui ꝯsideratiōe mētib⁹ pestiferū venenū poculū fundāt: dicente ap̄lo. Peribit infirm⁹ in tua sciētia frater ⁊c̄. Sicut aūt in fr̄s peccātes ⁊c̄. Plerūq̄ autē fit vt bonum opus ⁊ in occulto fit cum fit publice. ⁊ rursum in publico cum sit occulte. Qui enī in publico bono ope non suā sed superni patris gloriā querit: qd̄ fecit abscōdit: qꝛ illū solū testē habuit: cui placere curauit: ⁊ qui in secreto suo bono ope deꝑhēdi ac laudari ꝯcupiscit ⁊ si nullus fortasse vidit: hoc tn̄ corā hoībus fecit: qꝛ tot testes in bono opere secum duxit: quot humanas laudes requisiuit.

¶ Qualiter vox predicatoris temperari debet inter vitia contraria. C. XLIX.

Sancta vox exhortationis arte temperanda est vt cū diuersa sint auditorū vicia: ⁊ singulis inueniat congrua: ⁊ tn̄ sibimetip̄si non sit diuersa: aut inter passiones media vno quidē ductu trāseat: sed more bicipitis gladij tumores cogitationū carnalium ex diuerso latere incidat quatinus sic superbis predicet humilitas: vt tn̄ timidis non augeat metus: sic timidis infundat auctoritas: vt tn̄ superbis non crescat effrenatio. Sic continentibus laudet virginitas corporis: vt tn̄ in coniugibus despecta non fiat fecūditas carnis ⁊c̄. Sic ergo predicanda sunt bona: ne ex latere iubeant mala. Sic laudanda sunt bona summa: ne despiciantur ultima. Sic nutriant vltima: ne dum credunt sufficere nequaq̄ꝫ tendat ad summa. Ecce duz demonstrare qualis esse debeat pastor inuigilo pulchrum depinxi hominem pictor fedus: aliosq̄ ad perfectionis dirigo littus: qui adhuc in delictorum fluctibus versor.

¶ De conflictu vitiorum ⁊ virtutum ⁊ primo de superbia cum filiabus suis ⁊ horum contrarijs. C. L.

Superbia dicit. Certe multis imo pene omnibus melior existis scientia: diuitijs: honoribus. Cunctos ergo despice: cunctis te superiorez attende. Humilitas respōdet. Memento quia puluis ⁊ cinis es: ⁊ putredo ⁊ vermis es. Qui etiam si aliquid es: nisi tanto te humilies quāto magnus es: perdis omnino qd̄ es. Qꝛ si ille primus angelus de tanta sublimitate per superbiaz cecidit: quomodo tu ad tantam celsitudinē superbiens de imis conscendes. Ceterum filius dei humiliauit semetip̄suz ⁊c̄. Si tanta humilitate se deprimit diuina maiestas: quomodo superbie in aliquo audet humana infirmitas. Inanis gloria dicit. Ostende bonum cūctis qd̄ agis: vt a cūctis bonus dicaris: vt a cunctis venerabilis predicaris: ⁊ nemo te despiciat sed debitum tibi honorē quisq̄ persoluat. Timor domini respondet. Imo si bona aliquid agis non ꝓ transitoriis honoribus age sed pro eternis. Occulta quod agis: inquātuz vales: quod si ex toto non vales: sit in animo occultandi voluntas: ⁊ non erit de ostentatione vlla temeritas: nec criminis erit manifestare quod semper vis celatuz habere. Simulatio dicit. Quia nihil boni in abscondito facis: ne a cunctis cognitis detesteris: finge te foris esse qd̄ intus non appetis. Vera religio respondet. Imo magis satage esse qd̄ non es: ⁊ iuxta domini sententiam prius munda quod intus est: vt fiat ⁊ id quod de foris est mundum. Contēptus id est inobedientia dicit. Quis tu vt peioribus temperes: mag⁹ te q̄ꝫ illos decuerat imperare qui tibi non possunt ingenio vel industria coequari. Obtempera igitur magis domini imperio: ⁊ nō sit tibi cura de aliquo. Subiectio respondet. Si domini obtemperanduz est imperio hūano subdi necesse est magisterio: ipso dicente. Qui vos audit me au ⁊c̄. Non est enim potestas nisi a deo ⁊c̄.

¶ De inuidia ⁊ ira cū filiab⁹ suis ⁊ ꝯtrarib⁹ ꝯtrarijs. C. LI.

Inuidia dicit. In quo illo vel illo minor es cur ergo eis vel equalis: vel superior nō es. Fraterna ꝯgratulatio ridet. Si ceteros virtutib⁹ aūt celsitudine: tuti⁹ in loco infimo q̄ꝫ in summo temetip̄suz ꝯseruabis sꝫ enī de alto peior ruina fit. Si aūt alij tibi superiores sunt quid hoc te ledit. Odiū dicit. Absit vt illū amem: quē in omnibus tibi cōtrariū video: qui tibi insultat: peccata tua improperat: ⁊ te dictis opib⁹ atq̄ honorib⁹ ꝑire festinat. Nisi enī tibi inuideret: nequaq̄ se tibi ita preferret. Dilectio respondet. Nunquid quia hec que narras odio habenda sunt in homie ꝓpterea nō est amāda dei imago in hoīe una go. s. christi qui ⁊ in cruce positos inimicos suos dilexit: ⁊ ante cruces tormentum admonuit dicens. Diligite inimicos vestros ⁊c̄. Detractio dicit. Quis pōt sustinere vel silencio tegere quāta ille vel ille praua cōmittit: nisi forte qui cōsentit. Libertas iuste correctiōis respondet. Nec tacenda sunt mala ꝓximi: nec cōsentiēda: sed charitate fraterna in facie proximus redarguēdus: nō occulte detrahendus. Ira dicit. Que erga te aguntur: equanimiter ferri non possunt: imo hꝫ patienter tolerare peccatum est: qꝛ si non eis cū magna exasperatiōe resistit: cōtra te deinceps sine mensura cumulant. Patiētia respondet. Si passio redemptoris ad mentē reducit nihil tā durum qd̄ ne

equo animo toleretur: christus enī passus est nobis relinquens exē-plū ⁊c. Sꝫ quāta sunt in cōparatiōe passionū illius ea q̄ patimur. Il-le enī obprobria irrisiōe: alapas sputa: flagella: spinas: crucēqꝫ susti-nuit: ⁊ nos miseri ad nostrā cōfusionē vno sermone fatigamur: vno v̄bo deijcimur. At plura sunt inquis q̄ cōmittit: ⁊ me sepius offendit. Ad hec nō ego sꝫ dñs rñdet. Nō dico tibi vsqꝫ septies: sed. s. s. Quaꝫ multi aūt sunt q̄ suas iniurias tarde relaxēt: dei vō citius idulgēt: sit qꝫ nōnunq̄ꝫ vt occasiōe dīi iniurias vindicādi: suas vindicent irati. Timor dicit. Testē habeo deū i celis nō tibi sit cure: qd̄ de te hoīes suspicent̄ in terris. Satisfactio rñdet. Nō ē dāda detrahēdi occasio nō susurrādi suspicio: sꝫ aut si sūt q̄ corrigāt̄ manifestāda: aut certe si desunt humili p̄testatiōe negāda: qꝛ ⁊ apostolus monet: nullā occa-sionē dare aduersario maledicti gratia.

¶ De Tristitia cū filiab⁹ suis ⁊ virtutib⁹ ꝯtrarijs. C. LII.

Tristitia dicit. Quid habes vnde gaudeas cū tāta mala de p̄teritis peccatis ... le gaudiū dicit. Memēto: qꝛ nostre religionis ap̄li ibant gaudētes a ꝯspectu ꝯcilij: qm̄ digni ⁊c. Nullus ḡ locus meroꝛi sit: vbi tāta letitia succedit. Torpor ignauie dicit. Si lectioni ꝯtinuato studio semp̄ insistis caliginē oculoꝝ incurris: si indesinēter lachrymas fundis: ipsos etiā oculos amittis: si p̄lixis vigilijs psal-lis: insaniā capitis acquiris si quotidiano laboꝛe te ꝯficis: ad op⁹ spi-rituale ꝯsurgere nō poteris. Exercitiū rñdet. Quid tibi ad hec p̄feren-da tā longa spacia p̄ponis. Nunq̄d scis si crastina victurus sis. Dis-cute torpoꝛis inertiā semperqꝫ memēto qꝛ regnū celoꝝ nō tepidi ⁊ molles sꝫ violēti diripiūt. Dissoluta vagatio dicit. Si deū esse vbiqꝫ credis: cur vnū singulariter locū vbi tāta mala p̄petrant̄ custodis: ⁊ nō potius ad alia trāsis. Firma stabilitas rñdet. Si ita est vt asseris qꝛ deū vbiqꝫ esse fateris: ergo nec iste locus deserēdus ē quē fugere appetis: qꝛ in ipso deus est. At inquis melioꝛē requiro: melioꝛē inue-nio. Cui respōdeo. Nunq̄d melioꝛē: aut etiā talē inuenis: qualē dia-bolū ⁊ hominē perdidisse cognoscis. Memor esto itaqꝫ qꝛ primus angelus de celo ruit: ⁊ p̄imus homo de paradiso expulsus: ad erū-mnā huius seculi peruenit: loth exercitio maloꝝ p̄bat⁹: inter sodomi-tas sanctus fuit: in monte vero securitate torpens peccauit. Despera-tio dicit. Que ⁊ quanta ⁊ q̄ꝫ innumerosa crimina ⁊ delicta cōmisisti ⁊ pene in melius nec dū vitā mutasti. Mala ꝯsuetudine obligatus teneris: exurgere conaris: sed peccatoꝝ onerib⁹ p̄grauatus relabe-ris. Quid ergo agendū est: qm̄ ⁊ de p̄teritis imminet certa dānatio ⁊ de p̄sentib⁹ nulla succurrit emendatio. Spei fiducia respondet. Si de criminibus agit̄: ecce dauid adulterij simul ⁊ homicidij reus de inferni faucibus dei misericordia liberatus describitur. Ecce ma-nasses omniū peccatoꝝ nefandissimus: ⁊ foedissimus atqꝫ scelera-tissimus: p̄ misericordiā dei de morte ad vitā rediit. Sic maria ma-gdalena post innumerarū fornicationū inquinationē sic petrus post negationē: latro post seditionē ⁊ fraterni sanguinis effusionem: pau-lus quoqꝫ post ecclesie dei persecutionē. Ubi ergo tot tantaqꝫ p̄ce-dūt exēpla: dent locū desperationis mala colloquia cū etiā scriptū sit. Quacūqꝫ die ingemuerit peccator ⁊c. De conuersione vero in me-lius non mutata: quid aliud respondeaꝫ nisi vt quod heri quisqꝫ nō egit: agat hodie: duꝫ adhuc licet viuere. Sempqꝫ viribus desup̄ acce-ptis: praue ꝯsuetudini resistēs: dicat mane ⁊ vespe. Dixi nūc cepi ⁊c.

¶ De Cupiditate ⁊ gula ⁊ luxuria cum filiabus suis ⁊ virtutibus contrarijs. C. LIII.

Cupiditas dicit. Valde sine culpa es: qꝛ quedam habenda concupiscis qui multiplicari appetis: sed egere pertimescis ⁊ quod male alius retinet ipse melius expendis. Mundi contemptus respondet. Quanto quisqꝫ plus habere ceperit: tanto amplius habe-re concupiscit: fitqꝫ vt modum in concupiscendo non habeat: dū in-numeris huius seculi curis deseruire festinat. Hic autem auaritie morbus nunquam melius compescitur q̄ꝫ cum dies mortis iugi-ter meditatur. Ventris ingluuies dicit. Ad esum deus omnia mun-da creauit: ⁊ qui saturari cibo respuit quid aliud q̄ꝫ muneri cōcesso cōtradicit. Parsimonia rñdet. Omnia quidem ad esum deus mun-da creauit: sed ne comedendi mensuram homo excederet: abstinētiā imperauit. Nā inter cetera sua mala: saturitate panis maxime sodo-ma perijt. Quapropter sicut eger ad medicinam: sic ad sumendas da-pes quisqꝫ debet accedere: nequaq̄ꝫ. s. in illis voluptatē appetēs: sed necessitati succurrēs: ipsa veritate dicēte. Attēdite ne grauent̄ corda vestra cra. ⁊c. Et ap̄ls. Esca vētri ⁊c. Huius aūt ille plene vitiū supe-rat: qui in sumendis dapibus non solum parsimoniā tenet: vt. s. refe-ctionē semper esuries impet: verūetiā accuratiores ⁊ lautiores epu-las excepta corporis infirmitate: ⁊ hospitum susceptione contemnit.

Inepta letitia dicit. Ut quid animi gaudium letus abscondis. Egre-dere in publicū letus ⁊ dic aliquid vnde vel tu vl' p̄rimi tui irrideāt. Moderatus meroꝛ rñdet. Cōprime manem letitiā: qꝛ nec dū eua-sisti: penalē erūnē: necdū de exilio redisti ad patriā. Nōne apud oēs insanie iudicat̄: qui carceralib⁹ tenebris reclusus gaudere conatur. An forte memoria excessit qd̄ dñs dicit. Ve vobis q̄ nūc ridetis ⁊c. Et alibi mūdus aūt gaudebit ⁊c. Multiloquiū dicit. Nequaq̄ꝫ in-reus tenet̄: qui plura quidē sed bona loquit̄ sed ille qui salē nūc sꝫ mala dicere p̄bat̄. Discreta taciturnitas rñdet. Uerū est qd̄ dicis: sꝫ dum multa bona p̄ferri videnť: sepe ꝯtingit vt a bonis locutio ido-neis ad aliq̄d prauū diriuet̄: dicēte scriptura. In multiloquio peccatū nō deerit. Tenēdus est ḡ modus in loquēdo: ⁊ ab ipsis nōnūq̄ꝫ me-lius v̄bis parcēdū. sicut dauid fecisse se dicit. Humiliat⁹ sum ⁊ si-lui a.b. Fornicatio dicit. Si de⁹ misceri hoīeꝫ in voluptate coire nollet: in ipso hūani generis exordio masculū ⁊ feminā non fecisset. Carnis mūdicia rñdet. Nubēdi licētia q̄busdā. i. his qui ꝯtinentiā non sūt p̄fessi tribuit̄: fornicatio vō nulli ꝯcedit̄ impune. Appetitus seculi dicit. Quid pulchrius quid ve delectabilius esse pōt q̄ꝫ qd̄ in p̄-senti vita quotidie cernim⁹: o q̄ꝫ mirabilis celi camera in sole ⁊ luna ⁊ siderib⁹: q̄ꝫ oblectabilis terra in nemoꝝ floꝛib⁹: in fructuū suauita-tib⁹ in pratoꝝ riuoꝛūqꝫ amenitatibus ⁊c. Amor patrie rñdet. Si te ita delectant que sub celo sunt cur non mag' ea que supra sunt. Si carcer ita pulcher est patria ciuitas ⁊ domus qualis est. Si talia sunt que colunt peregrini: qualia sunt ea que possident filij. Quapropter recedat amor p̄sentis seculi: ⁊ succedat amor futuri.

¶ De Miraculis sanctorum petri ⁊ pauli. C. LIIII.

Idem in registro libro. iij. ad constantinam augustam. Serenitas vestre pietatis re-ligiōis studio ⁊ sanctitatis amore cōspicua propter eam que in honorem sancti pauli apostoli in palatio edificat̄ ecclesiam: caput eiusdem sancti pauli apostoli aut aliud quid de cor-pore ipsius suis ad se iussionibus a me p̄cipit debere trāsmitti. Il-la p̄cipitis: que facere nec possum nec audeo. Nam corpora sancto-rum petri ⁊ pauli apostoloꝝ tantis in ecclesijs suis choruscāt mira-culis atqꝫ terroribus: vt neqꝫ ad orandū sine magno illic timore pos-sit accedi. Denicqꝫ dūꝫ beate recordationis p̄decessor meus: argentū quod supra sacratissimum corpus sancti petri apostoli erat longe ta-men ab eodem corpore fere quindecim pedibus: mutare voluit: si-gnum ei non parui terroris apparuit. Sed ⁊ ego aliq̄d simile ad sa-cratissimū corpus sancti pauli apostoli meliorare volui: ⁊ qꝛ necesse erat vt iuxta sepulchrū eius effodi altius debuisset: p̄positus loci ip-sius ossa aliqua non quidem eidē sepulchro cōiuncta reperit. Que quoniam leuare p̄sumpsit: atqꝫ in alio loco transponere: apparen-tibus quibusdaꝫ tristibus signis: subita morte defunctus est. Post hec autem sancte memorie p̄decessor meus idem ad corpus sancti laurentij martyris quedam meliorare desiderans: dum nescitur vbi corpus esset venerabile collocatum: effoditur exquirendo ⁊ subito sepulchrum ipsius ignoranter apertū est. Et hi qui p̄sentes erāt atqꝫ laborabāt monachi ⁊ mā̄sionarij: qui corp⁹ eiusdē martyris viderūt: omnes īfra decē dies defuncti sunt: ita vt nullus vite superesse potuis-set: qui sanctū ⁊ iustū corpus illius viderat. Cognoscat aūt trāquil-lissima dñā: qꝛ romanis ꝯsuetudo nō est: qn̄ sanctoꝝ reliquias dāt: vt quicq̄ꝫ tāgere p̄sumāt de corpe: sꝫ tātūmodo in pixide p̄ndium mittit̄ atqꝫ ad sacratissima corpa sanctoꝝ ponit̄. Unde ꝯtigit q̄ bea-te recordatiōis leonis pape tp̄e sicut a maioꝛib⁹ tradit̄: duꝫ quidam greci de talib⁹ reliquijs dubitarēt: p̄dict⁹ pōtifex incidit: ⁊ ex ipsa in-cisiōe sanguis effluxit. In romanis nāqꝫ vel toti⁹ occidētis ptibus oīno intolerabile est atqꝫ sacrilegū: si sanctoꝝ corpa tangere quisq̄ꝫ fortasse voluerit. Qꝫ si p̄sumpserit: certū est: qꝛ hec temeritas impu-nita nullo mō remanebit. Pro q̄ re de grecoꝝ cōsuetudine qui ossa leuare sancto tñ se asserūt: vehementē miramur ⁊ vix credimus.

¶ Adhuc de corpib⁹ eoꝝ ⁊ cathena sancti pauli. C. LV.

De corporibus vō beatoꝝ ap̄loꝝ qd̄ ego dictur⁹ sum ... eo tp̄e quo passi sūt ex oriēte fideles venerūt: q̄ eoꝝ corpa sicut ciuiū suoꝝ repeterēt. Que ducta vsqꝫ ad secūdū vr-bis miliariū: in loco q̄ dicit̄ catacūbis collata sūt. Sed dū ea exinde le-uare oīs eoꝝ multitudo ꝯueniēs niteret̄. ita eos vis tonitrui atqꝫ ful-guris nimio metu terruit ac dispsit: vt talia denuo nullaten⁹ tentare p̄sumerēt. Tūc aūt exeūtes romani: eoꝝ corpa qui h' ex pietate dñi meruerūt leuauerūt: ⁊ in locis quib⁹ nūc sunt condita posuerūt. Su-dariū vō qd̄ sibi trāsmitti iussistis: cū corpe eius est: qd̄ ita tangi nō potest: sicut nec ad illius corpus accedi. Sed qꝛ serenissime dñe vrꝫ religiosum desiderium non debet esse vacuum: de cathenis quas ip-

et sanct⁹ paulus apl̄us in collo ⁊ in manib⁹ gestauit: ⁊ q̄b⁹ multa miracula in pplo demōstrant: ptē vobis aliquā trāsmittere festinabo si tñ hāc tollere limādo pualuero. Quia dū frequēter ex cathenis eis dē multi veniētes benedictionē petūt: vt paꝝ q̄d ex limatura pcipiāt assistit sacerdos cū lima ⁊ aliq̄b⁹ petētib⁹ ita ocius aliq̄d de cathenis ipsis excutit: vt mora nulla sit: q̄busdā vō petētib⁹ diu p cathenas ipsa lima ducit ⁊ tamē vt aliq̄d exinde exeat nō obtinet.

De Claue aurea sancti petri. C. LVI.

Idem in libro sexto theocliste ⁊ andree. Sancti petri apostoli clauē a sacratissimo eius corpore transmissam de qua videlicet claue hoc est gestum quod narro miraculū. Dum eam quidam longobardus ciuitatē ingressus in transpadanis partib⁹ inuenisset: qꝛ sancti petri clauis esset despiciens: sed pro eo q̄ eā aureā vidit: facere sibi ex illa aliquid aliud volens: eduxit cultellū vt illā insideret. Qui mox cultellum cum quo eā p partes diuidere voluit: arreptus spiritum sibi in gutture defixit: eadēq̄ hora extinctus cecidit. Et dū illic rex longobardorū autharith: atq̄ alij multi eius homines adessent: ⁊ ipse qui se percusserat seorsum mortuus: clauis vero seorsum iaceret in terra factus est oībus vehemētissimus timor vt eandē clauē de terra leuare nullus presumeret. Tūc quidā longobardus catholicus: q̄ sedebat orationi ⁊ elemosynis dedit⁹ minulf noīe vocat⁹ est: atq̄ ipse hāc leuauit de terra. Autharith vō p eodē miraculo aliā clauē auream fecit: atq̄ cū ea pariter ad sancte memorie decessorē meū trāsmisit: indicans quale p eā miraculū contigisset.

De Quibusdā miraculis sancti andree apl̄i. C. LVII.

Idem in libro octauo ad rusticanā patriciā. Elemosyna quā beati andree apostoli monasterio fecistis: quid necesse est me aliquid dicere: cū scriptum sit: absconde elemosynā in sinu pauperis: ⁊ hec pro te orabit. Si ergo apud secretas aures domini habet ipsa bona opera vocē suā. siue nos clamemus siue taceamus: hoc ipsū quod bene gestis clamat. Indico tñ qꝛ tanta miracula: tanta cura: tanta custodia monachorū: in eodē monasterio eiusdē apostoli est: ac si specialiter abbas monasterij ipse sit. Naꝫ vt pauca de multis loquar: q̄ abbate ac pposito monasterij narrantibus cognoui quadā die duo eiusde fratres trāsmissi sunt qui aliquid emere p monasterij humilitate debuissent vnus iunior q̄ prudētior videbat: alter senior q̄ custos iunioris esset. Perrexerūt vterq̄: ⁊ de pcio qd̄ acceperūt: ipse q̄ custos iunioris missus fuerat: nesciente altero de eodē pcio furtū fecit. Qui mox vt in mōasteriū sūt reuersi: atq̄ ante oratorij limē venerūt arreptus a demonio is qui furtū fecerat cecidit ⁊ vexari cepit. Dimissus aūt a demonio cōcurrentib⁹ monachis requisitus est: ne forsitan de eo qd̄ acceperat furtū fecisset. Negauit atq̄ iterū vexatus est. Octo itaq̄ vicib⁹ negauit: octo vicib⁹ vexatus est: post octauā vero negatiōeꝫ ↄfessus est: quantos nūmos furto abstulerat. Et agens penitētiā pstratus se peccasse testatus est: pceptaq̄ penitētia vlterius ad eū demoniū nō accessit. Alio quoq̄ tpe dum in die natalitio eiusdē apostoli iā meridianis horis fratres q̄escerēt: subito q̄dā frater aptis oculis cecatus cepit tremere: voces ingētes emittere q̄b⁹ vociferās testat ferre se nō posse qd̄ patiebat. Cōcurrerūt fratres: viderūt eum oculis aptis tremētē ⁊ clamātē: ⁊ a p̄sentib⁹ alienū: nihilq̄ qd̄ foris agi poterat sentiētē: eūq̄ in manibus leuauerūt atq̄ ante altare sancti andree apl̄i pieceerūt: ipsi quoq̄ p eo in oratiōe pstrati sūt. Qui statim ad se reuersus: q̄d passus fuerat ↄfessus est: qꝛ senex q̄dā ei apparuit: ⁊ canē nigrū ad eū dilaniandū dimisit dicens. Quare de monasterio isto fugere voluisti. Cūq̄ euadere de canis morsib⁹ nullo mō potuissem: venerūt q̄dā monachi: ⁊ eundē senē p me rogauerūt. Qui statim iussit canē abscedere ⁊ ipse ad me reuersus sū. Qui mihi se ↄfessus est postea dicēs: qꝛ eo die quo ista ptuli: ↄsiliū habueri de eodē monasterio fugere.

Adhuc de eodem. C. LVIII.

Alius quoq̄ monachus discedere ex eodē monasterio latēter voluit. Cūq̄ hoc mēte tractasset: voluit oratoriū igredi: ⁊ statim demonio tradit⁹ vehemētissime vexat⁹ est. Relinquebat vō a demonio ⁊ si extra oratoriū stetisset: nihil patiebat aduersi: si vō conat⁹ fuisset igredi statim maligno in spiritui tradit⁹ vexabat. Cū h' sepius fieret culpā suā ↄfessus ē. qꝛ de monasterio egredi cogitabat. Tūc p illo fratres collecti sese p triduū in precib⁹ astrinxerūt: atq̄ ita curatus est: vt ad eū postmodū nunq̄ malignus spiritus accederet. Dicebat autē eundem se beatū apostolū dū vexaretur vidisse: seq̄ ab eo increpatum esse cur voluisset abscedere. Alij quoq̄ duo fratres de eodē monasterio fugerūt: atq̄ aliqua prius colloquēdo fratrib⁹ signa dederūt: qd̄ per appiam descendentes hierosolymā tenderent. Qui exeuntes diuerterūt de itinere: ⁊ vt a sequētib⁹ inueniri minime potuissent. reclusas criptas iuxta flāmeā portā inuenientes in eis se occultauerūt. Cum vō vespertinis horis requisiti minime in ↄgregatōe inuēti essent ascensis caballis eos quidā fratres secuti sunt p metroni portam exeuntes: vt eos in latinā portā vl' appiā viā seq̄rent. Subito ↄsilio eis ortū est: vt eos in salariā viam requirerēt extra ciuitatē. Igit pgentes deflexerūt in salariā: eos vō minime inuenientes per portā flāmeā decreuerūt reuerti. Cūq̄ reuerterent: mox vt equi eoꝝ ante criptas illas venerūt in quib⁹ se abscōderāt: fixerūt gradū. Pulsati ⁊ cōpulsi: passum mouere noluerūt. Cōsiderauerūt monachi: rem talē sine mysterio esse nō posse. Attenderūt ad criptas viderunt earū aditus missa maceria dānatos. Sed caballis suis nusq̄ euntib⁹: descendentesq̄ deposuerūt lapides qui in itroitu criptaꝝ positi fuerāt. Ingressi sunt: eosq̄ in eisdem tenebrosis latibulis consternatos terre inuenerunt. Qui ad monasteriū reducti: ex eodem miraculo ita meliorati sunt: vt eis multū pfuerit: ad parū tpis de monasterio defuisse.

De sancta simplicitate ⁊ patientia libertini similiter preposti. C. LIX.

Idem in dialogo lib. j. Vir reuerēdissimus libertin⁹ regis totile tpe: fundēsis monasterij ppositus fuit: dūq̄ darida gothoꝝ comes cū exercitu in eūdē locū venisset: dei seruus ex caballo quo sedebat ab hoīb⁹ eius est piect⁹. Qui iumēti dānū libenē ferens: etiā flagellū qd̄ tenebat diripientibus obtulit dicens. Tollite: vt habeatis qualiter hoc iumentū minare possitis. Quibus dictis: protinus se in oratione dedit. Cursu autem rapido predicti ducis exercitus peruenit ad fluuium noīe vulturnū: vbi equos suos ceperūt singuli hastis tundere calcarib⁹ cruētare: sed tñ equi verberib⁹ fessi: calcarib⁹ cruentati: fatigari poterāt mouen nō poterāt: sicq̄ aquā fluminis tāgere: q̄si mortale precipitiū pertimescebant. Cumq̄ diu sedendo sessores singuli fatigarent: vnus eorum intulit: quia ex culpa quā seruo dei in via facerent. illa sui itineris dispendia tolerabant. Qui statim reuersi post se. libertinum reperiunt in oratione pstratum. Cui cū dicerent surge tolle caballum tuum. Ille respondit. Ite cum bono ego opus caballo non habeo. Descendentes vō inuitum eum in caballo de quo deposuerant leuauerunt ⁊ protinus abscesserunt. Quorum equi tanto cursu fluuium transierunt: ac si alueus aquam minime haberet. Sicq̄ factū est: vt dum seruo dei vnus suus caballus redditur: omnes ⁊ singulis reciperentur. Eodem tempore in campanie partibus bucellinus cum francis venit. De monasterio vero prefati dei famuli rumor exierat q̄ multas pecunias haberet. Ingressi oratorium franci ceperunt seuientes libertinum querere. libertinū clamare. Vbi ille in oratione prostratus iacebat: mira valde res: querētes seuientesq̄ franci in eum impingebant: ⁊ ipsum videre non poterant. Sicq̄ sua cecitate frustrati: a monasterio vacui sunt regressi. Quadam die is qui post honorati exitum monasterij regimen tenebat: contra eundem libertinum in graui iracundia exarsit. ita vt eū manibus cederet. Et quia virgam qua eum ferire posset minime inuenit: comprehenso scabello suppedaneo ei caput ⁊ faciem tutudit: totūq̄ illius vultum tumentē ⁊ liuidum reddidit. Qui vehementer cesus ad stratū propriū tacitus recessit. Expletis hymnis matutinalibus ad lectum abbatis venit orationem sibi humiliter petijt. Cumq̄ ille pro vtilitate monasterij ad constitutionē cause egressus fuisset: multi viri noti ac nobiles qui eum valde semper honorabant. admirati requirebant: q̄d hoc esset qd̄ tam tumentē ⁊ liuidam faciē haberet. Quibus ille dicebat. Hesterno sero peccatis meis facientibus in scabello suppedaneo impegi: atq̄ hec ptuli. Sicq̄ vir sanct⁹ seruaris in pectore honorem veritatis ⁊ magistri: nec patris prodebat vitium nec falsitatis crimen incurrebat.

De hortolano eiusdē monasterij ⁊ fure deprehenso. C. LX.

In eodem mōasterio q̄dā magne vite monach⁹ erat hortolan⁹. Fur ad hortū venire ↄsueuerat p sepē ascēdē: ⁊ occulte olera auferre. Cūq̄ ille mlta plātaret q̄ min⁹ inueniret: ⁊ alia pedib⁹ ↄculcata. alia direpta ↄspiceret: totū hortū circūiēs: inuenit iter vñ fur venire ↄsueuerat. Qui in eundē hortū deambulās repperit etiā serpentē. Cui precipiens dixit. Sequere me. Atq̄ ad aditū furi pueniens: imperauit serpēti dicēs. In nomine ihesu christi precipio tibi: vt aditū istum custodias: ac furem huc ingredi non pmittas. Protinus serpens totū se in itinere in transuersum tetendit: ad cellā monachus redijt. Cumq̄ meridiano tempe cūcti fratres quiescerēt: more solito fur aduenit: ascendit sepem: ⁊ dū in hortū pedē poneret: vidit subito quia tensus serpens clausisset viā. Extremefact⁹ post semetipsū

concidit eiusq; pes per calciamentũ in sude sepis inhesit. Venit hortulanus: pendentẽ in sepe furẽ repperit. Serpẽti aũt dixit. Gr̃as ago deo impleſti qḋ iussi. Recede mõ. Qui illico abscessit: ad furẽ ꝟo ꝑueniẽs ait. Quid ẽ frat̃: tradidit te mihi deus. Quare in laborẽ monachorũ furtũ totiẽs facere presumpsisti. Qui hec dicẽs: pedẽ ei⁹ a sepe in qua inhe͂serat soluit: eũq; sine lesione deposuit. Cui dixit. Sequere me. Quẽ sequẽtẽ duxit ad aditũ horti: ⁊ olera que furto appetebat auferre: ei cũ magna dulcedine ꝓbuit dicens. Vade ⁊ post hec furtũ nõ facias: sz cũ necesse habes: huc ad me ingredere ⁊ q̃ tu cum peccato laboras tollere: ego tibi deuotus dabo.

De Virtutibus sancti abbatis equicij. C. LXI.

Ex historia eiusdē. Instāte aūt die dedicationis eiusdē eccle in kal. marcij nocte q̄ diē ipsam p̄ueniebat: p̄plis ex more ab ecclia fecessis: quatenus die crastina liberior epis prepareret̄ ingressus res cōtigit digna memoratu q̄ ⁊ tempoz futuroz etatib⁹ fideli īnotescat relatu: an ianitorū ignorantia incertum habemus an industria contigerit: leprosus quidā excubitorib⁹ tñ non incognit⁹ in ecclesia predictoz martyrū fide plen⁹ pernoctauit sacrūq̄ loci vigiliarum gr̄a solus occupauit. Reliq̄ siquidē vt dictū est p̄pli: ⁊ ipsius ecclesie custodes forinsecus excubabāt. In ipso aūt noctis conticinio tantū iubar totā illā ecclesiā illustrauit: vt multorū cereorū splendor illi iubari cederet: vtpote quā sol diurnus suo iubare illustrasset. insomnem ducebat leprosus noctē illam. ⁊ pre claritate ineffabili obstupuit ⁊ si quid subsequereē lucē illam solertissimus expectare cepit. Ecce aūt repēte dñs ihesus pontificū pontifex cū illis suis familiarib⁹ beatis aplis petro ⁊ paulo affuit: sctūq̄ illud collegiū sibi adiūxerat martyres gloriosos: dionysium: rusticū ⁊ eleutherū. Quem [illegible] hauri [illegible] frequenē [illegible] bat: sed omnes ⁊ oīa visibilib⁹ oculis perpendebat. Videbat namq̄ ipsum [illegible] dicationis luculenter illis parietibus imprimentē: ⁊ seriatim officiū epale complentē ipsum venerabilē fideliū suorū processionem subsequentem: inter quos specialiter ⁊ predictos aplos ⁊ inclitos martyres annotauit. Completoq̄ de more dedicatiōis officio: ad ipsum saluator accessit eiq̄ voce q̄ posset intelligi dixit: intrepidus mecū ⁊ foris expectantib⁹ nostris epo que vidisti ⁊ q̄ tibi mandamus aperi: ne soliciteē decetero pro dedicatiōis ecclie officio: qm̄ tute ei manū consecratiōis adhibuimus: ⁊ prout vidisti totū consecrationis officiū expleuimus. Leprosus autē ⁊ pro ordine dīe expectate visionis iam securior: ⁊ pro saluatoris alloquio aliquātulū hilarior ⁊ quis inq̄t dñe mi dictis meis aurē credulā accōmodabit. Ego olim hoīū miserrimus ⁊ abiectis plebis factus: apud hoīes testē loci nō habeo: qm̄ sicut vides elephantina peste deformiē laboro. Quid multa ad elephantuosū accedit saluator ⁊ leui tactu faciei eius manū admouit: eiusq̄ caput circūtetigit ⁊ mirū īmodū ablata cū ipsis horribilib⁹ pustulis cute ipsaq̄ cesarie leprosum sanitati potestatiua medic⁹ restituit ⁊ ipsaz quā capiti ei⁹ carneā tunicā detraxerat lapidi qui proxim⁹ erat imposuit: eamq̄ sicut heri ⁊ nudiustertius fuerat effigiatā cū ipsis vlcerib⁹ manere fecit: vt ipsaz faciē ex toto illam faciē verā putares ⁊ de leprosa effigie nihil dubitares ⁊ adiecit. Vade inquit: ⁊ si tibi nō credent istis saltē signis nullatenus discredent his dictis ⁊ lux illa q̄ pro sui magnitudine multoz luminariū iubar obfuscauerat astitit ⁊ beata visio inspectantis oculis disparuit.

De [illegible] eiusdem miraculi C. XXXVII.

Jco illuxit ⁊ quidā matricularios ecclesie [illegible] leprosū reperiūt. Rogat se ad imperatorē conduci: rem siquidē inq̄t ad eū habeo secretā. Ad dagobertū adducitur ⁊ diuini oraculi seriē p̄loquiē: vere dedicationem istius ecclesie dño deo factam hac in nocte vidi ⁊ audiui ⁊ ita demū redditus sum sospitati. Et extendens digitum: hec est inquit fenestra per quā dñs aulam hanc introiuit. Si mihi nō creditis saltē venite ⁊ ipsis operibus credite. Et adduxit eos ad lapidez nobilibus exenijs insignitez admiraē qm̄ adhuc de veritate ambigebat: videbat hominē peregrinum ⁊ tanq̄ mendicantē aspernabatur ⁊ egenū. Tandē discredenti detracta satisfecit cesaries ⁊ super lapidem posita index miraculi leprosa fuit effigies. Indubitandum ⁊ eandem prebebat testimonium: decorati vultus superstes indiciū: vt enim verū fateat liniamenta membroz capitis aurū dico ⁊ palpebarū oris ⁊ narium in suis locis manebāt īmarcida: quatenus omni ambiguitate procul expulsa de miraculi veritate ceruicosi etiam ⁊ increduli si qui fuerant superant confutareē ⁊ crederent. Naz vt magis stupeas mollis auricula licet intus manis ⁊ vacua durans integra sic riguerat acsi genuinis ossibus sustentareē ⁊ carnibus alereē. Albugines etiā ⁊ spergines elephātine percussiōis sic illo in paleo dig̃scebanē vt adhuc ipse

ulcerose cicatrices humore intercutaneo sudare viderent. Asperitus rumor et certus ad ammirationē et gratiarū actiones, inuitat ēpos et cōglobatos ad dedicationē: ad laudē cogit populos. Uisum ibant oēs certatim. leprosi capitis formā intuebant: et admirabant: et congratulabant. Parietes diuinis insigniti manibus rei geste testimoniū phibebāt. Que et signa nec abolita nec abolēda: usqꝫ hodie totū ita factū proclamāt. Alloquunt seniores luculēter populos: et ostensa oībus cesarie tollunt ambages de medio. Recōdit cesaries illa cōpacta in capsula quā usqꝫ hodie inter honorabiles reliq̄as et gēpis celebriores illius ecclesie ōseruāt scrinia: utpote quā ipa dei manus tetigerat. Cōuenerūt autē populi: et qm̄ nomē ei⁹ ignorauerūt. extunc eū sanctū peregrinū vocitauerūt letiores redeūt ad ppria: et de diuinitus cōsecrata passim cōtestant ecclesia. Dagobertus super hoc nō mediocriter letificatus de honorāda ecclesia cogitauit: et ne cui decetero subiceret nisi romano pontifici: priuilegio beati Petri fecit eā muniri. Insuper etiā regalibus eam donarijs honorauit: cui quicqd de suis fiscis regalibus cōferebat parū erat.

¶ De sancto Magnobodo andegauensi epo. C. XXXVIII.

Et gestis eius.

Tēporibus huius Dagoberti claruit scūs magnobodus andegauēsis ep̄s: cui⁹ festū celebrat .xvij. kal. nouēbris. Qui. s. Dagobertus fama bonitatis ei⁹ cōperta: eū ad se paris⁹ accersiri pcepit. Cū ergo ciuitatē ingrediens valuas trāsiret. rei q̄ in ergastulis tenebant. cōperto eius aduētu: vocibus īportunis eius solatia petebāt. Judicem ergo adiēs: rogare cepit: vt dānatis veniā pstaret. Et volūtati eius aduersans eū sine affectu abire fecit. q̄ ecclesiā qua tendebat ingressus chrīstū exorauit. vt nonnullos liberaret a nexib⁹: repēte cōpedes sunt attriti manicis: qꝫ cōcussis aditus carceris libere vinctis patuerunt. psilientesqꝫ et scī viri vestigiis prouoluti gratias retulerūt. Idē vir diocesim sibi cōmissam illustrādo circūiens cū ad prediū qd̄ ortuniacus dicit puenisset: pueri garruli cōuicia nephanda ludēdo iactabant. Quos illo intuente: subito vnus ex eis pulueri mixtus: cū oī pernicitate rapt⁹: per aeris vasta more globi hac illacqꝫ ferebat. Tūc sodales cū parētibus tristes ac territi p deuia queqꝫ ac rupiū et valliū anfractus sectātes: nihil profecerūt. Jamqꝫ desperatione adacti: tandē p inuia ac dumosos tramites satiscētes puerū repperūt inter cōdensa veprīū semianimē: et vix exilē anhelitū trahentē. quē parētes cū magno gemitu pallio inuolutū: et pene cūctis artubus discerptū: in pñtia sancti viri obtulerūt q̄ apprehēsa manu eū leuauit et vite pristinē ac valentem parentibus reddidit. Quodā vo tpe cū iter faciēs nauali solatio ad transmeandū fluuiū indigeret linther circa amnē situ videbatur. sed deerat qui ei adducere conaret. qui cū more solito ad orationē cōfugeret: repente prora ex loco in quo annexa tenebat exiliēs absqꝫ remige ad littus in quo pstolabūdus aderat natādo deuehit. q̄ deo grās agēs cū oī comitatu suo in eā descēdit: et ad locū quo tēdebat prospero cursu puenit. Quodā tpe cū ex famis inedia vt virū dei vt cōsuetū erat agmina pauperū vndiqꝫ cōfluerēt. ipse vt baptiste largitor agapem fecit: et oēs vsqꝫ ad satietatē refecit. Cūqꝫ clientuli ei⁹ summā nūmorꝫ indagarēt q̄ in cibis pauperū distributi fuerant. duplicata repperūt q̄ erogādo ōsūpserāt. Abbas qdā heracli⁹ virtutib⁹ ei⁹ inuidēs. p viros malicie sue ōscios. poculū mortifer clā ei ppinari iussit. quos ille ad se venire ōspiciēs pstigia eorꝫ mortifera diuinitus itellexit. Sed euāgelici pcepti memor: oēs eis humanitatē in cibo et potu exhibuit. deinde monita salutis adhibēs: vt a tam nephanda versutie secederēt. ne stricti⁹ pena in baratro mulctarētur psuasit datoqꝫ pacis osculo indemnes abire fecit.

¶ De heresi heraclij et principatu ac lege machometi. C. XXXIX

Ugo

vbi q̄ Per idē tpe sūt⁹ alexādrin⁹ ep̄s et sergi⁹ cōstātinopole⁹ pr̄iarcha monothelitarꝫ heresim pdicabāt. q̄. s. vnā tm̄ i chrō nāꝫ eē putabāt. a qb⁹ deprauat⁹ heracli⁹ august⁹. p⁹ tātas victorias oberrauit a catholica fide. vn̄ diuino iudicio agareni q̄ et saraceni dicūt humaro duce ei⁹ iperiū grauit ceperunt lacerare. Nā humar⁹ damascū et regionē phenicis et hierl'z totāqꝫ syriā occupauit: et antiochiā cōphēdit. Peromos⁹ ē ēt mauchias a pfato tyrāno ptos et amiras toti⁹ regiōis q̄ est ab egypto vsqꝫ ad eufratē. Hac ptere a tēpestate saraceni q̄ et turci dicūt: machomet pseudo ppha eis ducatū pbēte a suis sedibus exierunt: et imperiū Heraclij grauiter deuastare ceperunt. Porro iste Machomet saracenorum et Arabum princeps et pseudopropheta fuit de genere Jsmael filij Abrahe. Qui cū in prima etate sua esset mercator. pergebat frequenter cum camelis suis apd̄ Egyptū et palestinā cum iudeis et Christianis a quibus tam nouū q̄ vetus didicit testamentum. Sed et magus perfectissimus effect⁹ est. Et cū hac illacqꝫ discurreret: cōtigit vt corozoniā ingrederet prouinciā. cui⁹ pncipis dn̄a cadigā noiabat. q̄ cū diuersas spēs q̄s secū machomet attulerat miraret: cepit et pfata mulier familiari⁹ adherere. Quā machomet incantationū suarū prestrictā fantasmate cepit astu paulatim in errorē inducere: dicens ei: q̄ ipse esset messias: quē eē venturū adhuc iudei expectant. Suffragabant vbis eius tā incantationū prestigia q̄ calliditatis eius ingenia copiosa. qua opinione nō solū potēs mulier est decepta: sed et oēs iudei: ad quos fama eius ptingere poterat: ad eū cū saracenis cateruatim ōfluebant: attoniti tāta nouitate rei. Quib⁹ cepit nouas leges fingere et eis tradere adhibēs eciā i quis legib⁹ testimōia de vtroqꝫ testamēto. Quas leges ismahelite suas appellant: eūqꝫ suū legislatorē eē fatent. Prefata quoqꝫ mulier videns hominē iudeorꝫ et saracenorꝫ pariter contubernio vallatū: existimabat in illo diuinā latere maiestatē. Et cū esset vidua assumpsit eum sibi maritū. Sicqꝫ machomet totius prouincie illius obtinuit principatum. Deinde vo arabes ei adherētes: regnū persidis ceperūt infestare: ac demū oriental imperij fines vsqꝫ alexandriā sup heracliū inuadere. Post hec vo machomet cepit cadere frequēter epilentica passione. Qd̄ cadigam cernēs oppidō tristabatur: q̄ nupsisset impurissimo homini et epilentico. Quā ille placare desiderās: talib⁹ sermonib⁹ demulcebat eā dicēs: q̄ gabrielem archangelū loquentē mecū ōtēplor: et nō ferēs splēdorē vult⁹ eius: vtpote carnalis hō deficio et cado. Credidit ergo mulier: et oēs arabes et ismahelite: q̄ ex ore archāgeli gabrielis illas susciperet leges quas suis discipul' dabat: eo q̄ gabriel archangelus sepe a deo mittatur hominibus sanctis.

¶ De Quibusdam libellis: in quibus agitur de ipsius fallacijs. C. XL.

Ctor.

Fert autē eē libell⁹ in partib⁹ trāsmarinis de machometi fallacijs. in quo legit: q̄ ipse volens sibi conciliare aīos populi arabū: dicebat se esse prophetā ad eorū salutē diuinitus missum: et videlicet legē iudeis et christianis: q̄ nimirū rigida nimis ac seuera eēt: mitiorū preceptorꝫ pmulgatione temperaret. Et vt eiusdē missioni ad instar moysi pdigia quedā viderent attestari: populū assignata die ōuocauit ad certū locū: q̄si legē diuinit⁹ missam in signis et pdigijs accepturū. Tunc eo sermocināte ad populū columba: que in vicino erat ad hoc ipsum fallaciter edocta: sup humerū eius aduolans stetit. et in ei⁹ aure iuxta morē solitū grana inibi reposita comedēs q̄si vba legis ei suggere simulauit. Taurus quoqꝫ sibi ad hoc ipm ōsuetudine q̄dā edoctus: vt de manu ei⁹ pabulū acciperet: ad vocē ei⁹ corā pplo venit. et q̄si legis noue mādata celit⁹ missa: q̄ ipse cornib⁹ ei⁹ alligauerat detulit. Sed et piceras lacte ac melle plenas: q̄s ipe in certis locis terre latēter infoderat: q̄si p diuinā reuelationē: ibidē effodi fecit. et pplo velut in signū habundantie future: quā p eiusdē legis obseruantiā idem ppls mereri iuberet ostēdit. Sicqꝫ q̄si miraculis et magnalib⁹ diuinis congratulantes et acclamātes seduxit: atqꝫ ad legē suā q̄si diuinā recipiendā ptinaciter aiauit. Porro de libro regis ipsius: q̄ alchoran⁹ dicit: q̄liter ōfictus sit et q̄s dilacerat⁹ atqꝫ cōfusus dicetur paulo inferius. Hic eni pauca libet inserere de libello disputatiōis cuiusdā saraceni et cuiusdā christiani de arabia sup lege saracenorꝫ et fide christianorꝫ inter se. Qui ambo pbati pbi: et in secta sua perfecti cuidā admirabili regi saracenorꝫ erāt familiares ac noti. sibiqꝫ inuicē amici charissimi. Hūc aūt librū fecit dn̄s petr⁹ abbas cluniacensis de arabico in latinū trāsferri a mgr̄o petro toletano. iuuāte petro monacho scriptore: cū eēt idem abbas in hispanijs cōstitut⁹ cū imperatore adefonso eo anno quo idē imperator choriā ciuitatē cepit: et inde saracenos fugauit.

¶ De origine ac vita ipsius. C. XLI.

Omo igitur

iste videlicet machomet pupillus fuit in sinu patrui sui abdamanef: q̄ cognoiat abdemutalla. In cui⁹ tuitione pater ipsius moriens eum commēdauerat. eratqꝫ tutor et curator illi⁹. Ipse vo pterea cultor fuit idolorū: q̄ vocant ellech et alexe in mecha. cū oī domo et generatiōe sua: sicuti in sua scriptura testificat dicēs ita dictū sibi fuisse: Nōne tu fuisti pupillus et collectus es. et i errore et iustificat⁹ es. et paup et ditat⁹ es: Ita q̄ vixit vsqꝫ quo puenit ad seruitiū camelorꝫ adige filie hulerdan⁹ factus fuerat mercenari⁹. Et pficisc ebat cū camelis in syria et in alia loca: donec duxit eā vxorē: inueniēte eā quā tu scis. Postq̄ vo se ditatē factā eiusdē mulieris opib⁹ vidit. conat⁹ est sup gentē et patriā suā regnū arripe. sed dū h' ad effectū put cupiebat nō posset pducere: p'ertim cum paucos adhuc fautores haberet: et arte et ingenio magno vsus est. vt. qui rex eē nō poterat pphetā se dei simularet esse et nunciū

Hoc displicuit oī parentele ⁊ generationi eius q̄ vocabat̄ choraie. Cumq̄ȝ hoc modo ꝓphete sibi nomē vsurpasset: ingressus est ad homines q̄ tāto facilius q̄libet astutie machinatione decipi poterant: quāto lōgius ab oī sapiētia ⁊ vsu ciuilitatis. totiusq̄ȝ humane prudētie honestate ꝑ agros ⁊ villulas sequestrati. q̄d dei nūcius vel ꝓpheta esset: aut in quo cognosci deberet. deniq̄ȝ q̄d inter veritatē et mendaciū. inter fatuitatē distaret ⁊ sapientiā discernere nesciebāt. Ad hos decipiēdum: cuiusdā astrologi cui᷒ postea nomen ⁊ causaȝ dicemus. ope ⁊ cōsilio nō mediocriter cōfortatus. hoīes ad se pestiferos ⁊ viarū insidiatores. fugitiuos quoq̄ȝ ⁊ homicidas sibi aggregauit. quos etiā ad densa siluarū: ad cacumina montiū: ⁊ ad ꝓpinqua fontibus loca circūquaq̄ȝ mittebat. insidiari. s. negociatoribus ⁊ iter agētibus ad interficiendū eos. ⁊ diripiendū tam camelos q̄ȝ cetera q̄ ducebant. vel q̄ negociationis vl̄ necessitatis causa portabāt.

C De Furtis ⁊ latrocinijs eius. C. XLII.

Eipso etiā [illegible] q̄ ꝑmo tpē ꝓphetie sue cum de ciuitate veniret ad [illegible] ⁊ inueniret hoīeȝ camelū habētē. eundē illi camelū abstulit: ⁊ cū iam quinq̄ginta triū annoȝ esset: tali bñficio ꝑdicatiōis sue ꝑmordia dedicauit. Habuit aūt ibi q̄draginta de suis qui affuerūt custodiētes eū ab illis de mecha. quos valde infestos habebat. eo q̄ ipsi oēs artes ei᷒ ⁊ maleficia nossent. Oderāt q̄ppe illū inimici: q̄ cū latro ⁊ pestifer esset. ꝓphetā dei se esse stultis hoīb᷒ mentiebat̄. Abijt autē in ciuitatē quādā destructā: quā ex maiori parte iudei paupes inhabitabāt. in quā cū ingrederet̄ volēs ostēdere iustitie sue regulā ⁊ ꝓphetice modū. pupillis cuiusdam carpētarij filijs domū abstulit: ⁊ in eā mesquidā fecit. Deinde misit in ꝑma sua expeditione hamzetā filiū abdumelech cū comitatu triginta viroȝ. ad siluas regionis in hemere rapere camelos chorais q̄i reuertebant̄ de Syria. Cūq̄ȝ illi occurreret hehegel fili᷒ hysscnin trecētis viris de mecha dispersis vbiq̄ȝ cū eo erāt nullū certamē ausus cōmittere fugit. Post hec in scd̄a expeditione misit hugaida alarach filiū almuchallabi sicut tu nouisti in. lx. milib᷒ vt esset duplex numerus ꝑmo cetui nec facile ab aliquo terreri possent ad loca ꝓpria alfagati. Cui occurrit ebezesin cū suis milib᷒. Inter quos tāta extitit effusio sanguinis quantā ipse nouisti. Ego aūt nullū ibi ab angelis adiutū esse audiui cū dicat̄ in alcorano: q̄ angelus Gabriel in similitudinē equitāis sup albā equā hñs vestimēta viridia comitat᷒ fuerit filios israel. cū eos ꝑseq̄ret̄ pharao in q̄dringētis curribus. Sed veniam᷒ ad tertiaȝ expeditionē. in q̄ cū missus esset Saad fili᷒ ebibacad. fr̄ nō lōge ab algafati in viginti viris ⁊ nō inuenisset camelos. iā enī q̄nta die trāsierāt: spe sua ⁊ desiderio frustrat᷒: inanis ⁊ vacuus redijt licet autē tres iste expeditiōes sufficere possint ad cōuincendā falsitatē tui ꝓphete. nō tñ alias ipsi᷒ q̄s ꝑ se voluit facere ipꝛobitates tacebimus illā. s. ꝑmū cōmemorātes: q̄ egressus ē ad capiēdos camelos chorais qui venit ad locū q̄ dr̄ guedē. Ubi cū cōuenisset umbaē filiū gubselmubit: ⁊ nō ꝑualeret aduersus eū: redijt vacu᷒. Iteȝ exijt ꝑ semetipsū donec veniret iabo. q̄rēdo iterū camelos chorais: q̄ erāt apud sem. ⁊ q̄b᷒ insidiabat̄ i redeūdo. ⁊ q̄uis tūc ꝑ eis acriē dimicaret: tandē cōfusus abscessit. Aduētes si hmōi expeditiōes ad dei ꝓphaȝ debeāt ꝑtinere. i q̄b᷒ nihil aliō q̄ȝ fraus ⁊ violētia: ⁊ hūani sāguinis effusio ⁊ q̄cq̄d ꝑssus latrones ⁊ viarū insidiatores faciūt agebat̄. Fuerūtq̄ȝ expeditiōes ipsi᷒ vigintisex ꝑter insidiaȝ assult᷒ q̄ fiebāt nocte ac die. quarū nouē ipsemet fecit reliq̄s socijs imparuit.

C De Crudelitate ipsius. C. XLIII.

Faciebat etiā qd̄ peius est vt si q̄ ei i istis suis machinis contradiceret vel in aliquo eū repꝛehēderet statī eos vbicūq̄ȝ sibi cōtingeret. aut ꝑ se aut ꝑ suos. dormiētes siue vigilātes ꝓditione iugularet: sicuti senē illū iudeū dormientē securū in lecto suo ideo iugulari fecit: q̄ se ab illo vituparū dicebat. Quis vnq̄ȝ nō dico ꝓphetā: sed q̄ vel in modico q̄lēcūq̄ȝ dei notitiā haberet: talia fecisse auditus est. An nō poterat aliē de iudeo illo suas iniurias vīdicare. nisi dormiētē cōfoderet. qd̄ nō solū apud deū: sed ⁊ apud oēȝ creaturā ipso mundū sup oīa mala horribile ē. Certe qd̄ de brutis aīalib᷒ ipsa humani cordis nālis affectio fieri detestat̄ adeo vt pupillos auiū in nido reptos nullaten᷒ occidere ꝑ lege teneat: iste de hoīb᷒ faciebat. Ubi igit̄ hō illi. nisi ex diaboli pte q̄ ꝓditor ⁊ homicida ꝑm᷒ ab initio extitit inesse poterat. qd̄ ⁊ humano ⁊ diuino iudicio oēs ipietates exuperat. vbi est qd̄ dicebas eū i sua scriptura dixisse. Missus sum ab hoīes cū pace ⁊ misericordia. Hec ⁊ his silia q̄ si ꝑ singula dicerent̄: possent fatigare legentē tu vide si ꝓphete dei opa sunt. Nā illā ridiculosaȝ ipsius expeditionē supfluū puto retexere. in qua cum ei perscisso labro dentium etiam inferiorū medius excussus fuisset. insup et a gutbebat filio abhiacad in frōte ⁊ facie vulnera suscepisset. sinistrumēte dextrū cū humero brachiū pene illi sustulerat: nisi a thale filio humetcalla qui ibi digitū ꝑdidit: defensus euadēt: cui tñ digitum qd̄ satis ꝓphāȝ decuisset nō restituit. ostēdens q̄ȝ alien᷒ sit ab illo q̄ sicut euāgeliū narrat etiā inimico auriculā abscisā reddidit. Iste enī nec amico qui se ꝑ illo mori obtuerat l aliquo [illegible] potuit. Et vbi erāt angeli qui olim cū ꝓphetis semꝑ fuisse leguntur eosq̄ȝ a ꝑsecutorib᷒ defendisse. sicut heliā ab achab. danielē et socios eius a nabuchodonosor multosq̄ȝ alios quos enumerare lōgū est. Ego autē mirari nō sufficio quo pacto tibi ꝑsuasum sit dei esse nūcium ꝓphāȝ hoīem cui᷒ vt breuiter eius facinorosam vitam demonstrē. nulla fuit alia opatio vel meditatio: q̄ȝ homines interficere aliena diripe: incestus ⁊ adulteria ꝑpetrare.

De Impudicicia eiusdem ⁊ flagicijs. C. XLIIII.

Uitale dedecus in scriptura ꝓphetie sue sibi facere nō erubuit: vt diceret datū sibi renibus a deo quadraginta viros in coitū potētissimos fortitudine libidinis adeq̄re. vbi quoq̄ȝ inter cetera nō᷒ odoriferis ⁊ mulierib᷒ se delectari dicit. Sed vt etiā de his aliquid noīatim dicam᷒. nōne ipse cū adamasset zamech filiā gaysi vxorem zaidi ⁊ nō posset eam habere. deū illi in alcorano introduxit loq̄ntē ita. Cui dedit deus ego illi faciā virum tuuȝ retineri sup te. tu aūt timebis deum ⁊ celabis qd̄ facturus est. Et si times hoīem. magis deum. Iteȝ ad seipsū loqui deū faciens. cum inq̄t cōpleuerit zaidi vir ei᷒ votū suū in ea. tūc eam dabimus tibi. Nihil est enī ꝓphete difficile. in eo qd̄ deus instituit. Quid vō turpius dici pōt q̄ȝ quod se in sua vxore que vocabit̄ aysa: ipse fecisse dicit̄. Hec enim cum pulchra eēt ⁊ libidini dedita. diligebat̄ a zhaphagam filio almubachan ethsulemi. q̄ ⁊ consuetudinariū cuȝ ea stupꝛum gerebat ipso machomet sciente ⁊ cōsentiēte. Cūq̄ȝ multi inde loquerēt̄ ⁊ testificarentur maximeq̄ȝ musathal ⁊ hazen. ad vltimum vero hali filius abitalib princeps ⁊ nobilis int̄ suos inde eū liberi᷒ argueret. copiā mulieȝ esse dicens. nec decere tātū hoīem a muliercula dehonestari. dignāq̄ȝ esse repudio cōfirmaret: rñdit nullā sibi a deo chari᷒ vel dilectā: vtpote quā virginem acceperat. ⁊ adhuc iuuēcula videbatur nō se inde curare. nec ꝓpter hoc mulierē sibi habilem dimissurum. vnde vsq̄ȝ hodie odiū est in arabia inter generationē ayse ⁊ generationē hali. Postmodū vō dicit i alcorano mulierē illā inocentē esse et sibi hoc diuinit᷒ reuelatū. Fuerunt aūt vxores eius q̄ndecim ingenue: et due ancille. quarū vna fuit humetilune: cui᷒ nomē erat filia abiumea. ipsa est seducta mater isātiū de q̄ dixit machomet q̄ auferet ab ea zelū qui discessit ab eo ad mr̄em suā fugiēs vxorē gaiere. quā postea reuocauit dans ei vestes ⁊ ornamēta ⁊ duas armillas Ipsa vō accepit hec de possessione huius seculi et futuri. Alia fuit zameb filia gaysi. zaidi cui ipse misit portionē carnis. ⁊ ipsa respuit. Unā ⁊ ipse indignat᷒ est in ea ꝓpter illā quoq̄ȝ in alias vxores suas ꝓposuit se ad nullā eaȝ ingressurū ꝑ vnū mensem. ingressus tñ vicesimonono die. Alia quoq̄ȝ zaphia iudea alabastria filia hai filij aptab. quā docuit gloriari super alias vxores suas que improperabant ei iudaismū ⁊ vt dicēt eis: Ego cuius pater est aaron patruus moyses. marit᷒ machomet. O q̄ȝ lōge ē ab ista impura ⁊ turbulenta doctrina christiane discipline pia ⁊ sācta religio. si vna sola vxor a dei amore impedit hominē. quō qui tātas habebat officiū ꝓphete cōgrue adimplere poterat. Officiū nāq̄ȝ ꝓphete nō aliud ē q̄ȝ ieiunare: orare ⁊ ꝑdicare: ⁊ his silia bona opera facere. quibus miror si homo tantis flagicijs deditus vnq̄ȝ potuit vacare.

De Hoc quod [illegible] ꝓpheta dictus sit. C. XLV.

Quod si quis obiciat multos male vixisse [illegible] quoniam etiā vester ꝓpheta docuerat videam᷒: ꝓpheta est ignota p̄dicens. siue de preteritis: siue de futuris. Scimus aūt q̄ olim qui ꝓphete fuerunt nō statim q̄cūq̄ȝ hoc nomē vsurpasset auctoritatē habebat. Sed longa ⁊ diuturna vite sanctitate signe quoq̄ȝ ⁊ miraculis a principib᷒ et ꝑplo dei primitus cōprobatus huius nominis gloriā obtinebat si dixeris eū multa preterita enarrasse. veluti. s. de adam. de noe. de abrahā de moyse ⁊ christo. vtinā sicut apud nos erant ipse ea veraciter predicaret ⁊ nō per multa mēdacia delirans. totam pene scripture sancte veritatem subuerteret. Quantum ergo ad preterita iam de ordine ꝓphetarum excidit. qui tot mendacijs veritatē corrupit. Sane si aliq̄s fabulas forsitan ad suū libitū cōposuit. que nunq̄ȝ audite sunt. nullaten᷒ ei credendum est. q̄ hoc a quolibet facile potest fieri ⁊ ipse iam in alijs mēdax ꝓbatus est. De futuris vō q̄ nihil dixerit. nec seipsum ignorare puto maxime cū in tota scriptura eius nihil tale inueniat̄. vnde et q̄uis

ad futura a ꝓphetali grã exclusus. Iam nec signis nec miraculis nec ꝓphetia. nec vita inter ꝓphetas esse merebit. nã illud totũ quod de paradiso q̃si ꝑdixisse videt. ad nihil aliud nos cogit. nisi vt dicamꝰ eum ita mentiri de futuris. sicut ꝓbatꝰ est mẽtitus fuisse de ꝑteritis. De signis vero ꝛ miraculis q̄ non sint illi data a deo. ipse sibi testis est. dicẽs ita sibi dictũ a deo. nisi sciremus eos tibi nõ credituros. sicut nec aliis crediderũt: daremꝰ tibi signa ꝛ ꝓdigia. Iterũ forsitan dices: qꝛ nisi esset ꝓpheta nunq̃ ad talẽ potẽtiã ꝑuenisset. maxime cũ socii eiꝰ pauci essent numero q̃n pugnauit cõtra regẽ persarũ. q̄ erat fortissimus atq̄ potẽtissimꝰ ꝛ obtinuit triũphũ. Q̃uis vero semp illi q̄ dei cultores sũt hostes suos supent. tñ inueniunt etiã in scriptura sacra pauci idolatre multos israelitas fugasse. Sed ꝛ illi q̄ semp vincũt. nõ ꝓpter sua merita semp vincũt. sed qꝛ illi cõtra quos dimicãt: tali pena digni sũt. Nihil eni mirũ ẽ ꝑsarũ gentẽ idolatrã ꝛ spurcissimã a machomet victã eẽ. nõ qꝛ ipse melior illis erat. sꝫ q̃n ipsi hoc ꝓmeruerãt vt a sibi ꝯsili diabolo punirent. Illud deniq̄ qḋ sibi dicit deũ dixisse: nisi sciremꝰ eos tibi nõ credituros. ꝛc. ad arabes q̄d ꝑtinebat: q̄ nec ꝓphetã viderãt. ꝛ iõ nec signa ꝓphetica cõtẽpsisse vnq̃ potuerãt. Cuiꝰ aũt ĩpudẽtie est dicere illos signis eiꝰ nõ credituros: q̄ nõ sine signis tñ. sed ꝛ sine aliquo alicuiꝰ boni idicio. qḋ nec pecora facere debuissent: pessime vite homini crediderũt.

De Fabulis ab eo cõfictis. C. XLVI

Ulla ergo illũ tam philosophicis rõnibꝰ q̃ diuinis auctoritatibꝰ sua etiã cõfessione ab oĩ ꝓphetali grã extraneũ eẽ ꝓbauimꝰ restat vt q̃les sint fabule in q̄bꝰ ꝯtra id qḋ supra dixerat signa se fecisse asserit videamꝰ. Dicit itaq̄ ibi: q̄ aliq̄n audiẽs vlulãtẽ lupũ: sociis ait se ex voce eiꝰ itelligere: q̄ lupus ille iter alios maior et ꝑceps oĩuꝫ eẽt. O signũ ꝓpheticũ. Nõne silr potuit dicere: q̄ lupꝰ eũ i illa voce ꝓphetã eẽ signaret. Quis eni ide illũ posset arguere cũ q̄d iter se lupi dicãt: hoĩes nesciãt. Certe fabulã hãc multo vrbaniꝰ si q̄d itelligeret cõponere potuisset. Sicut ꝛ de quodã alio lupo ibi refert: q̄ cũ allocutꝰ fuisset vehebẽ filiũ haireb ꝯmi: statĩ sic factꝰ est saracenꝰ. vbi si leonẽ ꝓ lupo ille fabular cõpositor posuisset: multo elegãtior fabula extitisset. Sꝫ nõ imerito fabulis suis ꝑcipue lupos inteꝛuit: q̄ more lupi rabidus semp ꝛ cruẽtus icessit. Qui etiã bouẽ ꝯroai dño suo locutũ fuisse dixit. ꝛ q̄ super vbera humemabet muleri manũ suã posuerit. Itẽ q̄ ipse precepit arbori: ꝛ statĩ adorauit eũ. Qḋ tñ saraceni ipsi falsũ eẽ testant. Iterũ dicit: q̄ cũ zameb iudea vxor zelẽ filii muslim iudei. in oue assa venenũ sibi apposuisset: scapula ouis locuta sit ei: dicẽs. Noli me comedere: qꝛ veneno cõfecta sum: ꝛ ipse noluit comedere. Comedit autẽ ide elbetẽ filiꝰ marũ ꝛ mortuus est. Uellẽ scire vtrũ ipse solus an oẽs q̄ cũ eo aderãt vocẽ illiꝰ scapule audierũt. si enĩ ille solus audiuit. q̃re sociũ suũ ide comedere ꝑmisit. si vero oẽs audierũt. mirũ est q̃o ille comedere ausus fuit. nisi forte de suo ꝓpheta sperãs: q̄ etiã mortuũ resuscitare potuerit. Iterũ narrat ibi: q̄ aliq̄n miserit manũ suã in cauerna vnde exierũt aque de q̄bꝰ ipse bibit: ꝛ socii eiꝰ ꝛ pecora eiꝰ. Qḋ magis de machomet filio azari narrari solet. cũ de vtroq̄ apud saracenos incertũ ꝛ friuolũ habeat. Ipse quoq̄ ista oĩuꝫ mẽdacissima eẽ testat cũ in maiori scriptura sua dicat: signa sibi nõ eẽ data. Et cũ iterũ loquit dicẽs. Nõ sũmissus nisi ĩtute gladii. ꝛ q̄ nõ suscepit meã ꝓphetiã occidat aut reddat tributũ ꝓ isidelitate sua ꝛ dimittat. vñ vero aptiꝰ aut manifestiꝰ ipso teste falsa esse illa oĩa cõprobant q̃ ex suis iterũ dictis q̄bꝰ in alchorano sic loq̄t: q̄cq̄d inueneritis scriptũ pro me cõferte illud cũ alchoran. Et si ei nõ cõcordauerit: scitote qꝛ innocẽs sum ab illa scriptura: ꝛ nõ est mea. ergo sꝫ istã regulã signa illa oĩa respuẽda sũt q̄ nullatenus in alchoran inueniunt.

De Morte ipsius. C. XLVII.

Am illud tã ridiculũ nobis q̃ lamẽtabile suis est. q̄ cũ ꝑcepisset eis: vt mortuũ se nõ sepelirẽt. eo q̄ tertia die assumẽdus eẽt i celũ. ipsiq̄ ꝑceptũ obseruãtes magnus h̄ desideriis expectarẽt. ꝛ iã a secũda feria in q̄ mortuus fuerat vsq̄ ad vesperã q̃rte ferie lõga expectatiõe fatigati nihil aliud i eo q̃ fetoris magnitudinẽ superescere cernerẽt tãdẽ sicut retulit hũbrã inudũ eũ ꝓiecerũt. Huibrã tñ filiꝰ heluzã dixit: q̄ lotꝰ ꝛ tribꝰ vestibꝰ idutus. sepultusq̄ sit ꝑ manus hali filii abitalib: ꝛ alfadi filii alahabet filii abdemutalla patrui sui. Fert eñ q̄ ꝑ septẽ dies morbo pleuretico egrotauerit ꝛ amiserit sensũ. Septimo vero die cõualuerit. Iratus est hali filꝰ abi talib: eo q̄ ꝑdiderat sensum ꝛ dixit hoc ei. At ille iussit nullum amplius remanere secum in domo nisi alahabet filiũ abdemutalla. Alia vero die septima mortuꝰ est. ꝛ intumuit vẽter eiꝰ. ꝛ retro curuatꝰ est minimꝰ digitꝰ eiꝰ. Et fuit obitꝰ eiꝰ secũda feria. xii. die mẽsis rabeg ꝑmi anno. lxiii. vite ipsius postq̃ egrotare cepit. xiiii. die. Uita ergo eiꝰ. lxiii. ãnis extitit queꝫ in ꝓphetia. xxiii. expẽdit. decẽ in mecha. xiii. in ciuitate. Hec sunt q̄ fecit machomet a principio vsq̄ ad finem.

De Instabilitate sectatoꝝ eius. C. XLVIII.

Ortuo ꝯo machomet oẽs ab eo der ꝯti reuersi sũt statim: vnusquisq̄ ad suã quam ante tenuerãt sectã siue idolatriã: siue qualibꝫ aliã: ꝑter paucos sue cognatiõis q̄ expectabãt se fore successores in regno. Eo tpe fuit ebubeer filiꝫ amichadal: vir prudẽs ꝛ callidus: q̄ nõ multo post regnũ adeptꝰ est. qḋ vehemẽter displicuit hali filio abitalib. quousq̄ rex adeo illum obsequiis ꝛ blãditiis deliniuit: vt etiam regnũ ei post se delegaret. Illos qui auersi fuerãt a secta machomet oĩ ingenio ad eã reuocãs iterũ eos stultitie mãcipauit. q̄dã eni timore: quidã spe honoris ꝛ facultatũ. alii alteriꝰ cuiuslibet lucri cã. oẽs tñ simulatorie nõ ex aĩo redierũt. Puto aũt te optime recordari q̄d dñs meus emurhelmoni aliq̄n cũ essemꝰ ei astãtes (ꝛ quidã quererent de aliquo q̄ videbat eẽ saracenꝰ ꝛ non erat) corã oĩbꝰ riserit. Dixit eni ita: Ego miror q̄ de isto solo q̃si aliq̄d nouũ mihi dicat: cũ sciam nõ istũ solũ: sꝫ multos alios nobiliores ꝛ ꝓbiores in palatio meo saracenos eẽ ostẽdunt quidã se eẽ: sꝫ nõ sũt. Est eni inquit mos pene oĩuꝫ: vt sicut de iudeo ꝓuerbiũ dicit: Iudeus nisi postq̃ efficiat saracenꝰ: iudeus nõ est. ꝛ vix aliq̄s suã legẽ nisi prius aliã accepit diligit. Ego autẽ de h̄ q̄d aliud debeo vel possũ facẽ: q̃ q̄ dñs meus machomet ipse faciebat. Nã illi h̄ etiã cõtigit: vt fere oẽs: ꝛ maxie q̄ ei ꝓprimiores ꝛ familiares eẽ videbant: nõ nisi simulate ac deceptorie legem eiꝰ tenerent. Adeo eñ spernabat ab eis. ꝛ quicq̄d dicebat pro nihilo habebãt: odiẽtes eum in cordibꝰ suis: vt q̄dã die volẽtes eũ occidẽ: expectarẽt eũ in q̄dã valle: q̃tenꝰ trãseum te illo terrificarẽt subito mulã eiꝰ: vt precipitatꝰ iterireт. q̄ tñ nunq̃ ꝓpter h̄ eis se iratũ mõstrauit. Eiꝰ igit exẽplo oẽs istos qui siue de christianis: siue de iudeis: siue de paganis saracenos se esse dicũt in regno meo ꝛ nõ sunt: nunq̃ ad aliud cogã. Scio nãq̄ q̄ nullꝰ christianꝰ q̄ timore saracenꝰ fieret i saracenitate ꝑmanebit. Silr de aliis sentio. Quid ergo ampliꝰ possũ facẽ: videat deus ꝛ iudicet. h̄ solũ faciam: vt semp maledicã eis.

Q Lex eius non sit diuina. C. XLIX.

Ed iterũ si forte dicet nõ debui se me reprehẽdẽ ipm illũ si se aliq̄n vindicauit: cũ h̄ inueniat fecisse iosue ꝛ ceteri multi prophete: scias aliud eẽ qḋ fit ꝑcipiẽte deo aliud qḋ hõ ꝑsumit. Deꝰ eni h̄ illis ꝑcipiebat. de cuiꝰ ꝑcepto quodcũq̄ fit: q̃lecũq̄ sit: nõ licet homini iudicare. Ergo inq̄s: nec machomet de h̄ h̄ reprehẽdẽ. siquidẽ et illi deus talia ꝑcepit. vnde tñ ꝓbas q̄ deus illi precepit. Deus eni ille si deꝰ fuit: in aliquo se deũ eẽ ostẽdere debuit. sm ea vero q̄ supiꝰ ostẽdimꝰ: nec signis nec miracul' h̄ ostẽdit. Nos igit eũ deũ fuisse nõ credimꝰ. nã si deus eẽt: nunq̃ sine miracul' legẽ daret. Qḋ eni de deo credimꝰ: tã in nouo q̃ in veteri testamẽto signis ꝛ miracul' cõfirmatũ est. nec aliũ vnq̃ pro deo habebimꝰ nisi illũ vnũ ꝛ verũ: qui quotiẽs legẽ dare voluit signis hãc diuinis ꝛ mirabilibꝰ ꝯfirmauit. Propl'a vero tuus q̄s fuerit: vel vnde venerit nescio cũ dicat mihi a dño meo ihesu christo: q̄ i iohãne baptista finis sit oĩuꝫ ꝓphetarũ. Illud quoq̄ prudẽtie tue nullo pacto ꝯuenire arbitror: q̄ inuitare me voluisti: vt. s. dimitterẽ sacrosancta ꝛ spũalia dñi nři christi precepta. ex quibꝰ ipse mihi nõ illã sordidissimã quã descripsisti paradisum tuã. sꝫ eternã angeloꝝ vitã in celestibꝰ ꝓmittit. ꝛ accederẽ ad impurissimos ꝛ pecuales ritus nõ a deo qḋ absit imo a spũ fornicationis ꝛ castrimargie miserrimis ꝛ carnal' feculẽtis seruis infelicissimis ꝑsuasos. quoꝝ (sicut de filibꝰ Paulus aplꝰs dicit) deus vẽter ẽ: gl'ia in ꝯfusione ipsoꝝ: q̄ nõ nisi terrena caduca vẽtri ꝛ libidini congruẽtia sapiũt: nec sape pñt. excecauit eni eos spũs imũditie: q̄ eternã putredinẽ ꝛ vermes imortales hereditabũt: qꝛ porcoꝝ more semp in stercore ꝛ fetore libidinis volutantur. Ego eni mirari nõ sufficio quõ ꝑsuaderi potuit. nõ dico alicui sapienti: sꝫ illi q̄ ꝑ somnũ aliq̄d humani cordis se habẽ putaret istũ fuisse ꝓphetã: cũ eiꝰ ꝛ vita ꝛ doctrina ita ꝯtria sint. nõ solũ diuine religiõi: verũetiã hũane honestati vt ipsa quoq̄ bruta aĩalia pene h̄ intelligẽ possint. Sꝫ vt iterũ aliq̄d mitius dicamꝰ: q̄s vnq̃ scõꝝ ꝛ diuinoꝝ nũcioꝝ: quos a deo eẽ missos cognouimꝰ: in terrore gladii se missũ asseruit. Quis ita facinorose vixit. q̄s deniq̄ tot spurcitias docuit. aut q̄s ita ventri ꝛ libidini genus humanũ ꝓstituit.

Qualiter Per fallaciam fuit data. C. L.

Terum tamẽ ad precepta eius d. ꝯcediꝰ inspicienda reuertamur: que ego nescio ad quam legẽ ꝑtinere videant. Duas enim a deo acceptam[ꝰ]

dam gratie: alterā iustitie. Lex gratie a christo data est. Lex iustitie a moyse. Lex gratie talia iubet. Diligite inimicos vestros. benefacite his q̄ oderūt vos: et cetera hmōi. Lex iustitie: oculū p oculo: dentem pro dente: vsturā p vstura: pcussurā pro pcussura. &c. q̄ ad talionē ptinēt reddi iperat. Harū duaꝝ nullā socij tui esse manifestū est. Multitudo eni anteq̄ ipse emergeret: vna a christo: alīa a Moyse data est. Cū eni iste due tāmodo leges hoīb⁹ date sint. q̄rū altera diuina: altera humana magis esse videt. Ista tertia lex a socio tuo inuēta: q̄d erit nisi diabolica. Diabolo eni īspirāte maxime hāc fabi to nescio vñ emersisse cognoscim⁹. q̄ nec humana nec diuina eē pbat. sed īter vtrūq̄ pdigiosa facie. nūc h nūc illud videri volēs. et se [illegible] diabolū: q̄ se inter deū et hoīes semp mediū facere nisus est imitat. Sed fortitā dices inde pbari hāc legē esse diuinā. qz cum machomet idiota et sine lrīs esset nullatenus eā scribere vel annūciare hoīb⁹. nisi diuina vtute potuisset maxime cū ipse dicat. qz nec hoīes nec demones talē scripturam facere possent. Et iterū. Si hāc legē fecissem⁹ descēdere sup montē. īclinaret se mons ipse et adoraret eā p timore dei: et alia multa friuola: et nihil rōnis habentia. q̄ tu apta et manifesta signa pphetie socij esse dicis quib⁹ probet esse vera. O signa et miracula in istis ait machomet. O signa cōparāda mari rubro diuiso et soli ad iperiū Josue stāti et christi pcepto mortib⁹ iperāti. imo vere magna tam veritati q̄s vtutis inopia. q̄ tibi hec sola argumēta. imo deliramēta omni ratione et virtute vacua dereliq̄t.

Qualiter Alchorani liber cōnexus sit. C. LI.

Sergius monachus cū in monasterio grauiter peccasset et ppt hoc excōicat⁹ et expulsus fuisset: venit ad regionē arabiē: et inde vsq̄ ad Mechā descēdēs vbi erāt duo ppli. vnus cultor idoloꝝ: et alter iudaicus fuerūt ibi machomet q̄ colebat idola. volēsq̄ aliq̄d facere vt se monachis ill[illegible] q̄ eū expulerāt placeret et rex [illegible] vocaret. Erāt eni heretici nestoriani q̄ dicūt Mariā nō peperisse deū: sz hoiem tm̄ oī studio et conamine psuadebat ei vt ab idolis recederet et christian⁹ nestorianus efficeret. Qd cū effectus maior [illegible] ei⁹ factus est machomet: et ille se ppt hoc nestorū nūcupauit. Et ita factū est vt ab ipso monacho aliq̄ de veteri et nouo testamento edoctus: ipsa in alchorano suo fabulose ac mēdose itererent. Hoc et ille psensit vt in alchorano suo poneret dictū a deo q̄ monachi et psbyteri christiani familiariores ei esse deberēt: qz nō supbiūt. Cū vo cognouissent iudei q̄ multi et etiā machomet ipse ad q̄lēcūq̄ q̄si vmbrā christianitatis illū monachū sequerent. et pene illud q̄d postea factū est machomet p istū nestorū iā cōsūmatū esset. psiliarūt tres iudei. et timētes ne in verā christianitatē quādoq̄ machomet incideret: accesserūt ad eū: et maliciosa calliditate socios vel discipulos eius se esse in hac secta dicētes. eiq̄ oīa q̄ turpiora vel neq̄ora in alchorano sūt scribere psuadētes vsq̄ ad finē ei⁹ cū eo semp fuerunt. Post mortē vo machomet cū sicut dixim⁹ vnusq̄sq̄ redisset ad sectā suā et successisset in regno ebubere. hali quoq̄ fili⁹ abitalib: licet nobilior eo sub ipso maneret. pdicti iudei volētes iterū turbare oia: persuadebāt hali dicētes. Quare cū sis fortis et nobilis: nō te in prophetā eleuas sicut fecit soci⁹ tuus machomet q̄ erat christianus nestorian⁹: et erimus tecū sicut fuimus cū illo adiuuātes te in oib⁹. Ille autē vtpote iuuenis et tot⁹ bone doctrine expers: facile acq̄euit. Jam eni q̄si ad hoc pdoctus fuerat: siq̄dē aliquando cū puer esset et vagabūdus: vt illius etatis est. quadā die p aliq̄ deuia incederet nestorij illius pseudo monachi latibulū vnde ab eo machomet furtim responsa dabant offendit. At ille cū se deprehēsum videret puerū tam minis q̄s blandimētis iduxit. vt hoc nulli hoīuꝝ pderet. Jtaq̄ iam pene ad hoc incipiendū declinauerat hali. Sed rex ebubere hoc cōperto ad se venire mādauit. quē cum venisset: tantis blandicijs et promissionibus deliniuit: vt ab huiusmodi incepto oīno desisteret. [illegible] iudei tamen nō cessauerūt facere q̄d potuerunt. Nam accepto libro ab ipso hali quem reliquerat ei machomet quicquid sibi visum est. aut addiderūt: aut detraxerunt: aut mutauerūt. Ex quibus illud est vnū. dicunt iudei. christiani nihil sunt. dicūt christiani: sed iudei stulti sunt. Itē inter alia multa et fabulosa illud capitulū vbi est fabula de formica: et aliud in quo est fabula de ape: et aliud de aranea narrat.

Qualiter eadē scriptura dilacerata sit. C. LII.

Qualiter autē scriptura ista nō solū a iudeis: sz etiā ab a[illegible] multis [illegible] se itellecta multiformiter exposita: et tandē pene tota dilacerata sit ex aliq̄ parte explicabimus. Post. xl. vl sicut alij volūt post sex mēses ex quo regnare cepat ebubere vocauit hali filiū abitalib et dixit ei. Quare presens nō fuisti q̄n factus sum rex et non cum alijs nobis astitisti: cum sis magnus princeps et nobilis. rñdit hali: qz occupat⁹ fui in colligēda scriptura sicut iniunxit mihi ppha: et iam collegerat eleage fili⁹ nizef multos codices: et commiserat multa in eis: sicq̄ ceteri multi. Quidā eni legebant sm hali. familia et domestici: et ppinquiores eius. illā scripturā q̄ fuerat apud chorais. et q̄ pma illi⁹ fuisse dicebat: quā tradiderat ei nestori⁹ monachus: quē vocabat aliq̄n gabrielē: aliq̄n spm fidelē. Alij vo legebant collectū a diuersis hoib⁹. Multi vo sm arabē quedā [illegible] [illegible] multa inde scripserat abiq̄ [illegible]. alij sm zabefatin et arabin. alij sm alios. q̄ oēs in mebzanie et rotulis q̄d vnicuiq̄ videbat transtulerāt. Erāt itaq̄ varij inter se et discordes. Dicebantq̄ cū legerēt alter ad alterū: Ego melius q̄s tu: sed tu deteri⁹ q̄s ego. Et ego totū habeo: sz tu nihil. Sed tu nihil: et ego totū. Hoc igitur modo alijs addentibus: alijs minuētib⁹: alijs alio quolibet modo corrūpētib⁹: liber ille omni fide indignus effect⁹ ē.

De Jterata collectione illius et dilapatione. C. LIII.

Enīq̄z mortuo ebubere et succedente [illegible] insidiabat hali fili⁹ abitalib: et querebat eū interficē. Cū platū fuisset ad regē de diuersitate scripture et assiduis ptentionib⁹ et rixis q̄ ppter eā fiebāt: dicerētq̄ illi sapiētiores [illegible] [illegible] in regno maneret ne ex tota scriptura illa periret: pcepit rex oēs libros et cartulas vndecūq̄ colligi. Jz tm̄ hali abitalib et ibenmizod libros suos dare noluerūt. Reliq̄ vo collecti dati sunt in man⁹ zeidi filij zebith alexare et abdalla filij alababet ad redigēdū oia in vnū codicē et emēdādū. Dictūq̄ est illis: Si ptigerit vos in aliquo capitulo nō posse cōcordare: scribite illud sm exēplar et auctoritatē chorais. q̄d et ipsi fecerunt: sicuti vbigra q̄n iuenerūt in quodā loco arcā: et ali⁹ dixit arcū et alius arcū. tādē sm id q̄d habebat chorais dixerūt. Sic et de multis alijs. faciētesq̄ quattuor similes codices. vnū tulerūt in mechā aliū in syriam: aliū in alcarac: aliū reliquerūt in ciuitate. sz ille q̄ ad mechā missus fuerat incendio perijt: q̄n vastata est mecha ab oparino. Ille vo q̄ in ciuitate remāsit in dieb⁹ gezit filij maioma pdit⁹ ē. Tertius q̄ in alcarac erat a tpe [illegible] cōparant. Het aūt [illegible] libros illos precepat fieri: q̄cūq̄ remā serūt ī chartī pcepit cōburi. Ex his igit varietatib⁹ et mutatiōib⁹ q̄ supi⁹ dicte sūt: ptigit vt multa ibi capitula diuersa inter se et sibi inuicē cōtraria inuenianf. Sicut vbi gra: capitulū bouis et capitulū vacce. de quib⁹ dicit: q̄ capitulū bouis ante fuerit plurius capitulo vacce: nūc vo breuius. Dicit etiā capitulū sentētiarū corruptū eē et imperfectū. Dixit etiā aysa vxor machomet hali multa inde abstulisse: et pene totū demutasse et insup phibuisse hoīes ne legeret alchoranū: et propter hoc multos sepe verberasse.

Qualiter Recollecta et dissipata sit. C. LIIII.

Post multa iterū tpa elchegeg filius [illegible] [illegible] gari oēs libros et chartas et volumina. cōfectosq̄ et in vno codice ad suū libitū: post q̄s multa adiecit et multa detraxit: multaq̄ narrauit: cetera oīa q̄ vbicūq̄ inuenirent iussit incēdi. Fecit aūt de suo libro exēplaria. Ex quib⁹ vnū misit in egyptū alterū in syriā: alterū in ciuitatē: alterū in mechā: alterū in mesopotamiā: alterū in albasara. Aliq̄n etiā venerūt ad istos multi de gēte elnebbeti: q̄ idolatre erāt. et simulātes se velle esse saracenos: vt eꝝ si possent annihilarēt. multa nihilominus in predicta scriptura vbicūq̄ latērer poterāt: modis oib⁹ lacerabāt. Q, si nulla alia veritatis hmōi scripture eā fuisse videret q̄s ex illo habebat. s. q̄ hali et ebubere et ozmē et gomar sp discordes fuerūt et inimici sufficit ut pcerto pstat singulos eoꝝ pro sua intētione alterū aduersus alterū in libro illo iuxta propriā volūtatē: quicq̄d sibi placuit ad sue cause cōmodū: vel addidisse vel minuisse vel narrasse viri certe pbi fuerunt. et q̄ satis inde dolebāt mihi sepi⁹ h dixerūt: q̄ tota alchorani scriptura adeo cōmixta et pfusa sit: vt quicq̄d ibi est: totū sine continuatione sine cōpositione absq̄ oī verboꝝ ordine. postremo absq̄ vllo sensu vel ratione videatur.

De Vtilitate [illegible] et materie. C. LV.

Iror autē q̄d illic tibi placere possit. T[illegible] eloquētia pfideret nemo [illegible] piter aliq̄d arabice scripsit. Quantū eni ad sapiētes arabicos scriptores: quid est totuz alchoran nisi digna risu barbaries. Si vo sentētie perpendanf: ego nihil ibi video: si tamen esse potest aliquid boni. Nam mala illic multa reperiri non dubiū est: que vel quilibet stultus sibi: aut certe multo elegantius fingere

possit. Esto tamen bona ibi videant̃ esse aliq̃ sicuti verbi gratia: vt ali quando ieiunet̃ oretur ⁊ vt fiant aliqũe elemosyne. Nunq̃d primũ talia inuẽta sunt a machomet qualia .s. ante ipꝫ nullus audierat. O quanto sanctius: quãto honestius: quãto rõnabilibꝰ ⁊ moyses ⁊ helias ⁊ alij ꝓphetarũ multi. Johãnes quoqꝫ baptista: sed ⁊ ipse dñs noster ihesus christus ⁊ ieiunauerũt ⁊ adorauerũt ⁊ misericordias impẽderũt. nos quoqꝫ ieiunare ⁊ orare ⁊ elemosynã dare ante ꝓdigiosum ꝓphetã machomet infinitis retro temporibus docuerunt. Cesset cesset Machomet earum rerũ velle videri magister p̃mus q̃rum nec dignus fuit in aliquo discipulus eẽ vel vltimꝰ. Absit absit a nobis talis ꝑdicator ieiunij. q̃ post mõstruosũ ieiuniũ sic oĩ libidini ⁊ ingluuiei operã ipendere ꝑcipit: vt nõ ad aliud videat̃ instituisse ieiuniũ. q̃ꝫ vt postea voluptuosiꝰ ⁊ appetentius excitet̃ oĩs turpitudo libidinũ. Jam vo illud qd̃ ⁊ tu mihi dixisti: ⁊ ipse in eadẽ scriptura ꝑdicauit. Hãc .s. scripturã talẽ esse: q̃lis nec ab hoĩbꝰ nec a demonibus fieri põt. certe satis ipse elegit q̃bus diceret rusticissimos videlicet ⁊ agrestes hoĩes q̃ ⁊ non ... ipsã etiã linguã arabicã ignorabãt. Ceterũ si hoc nobis exponere liceat ... ꝙ vere tam stulta tã inhonesta t̃qꝫ irrõnabilis scriptura. nec ab hoĩbꝰ nec a demonibꝰ fieri põt. puto enĩ ꝙ etiã demones talia scribere erubescerẽt. sane si tãtũ vult machomet gloriari de suo alchorano. quãto magis gloriari possent alij q̃dã quos te ignorare nõ puto: muzeilenia: belcaisi: ⁊ ethiops alabazbi: ⁊ calliha ellecedi q̃ eodẽ tẽpore emulatione illius vt ⁊ ipsi nomẽ sibi apud hoĩes cõpararent. suũ quisqꝫ alchoranũ fecerunt multoqꝫ honestiora ⁊ saltẽ in aliquo verisimilia cõscripserunt. Sed quia non ex toto ventri ⁊ libidini frena laxabant. nõ tantos bestialium hoĩuꝫ greges asininos post se trahere potuerunt.

¶ De Imperitia ⁊ fictione illi adherentiũ. C. LVI.

Si ergo miraris q̃re tñ q̃busdaꝫ hec scriptura placuit. pro certo teneas nulli vnq̃ꝫ nobili vel sapienti eã placuisse: sed miserrimo impitissimo vulgariũ hoĩuꝫ generi. q̃ ab eo de locis siluestribus congregati. cũ has p̃mas lr̃as audissent: rei nouitate stupefacti. sacrilegas fabulas diuina esse oracula crediderũt. Deniqꝫ cũ ⁊ paupertate ⁊ assiduo ruraliũ operũ labore cõfecti fuisset: cibi: potus. ꝓciosarũ vestiũ amenitatis ... spectabiliũ vxorũ ... infiniti cõcubitus. aliarũqꝫ spurcissimarũ paradisi deliciarũ q̃s etiã te proh dolor ennumerare nõ puduit beatitudinẽ audiẽtes. seqꝫ ibi ex ꝓmissione machomet iammãqꝫ futuros esse sperãtes. ad oĩa quecũqꝫ voluit pecorini hoĩes cucurrerũt. Jnde est ꝙ contra regem p̃sidis exierũt: sic adiutus est ab eis vt vinceret. ꝓmiserat siq̃dẽ oĩbꝰ q̃ in bello ipso mori pro eo eligerẽt: sui paradisi delicias. Quidã tñ magis iccirco pugnasse dicũt̃: vt hortos optimos quos i p̃sidide viderãt obtinerent. nã ⁊ illos se post victoriã daturũ eis dixerat: vt ⁊ in hoc seculo ⁊ in futuro semꝑ i hortis essent. Nosti aũt arabes quãtũ delectent̃ hortorũ pulchritudine: sed dicis. Nõ solũ rustici illi: sed ⁊ multi alij sunt secuti eũ. Uere multi alij: sed pessimi ⁊ leccatores: ⁊ q̃ grauati ere alieno. vel pro suis scelerib: morituri hanc solã euadẽdi viã inuenererãt. Nã dic mihi obsecro quẽ vnq̃ꝫ sapientem aut nobilẽ aut honestũ ad saracenitatẽ venire vidisti. ille enĩ qui e iudeis vel e christianis adhuc venerũt ad vos. absit vt aliq̃ pro vocari honestate hoc faciant. sed q: miseri ⁊ ĩpudici legis sue regulas nõ ferẽtes. ad latã spaciosam viã quã socius tuus docuit se cõuertunt. qd̃ quibusdã maxime christianis contingit quorũ lex spiritualis ⁊ celestis oĩa q̃ in mũdo sũt contẽni spe ⁊ amore visionis dei eterne ꝑcipiẽs deum carnales ⁊ fluxas infelicitũ mẽtis cõprimit. statim ab ea diffugiũt: q: pugnare cõtra ꝯcupiscẽtias negligũt. hoc tñ certissime scias. q: neqꝫ iudei neqꝫ pagani neqꝫ christiani quocũqꝫ mõ se exteriꝰ habeãt. ⁊ si veniẽtes ad vos õ vestra secta se eẽ siłent. vnq̃ꝫ ex corde nobiscũ sint. simulant q̃dẽ se eẽ qd̃ nõ sunt. vt sicut ꝑdixi aliq̃d corporis euadãt incõmodũ. aut vt porcinis voluptatibꝰ quarũ apud vos copia est p̃fruant̃. Adeo aũt q̃cq̃d facitis ꝓ nihilo ducũt: vt sepe inter se loquẽtes. machomet ⁊ legi eius male dicant nec dignũ eũ aliquãdo fuisse prophetis vel dei lege affirment.

¶ De noĩe machometi ꝙ falso dicat̃ i throno scriptũ. C. LVII

Hanc superfluũ mihi videt̃ tecum agere de illis que tuã nõ latẽt industriã qualia sint apud nos. ⁊ q̃ꝫ nulli pudẽda. s. diuersitas in preconio celebritates exequiarũ varietas in testimonio. orationes solẽnitatũ. solicita ad plagã meridianã conuersio: ⁊ modus legẽdi: ⁊ modus dicendi. similesqꝫ hmõi varietates: que oĩa in corde tuo q̃ꝫ nihil sint scio. cũ hec solis superficie teneas. non tamẽ propter principatũ quẽ tenes dimittere velis: porro illud quod mihi scripsisti anteq̃ꝫ seculꝫ creauerit deus: scriptũ fuisse in throno Nõ est deus nisi deꝰ machomet nũcius dei. vnde acceperis: aut vbi inueneris nescio: cũ nec in alchorano nec in alia q̃libet ipsiꝰ inueniat̃ scriptura. Uerũtñ ponamꝰ vt alicubi hoc reptũ sit. velim ergo vt mihi dicas: si in h̃ throno scriptũ est q̃s h̃ scripserit. An aliq̃s scripsit h̃ deo. s꜔ q̃s posset scribẽ: cũ nec dudũ secula creata eẽnt. an deus ipe sibi scripserit: timẽs .s. pdẽ nomẽ suũ nisi illud scriberet. qd̃ satis absurdũ videt̃. Sed forsitan deo scripsit: vt angeli possent h̃ legẽ. ⁊ h̃ nõ nimis insulsuꝫ est sentire. nõ enĩ ꝑ lr̃as loquit̃ deus angel: s꜔ illuminatiõe p̃ñtie sue. q̃ illis vbiqꝫ adest. num p̃terea ꝓpter hoĩes scriptũ est: vt ipsi legerẽt ⁊ scirent. sed hoĩes in throno quõ legerẽt. Restat ergo friuolum ⁊ vanũ eẽ: qd̃ ⁊ teipm intelligẽ credo: teqꝫ tibiipsi sciẽter illudere. sicut q̃dã de socijs dicũt: q̃ h̃ pro nihilo habẽt: dicẽtes a iudeis ꝯfictũ eẽ: ⁊ inẽ alias fabulas mixtũ: vt risum de vobis toti mundo mouerẽt. Certe cũ aliq̃s vult bñdicẽ machomet ⁊ vltra modũ laudare: hoc solũmõ dicit: Deus tu bñdic machomet: sic bñdixisti abrahã ⁊ generationi eiꝰ. Unñ ⁊ in libro eiꝰ scriptũ ẽ: O filij isrl̃ recordamĩ bñficiorũ q̃ ego exhibui vobis: q: pretuli vos oĩbꝰ gẽtibꝰ. si ergo ita bñdici machomet a deo sic bñdictꝰ fuit abrahã ⁊ generatio eiꝰ: suꝑ oẽs laudes ⁊ bñdictiões est. ⁊ si filij isrl̃ p̃lati sũt a deo oĩbꝰ gẽtibꝰ. cũ tñ nec abrahã nec generatio eiꝰ nomẽ habeant scriptũ in throno. quõ factũ: vt nomẽ machomet: q̃ scḋm hanc regulã ipso abrahã ⁊ generatione eiꝰ minor habet̃ ibi scriptũ sit.

¶ De Supstitiosis ieiunijs ⁊ lauacris saracenorũ. C. LVIII.

Nno domini. M.c.xxv. hyems solito ... et ... nimis sepi⁹ occidētis nimis horrida et importuna fuit. Multi enī paupes infantes et mulieres nimietate frigoris defecerūt. In multis viuarijs pisces absorpti sub glacie perierūt. Glacies enim adeo spissa erat et valida: et vehicula onusta sup eū ducerent̄ et q̄si sup solū equitaret̄. In brachbāto anguille innumerabiles pp glaciē a paludib⁹ exeūtes qđ dictu mirū est in fenilib⁹ latuerūt. Sz ibi etiā p nimietate frigoris deficiētes putruerūt. Mortalitas quoqz aīaliū maxīa fuit: hyemi successit intemperies aeris: nunc niue: nūc pluuia: nūc gelu alternatim satis noxia vsqz in medio marcio. Postea diutino frigore et pluuia aerisqz incōstātia: vix tandē arbores floruerūt. Maio mēse vix tandē gratia herbarū et graminū reuiguit virore. Himber vō singulis mēsibus assidue decidens sata agrorū pene absorpsit. Nā siligo et annona puentū suū satis sunt emētite: multi quoqz sacro igne aduruntur. Tyrus hebrea lingua sor dicta vrbs fenicis maxima et antiqua in corde maris sita: sidoniorū colonia negociatio mari emptoriū totius orbis ... prophetarū celebrata et carminib⁹ poetarū inclita olim q̄dem insula: sed a nabuchodonosor vel ab alexādro pp expugnationē mētis in breui freto aggeribus cōportatis terre ptinens facta. prideni a nabuchodonosor expugnata et ptiz captiuata: et postea ab alexādro penitus destructa vsqz ad solum et dirupta. Sed iuxta prophetas p⁹.lxx.annos reedificata et in antiquum statū restituta nostris modo tpibus in fine mundi a christianis terra mariqz obsessa capit̄: et christi imperio subiugatur.

Adhuc De Eodem et de morte Henrici imperatoris. C. XLVI.

Nno sequenti hyems fuit asprima. ... et valde noxia: fames valida: vbiqz magna vtriusqz sexus multitudine pereunte. In albania ignobil' muliercula mōstrū bis gemini corpis est enixa auersis vultib⁹ et corpib⁹ sibi coherens: anī qdē effigies hoīs integro corpisqz mēbrorū hoīe distincta retro vō facies canis sitr corpis et mēbrorū proprietate īegra. in brachbāto villa verisca alia mlier enixa ē.iiij.masculos in vno ptu. In goblacēsi parochia dū paterfamilias dñica die mixturā segetū p penuria famis moleret in vsus familie: subito iuxta dei indignatiōe aruit farina cū putore nigredine ad exemplū posteris ne quis p̄sumat simile. Henric⁹ impator matildē henrici regi anglorū filiā accepit vxorem quā tñ postea dimisit. Ipse aūt (vt fert̄) a q̄busdā nusq̄ cōparuit. Post h' ipsa matildis gaufrido comiti andegauēsi nupsit. Ex qua henricū primo ducē northmānie post regē anglie pcreauit. Alibi vō legit̄ q̄ hic henricus leodij pasca dñi celebrauit. Inde aquis condens morbo dracūculi q̄ sibi erat natiuus molestari cepit: pp̄ter qđ et ibi aliquot dies remoratus est. Deinde quasi penthecostē celebraturus vultraiectū venit. Et tandē feria.v.in penthecoste vitaz cū regno amisit. Corp⁹ eius exectis intestinis sale respsum spire relatū ē. De hoc aūt impatore quedā dicunt̄ q̄ fabulosa esse ... Fertur nāqz q̄ se q̄si mortuū finxerit et occulte suorū p̄sentiā fugiēs peregrinationē aggressus fuerit: et ad vltimū monachus cluniaci factus fuerit. Reuera aūt vt dicit̄ quidā erat valde silis eidē īpatori et viribus corpis plimū valēs: qui monachatū cluniaci suscipiēs: henrici imparorē se esse firmissime asserebat. Rex hierusalē balduinus data redēptione a saracenis dimittit̄.

De mag'stro Hugone parisiensi et scriptis eius. C. XLVII.

Ex chronicis. Florebant tunc tēporibus ... hugo parisiensis sancti victoris canonicus religione et scientia litterarū clarus: et in .vij. liberalium artium peritia nulli sui tpe secundus q̄ inter multa que vtiliter scripsit etiam librum de sacramentis valde necessarium duob⁹ voluminib⁹ compheñsuz edidit. In cui⁹ libri volumine secūdo qddā mirabile inseruit de quodam pegrino: de quo. s. sup⁹ dictū est. quē diabol⁹ in specie sancti iacobi apparēs ... vt ppria manu se interfecerat. Cūqz eū diabol⁹ secū trahēt sanctus iacobus superueniēs eripuit eū de manu ill⁹ et multa ei ostendens ad iudiciū dei statuit: atqz vt denuo vite redderet̄ obtinuit. Petēte autē rege ludouico explanauit gerarchiā sancti dionysij martyris multis obscuritatib⁹ plenā. Auctor. Scripsit etiā et idē hugo et alia plima opuscula. s. dydascolon libros.v. Sup ecclesiastē. homelias.xv. Sup lamētatiōes hieremie librū vnū. Sup gerarchiā dionysij angelicam li.j. De arra aīe li.j. De virtute orādi li.j. De institutiōe nouitiorum.li.j. De arca noe.li.v. De aīa christi.li.j. De ppetua v̄ginitate beate marie li.j. Expositionē sup magnificat.li.j. Sup tota pulchra es.li.j. De sacramentis lib.duos. Item notulas sup quosdam versus psalmorū et alia plura opuscula de quib⁹ hec pauca que sequūt̄ excerpsi hūc modum.

¶ De oratione et eius virtute. C. XLVIII.

Ergo in li. de virtute orandi. Quo studio et qua mente ... nobis orandum sit de eius ex nostra miseria sil et eius misericordia considerare possumus. In consideratione misericordie nostre discamus quid nobis necesse sit petere in consideratione misericordie dei nostri quo desiderio debeamus postulare. Cogitemus quam sit brevis vita nostra: quam via lubrica: quam mors incerta. Cogitemus quod lugentes in hanc vitam intravimus cum dolore transimus. Cum luctu exituri sumus. Ut autem pretermittamus mala ea que omnes communiter homines opprimunt: quilia estimamus esse secreta pericula singulorum: quorum sibi quisque conscius sunt si cogitare quisque voluerit que ab ineunte etate mala fecerit que sustinuerit. Quotiens pro amore vite eius frustra desudaverit: quotiens in laboriosis conatibus fallaces exitus invenerit: et post longos discursus redeat necdum ullam adeptus sit. Cognoscet quid de hac vita iudicare possit. Cum autem vite huius erumnam consideraverit etiam que sit patrie celestis suavitas atque dulcedo attendat et perpendat quid invenerit: quid perpenderit: ut ex utroque intelligat quantum sibi in hoc exilio lugendum sit. Hic enim Salomon dicit. Qui addit scientiam addit et dolorem: quia quanto magis homo mala sua intelligit tanto amplius suspirat et gemit. Postremo superest ut in memoria malorum nostrorum etiam misericordie dei recordemur: quia fiducialius de futuro eius miserationes requiramus: sed quemadmodum in preterito nostri misertus sit cogitemus: revocemus ad memoriam bona que tribuit: et quod in periculis sepe constitutos clementer eripuit: necnunquam peccati nostris quominus miseretur vinci potuit. Oblitos sui de se admonuit: aversos ad se revocavit: venientes ad se benigne suscepit: penitentibus indulsit: perseverantes custodivit. Meditatio namque assidua scientiam ... scientia compunctionem: compunctio autem devotionem parit: devotio vero orationem perficit. Scientia est qua homo ad cognitionem sui illuminatur. Compunctio est qua ex consideratione malorum suorum cor interno dolore tangitur. Devotio est pius et humilis affectus in deum qui ex compunctione generatur. Tritus enim magnitudine malorum suorum alius et diffidens de propriis viribus ad deum se convertit: et tanto ardentius patrocinium illius expetit: quanto sibi nihil extra deum relictum esse videt in quo confidere possit. Devotio igitur est conversio in deum pio et humili affectu. Humilis enim est ex conscientia infirmitatis sue: pius ex consideratione divine clementie. Hec in se tres principales virtutes habet: fidem: spem: charitatem. Neque enim homo per devotionem se ad deum converteret: nisi et crederet se ab eo salvari posse et speraret eum misereri velle. Postremo nisi eum plusquam mala sua diligeret: neque illa fugiens refugium sibi in ipso eligeret. Nihil ergo aliud est oratio quam mentis devotio. i. conversio in deum per pium et humilem affectum: fide: spe: et charitate subnixa.

¶ De Speciebus orationis. C. XLIX.

Tres sunt species orationis supplicatio postulatio insinuatio. Supplicatio est sine determinatione petitionis humilis et devota precatio. Postulatio est determinate petitionis certa narratio. Insinuatio est sine petitione per solam narrationem voluntatis facta significatio. Tria sunt genera supplicationum: captatio: exactio: pura oratio. Captatio est quod fit ante postulationem ad preparandum et inclinandum animum auditoris. Quod tribus modis facimus. Primo cum aliquid dicimus quod personam vel causam nostram commendet sive meritum nostrum sive infirmitatem: sive aliud. Secundus modus est cum aliquid in laudem eius proferimus quem oramus: per quod apud animum nostrum eum charum et acceptabilem esse significamus: ut nostra charitate vicissim eius dilectionem mereamur. Tertius est cum aliquid dicimus per quod apud animum auditoris eius adversarii nostri sive persona depingitur: ut odio potius quam amore digna videatur. Exactio est post factam postulationem quando auditorem ne petitio nostra apud eum in oblivionem veniat: quadam instantia memorem facimus hoc genus quam apud homines importunum videtur: tam apud deum gratum atque laudabile est. Pura oratio est quando ex abundantia devotionis mens ita accenditur: ut cum se ad deum postulatura converterit: pre amore eius magnitudine etiam petitionis sue obliviscatur. Inter hec tria supplicationum genera infimum locum captatio: medium exactio: supremum et excellentissimum pura oratio obtinet: quia captatio ad timorem exactio fiduciam: pura oratio perfectum amorem habita ut pura oratio magis in iubilum convertatur et appropinquet deo: proveniat citius et efficacius obtineat. Postulatio est determinate petitionis incerta narratio. Hec tribus modis fit: obsecrando rogando: simpliciter postulando. Obsecratio est quando vehementior necessitas devotos precibus insistere cogit. In mediocribus causis rogamus: in minimis simpliciter postulamus. Excellentissimum est obsecrare: medium rogare: minimum simpliciter postulare. Insinuatio est etiam sine petitione per solam narrationem voluntatis facta significatio. Hec quoque tribus modis fit: timore fiducia et contemptu. Timore fit quando magna est ea quam agimus vel persona quam rogamus: sicut istud. Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Rogare enim voluit ut dominus fratrem suum mortuum suscitaret: sed quia pro magnitudine cause et pro reverentia persone extimuit: insinuare potius quam postulare elegit. Dixit unde voluntas intelligeretur et temeritas non reprehenderetur. Fiducia fit quando vel de facilitate cause vel de benivolentia persone confidimus. Et ideo pariter desiderium nostrum exprimere negligimus: quia nos obtinere posse sola insinuatione speramus: sicut est illud. Vinum non habent. Contemptu quando ea vilis est: vel persona que rogat humilis: quoniam omnino ab oratione divina excluditur apud homines autem maxime superbos et potentes maiori studio exercetur. Insinuatio ex fiducia perfecti ducitur: ex timore incipitur ex contemptu malis.

¶ De Quibusdam psalmis qui non videntur ad orationem pertinere. C. L.

Quosdam movere solet quod in orationibus nostris illos etiam nonnunquam psalmos qui vel petitionis verba non habent vel ad nostram petitionem non pertinent decantare solemus. Ecce enim inquiunt deum pro indulgentia peccatorum nostrorum deprecari volumus: quid nobis ad hoc prodest. Si vel: quare fremuerunt gentes: vel attendite popule meus vel alium huiuscemodi decantamus. Sed quisquis supradictas orationis species diligenter perspexerit qualiter etiam ista in orationibus dicta valeant facile discernit. Dicamus igitur omnes illas scripturas iccirco utiliter debere et convenienter posse inter vota precum nostrarum ab orantibus recitari: ut in nobis affectum pie devotionis excitant: et cor nostrum vel narrando laudem dei ad eius amorem provocant: vel nostram commemorando miseriam ante conspectum eius nos humiliant: vel malitiam adversariorum nostrorum exaggerando et utilem nobis sollicitudinem et fiduciam coram ipso ampliorem prestant. Sive igitur laudem dei in bonitate et potentia: sive miseriam nostram in infirmitate et culpa nostra: sive malitiam adversariorum nostrorum in tirannide corporum et astutia ad exercitationem mentis et augmentum bone devotionis orantes commemoremus nihil ineptum facimus: sed per pium affectum quem in nobis verba excitant ubique orantes sumus. Unusquisque ergo cum in oratione vel psalmos vel alias quascunque scripturas decantat diligenter consideret cui affectui deserviant: et ad illum affectum toto nisu cor suum excitet: ad quem id quod loquitur magis pertinere videt sicque per intelligentiam verborum in maiorem devotionem affectum accendet. Certe videmus adulatores qualiter se erga illos a quibus aliquid expetunt devotos simulant: et nos precibus nostris preveniamus faciem domini: et ut mereamur obtinere quod petimus: non simulatam devotionem: sed veram charitatem offeramus. Beatificemus amicos domini nostri: indignemur inimicis eius. Laudem in eo potentiam pietatem: sapientiam equitatem. Item narremus ei miseriam nostram: confiteamur ei culpam nostram: offeramus ei obedientiam nostram. Dicamus et credamus alium non esse per quem possimus eripi: per quem speremus liberari. Item ostendamus ei adversariorum nostrorum demonum et perversorum hominum malitiam et crudelitatem: iniquitatem tyrannidem: quod ei adversantur qui nos persequuntur: quia nobis hostes sunt qui ei contradicunt: quod odimus que odit quod diligimus que diligit: malle nos propter eum odia inimicorum eius perpeti quam contra eum habere pacem eorum.

¶ De Scientia recte vivendi item li. de institutione noviciorum. C. LI.

Scientiam recte vivendi et honeste conversandi oportet hominem partim ratione: partim doctrina: partim exemplo: partim meditatione sacrarum scripturarum partim assidua inspectione operum ac morum suorum. Ratione quidem hoc modo. Debet siquidem homo diligenter considerare quid liceat et quid non: quid deceat et quid non: in omni actu: et in omni loco et in omni tempore erga omnem personam. In omni actu: hoc est qualiter sacra et divina mysteria impleri oporteat: qualiter humana officia que ad usum pertinent corporis exercere conveniant: ut semper sibi sit pavidus et primo promptus et deo devotus. Non solum autem quid agat: sed etiam in quo loco quid agere debeat considerat necesse est. Alius est modus se habendi in eo loco ubi deus adoratur: alius in eo ubi corpus reficitur: alius in eo qui locutioni deputatus est: alius in eo ubi silentium custoditur: alius denique in secreto: alius in publico. Et quis in nullo loco homo disciplinam deserere debeat. Diligentius tamen et magis sollicite ibi observanda est: ubi vel neglecta pluribus generat scandalum: vel custodia bone imitationis exemplum. In nocte secundum debent esse homines et aut fessa membra somno reficere: aut orationibus vel meditationibus sancti in silentio aliorum exercere. In die vero de secreto suo in unum coeunt et ad rursum videndos se et imitandos ostendunt. Ante cibum sumptum magis hilares nos esse convenit: ne ipsa nostra abstinentia gravis et molesta videatur. Post vero magis modestos et tacitos ne per gule vitium crapula nos inflammasse putet. Quantum vero decoris addit diebus festis quies vacationis tamquam ornamenti confert diebus ceteris studium boni operis. Itaque carnales quidem mentes ne vel in isto in bono opere se exerceant pigritia ligat.

Qualr homo ſe habere debeat ad primos. C. LII

Diſcretio perſonarum

quātū ꝙ̄ ſ̄ptinet ad dilectionē ſm meritū: quātū vō ad venerationē ſm etatē ⁊ officiū habenda eſt: meliores diligere: ſupiores honorare debemꝰ: qꝛ par eſt ꝯtumacia ſiue in eo qui ꝓpter īferiorē gradū in hoīe virtutē deſpicit: ſiue in eo qui ꝓpter inferiorē vitā gradū ſupiorē ꝯtēnit. Iſtis ḡ honor illis amor impēdat̄ ſic tñ vt honor iſtoꝝ ſit volūtariꝰ: ⁊ illoꝝ amor venerādꝰ: reuerētia eni ſine amore magis ſeruilis ē: ⁊ amor ſine reuerētia puerilis iudicari dʒ. Sex denique modis diſcretōem pſonaꝝ habēdā ex his colligimꝰ: tribꝰ ſʒ dignitatē: ⁊ tribꝰ ſm ꝯuerſationē. Scdʒ dignitatē ſupioribꝰ obedientiā timorē obſequiū ⁊ veneratōem debemꝰ exhibere: cū equalibꝰ pacē: ⁊ ꝯcordiā cuſtodire: inuicem obſeq̄o bñficio ⁊ honore preuenire. In omni actōe ⁊ verbo ſupiorem locū eis tribuere: ⁊ ſi qñ fortaſſis ī aliquo negocio eos patire cogamur: cum omni humilitate ⁊ reuerētia q̄ faciēda ſunt non ꝑcipe ſʒ demonſtrare. Et ſi eos ꝑcedere ꝯtigerit cum alacritate ⁊ deuotione quaſi ex neceſſitate ſubiecti obedire. Inferiorib⁹ ſemꝑ beneficiū ⁊ auxiliū impēdere nunq̄ꝫ improperare: ſine ꝯtumelia corripe ſine ſupbia gubernare ſine crudelitate caſtigare: cū pietate fouere: veneratōez non exigere: ſocietatē atq; qualitatē amare: maiorib⁹ ꝑ timorē ſubdi: equalib⁹ ꝑ charitatē obſeq̄: minorib⁹ ꝑ humilitatē coequari: ꝑcipiētib⁹ parati: obediētibus modeſti: maledicētib⁹ taciti: laudātib⁹ verecūdi. Itē ſm ꝯuerſatōez ſupiorib⁹ q̄dē ī oī loco ⁊ ī oī ope ⁊ ſermone exhibere ſtudeamꝰ reuerētiā ⁊ q̄c q̄d egerint aut vbicūq; fuerit virtutis exēplū imitemur quodāmō tacitis: tñ ꝯſortiū coopādi nunq̄ꝫ ꝑſumamꝰ expetere. Negligētes vō ⁊ maxie eos quoꝝ opa vel ſtudia repꝛehēſiōe digna appēt: tali nos cautela declinare oꝫ: vt ⁊ fugiamꝰ q̄ꝺ faciūt: ⁊ tñ nō iudicare ꝑſumamꝰ q̄ꝺ ſit. Cogitemꝰ ī eiuſmodi nobis neq; dari exēplū neq; prauiti iudiciū: qꝛ fortaſſis h̄ ī eis ignorātia ſiue īfirmitas excuſat: q̄ꝺ ſi a nobis fieret excuſationē nō haberet. Cū medijs ⁊ equalib⁹ tāta nobis pacis ⁊ ꝯcordie ſeruāde diligētia ſit: vt ī nullo vnq̄ꝫ negocio quātū ī nobis ē fraťna dilectio ꝑturbet̄. Studeamꝰ iiuriā eis nunq̄ꝫ aut moleſtiā īferre. Illatā vō ꝑꝑ amorē fraťne charitatis equo aīo ſuſtinere: nihil ꝯtētioſe aut arrogant̄ ꝯtra eos agere: ſʒ pati ſemꝑ in oī ope ⁊ ꝑtinacit̄ īſiſtētib⁹ cedere: ⁊ laborātib⁹ libēter ſubuenire. Et qꝛ inē pares nōnunq̄ꝫ ꝑuerſa quedā virtutis emulatio eſſe ſolet operā noſtrā neq; ingeramꝰ nolentib⁹: neq; petētib⁹ ſubtrahamꝰ: qꝛ in vtroq; liuoris ſuſpitio eſſe pōt. Siquādo autē in aliquo forte negocio laborantib⁹ opem ferre cupimꝰ: tāta hoc humilitate ⁊ māſuetudine faciēdū eſt vt hiſdem ipſis manifeſtū ſit ꝙ non excellentiam opis: ſʒ ꝯſortium queramus laboris.

Qualr habere ſe debeat in ſeipſo. C. LIII

Tercium quantū pertinet

ad nos ſummope intendūʒ eſt: nequando vel in labore minus patiētes: vel in obedientia preceptorum minus alacres: vel in charitatis operib⁹ exequendis minꝰ inueniamur feruentes. Spiritualis doctrine ſtudiūʒ non litigātes ſʒ auſcultātes reqrit ſicut ꝑ Moyſen dicit̄. Audi iſrael ⁊ tace. Et ſicut Jacobus admonet dicens. Sit omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquenduʒ ⁊c. qꝛ qui linguam ſuam a multiloquio compeſcere non vult: non poterit animū ſuum diu a furore iracūdie cuſtodire. Sed dū ꝑ alijs ſupbe ſapientes videri volumꝰ: erubeſcimꝰ vel noſtrā ignorātiā ab alijs argui: vel aliorum ſapientiam quaſi ad noſtrā depreſſionē approbari: ſic nōnunq̄ꝫ ꝯtra noſtrā ꝯſcientiam: vel noſtꝝ errorem impudent̄ defendimus: vel alterius veritatē malitioſe impugnamꝰ. Hec ē ſapientia huiꝰ mundi quā idē apoſtolus carnalem vocat ⁊ diabolicā: q̄ verſuta eſt ⁊ maligna: illas ſolūmō aſtutie vias exquirens q̄bꝰ poſſit ſuū errorē tegere: ⁊ alienā veritatē q̄ꝫuis manifeſtam in opinione ſtultoꝝ ⁊ inſipientium hominum deprauare. Sed non talis ſapientia que deſurſum venit que neſcit etiam ſemetipſam ꝯtra veritatē diligere: ſemꝑ parata vel bonū q̄ꝺ hʒ non habētib⁹ humiliter impēdere: vel bonū ab habentib⁹ libenter petere: vel malū q̄ꝺ ſuſtinet cūʒ alijs ⁊ corā alijs veraciter accuſare: ⁊ ipſa doctrina veritatis tales auditores amat nec erubeſcūt magiſtros habere omnes a quib⁹ diſcere poſſunt q̄ꝺ ignorāt: qui bene dicta omnium libenter approbāt: errores vō alienos irrumpe ſtudēt: vel modeſte corripe vel prudenter diſſimulare. Qui denique ſtudiū ſciētie morū diſciplina exornat ſicut cera niſi prius emollita fuerit: formā non recipit: ſic ⁊ homo quidem ꝑ manum actionis aliene ad formā virtutis non flectit̄ niſi prius ꝑ humilitatē ab omni elationis ⁊ contradictionis rigore molliat̄. Neq; eni ꝑ exemplum alterius aliquando in melius reformari poterit: qui adhuc per elationis vitium ⁊ bona aliena oppugnat ⁊ ſua mala defendit. In lectione diuina prius debetis querere quod mores veſtros ad virtutē inſtruat: q̄ꝫ q̄ꝺ ſenſum acuat ad ſubtilitatē: magiſq; velle informari ꝑceptis ſcripturaꝝ q̄ꝫ q̄ſtionib⁹ impediri. Cū igit̄ diuinas ſcripturas legitis: ſolerter ꝑpēdite quid ibi dictū ſit ad excitandū in vobis amorē dei: q̄d ad ꝯtemptū ſeculi: quid ad cauēdas inſidias inimici: quid diſciplinā in opere: quid humilitatē in cognitiōe: quid obediētiā in ꝑceptis: quid patiētiam habere in diuerſis docet. Ex hāc ipſam ſapiētiam quā ꝓ vtute libēter deſpicitis: melius poſtmodū ꝑ virtutē inuenitis. Sepe opus q̄ꝺ bona intentiōe inchoari credit̄: tanto citius hominē in deceptōis laqueū ꝑcipitat quāto de intētionis ſue principio ſecurus finē actionis non obſeruat ⁊ impudēs quaſi via plana ad foueam currit: qꝛ videt quid faciat: ſʒ quid factūʒ ſuū ſequi debeat non attēdit. Propter q̄ꝺ circūſpectio homini vbique neceſſaria eſt: qua ſollicite attendat quid agat: q̄d agere debeat: ſi id quod faciendū eſt faciat: ſi quātū ⁊ qualiter faciendūʒ eſt faciat: ſi bono operi malū aliquod non admiſceat: ſi alterius bonū vt ſuūʒ diligit: ſi ſuum aut malū reꝑhēdat: q̄ꝫtū ad bōa agēda ſolito ſit alacrior q̄ꝫtū ad mala vicēda ſolito ꝯſtātior: ſi in aliquo ope ſuo īſidijs inimici ſupplātatꝰ ſit: qualit̄ denium ꝑ iudiciū trāſacte deceptōis futurā illiꝰ fraudē caueri poſſit.

De diſciplina membroꝝ in generali. C. LIIII

Diſciplina eſt mēbrorū

omnium motus ordinatꝰ: ⁊ diſpoſitio decēs in oī habitu ⁊ actiōe. Diſciplīa ē cōpes cupiditatis: maloꝝ deſirerioꝝ carcer: frenūʒ laſciuie: elatōis iugū: vinculū iracūdie: q̄ domat intēꝑantiā: leuitatē ligat: ⁊ oēs īordinatos motꝰ mētis atq; illicitos appetitꝰ ſuffocat: ſic eni de incōſtātia mētis naſcit̄ inordinata motio corꝑis. Itaq; quoꝫ dū corpus per diſciplinā ſtringit̄: aīus ad ꝯſtātiā ſolidat̄: ⁊ paulatim īterinſecꝰ mēs ad quietē cōponit̄ cū ꝑ diſciplīe cuſtodiā mali motus eiꝰ foras fluere nō ſinunt̄. Integritas ḡ virtutis ē qñ ꝑ internā mentis cuſtodiā ordinate regunt̄ membra corꝑis ſʒ q̄ ſtatū mētꝑdit: foras in icōſtātiā motōis defluit. Vñ ꝑ Salomonē dicit̄. Hō apoſtata ⁊c. Liganda ergo ſunt foras ꝑ diſciplinā membra corporis vt intrinſecꝰ ſolidetur ſtatus mentis: quatenus dum vndique exterior cuſtodia interiori mobilitati coercende opponitur: tandē mens ad pacem ſtabilem in ſemetipſa colligat̄. Dūʒ nāque vitioꝝ motus diſciplina coercet: ⁊ quātū mala deſideria foris coercēdo cōprimit: tantū ꝑ eā bonū deſiderium interius cōualeſcit. Paulatimq; eadē virtutis forma ꝑ cōſuetudinē mentis ipꝛimit̄: que foris ꝑ diſciplinā in habitu corporis conſeruat̄.

De Diſciplina ſeruāda in habitu. C. LV.

Quattuor ſunt precipue

in quibꝰ ꝯſeruāda ē diſciplina. In habitu ī geſtu: ī locutiōe ī menſa .i. ī comeſtione. In habitu quīq; modis: ī genere ⁊ q̄litate in colore ⁊ formatōe ⁊ coaptatōe veſtimētoꝝ. In genere .ſ. ne ſint nimis ꝑcioſa. In q̄litate ne nimis ſint ſubtilia vel mollia. In colore ne nimis nitida: ſiue quolibet alio mō ſupra q̄ꝫ diſciplina ⁊ ꝓpoſitū religioſe ꝯuerſatōis expetit fucata. In formatōe vt ſint: decēter ⁊ religioſe cōpoſita .i. ne nimis magna aut depēdētia aut fluxa: ne nimis ſtricta ſiue quolibet alio mō ſm ſeculi vanitatē decorata. Coaptatio ad modū portādi ꝑtinet. Nā ſunt q̄dā ſtulti q̄ ſtultis placere cupientes quodā artificio veſtimēta ſua circa collū cōponūt. Alij vō maiori ſcurrilitate ridiculo ſe trāſuertūt. Alij aūt pōpā ō ſe faciāt explicant ea: ⁊ quātū poſſunt latiꝰ diſtēdūt. Alij tenere corrugata in vnū colligūt: alij ꝯtorquētes ⁊ cōplectētes inuoluūt: alij toto conamine ſtringentes ⁊ findētes ea oīa corꝑis ſui liniamēta ī verecūdiſſima q̄dam turpitudine aſpiciētib⁹ numerāda exponūt. Alij iactādo ⁊ vētilādo pannos ſuos leuitatē mentis ſue ex ipſa habuꝰ ſui mobilitate oſtendunt. Alij incedentes ſinuoſe ſirmate terram verrunt: ⁊ limbis depēdentibus immo retro ꝯſequētib⁹ caudis in ſiſitudinē vulpiū veſtigia obducūt: q̄ vt oſtēdant ſe de numero illoꝝ eē de quib⁹ dicit pſalmiſta. Non ſic impij non ſic ⁊c. quodcūq; pertranſierint quaſi turbo tēpeſtatis puluerem concitant: ⁊ ipſi filij tenebrarum illud lumē foris oculis hominū ſubtrahūt̄ quod intus cecata mēte perdiderunt. Tedet me omnia vanitatis ꝯcilia numerare: ī q̄bꝰ ſtulti ⁊ vecordes mulierib⁹ imo meretricib⁹ ſtudia ſua auferūt: ⁊ tāto dedecore: quāta ſe ꝓſtitione cū habitu pene ſexū mutauerūt: ſʒ grā dei omnes q̄ mō in religione ꝯſtituti talibus ſtudēt ⁊ ꝑ hoc hoībus placere cupiunt: oībus hoībus magis viles ⁊ ꝯtemptibiles ſiunt: ⁊ ecōuerſo qui hec ꝓpter deū deſpiciūt: nō ſolū corā deo ſʒ etiā corā hoīb⁹ honorabiliores ⁊ chariores exiſtūt.

¶ Inuectio ɔtra illos q̄ de veste gloriant̄. C. LVI.

Quid ergo nunc miseri et stulti honestatis ignari: cant et comedūt pānos suos. qui nō intelligūt q̄ iuste in viris religiosam vitā ꝓfessis: cult⁹ p̄ciosaꝝ vestium rep̄hēdit̄ q̄ p aplīm Petrū ī feminis ꝓhibet̄. Nō mēt in veste p̄ciosa: videat q̄ ille diues q̄ in euāgelio purpura et bysso induit̄: postea in tormētis inferni eternalit̄ crucianduꝰ legit̄. Quid aūt ī purpura nisi color et p̄ciū q̄d ī bysso nisi mollities rep̄hēdit̄. Cū g̃ carni sue ī purpura decorē: et ī bysso mollicie adhibuisse dicitur ꝓculdubio simul superbus et luxuriosus fuisse comprobatur. Si igitur ille quia ꝓpriis abusus et tantā dampnationem meruit: quid putamus isti faciant qui propriam non habentes: alienam elemosynam cultu sue elationis impendere non pertimescunt. Ue eis: peccata populi comedunt. Ue corone superbie et floride. Ue q̄ omnis caro fenū zc̄. Quid igitur superbis puluis et cinis: fumus euanescens et vapor ad modicū parens. Quid est homo: putredo: et filius hominis vermis: vermis ipse et vermis hereditas eius. Cum enim morit̄ homo hereditabit. s. b. et v̄. Quantumcūq̄ excolat̄ et ornet̄: quid est aliud caro q̄ caro. Quid igit̄ ꝓdest in habitu qui foris ad tempus adheret gloriam querere: et corruptionis putredinē que in nobis est et semp permanet nō ɔsiderare. Propterea debent amatores religionis ope demonstrare quantū ipsi terrena despiciant: nec carnem que moritura est cultu supstitioso excolere: sed pompe indumētoꝝ moꝝ ornamenta anteferre. Uestimēta plus vilia q̄ p̄ciosa: pl⁹ grossa q̄ subtilia: pl⁹ aspera q̄ mollia: plus fusca q̄ nitida: plus neglecte q̄ accurate cōposita vel apta amare.

¶ De disciplina in gestu. C. LVII.

Gestus ē modus et figuratio membroꝝ corporis ad omnem habendi et agendi modū. Hic sex modis rep̄hensibilis inuenitur. s. si est aut mollis aut dissolutus: aut tardus: aut citatus: aut procax: aut turbidus. Mollis significat lasciuiam: dissolutus negligentiam. tardus pigritiam: citatus inconstantiā procax superbiam: turbidus iracundiam. Homo ait apostata zc̄. Et dixit dominus. Pro eo q̄ eleuate sunt filie syon zc̄. Nemo igitur ī ineps putet parum delinquere eos qui contra disciplinam ad turpes motus et inordinatas gesticulationes membra sua inflectunt. q̄ nunq̄ scriptura tam seuere istos exteriores mot⁹ corporis in nobis rep̄henderet: nisi omnis exterioris hominis inhonesta figuratio et motio indecens ab interiori mentis corruptione manaret. Propterea multuꝝ eius disciplina valeret ad coercendos prauos motus animi. Primum ergo diligenter obseruandum est: vt singula membra suum teneant officium: neq̄ vsurpent alienum: vt. s. id agat vnumquodq̄ membꝝ ad q̄ factum est: vt neq̄ loquatur manus: neq̄ os audiat: neq̄ oculus lingue officium assumat. Sunt enim quidam q̄ nisi patentibus buccis auscultare nesciunt: et quasi per os sensus ad cor influere debeat: palatū ad verbā loquētiū aperiūt. Alij quodq̄ adhuc peius est in agēdo vel audiendo quasi canes sitientes linguaꝝ ꝓtendunt: et ad singulas actiones velut molā labia torquēdo circūducunt. Alij loquētes digitū extendunt: supcilia erigunt et oculos ī orbem rotantes aut ꝓfunda quadam ɔsideratōe defigentes cuiusdam intrinsecus magnificentie conatus ostendūt. Alij caput iactāt comā excutiūt: vestimēta adaptādo componunt: et latera cubitando pedesq̄ extēdendo ridiculā satis ostētatōis formā fingunt. Alij quasi ambe aures ad audiendū facte nō sint: altera tātū collo detorto voci venienti opponūt. Alij tipum nescio quē figurantes oculū inter videndum aliū claudūt: aliū aperiūt: alij maiori ridiculo cū medietate oris loquūtur. Sunt p̄terea mille larue: mille subsannatiōes et corrugationes nariū: mille valgia et ɔtorsiones labioꝝ que pulchritudinē faciei et decorem discipline deformāt. Est enim facies speculum discipline cui tāto maior custodia adhibenda est: quanto minus siquid ī eo peccatū fuerit celari potest. Temperanda est igit̄ facies et modificanda in gestu suo ita vt nec ꝓteruie exasperetur: nec mollitie dissoluat̄: s̄ semp habeat et rigidam dulcedinem et dulcem rigorem. Alij nauigāt brachijs incedētes et duplici quodā mōstro vno eodē oꝝ tpe pedib⁹ deorsum in terra ambulāt et lacerti sursum in aere volāt. Quod est q̄so monstrū hoc q̄ sit in se fingit et hois icessuꝫ et nauis remigiū et auis volatū. Libet ī hoc poetice illi⁹ subsannatōis elogiū ꝓclamare. Humano capiti ceruicem pictor equinam. Jungere si velit et varias īducere plumas.

¶ Adhuc de eodē. C. LVIII.

Etcirco oportet vt ad hanc perturbationem sedandam custodie discipline opponatur: que vnūquodq̄ mēbꝝ ad suum officium restringat: quatenus dum alterum membrum operatur: alterum autem omnino quietum maneat: aut si forte eius opera necessaria esse cognoscit̄ suo motu ad cooperandum illi decēter et ordinate moueatur: vt nihil ɔfuse nihil p̄posteꝝ in membris corporis agat̄. Est eni quasi quedā respublica corp⁹ humani: in quo singulis mēbris sua officia distributa sunt. Dū ergo vnum mēbrum alteri⁹ membri officiū inordinate sibi vendicat: quid aliud q̄ concordiaꝫ vniuersitas pturbat. Dūq̄ aliud suo motu alterius motū impedit: certe illi quā natura moderat̄ dispositōi ɔtradicit. Prima ergo est custodia discipline in gestu: vt vnūquodq̄ membꝝ in eo ad q̄ creatū est officio se ɔtineat: neq̄ alterius ministeriū sua admixtione ɔfundat. Secūda est custodia discipline in gestu: vt vnūquodq̄ mēbrū id q̄ facit eo modo atq̄ mensura faciat quo faciendum ē. i. nec pl⁹ nec min⁹ nec aliē q̄ oꝫ faciat: quatei⁹ in actu suo sic et dirigat̄: et moueat̄: vt in nulla vnq̄ parte temp̄antie limitē aut formā honestatis excedat hoc est vt in paucis exēplificem⁹: ridere sine apertiōe dentiū videre sine defixione oculoꝝ: loqui sine extensione manuū et itētatiōe sine ɔtētōe labioꝝ: sine extēsione et iactatōe capitis: sine eleuatiōe supciliorꝝ. Incedere sine modulatōe gressuū: sine vētilatōe brachioꝝ sine gesticulatiōe scapularꝝ. Sedere sine diuaricatiōe cruꝝ sine alternatū subiectione pedū: sine extēsione vel agitatione tibiaꝝ: sine alterna accubitatione lateꝝ: iacere sine dissectiōe mēbroꝝ. Et vt tandē de hac parte finē loquēdi faciam⁹: gest⁹ hois in omni actu esse oꝫ gratiosus sine mollitie: q̄et⁹ sine dissolutōe: grauis sine tarditate: alacer sine inquietudine: maturus sine ꝓteruia et seuerus sine turbulentia: mollē gestū tempat turbid⁹: et turbidū mollis: dissolutū ꝓcax: ꝓcacē dissolutus: citatus tardū: tardus citatū: q̄ inter vitia cōtraria medi⁹ limes est virtus.

¶ De disciplina in sermone. C. LIX.

In locutione quinq̄ res sūt obseruāde h̄ est quid dicatur: cui: quando: vbi: quomodo. Quid vt videlicet nunq̄ in sermonibus disciplinatis ociosa adhibeant̄. Ociosa autem sunt omnia que sunt aut inhonesta: aut nociua aut inutilia. Inutilia sunt: que nec loquentibus nec audientibus ꝓsunt. Inhonesta q̄ vel illius qui loquit̄. vel illius cui loquit̄: vel illius de quo loquit̄ dignitati nō ɔueniūt. Nociua: que suis suasionibus aīos auditoꝝ: siue ad errorem siue ad prauitatē iducūt. Hec tria duobus discerni possunt. i. s̄m qualitatē reꝝ de quibus locutio fit et s̄m q̄litatē ꝑsonaꝝ p quas vel ad quas vel de quib⁹ locutio fit. Qualitas ꝑsonaꝝ quatuor modis ɔsiderat̄ s̄m etatē q̄ aliud conuenit locutionib⁹ iuuenū: aliud senum. Scd̄m sciētiā q̄ aliud locutōibus sapiētium: aliud simpliciū. Scd̄m officiū: q̄ aliud locutionib⁹ ipsoꝝ qui negocia exteriora tractant: aliud eoꝝ qui secretioris vite quieti et studio ɔtemplationis inuigilant. Scd̄ꝫ ordinē q̄ aliud ɔuenit locutionib⁹ eoꝝ qui sunt p̄lati: aliud qui sūt subditi. Senes loqui debēt de discretione b̄n ɔsulēdi: iuuenes de instātia benefaciendi. Sapiētes de mysterijs scripturaꝝ: simplices de exemplo bonoꝝ operꝝ. Hi qui exteriora tractāt negocia de solertia acquirēdi. Hi qui quietam vitam ducunt de disciplina viuendi. p̄lati de prouisione subditoꝝ: subiecti de obedientia p̄positoꝝ. Rursum de discretiōe loquendi dictum est cū viro irreligioso tracta de sanctitate zc̄. Sapiētes vult docere supbia est et obstinatos corripere insipientia q̄ iniuriosus est ꝓximo qui meliori non exhibet reuerentiaꝫ: et iniuriosus sibi qui non emendat sed ꝓuocat erga se insipientis vesaniam. Ergo qui cū alio loquit̄ p̄mo ɔsideret vtrum ꝓpter se an ꝓpter alium loquat̄. Si ꝓp sui vtilitatē loquit̄ videat vt ille talis sit de cuius colloquio vtilitas ei ꝓuenire possit: si ꝓpē illū loquit̄ caueat ille ne talis sit ille q̄ vel sua exhortatōe nō idigeat: vel ita ī malo obstinat⁹ vt exhortatione alterius corrigi se nō pmittat. Facile ergo cui sit loquendū agnoscimus si id q̄ dicit̄ qualis sit cui dicitur consideram⁹: q̄ id p̄cipue vnicuiq̄ magis dici conuenit: quod ad illud in quo ipse plus laborat malum sanandum consilio cōmodiori occurrit. Uerbi gratia. Si cepim⁹ superbis laudare ɔstantiā: dū eos ad virtutē hortari crēdim⁹ ampli⁹ in suo officio ɔfirmamus. Exhortemur ergo ad constantiam timidos: ad timorē supbos ad frugalitatē ꝓdigos ad liberalitatē auaros ad humanitatē parcos ad ꝑcitatē gulosos ad ɔsiliū temerarios ad seruorē spūs tepidos ad silētiū loquaces ad vbū exhortatōis nimis tacitos ad alacritatē segnes ad mansuetudinē impatiētes ad instātiā negligētes ad indulgentiā crudeles ad veracitatē falsos ad ꝑitē ꝓpinquos ad prudētiā leuiores ad solicitudinē ob liuiosos ad modestiā iracūdos: et oino q̄cquid dicere volum⁹ cui dicēdū sit: ex ipsa p̄us nostri sermonis qualitate colligam⁹.

¶ Adhuc de eodem. C. LX.

Sequitur tertia discretio

loquendi ut cum aliquid dicere volumus: prius ubi illud dici conveniat consideremus. Neque igitur in divinis et sacris locis fabulationes inducere: neque in illis locis ubi de disciplina est agendum: questiones aut contentiones verborum ventilare: neque in illis ubi de intelligentia divinarum scripturarum tractandum est exteriora negocia admiscere debemus: nec ea que sunt pluribus dicenda in occulto edere: nec ea que sunt paucis revelanda in manifesto propalare. Quarta loquendi discretio est: quando quid dicendum sit attendere. Tempus est quando nihil dicendum est: quia tempus tacendi. Et quando aliquid dicendum est: quia tempus loquendi. Tandem quando omnino non est tempus tacendi. Tempus loquendi debet precedere quia prius per silentium tempore tacendi discitur: quod postea per verbum tempore loquendi profertur. Aliquando tacere debemus propterea quia alter prior loqui cepit: aliquando propter multiloquium vitandum: aliquando quia hi qui presentes habentur nequaquam tales sunt ad quos verbum debeamus facere dum vel reverentia dignitatis persone intenditur vel malitia incorrigibilis: atque ideo indigna admonitione existimatur. Sapiens autem eque cavet: vel ne in eo tempore quando loqui oportet per negligentiam sileat: vel ne in omni tempore quando loqui decet per licentiam concessam in multiloquium cadat. Qualitas id est modus loquendi in tribus constat. Ut loquentis gestus sit modestus et humilis sonus dimissus et suavis: significatio verax et dulcis. Modestum oportet habere gestum loquentis: ut nec inordinate nec impudice nec turbulente unquam loquendum membra moveat: neque oculorum nutibus aut aliqua indecenti conformatione sive transformatione vultus placorem sui sermonis immutat. Sonus dimissus: ne in strepitu et immoderata clamositate auditores aut terreat: aut offendat: sed et cum veritate necesse est sermo loquentis dulcedinem habeat: quia sepe etiam veritas auditori amara efficitur: si aut sine ratione aut sine dilectione contra eum proferatur.

¶ De disciplina in cibo. C. LXI.

Mi Mensa est duplex

custodia disciplinae in habitu et cibo. Disciplina in habitu tribus modis: tacendi: videndi: sese continendi. Taciturnitas inter epulas necessaria est quando lingua que omni tempore prona ad peccandum labitur: periculosius cum per crapulam inflammata fuerit: ad loquendum relaxatur. Custodia oculorum: quia non decet ibi precipue ut impudenter ea que apud alios aguntur circumlustrando prospiciat sed ut potius pudice dimissis luminibus ea tantum que sibi apposita sunt attendat. Custodia quoque continendi sese ibi negligenda non est: quatenus videlicet neque in habitu: neque in gestu indecens aliquid aut inhonestum agatur: sicut quidam faciunt qui cum ad edendum assederint: inquieta quadam agitatione et confusione membrorum intemperantiam: animi sui designant caput excutiunt brachia erigunt manus in altum expandunt: et non sine magna turpitudine quasi totum epulum sint absorturi ingentes quosdam conatus et gestus indecoros ostendunt. In uno loco sedentes oculis et manibus que prope et que longe omnia circumcurrunt: simul panes comminuunt vina in calices et pateras effundunt: discos in girum circumducunt: et velut rex super obsessam civitatem assultum facturus dubitant: ubi primum expugnationem aggrediantur: dum simul in omni parte irruptionem facere concupiscunt. His igitur tribus modis oportet quemque inter epulas conservare disciplinam in semetipso: videlicet ut et linguam suam a loquacitate restringat: et oculos suos a circumspectione cohibeat: et ut cetera membra omnia cum modestia et quiete contineat.

¶ Adhuc de eodem. C. LXII.

Sequitur etiam triplex

observantia disciplinae in cibo quid: quantum: quomodo. Quid sumat. id est ut neque nimis preciosa et delicata expectat: nec nimis rara et insolita requirat: nec nimis accurate et laute preparata concupiscat. In primo enim luxus arguitur: in secundo curiositas: in tertio superstitio notatur. Sunt namque quidam quorum fauces satis ridicula infirmitate egrotant: qui nisi pinguia et delicata deglutire non possunt: sed quando eis parci ac frugiles cibi oblati fuerint: statim aut indigestionem stomachi: aut pectoris siccitatem: aut dormipilationem capitis: aut siquae sunt talia: aut excusandas excusationes pretendunt. Alii delitias et luxum ciborum magna constantia aspernantur: sed ab eis iterum non minori aut tolerabiliori petulantia communium ciborum usus omnino respuitur. Nova quedam et insolita ciborum genera exquirunt: ita ut sepe propter unius ventrem hominis omnes circumpagos turbe famulorum discurrant: et vix tandem vel de ignotis atque desertis montibus preciul radices evellendo: vel pauculos de imis gurgitibus profunda scrutatione pisciculos trahendo: sive intempestiva de arentibus rubetis arbusta colligendo. unius appetitus petulantiam compescere queat. Et mihi non satis pandere potest quod vitium istos exagitet: nisi forte quia per quandam animi insolentiam multos ob id in suo obsequio occupari gaudent: sive quia per tumorem elationis ceteris omnibus quantum cibo dissimiles videri volunt. Alii superstitiosum nimis in preparandis cibis studium adhibent infinita decoctionum et frixurarum et condimentorum genera excogitantes modo mollia: modo dura: modo frigida: modo calida: modo cocta: modo assa: modo pipere: modo allio: modo cimino: modo sale condita secundum consuetudinem pregnantium mulierum desiderantes. Hi profecto non solum arguendi sed etiam deridendi sunt: qui quasi caupones ad omnem crepitum elicitandi gulae gratia palatum extendunt. Sequitur custodia disciplinae in eo quantum quis sumere debeat: cuius mensura hec mihi esse videtur: ut neque contra honestatem neque supra necessitatem sit. Non omnis venter idem sapit: sed alius sic alius vero sic: cui minus sufficit ille prius quam ad turpitudinem edacitatis perveniat in superfluitate offendit: cui multum opus est in eo sepe honestas comedendi leditur etiam priusquam ad superfluitatem veniatur. Ergo ille cui parum satis est magis superfluitatem caveat. Ille vero cui multum opus est magis ad honestatem attendat. Postremo est observantia in cibo quomodo quis sumere debeat: hoc est quam munde et quam temperate. Quidam inter comedendum dum scutellas exhauriunt volunt: quadrata ferculorum frusta adipe sive sagina super roratam distillantia mensalibus involvunt aut super infunt donec iterum evisceratis interioribus: ea que remanserant in pristinum locum reponunt. Alii bibentes mediotenus digitos poculis immergunt. Alii unctas manus ad vestimenta sua detergentes: rursus ad cibaria tractanda redeunt. Alii nudis articulis coclearis vice olera sua piscantur: ita ut in eodem iure et manus ablutionem et venter refectionem querere videatur. Alii semicorrosas crustas et premorsas collirides cibariis iterando infigunt: et reliquias dentium suorum offas factum in pocula dimergunt. Temperantiam manducandi intelligimus in eo si homo tractim et non cum nimia festinatione comedat.

¶ De cognitione dei per creaturas. C. LXIII.

De

de tribus diebus. Tria sunt invisibilia dei potentia sapientia: benignitas. Potentiam manifestat creaturarum immensitas: sapientiam decor: benignitatem utilitas. Immensitas creaturarum constat in multitudine et magnitudine. Multitudo in similibus in diversis in permixtis. Magnitudo est in mole et spacio. Moles est in massa et pondere. Spacium est in lato et longo profundo et alto. Decor creaturarum est in situ et motu: in specie et qualitate. Situs est in compositione et ordine. Ordo est in proprietate et tempore et loco. Motus est quadripartitus: localis: naturalis: animalis: rationalis. Localis est ante et retro: dextrorsum et sinistrorsum sursum et deorsum et circum. Naturalis est in incremento et decremento. Animalis est in sensibus et appetitibus. Rationalis est in factis et consiliis. Species est forma visibilis que oculo discernitur: sicut colores et figure corporum. Qualitas est proprietas interior: que ceteris sensibus percipitur: ut melos auditu dulcor gustu: fragrantia olfatu: lenitas tactu. Utilitas creaturarum constat in grato et apto: commodo et necessario. Gratum est quod placet aptum quod convenit: commodum quod prodest: necessarium est sine quo quid esse non potest. Mundus iste sensibilis quasi quidam liber est scriptus digito dei: hoc est virtute divina creatus: et singule creature quasi figure.

¶ De compositione creaturarum C. LXIIII.

Compositio duo habere

debet aptitudinem et firmitatem: hoc est ut componenda apte et competenter coeant: et composita firmiter cohereant. Si universitatis huius machinam intueris: invenies quam mirabili ratione et sapientia compositio omnium rerum perfecta sit: et quam apta quam congrua: quam decora: quam cunctis partibus suis absoluta in qua non solum concordiam servant similia: sed ea etiam que creante potentia diversa atque repugnantia adesse prodierunt dictante sapientia in unam quodammodo amicitiam et federationem conveniunt. Quid repugnantius esse potest aqua et igne que tamen in natura rerum ita dei contemperavit prudentia: ut non solum adinvicem commune societatis vinculum non dissipent: verum et nascentibus cunctis ut subsistere possint vitale nutrimentum subministrent. Quid de humani corporis compage loquar: cui omnium membrorum juncture tantam adinvicem servant concordiam: ut nullum omnino invenire possis membrum cuius officium alteri non videatur prestare adminiculum. Sic omnis natura se diligit: et miro quodam modo plurium dissimilium et in unum redactorum concordia: unam in omnibus armoniam facit. Apta est ergo et conveniens omnium rerum compositio: sed quam est firma quis non videat. Quis non miretur. Ecce celi qui ambitu suo concludunt omnia: quam solidi sunt et quasi ex ere fusiles desuper circumquaque extenduntur. Terra vero in medio pondere suo librata semper immobilis perseverat: ut cetera in medio fluctuantia: hinc soliditas celorum: illinc terre stabilitas in unum coerceant et constringant: ne citra legittimos terminos diffusa concordiam diversitatis disrumpant. Ecce quomodo per viscera telluris intrinsecus dracones aquarum ipsi et foris pluvios suos ad diversa loca deducti: intus fatiscentem ne dissolvatur conglutinant: et foris ne fatiscat arentem rigant. Ecce quomodo in humani corporis fabrica juncturas ossium vincula nervorum ligant et medulla interius per fistulas tibiarum diffusa canalia etiam venarum vitalem sanguinem per totum corpus deducunt ac deinde teneritudinem carnium cutis tegmen involuit ut et rigor ossium intrinsecus corpus sustineat: et pellis munimen foris defendendo custodiat.

¶De dispositione vel ordine cap. C. LXV.

Post compositionem sequit̃ vt dispositionem reꝝ q̃lis sit ↄsiderem⁹. In celo luminaria ⁊ stellas collocauit vt subiecta oīa illustraret. In aere ventis ⁊ nubibus fecit viā vt agitatōib⁹ suis dispse pluuiā deorsum funderēt. In gremio telluris moles aquaꝝ recipi iussit vt p gurgites suos hic illincq̧ quo nut⁹ ferret iubentis discurrerēt. Quasdā regiões ditauit vbertate frugū: quasdā vineaꝝ: alias oleaꝝ: alias pecoꝝ: alias potēti bus herbis: alias gēmis p̃ciosis: alias aīalib⁹: ⁊ bestijs mōstruosis: alias colorib⁹ varijs: alias diuersaꝝ artiū studijs: alias metalloꝝ: alias tinctū generib⁹ diuersis: vt nulla p̱sus regio sit q̃ nō aliq̃d nouī ⁊ speciale ab alijs accipe queat. Quicq̃d enī ea q̃ humanis vsib⁹ necessaria sunt in eis homin frequēns puidētia creatoris constituit. Ea vo que nō natura p necessitatē sed cupiditas expetit ppter speciē: in abditis terraꝝ finib⁹ abscōdit: vt quē amor vtutis ab īmoderato nō castigat appetitu: saltē laboris tedio vict⁹ cōdescat. Quid de dispositōe tēpoꝝ. Ecce post noctē venit dies: vt torpentes motio laboris exerceat: post diē sequit̃ nox: vt fessos ad refocillandū quies excipiat. Iterū quēadmodū vicissitudines dieꝝ ⁊ noctiū animantia renouant: ita quatuor anni tpa ordine sibi succedētia toti⁹ mundi spēȝ immutant. Primū p tēporē veris quadā innouatōe mūdus nascit̃. Deinde p feruorē estatis q̃si ī iuuētute roborat̃: P⁹ h̃ superueniēte autūno ad maturitatē cōscēdit: postremo succedēte hyeme ad defectū vergit. Ideo at tp deficit vt tp post defectu renouari possit: qz nisi pri⁹ alia suo deficerēt vetera: q̃si illis locū occupātib⁹ nō valerēt exurgere noua. Oēs sensus deforis int⁹ veniūt: solus visus deint⁹ foras exit ⁊ oium⁹ positus mira per aere agilitate pcipit. Hic ergo q̃si speculator quidā eminētiorē locū cūctis obtinuit: vt que ceteris sensib⁹ superuentura sunt aī piculū puidere possit. Post hūc audit⁹ ⁊ loco ⁊ nobilitate secūdus ē: deinde olfact⁹. Gustus autē qui nil sentire potest nisi id quod tangit merito velut tardior ceteris sensib⁹ in imo residit. Tactus specialē sedem non hȝ: qui ideo vniuersalis est: qz cunctis coopat̃ sensib⁹. Unde ⁊ in digitis pollex qz tactū significat: coadunatis in vnū digitis solus omnib⁹ respōdet: qz sine tactu nullus sensuū esse potest. Videte etiā q̃uo in humano corpe ossa intrinsec⁹ collocata sunt quaten⁹ robore corpus eoꝝ sustineat. Deinde caro ossa vestit vt duritia eoꝝ mollita tactū excipiat. Ad vltimū pellis carnē induit vt sua quodāmodo tenacitate ab incōmodis foris accidentibus corp⁹ muniat. Sic cortex munit arbores: sic rostra ⁊ pēne volucres sic squame pisces. Uide q̃uo ī motu locali sapiētia ↄditoris apparet. Cogita nūc vnde defluētib⁹ aquis semp indeficiēs vena ministrat̃: vnde motus ventorum educitur. Quis infatigabilem astrorum cursum moderatur. Quis solem per hiberna descendere signa cogere ⁊ similia.

¶De Spē ⁊ quālitate cap. C. LXVI.

Nobis vt reor aperte iam demonstratum est vnde hec infinita quam patimur cogitationum nostrarum distractio oriatur. a mundo videlicet ⁊ a concupiscentiis eius hoc est ab operibus conditionis. Rursumque quid sit illud per quod colligi possunt in vnum cogitationes nostre: hoc est per opera restaurationis. Et quia ordo non esse potest vbi finis non est: superest vt relictis operibus conditionis queramus ordinem cogitationum nostrarum ibi: vbi finite sunt. hoc est in operibus restaurationis. hoc enim superius inuestigare proposuimus. Qui nam videlicet cogitationum nostrarum ordo esse deberet quatenus ex eis spiritualis domus sapientie in nobis edificari possit. Et quia ex rebus cogitationes [illegible] oportet vt ex ordine rerum formatur ordo cogitationum. Deinceps ergo tractare incipientes de operibus restaurationis relictis operibus conditionis. de quibus quasi de quodam subterfluente diluuio egressi sumus. ⁊ nunc in opera restaurationis quasi in arcam ingredimur. Igitur opera restaurationis sunt omnia que ab initio mundi vsque ad finem seculi facta sunt: vel facienda pro restauratione hominum in quibus ⁊ res gestas ⁊ personas ipsas per quas ⁊ propter quas ⁊ apud quas gesta sunt loca simul ⁊ tempora: vbi ⁊ quando gesta sunt considerare oportet. In operibus restaurationis tribus modis ordo consideratur secundum locum. secundum tempus. secundum dignitatem. Secundum locum: vt quid prope: quid longe gestum sit. Secundum dignitatem quid humiliter: quid excellentius gestum sit. Secundum tempus quid prius quid posterius gestum sit. Historia longitudinem arce metitur: quia in serie rerum gestarum ordo temporis inuenitur. Allegoria latitudinem: quia in participatione sacramentorum constat collectio populorum fidelium. Tropologia altitudinem arce metitur: quia in profectu virtutum crescit dignitas meritorum. Moraliter prima mansio est fides. secunda spes. tertia charitas. Vel secundum anagogen prima mansio est cogitatio recta. secunda meditatio prouida. tertia contemplatio clara. Vel secundum operationem prima mansio est scientia. secunda disciplina tertia bonitas. Vel secundum status differentes prima mansio est natura. secunda lex scripta. tertia vero gratia.

De temporibus ⁊ quibusdam arce expositionibus. C. LXXXVI.

Item in li. v. Ab adam vsque ad diluuium prima etas seculi continens annos. M. cclvi. Secunda etas a diluuio vsque ad abraam continens annos. ccxcii. Tertia ab abraam vsque ad dauid habens annos. dcccc. xlii. Quarta a dauid vsque ad transmigrationem continens annos. cccclxxiii. Quinta a transmigratione vsque ad aduentum christi: habens annos quingentos. lxxviii. Sexta etas nunc agitur nulla annorum serie certa. sed vt etas decrepita ipsa morte totius seculi consumenda. Sunt ⁊ alie adhuc differentie: quibus altitudo arce distinguitur. Prima mansio coniugati. secunda continentes. tertia virgines. Vel ita: prima mansio repentia. secunda ambulantia. tertia volantia. Item per singulos angulos ascendentibus a frigore orientis. i. a superbia. Prima mansio est timor secunda est dolor. tertia amor ascendentibus a calore occidentis. i. a concupiscentia carnis. Prima mansio est patientia. secunda misericordia. tertia compunctio. Ascendentibus a frigore occidentis id est ab ignorantia. Prima mansio est cognitio secunda meditatio. tertia contemplatio. Ascendentibus a calore orientis id est a spiritus feruore. Prima mansio est temperantia. secunda prudentia. tertia fortitudo.

De virtute charitatis quam fortis sit ⁊ chara. C. LXXXVII.

Item in tractatu de laudibus charitatis. Quis sanctorum a principio mundi extitit: qui non charitatem nobis aut verbo aut facto commendauerit. Charitas abel martyrem fecit. abraam de terra sua eduxit: quia ⁊ ille per charitatem innocenter mortem pertulit. ⁊ iste natale solum libenter deseruit. vterque pro charitate terram celum commutauit. Consideremus quot iam martyres per tormenta ad regnum celorum transierunt. qualem ergo in eis vim amoris fuisse credimus: quos propter deum nec sibi pepercisse videmus. Consideremus nunc cor nostrum: ⁊ videamus si acquiescat nobis. omnia que mundi sunt relinquere: non arridere prosperis: non condelectari blandis: non congratulari letis. Hic imperfectum meum vi. o. t. quam longe ab hac non dicam perfectione: sed perfectionis inchoatione me video. Et certe hoc parum erat amicis dei: vt pro amore eternorum ista spernerent: ista calcarent. sed abiectis his omnibus alacriter ad tormenta currentes. nec minis terreri poterant nec tormentis. Trahebat eos charitas. Et ideo nec trahebat cupiditas: nec deterrebat aduersitas. Currebant ergo. mundum post se relinquebant. deum ante se habebant. sed interposita sunt tormenta vt interrogarentur: vel quo desiderio hunc quererent: vel qua constantia hunc despexissent. Interrogata est veritas. probata charitas. confusa iniquitas. Accedunt ad penas intrepidi. ⁊ quantum mentem amor intus vulnerauerat: tantum caro foras vulnera sua despiciebat. O charitas quomodo illis sapiebas quam dulcis eis fuisti: quos propter te sustinere coegisti. Quibus illos ad te vinculis traxisti: quos mundo ⁊ per blandimenta vocante: ⁊ per tormenta repellente: perdere tamen non potuisti. Currerunt quia tu eos contraxisti. ⁊ transierunt: quia tu eos iuuisti. peruenerunt: quia tu eos suscepisti. Quam inextinguibiliter in precordiis eorum arsisti: quia nec probris nec premiis nec penis obrui potuisti. Iste quasi quedam flumina inundauerunt. sed multa flumina ⁊ aque multe charitatem extinguere non potuerunt. O charitas quomodo laudabo te. si saperem te appreciarer te. Si scirem quantum vales precium appenderem pro te. sed forte excedis angustias meas. nec inuenire potero precium tuum penes me. dabo tamen quod habeo. ⁊ totum quod habeo. tota domus mee substantia te commutabo. Et cum totum dedero: totum quasi nihil reputabo. Omnes delectationes carnis mee: omnes iocunditates cordis mei pro te libenter impendam vt te solam possidere valeam. Tu sola mihi charior. tu sola vtilior. tu sola suauior. tu sola iocundior. amplius delectans. habundantius satians. tutius saluans. felicius conseruans. aliis etiam annunciabo te ⁊

Dic mihi o cor humanū qd magis eligis. semp gaudere cū hoc seculo vel esse semp cū deo. Qd plus diligis: hoc poti⁹ eligis: audi ergo vt corrigas dilectionē: nō differas electionē. Unde quō totū tibi est dilectio. ipsa electio: ipsa cursus: ipsa puentio ⁊ mansio ⁊ btitudo. Dilige ergo deū: elige: curre: apprehēde: possid: fruere. Iā inicās elegi qua via curā vt pueniā. vel socios ne aberrem. Recte sunt vie dñi: ⁊ iusti ambulāt in eis. Iusticia ergo est via: ⁊ iusti sūt q in via currūt. nulla via iustitia rectior. nulla societas iustoꝝ melior. nulla requies deo trāquillior. p charitatem cor dilatatur. corde dilatato vie iusticie curritur.

¶ Adhuc de eadē de cōmēdatione eiusdē. C. LXXXVIII.

Bona charitas qd ampli⁹ dicā de te. Ducē te dixi in via dei. Quid si teipsaꝫ viā ei dixeri. Adhuc inqt aplꝰ. Excellētiorē viā. ⁊c. Tu es caput viarū rectarū. Oēs vie recte a te exeūt: ⁊ in te recurrūt. Nā precepta dei vie sūt ei⁹ q oia a te pendēt ⁊ in te cōsistūt. Tu es plenitudo iustitie pfectio legis. cōsūmatio ṽtutis. agnitio ṽitatis. Via g tu o charitas. Qualis via: supercellēs: suscipiēs: dirigēs: ⁊ pducens. Cuius via. Via hois ad deū. ⁊ via dei ad hoies. Tu deū ad hoiem deducis. tu hoiēs ad deū dirigis: nec nisi p te ad viteriꝫ trāsire possumus. Tu mediatrix es: aduersos reducēs: disiūctos sociās: ⁊ dispares quodāmodo coequās. deū humiliās: nos sublimās: illū ad ima trahēs nos ad sūma erigēs. Sic tñ vt nec abiecta: sed pia sit eius dignatio: nec supba: sed gloriosa sit nostra exaltatio. magnā ergo vim habes charitas. Tu sola deū trahere potuisti de celo ad terras. O q̄ forte est vinculū tuū quo ⁊ deus ligari potuit. ⁊ homo ligat⁹ vincula iniquitatis disrupit. Nescio siqd mai⁹ in laude tua dicere possim. q̄ vt deū de celo traheres: ⁊ hoiem de terra ad celū eleuares. Magna virtus tua vt p te vsq ad hoc humiliaret deus. ⁊ vsq ad h̄ exaltaret homo. Cōsidero deū ex femina natū. infantē pannis obsitum vagientē in cunis. sugentē vbera. respicio postea cōpzehēsū: ligatū [illegible] cesum [illegible] coronatū sputis illitū lanceatū clauis [illegible] felle ⁊ aceto potatū. illic indigna. hic dira passum. ⁊ tñ cur vel ita diligeret vel ita pateret si causaꝫ q̄rimus. aliā p̄ter solā charitatē causam nō inuenim⁹. O charitas quātū potes si tantū inualuisti erga deū quātomagis erga hoies. Sed forsitan facili⁹ vincis deū q̄ hominē: quo magis beatū eo magis est deo debitū a te superari. Hoc optime tu nouerās. q̄ vt facili⁹ vinceres prius illū superabas. Adhuc nos rebelles habuisti: qñ illū tibi obedientem de sede paterne maiestatis vsq ad infima nostre mortalitatis suscipiēda descēdere coegisti. Adduxisti illū vinculis tuis alligatū: sagittis tuis vulneratū: vt ampli⁹ puderet hoiēs tibi resistere cū te videret etiā in deū triumphasse. Uulnerasti ipassibilē ⁊ ligasti insupabilē: traxisti incōmutabilē. eternū fecisti mortalē. hec oia fecisti vt corda nostra emollires: ⁊ insensibiles affect⁹ cōpungeres. vt se a corpore suo resoluerent: ⁊ facilius ea sagitte tue penetrarēt. Nec incassū hoc fecisti: multi eni se a te superari sunt. Multi iam tibi manus dederūt. multi iā in suis precordijs sagittas tuas infixas portāt: ⁊ altius adhuc eas infigi desiderant. delectabiliter eni ⁊ suauiter vulnerati sunt: ⁊ plagas suas se recepisse nec dolēt nec erubescūt. O charitas quāta est victoria tua. Unū p̄us vulnerasti: ⁊ p illud oēs postmodū superasti.

¶ De cōmēdatione laudis eiusdē. C. LXXXIX.

Charitas laudaui te quātū potui. Nescio eni si forte maius sit de te deū dicere an deū te superasse. qd si maius est etiā hoc libēter ⁊ fiducialiter de te dicā. deus charitas est. nunqd parū est deū in semanēt hr̄e: tātū est charitatē possidere. Hoc priuilegiū sola charitas habet. vt deus dicat̃ ⁊ sit. Nō eni dicitur deus humilitas est. aut patiētia. qꝛ cū oīs virtus dei donū sit. nulla p̄ter solā charitateꝫ hoc habet. vt nō solū donū dei: sed ⁊ deus dici possit. Reliq igitur gratiarū dona largit̃ deus etiā his quos reprobat. solā aūt charitatē q̄si seipsaꝫ his tñ quos diligit in pmiū seruat. Charitas igit̃ est fons pprius de quo nō cōicat alienus: qꝛ quicūq illaꝫ habet nō id alienus est a deo. sed ipse in deo ⁊ deus in eo manet. sic familiaris est deo charitas. vt ipse mansionē hr̄e nolit vbi charitas nō fuerit. Si qs inqt diligit me. ⁊c. Aiaꝫ in q charitas habitat: supbia non inflat. inuidia nō deuastat. ira nō dissipat. tristitia mala non vexat. ⁊ auaricia nō excecat. gula nō inflāmat. luxuria nō inqnat. sup mūdana casta est: quieta est: pacifica: benigna: ⁊ semp modesta: ⁊ i aduersis secura. ⁊ in prosperis tēperata mundū cōtēnēs ⁊ deum diligens. omnium bona amādo sua faciēs. ⁊ sua oibus libēter ipartiēs. In quo charitas dei est semp cor sursū habet: ⁊ desideriū in supna eleuatū: et siqn̄ ambulat: siqn̄ agit: siqn̄ sedet: siqn̄ q̄escit. quicqd egerit mēs a deo nō recedet: tacēs deū cogitat: ⁊ loquens nil p̄ter deū ⁊ qd ad amorem dei pertinet loqui desiderat. Alios ad charitatē exhortando seipsum inflāmat. charitatē oib⁹ cōmendat. Q̄ dulcis amor dei. q̄ amarus ⁊ q̄ impurus sit amor huius seculi nō solū voce: sed ⁊ opere quoq demōstrat. Deridet hui⁹ mūdi gloriā: ⁊ sollicitudinē arguit. Miratur cecitatē hoiuū q h̄ diligūt. quō iam dudū vniuersa hec caduca oēs nō cōtemnūt. oib⁹ estimat dulce eē qd sibi sapit: ⁊ oib⁹ placē qd diligit. oib⁹ manifestū qd cognoscit. Isti indicijs charitas se pdit. Igit̃ o bona charitas: quid dignū dicā laudib⁹ tuis. Certe post tāta prioꝝ p̄conia nil de te dicē mea puitas p̄sumēt: vbi nunq̄ de te dici satis potuisset. Illabē igit̃ nobis o dulcis ⁊ suauis charitas: dilata cor nostrū ⁊ expāde desideriū. amplifica cordis nr̄i habitaculū vt cape possit hospitē ⁊ mansorē dñi.

¶ De meditatione in creaturis ⁊ scripturis ⁊ morib⁹. C. XC.

Item de triplici meditatione. Meditatio est studiosa cogitatio modū ⁊ cām ⁊ rōnē vniuscuiusq rei inuestigans. Modū qd sit. cām q̄re. rationē quō. Tria sunt genera meditationū. In creaturis. in scripturis. in morib⁹. Primū surgit ex admiratione. secundū ex lectione. tertiū ex circūspectione. In primo admiratio questionē generat. ⁊ questio inuestigationē inuestigatio inuentionē. Admiratio est dispositiōis. ⁊ questio cause. inuestigatio rationis. In lectione autē sic ↄsiderādū. primo lectio ad cognoscēdā veritatē materiā ministrat. ⁊ meditatio coaptat. oratio subleuat. operatio componit. ↄtēplatio in ipsa exultat. Bona autē quedā sunt necessitatis quedā volūtatis. Necessitatis sunt q̄ sunt in precepto ⁊ voto. De ceteris siquid supererogat̃ reddit̃. Si nihil non imputat̃. Itē meditatio in lectione est triplicis cōsiderationis. Scdm historiam est qñ eoꝝ que facta sunt vel rationē querim⁹ vel admiramur siue tpib⁹ ⁊ locis ⁊ modo cōgruo perfectā. Scdm allegoriā meditatio operat̃ in dispositione precedentiū futuroꝝ significationē attēdens miratione ⁊ puidētia coaptatā. sicut oportuit ad intelligentiā ⁊ fidei formā fabricandā. In tropologia operat̃: quē fructū dicta afferant: exquirēs quid faciendū insinuent: vel quid vitandū. quid ad eruditionē. quid ad exhortationē. quid ad consolationē. quid ad terrorē scripture lectio proponat. ⁊ quid ad intelligē tiam virtutis illuminet. quid nutriat affectionē. quid formā viuēdi ad iter virtutis edoceat. Meditatio in morib⁹ est scdm affectus ⁊ cogitationes ⁊ opera. In affectibus considerandū est: vt sint recti. sinceri hoc est ad id ad quod debent esse. Et quō affectus est in eo ad quod rectus. ⁊ quomodo debet esse sincerus. In cogitationib⁹ considerandū vt sint munde ⁊ ordinate. Munde sunt quando neq de malis affectionib⁹ generant̃: neq malas generāt affectiones. Ordinate qñ rationabiliter: h̄ est tpe suo adueniūt. Tpe eni nō suo etiā bona cogitare sine vitio nō est. vt in lectiōe de oratione: ⁊ in orōne de lectione. In operibus ↄsiderādū est primū vt bona intētione fiant. itaq intētionē oportet eē rectā p discretionē. ⁊ simplicē p benignitatē. Secūdo in operib⁹ ↄsiderādū est: vt ex recta intētione inchoata cū perseuerāti feruore ad finē pducant̃: vt ne pseuerātia torpeat: nec amor tepescat.

¶ Adhuc de meditatione in moribus. C. XCI.

Item meditatio in morib⁹ duplici cōsideratione discurrit foris ad famam: intus ad conscientiam. foris quid expediat. ⁊ quid doceat. doceat ad exemplū expediat ad meritum. nobis ad meritum: proximis ad exemplum. Intus ad cōsciētiam: vt sit munda que nec de preterito iuste accusat̃: nec de p̄nti iniuste delectat̃. Itē in morib⁹: vt oēs mot⁹ cordis deprehēdat vnde veniāt aut quo tēdant. Motus igit̃ cordis alis aliqñ manifestā hȳ originē: aliqñ occultā. q̄ manifeste bona est: a deo est. q̄ aūt manifeste mala: siue a diabolo est: siue a carne. Oēs aspirationes q̄ inuisibiliter cordi aduenīūt: ab istis procedunt. Que autē dubia sunt in origine, pbant̃ a fine. Et que mala sunt differunt: qꝛ que a carne sunt frequentius surgunt ppter necessitatem: que vero a diabolo sepius preter rationem. Item meditatio moꝝ finem ⁊ directionē in omni conuersatione considerat. Finis est ad qd tendit̃: directio quo facilius peruenit̃. Qui directius pergit citius peruenit. Sunt eni quedam bona in quibus etiā multū moueri parū est pmoueri. Alia cū pendioso labore fructum magnum adducunt. Et hec ergo discernenda sunt: ⁊ eligenda magis que magis prosunt. Multi hanc discretionem non habentes plurimū laborauerunt ⁊ parū profecerunt quoniā oculum foris habuerunt tantū ad speciem operis ⁊ non intus ad fructum virtutis. Gaudebāt eni magna se facere magis q̄ vtilia exercere. Et dilexerunt potius illā in qb⁹ videri possent q̄ emendari. Item meditatio in moribus primū cōsiderat que debita sunt:

ſiue ex precepto: ſiue ex voto: et ea primũ agẽda indicat que ſic facta habẽt meritũ: vt nõ facta generent reatũ. Poſt hoc ſi qd voluntarie ſuperaddit᷑: ſic faciendũ eſt vt debitũ nõ ĩpediat᷑. Itẽ meditatio morũ duo mala in bona actione pcipue cauẽda cõſiderat: hoc eſt afflictionẽ et occupationẽ. Per afflictionẽ dulcedo mẽtis amaricat᷑. p occupationẽ trãquillitas diſſipat᷑. Afflictio eſt qñ p his q̃ nõ valet p impatientiã vexat᷑. Occupatio qñ in his q̃ valet agẽdis per intẽperantiã agitat᷑. Ne igit᷑ male amaricet᷑ aĩus ſuã ĩpoſſibilitatẽ patient᷑ ſuſtineat. Ne autẽ male occupet᷑ poſſibilitatẽ ſuã extra mẽſurã nõ extẽdat. Itẽ meditatio morũ probat nec ea q̃ nõ ſiunt ĩpatiẽter appetere: nec ea q̃ ſiunt inſipiẽter faſtidire. Qui enĩ ſemp qđ nõ facit appetit: et qđ facit faſtidit. nec pñtib᷒ fruit᷑: nec futuris ſatiat᷑. Inchoata enĩ ante cõſũmationẽ deſerit: et inchoãda ante tẽpus apprehẽdit. Propterea bonũ eſt bono ſuo eſſe cõtentũ. et pñtia bona ſuperuenientib᷒ augere: nõ pro futuris abijcere. Leuitatis enĩ eſt bonorũ cõmutatio: multũq3 diuerſa currũt via. q̃ pro nouis vetera abijciũt. et qui ab inferiorib᷒ ad ſupiora cõſcẽdũt. qui enĩ mutationem querit faſtidioſus eſt. ſicut q̃ profectũ appetit ſtudioſus.

¶ De Concordia miſericordie et iuſtitie in filij dei incarnatione. C. XCII.

Miſericordia et veritas obuiauerũt ſibi. etc. Veritas erat in celo cũ iudice deo: et miſericordia in terra cũ hoĩe iudicãdo. Ubi enĩ miſericordia eſſet: ſi cũ miſero nõ eſſet. Accepto igit᷑ tempore: aſſumpta veritate deſcẽdit deus vt rationẽ poneret cum hoĩe. Qđ cũ vidiſſet miſericordia nõ ignara diuini cõcilij preiit obuiã illi deũ cupiẽs mitigare: et placatũ adducere. Ibi ergo miſericordia et veritas ob. ſ. Ueritas affirmauit neq̃ꝫ hoĩes debere merito dãnari. Miſericordia reſpondit eos vt boni fierẽt. ſpontanea etiã pietate debere vocari. Ueritas dixit. qꝛ deus malis dño parcere nõ deberet. miſericordia dixit ſi nemini parceret deus et nunq̃ꝫ bonos haberet. Ueritas dixit ſe nolle nec poſſe tot ſcelera hoĩũ tolerare. miſericordia reſpondit gratiã dñi ad indulgẽdũ ſupabũdare. Uidens deus tam diuerſas ſentẽtias ad effectũ ſimul procedere non poſſe. [illegible] ſcriptũ eſt Miſericordiã et veritatem diligit deus. Ueritas autẽ [illegible] vt totũ imputet᷑. miſericordia [illegible] vt totũ cõdonet᷑. q̃ ſimul fieri nõ poſſunt. Propterea peccatũ hoĩs: et ex parte ꝓpter veritatẽ punitur: et propter miſericordiã ex parte dimittat᷑. Ueritas autẽ intrans cor hoĩs clamare cepit. de terra hoĩem accuſans: miſericordia vero nõ deſiſtebat in celo orare dñm. pro hoĩe poſtulãs homo cõfeſſionẽ ad ſalutẽ ore ꝓprio faciebat. et miſericordia pcibus ſuis dñm ad iuſtificationẽ hoĩũ cõpellebat. Ueritas de terra p cõfeſſionem hoĩs oriebat᷑. et iuſticia de celo ꝓſpiciẽs p miſericordiã dei ad terras mittebat᷑. Quia ergo miſericordia cũ deo pro hoĩe erat: et iuſticia et veritas a deo cũ hoĩe erat. iã inter deũ et hoĩeꝫ erat pax pro iuſtitia. Tũc ait iuſtitia ad pacẽ Nunquid ſatis eſt optimo mala dimittere. niſi etiã ſtudeat bona cõferre. Laxauit peccata p indulgẽtiã. nũc cõferat virtutũ dona p gratiã. Rñdit pax et ait. Dñs dabit benignitatẽ. etc. Cõfeſſio criminis eſt in deteſtatiõe mali. cõfeſſio laudis in exultatione boni. Cõfeſſionẽ criminis parit timor cõfeſſionẽ laudis amor.

¶ De Mundana conſolatione et ſequenti deſolatione. C. XCIII.

Ue vobis diuitib᷒ etc. Hec conſolatio ſi vere ſapet. pter verũ bonũ nihil ſapet. Nũc aũt primũ malũ eius factũ eſt. vt illo ſublato egeſtatẽ illius patiatur. Deinde ſcđm acceſſit: vt in alio bono conſolet᷑ vt illud non requirat. Perdito ergo eo qđ intus erat bono: egreſſa eſt ad ea que foris erãt bona aliena: et pactũ fecit cũ delectationibus ſeculi. et regreſſa induxit eas ad ſe vt fornicarent᷑ cũ eis intus in abſcõdito cordis ſui et requieſceret ſup eas: et nõ reſpiceret abſentiã boni ſui. quoniã ſecũ habet ſocietatem alienã delectationũ huius mũdi ingredientiũ ad ipſam per ſenſus carnis ipſius. vel cum ipſa egreditur ad illas. Cũ autẽ claudi ceperint porte iſte ſenſuũ carnalium nõ patebit: deinceps via trãſeũdi adinuicẽ. Et tũc ſeparabit᷑ ſocietas vanitatis: et erit mundus foris excluſus ne ingrediatur. et anima intus clauſa ne egrediatur. Et veniet anima ad portas oculorum et clauſas inueniet: vt non egrediatur per viſum. Deinde diffundet ſe per aditus ſenſuum reliquorum. et non erit tranſitus illius. quoniã repagula mortis perpetue iflexibili rigore: et immobilibus ſeris valuas ſenſuũ et aditus commercij antiqui ſine fine concludent. Tunc anima miſera in hoc triſti diſcidio ſolam ſe inueniet et conuertens ſe requirere incipiet illum ſocium qui intus eſt et excludi non poteſt et non poterit habere ſocietatem illius in deſolatione ſua. quia non requiſiuit illam in conſolatione ſua. Tunc illa infelix deſperatione cadet a ſe. et damnatione ſub ſe. et aperiet ſe ꝓfundũ in obuiã eius. Et cũ illã excepit cõtinuo claudet᷑ ſurſũ: et apiet᷑ deorſũ: vt ſine fine cadat: et ad ſinẽ nõ reſurgat. Propterea dixit dñs: Orate ne fuga veſtra hieme fiat vel ſabbato. Quid enĩ eſt hiems niſi torpor mortis et qđ ſabbatũ niſi poſt mortẽ tpͤs ꝑpetue vacatiõis. Hieme ſiquidẽ [illegible] ambulãdi poteſtas ſabbatũ neq3 et licẽtia. Sic et iminẽte morte corpore aſtrict᷒ hõ a correctiõe ĩpedit᷑. Poſt mortẽ vero penitẽtia nõ recipit᷑. Hic grauat᷑ ne bona opa exerceat. ibi ligat᷑ ne dãnationẽ euadat. Hic correctio grauis. ibi emẽdatio ĩpoſſibil᷑. Propterea bonũ eſt fugẽ irã venientẽ: priuſq̃ꝫ ſentire incipias iminentẽ. Ne vel voluntas nimis efficax ſit ſine ope: vel dolor inutil᷑ ſine correctiõe. Cogitet q̃ oĩa i ſocietate alienorũ nũc poſita. qꝛ nõ poterit ſemp gaudere cũ illis: et eligat interim ſociũ illum. qui cũ oĩa ſubtracta fuerint: ſolus fidem ſeruat dilectoribus ſuis.

¶ De Tribus bonis quib᷒ placat᷑ deus. C. XCIIII.

Indicabo tibi o hõ etc. qꝛ et deus q̃ trinus eſt nõ niſi trino ſacrificio digne placari põt. Offer ergo iudiciũ filio: iudicia miſaꝫ: ſpũi ſcõ charitatẽ. ſollicitudinẽ paternitati. ſic vt nõ diſcretione numerorũ vnitatẽ trinitatis diuidas: ſed ſingulis ſic et ſil᷑ vni ſingula exhibeas. Primũ enĩ iudiciũ faciẽdũ eſt de teipſo. deinde inter te et ꝓximũ tuũ. poſtremo de proximo tuo. In eo iudicas quo iudicas temetipſum eſſe debes diſtrict᷒. in eo quo inter te et proximũ tuũ iuſtus. in eo quo proximũ pius. Teipſum iudica hoc modo Conſidera diligenter quid facis: et quid non: quid facere debes: et quid non. Poſtea hec ad inuicẽ cõferẽdo perpende: ſi idem eſt qđ facis et quod debes. Quod ſi ita inueneris gaude. ſin autẽ time. Inter te et proximũ hoc modo vide quid facis proximo: et quid facit tibi. Si tibi facit bonũ: et tu illi malum reddis: malus es. Si tibi malũ facit: et tu illi bonũ reddis: bon᷒ es. De proximo tuo hoc modo. Uide quid facit. Si certum bonũ eſt paruũ: exiſtima magnũ: magnũ [illegible]. Si dubium bonũ eſt. verum puta. ſi certũ malum eſt magnum paruũ: paruũ min᷒ iudica. Si dubium malum eſt bonũ puta. Oportet ergo te primũ facere iudicium: vt quod recte diſcernis opere cõpleas. Deinde diligere miſaꝫ: vt bonũ qđ agis nõ ex timore ſed amore facias. Poſtremo ſollicitũ incedere: ne vel bonũ qđ nõdũ habes [illegible] [illegible] accipe vel bonũ qđ habes amittas. In his trib᷒ trinitati [illegible] operãti cooparis p illuminantẽ ſapiẽtiã. et cũ lucẽte rectũ diſcernis p inflãmantẽ charitatẽ: et cũ ardẽte miſereris. Per puidã vero paternitatẽ et cũ tuente temetipſum cuſtodis. Per trinitatẽ itaq3 [illegible] do trinitati: trinitatis imago efficieris. verũ ſacrificiũ. teq3 ipm deo offeres: cũ ad eius ſilitudinẽ reformaris.

¶ De Morali expoſitione piſcine ſuperioris. C. XCV

Ieruſalem eſt aĩa. ſupior piſcina eſt rõ qua cõprehẽdit celeſtia inferior ſenſualitas: p quã affectat terrena. Supior piſcina aqueductũ habet in agro fullonis. Fullo eſt chriſtus q̃ pãnos ſuos calcat: quia electos ſuos p tribulationẽ emũdat: vt eos ſup niuẽ dealbatos ſibi veſtimẽtũ faciat. Cumbus fullonis eſt iſta conuallis lachrymarũ preſens. ſ. mũdus: in quo ad cõculcandũ piciſ ſum᷒. Sed dum calcamur [illegible] et [illegible] q: preſſura tribulationis et charitatem accendit et culpam abluit. Iſte eſt fullo qui [illegible] veſtimenta fecerat. que candida erant ſicut nix: qualia nõ poteſt fullo facere ſuper terram. Iſte agrum habet vbi flores inueniunt᷑ [illegible] ad colorandos pannos. Ager eſt ſancta ſcriptura vbi paſcuntur animalia dei. In hoc currim᷒ qñ legimus. flores colligimus qñ precepta diſcimus. pannos coloramus: qñ precepta implendo virtutibus animas noſtras decoramus. Patiẽtia eſt in roſa. et caſtitas in lilio charitas in croco. et humilitas in viola puritas in [illegible]. Hic autẽ per agrũ fullonis trãſit aqueductus piſcine ſuperioris: qui eſt radius contemplationis. per ſtudium enĩ diuine lectionis aperitur via cordi noſtro vſq3 ad contemplandũ lumen diuinitatis: vt illuc quaſi de fonte vite aque ſpiritualiũ donorũ deſcẽdant per radium contemplationis ad irrigandum et implendũ ſinum mentis noſtre. Piſcina inferior: hoc eſt ſenſualitas habet quinq3 aqueduct᷒ [illegible] ſenſus corporis: quos oblectamenta huius mundi influũt ad [illegible] dum appetitũ noſtre carnalitatis. Iſti quinq3 porticus ſunt in quibus multitudo languentiũ iacet. Sed angelus dñi ſcđm tempus in piſcinam deſcẽdit et mouetur aqua quia dum diuina aſpiratio peccatorẽ intus tangit. illico terrore iudicij conturbatur carnalis conſcientia. Et quicũq3 poſt motionẽ aque in piſcinam deſcendit ſan᷒ fit quia diuina gratia preueniens peccator ſi vere ſe ad penitentiam humiliat. et cõſcientiã impurã cõueniẽs: aut acta mala diſtricte dãnat: de quolibet delicto veniã cõſequit᷑. Cõgregatis inquit aquis

piscine inferioris. nõ enim vitiũ est aquas piscine inferioris bibere. sed cõgregare. qꝛ licet nobis bonis transitorijs vti ad necessitatẽ: sꝫ non diligere ad superfluitatẽ. Si hierusalẽ aias dicimus. domos hierusalẽ corpora. Domos ergo hierusalẽ numerare est cõsiderata hominũ multitudine timere de defectu rerũ. cõputare sumptus corporis: ꝛ nõ cõfidere in munificẽtia largitoris. Unde ꝛ post subiunxit. Aquas piscine veteris col. ꝛc̃. Murus exterior est corpus quo aia clauditur. Interior est ira naturalis virtus aie q̃ vitijs irascitur ꝛ cõtra tẽtamenta munitur. Preter murũ: ꝛ murũ ad colligẽdas aquas lacũ facere est necessitatis loco cupiditatẽ admittere.

❡ De Amore ordinato ꝛ inordinato. C. XCVI.

Unus fons dilectiõis intus saliens duos riuos infundit. Medium quippe est cor hoīs vnde fons amoris erũpit: ꝛ cũ per appetitum ad exteriora decurrit cupiditas dicitur. Cũ vero desideriũ suũ ad interiora dirigit charitas. ꝛ oĩuꝫ maloꝝ radix est cupiditas. ꝛ oĩuꝫ bonoꝝ charitas. Amor est delectatio cordis alicui⁹ ad aliquid ꝓpter aliqđ desideriũ in appetẽdo: in ꝑfruendo gaudiũ: ꝑ desideriũ currẽs: requiescẽs per gaudiũ. hoc bonũ ꝛ hoc malũ est tuũ cor humanũ. qꝛ nec aliũde bonũ: nec aliũde malũ est: nisi ꝙ bene vel male amas qđ bonũ est. Nã omne qđ est bonuꝫ est. Nec q̃ amat: nec qđ amat malũ est: sed qđ male amat. Ordinate ergo charitatẽ: ꝛ maluꝫ inde nullũ est. Oĩpotẽs deus q̃ nullo indiget rationalẽ spiritũ creauit sola charitate: nulla necessitate. vt eũ beatitudinis sue participeꝫ faceret. Porro vt ad id aptus esset: fecit in eo dilectionẽ spiritale palatũ: per hãc sanctificans ad gustũ dulcedinis interne: vt ei semꝑ inherẽdo ipꝫ quo beatificãda erat bonũ ꝛ ex ipso sugeret. ꝛ de eo per desideriũ biberet ꝛ ex ipso ꝑ gaudiũ possideret. Suge o apicula suge suge: ꝛ bibe dulcoris tui inenarrabilẽ suauitatẽ. Immerget ꝛ replebit. qꝛ deficere nescit si tu nõ incipias fastidire. Adhere ergo ꝛ inhere sume ꝛ fruere. Si sempiternus gustus fuerit: sempiterna quoq; beatitudo erit. Igitur per amorẽ sociata est factori suo creatura rationalis. soliũq; est dilectionis vinculũ qđ ligat vtrosq; in idipsuꝫ. et tanto felicius quanto fortius. Propter qđ ꝛ vt indiuisa societas ꝛ cõcordia ꝑfecta vtrobiq; haberetur. ꝛ geminatus est nexus in charitate dei ꝛ ꝓximi: vt per charitatẽ dei oẽs adinuicẽ vnum fierẽt. vt qđ de illo vno cui oẽs inherebãt quisq; in semetipso nõ caperet. plenius atq; ꝑfectius per charitatẽ ꝓximi in altero possideret. ꝛ bonũ oĩum fieret totũ singuloꝝ. Ordinate ergo charitatẽ si desideriuꝫ est. amor bene currat: si gaudiũ bene requiescat. Tria quidẽ sunt q̃ amari bene aut male possunt. Deus supra nos: proximus iuxta: mũdus subtus nos. Ordinate ergo charitatẽ. Si currat: bene currat. Si requiescat bene requiescat. Desideriũ currit gaudiũ requiescit. Propter qđ gaudiũ vniforme est: qꝛ semꝑ in vno est. Desideriũ autẽ motus mutabilitatẽ suscipit. ꝛ iccirco nõ se cõtinet in vno: sed varias species representat. Tria deus. duo ꝓximus. vnũ mũdus habebat in cursu desiderij nostri. Et est in desiderio ordinãda charitas: amor nãq; ꝑ desideriũ: ꝛ de deo: ꝛ cũ deo: ꝛ in deũ ordinate currere põt. De deo currit. qui a deo accipit vnde eũ diligit. Cũ deo: qui eius volũtati in nullo cõtradicit. In deũ qui in ipso requiescere appetit. Duo sunt ꝓximi: põt enĩ desideriũ de ꝓximo currere. vt de eius salute ꝛ profectu gaudeat. Cũ ꝓximo: vt eũ in via dei ꝛ comitẽ itineris ꝛ sociũ ꝑuentiõis habere cõcupiscat. sed in ꝓximo nõ põt vt in hoĩe spem ꝛ fiduciam suã cõstituat. Unũ est mũdi. De ipso currere: nõ cũ ipso: aut in ipꝫ. De mũdo enĩ desideriũ currit: qñ inspecto foris dei ope ꝑ ammiratione ꝛ laudẽ ardẽti⁹ intus ad ipꝫ se cõuertit. Hec est enĩ ordinata charitas: ꝛ ꝑter ipsaꝫ omne qđ agitur est inordinata cupiditas.

❡ De Sapore ꝛ nutrimẽto verbi dei. C. XCVII.

Uam dulcia faucib⁹ meis e[l]. Uerba dei vtiq; dulcia sũt: nõ vẽtris: sed mẽtis. Imo ieiunium vẽtris ꝛ cib⁹ mẽtis. Cib⁹ corporis tria hꝫ in se. Sapor delectat: nutrimẽtũ sustẽtat: massa onerat. Sapor ad palatũ ꝑtinet. nutrimẽtũ ad nãꝫ. massa ad miseriã. Unũ palatũ ꝑcipit saporẽ ꝛ stomachus nutrimẽtũ ꝛ massaꝫ. alterũ ad refectionẽ. alteruꝫ ad grauamẽ. Nutrimẽtũ vt illud in corpus traijciat massaꝫ vt illaꝫ eiciat. Sapor quodãmõ spũalis ẽ. ꝛ iđ solũmõ delectat non grauat. Inde est ꝙ fames i faucib⁹ saciari nũq̃ põt. qꝛ ibi nec appetit⁹ mensurã hꝫ nec dilectatõ finẽ. In stomacho ãt sacietatẽ recipit: ꝛ delectatio finẽ. Nã qꝛ ille nutrimẽtũ qđ sustẽtat nõ ꝑcipit sine massa q̃ grauat. ne id qđ ꝓdest vltra modũ appetere incipiat ipsa quã simul ꝑcipit illũ onerãdo refrenat. Ergo frater cũ mãducas noli iterrogare fauces tuas si satis est. Q[uia] si iudiciũ illarũ sec̃ris ꝑusq̃ illas delectatione repleas: stomachũ tuũ onere suffocabis. ventrẽ poti⁹ de mẽsura cibi cõsule. ꝛ ꝑusq̃ illũ dolere cõcipias. fauces ab auiditate cõpescę. hoc tñ de cibo corporali intellige. Nã de refectione spũalis cibi fauces potius q̃ꝫ venter ꝯsulende. Habet quippe spũalis cib⁹. i. cibũ dei filij saporẽ suũ: q̃ fauces spũales delectat. nutrimẽtũ qđ spũalẽ substantiã pascit ꝛ vegetat. ꝛ massam que infirmitatẽ premit ꝛ grauat. Fauces spũales dicim⁹ palatũ cordis. Sapor dei est verbi gustus interne dulcedinis. Aĩa autẽ ipsa substãtia est spũalis. Nutrimentũ verbi dei est exercitiũ virtutis. massa vo pondus laboris. qꝛ ergo sapor ille interne dulcedinis sine fastidio sumitur. ꝛ q̃si de quodam spũalis cibi gustu fauces cordis delectationẽ percipiunt. sꝫ saturari nõ possunt. Quia vo exercitiũ virtutis quo aĩa pascitur non sumitur sine põdere laboris: quo caro grauatur: q̃si quadã sensualitati nostre stomach⁹ dñi cibũ boni operis exercẽdo percipit: ne virtutẽ qua reficitur vltra modũ appetat ipse eã quo premitur labor operis castigat. Nõ igitur ait: Dulcia vẽtri meo: sed faucib⁹. ac si diceret: Per verbũ quidẽ tuũ dñe vẽter carnalitatis premitur. sed palatũ cordis intus sapore dulcedinis delectatur: qꝛ ꝛ si foris infirmitatẽ grauat labor operis: intus tñ desideriũ pascit dulcedo ꝛ gustus suauitatis. Hinc ẽ ꝙ dilectus ille Johãnes de se perhibet dicens: Accepi librum ꝛc̃. sic et tu frater deuora librum vite. verbum dei auide comede. ꝛ noli propterea dulcedinẽ saporis eius deserere: si aliquid amaritudinis senties in ventre.

❡ De humilitate: qualiter deficit vel ꝓficit. C. XCVIII.

Duobus modis diabolus i nobis humilitatẽ impugnat ꝑ iniuriam videlicet ꝛ ꝑ reuerentiã. Nos vo si culpas nostras ꝛ miserias attente inspicere volum⁹: tunc fortassis nec indignũ iudicabimus: si nobis inferatur iniuria. nec dignũ si reuerentia exhibeatur. Mens etenĩ hoĩs citius in laude sua decipitur: quia quod libẽtius accipit: difficilius repellit. Nam dum bona sua non nunq̃ foris laudari audit: ꝛ se tñmodo testimonio veritatis cõsensum prebere existimat. non ipsa eam veritas sed adulatio poti⁹ delectat. Ut autẽ prorsus ab elationis vitio innocens eẽ videatur maiori adhuc calliditate se palliat. Et postq̃ id qđ de se dictũ est verum eẽ ꝯsẽserit: nec vllo modo sibi tribuere existimet: statim se ad gratiarumactionẽ vertit. Hoc autẽ nõ ad humilitatẽ ei: sed ad ad elatiõis augmentũ ꝓficit: qñ tãto iam fiducialius apud se extollitur: quanto manifestius bonũ suũ nõ a se: sed a deo esse cõfitetur phariseica prorsus superbia dicẽs: Deus grãs ago tibi. Et vide quõ virus pestilentie paulatim se diffundit: dum mens in sui admiratione occupata diffigitur. paulatim iam ꝛ eum a quo habet obliuisci incipit. ꝛ q̃si iam sibi sufficiat qđ est mala sua amplius ad memoriam reducere nõ dignatur. Tunc hostis postq̃ intus cor mundũ videt: opprobria foris ꝛ iniurias admouet. quia scit ꝙ decepta mens tanto iam eas impatientius susceptura sit: quanto in se nihil nisi quod laude dignũ est agnoscit. Tria deniq; sunt per que humanitas aduersus illatã contumeliam se defendit. Primũ vt consideremus culpam nostram: q̃ meruimus vt talia patiamur. Deinde quia quotiens ad nostram lesionem excitatur proximus: hic quasi non ille: sed in illo iusto iudicio suo ad nostram probationẽ siue iubendo siue permittendo operetur deus. Postremo ꝙ malum agenti non irascendũ sed compatiendũ sit: sicut corporaliter infirmanti: quia omnis q̃ male agit: nõ quasi ex virtute agens: sed quasi a virtute deficiens: ꝛ velut q̃dã frenesis egritudine laborans pie tollerandus est. Prima ergo consideratio suadet nobis iustitiã. secunda reuerentiã. tertia misericordiã. Contra reuerentiã autẽ ꝛ laudationẽ per eandẽ maloꝝ suoꝝ memoriam hoc modo se debet defendere humilitas. non attẽdat neq; cogitet vtrum verũ sit quod de se dicitur: aut dignũ qđ sibi exhibetur. sed statim ne decepta mens ꝑ inanẽ gloriã laudẽq; que foris pulsatur intus suscipiat. ex ipso suo vitio ei opponere curet vnde potius erubescat: dicens cũ psalmista. Auertãtur statim ꝛc̃. Quisquis enim laudatus de virtute cõsultius conscientiã addit: ex eoipso ꝯsentire iam adulationi ꝯuincitur: qꝛ occasionẽ approbationis eius nõ quereret: nisi eã retinere poti⁹ q̃ꝫ abicere maluisset. Et ideo fit nõnunq̃ vt talem iusto iudicio deus veritatẽ discernere nõ permittat. ꝛ testimoniũ conscĩẽtie iam illi respondeat. nõ ad id qđ querere se fingit: sed quod inuenire desiderabat.

❡ Exhortatio Ad prelatos ꝛ iudices. C. XCIX.

Onsiderate fratres dispẽsatione dei: qui solus peccatores iustificare põt. vt tñ humanã ꝯsciẽtiã de sua pietate certã faceret: potestatẽ relaxãdi peccatã hoĩ cõcessit. vt homo ad hoĩem quasi ad consimilẽ suũ familiarius ꝛ fiducialius ꝯueniret. quẽ ꝛ videre posset veniã postulaturus ꝛ acceptur⁹ audire. Deus enĩ orantẽ videre potest. sed homo deum indulgentẽ videre

nō poteſt. Jccirco voluit deus vt homo homini loqueret: ⁊ de ſua ſalute cū illo tractaret. ſed ne forte ſalus ab hoīe dubia eſſet. de⁹ homo factus eſt. vt nec falleretur iudicādo: nec falleret miſerando. ſed omne iudiciū datū eſt filio diuina poteſtate in participationē hoīm trāſfuſa: vt homo peccata dimitteret. iuxta tn̄ diuinū iudiciū. cum idē ipſe homo deus eſſet. ipſe aūt homo chriſtus ſicut pceps fact⁹ fuerat nature noſtre. ita pceps nos eſſe voluit honoris ſui. Uidete ergo miniſteriū veſtrū iudicate. Judiciū ſuum in finē diſtulit: vt vos pius iudicetis ad correctionē. ne ipſe poſt cū iudicare cepit: iudicet ad dānationē. Uos eni nō q̄ſi iudices criminū ad puniendū poſiti eſtis: ſed q̄ſi iudices morboꝝ ad ſanandū. Uidete ergo lāguidum in manib⁹ veſtris. quē vobis miſericors. ille ſamaritanus cōmiſit. Ceterū nondū chriſtus crucifigebaẗ. ⁊ tn̄ Petrus feruorē ſuū cohibere nō potuit. ſed pcuſſit ſeruū pncipis ſacerdotū nec multitudinē timēs nec poteſtatē. Igiẗ videte q̄d facitis: chriſtus in oculis veſtris crucifigiẗ. ⁊ vos adhuc gladiū in vagina habetis. cum tn̄ multitudo [illegible] Quid vos in paſſione chriſti [illegible]. q̄ modo ad pcutiēdum pigri eſtis. Jpſe quippe dixit. Q̄ō vni ex minimis. ⁊c̄. Igiẗ in chriſto chriſtus occidiẗ: ⁊ in chriſtiano tribulatur. Quid ḡ facitis: q̄d pigri: q̄d timidi eſtis. forte qꝛ nō ſtatis ſicut phīnees. iccirco irā placare nō poteſtis vt ceſſet quaſſatio. forte qꝛ diſcubuiſtis ad ollas pharaonis: ⁊ ſaginā diligitis pigrū eſt vobis ſurgere ad bellū forte: qꝛ lanā diligitis ⁊ lac nō oues. iccirco paſcitis vos metipſos nō oues: ⁊ fugitis veniēte lupo: qꝛ de ouib⁹ non curatis. ſaltē ſic lac ouiū comedentis carnes comedere nolite. ſi fructū pro cuſtodia ouiū q̄ritis ipſas viuas ſeruate. Bon⁹ paſtor etiā carnē ſuam ouibus ſuis edendam dedit vt eas reficeret. et vos nō ſolū mercenarij precium pro cuſtodia queritis. ſed ipſas etiā oues lupi facti ad veſtrā refectionē necatis.

¶ De Triplici viſione ⁊ q̄druplici vanitate. C. C.

Idem ſup eccleſiaſtē omelia pma. Tres ſūt aīe rōnalis viſiōes. Cogitatio: cōtēplatio: meditatio. Cogitatio eſt: cū mēs notione rei trāſitorie tāgitur. cū. ſ. ipſa res ſua imagine aīo ſubito pn̄taẗ. vl̄ p ſenſum igrediēs: vl̄ a memoria exurgēs. Meditatio ē aſſidua ac ſagax retractio cogitatiōis aliq̄d vl̄ inuolutū explicare nitēs: vl̄ ſcrutās penetrare occultū. Cōtēplatio eſt pſpicax ⁊ liber aī cōtuit⁹ in res pſpiciēdas vſq̄q̄ diffuſus. ⁊ ita quodāmō id q̄ō meditatio q̄rit cōtēplatio poſſidet. Cōtēplatiōis aūt duo ſūt gnā. Unū q̄ō pmū ē ⁊ incipiētiū icreaturaꝝ cōſideratiōe. aliud q̄ō vltimū ⁊ pfectoꝝ eſt in cōtēplatiōe creatoris. Jn pūerbijs ſalomonis q̄ſi meditādo inceſſit. Jn eccleſiaſte ad pmū gradū cōtēplatiōis aſcēdit. Jn canticis canticoꝝ ad ſupremū ſe trāſtulit. Idē in. ij. omelia. Uanitas alia eſt in reb⁹ cōditis: alia in opib⁹ humanis: alia in corporib⁹: alia in mētib⁹ Prima eſt mutabilitatis: ſecūda curioſitatis: tertia mortalitatis: q̄rta iniq̄tatis. Uanitas mutabilitatis duob⁹ modis in reb⁹ cōſideraẗ ſiue qꝛ inanes ſūt: ſiue qꝛ trāſitorie ſūt. Jn illo vane ſūt: qꝛ oſtēdūt q̄ō nō hn̄t. Jn iſto vane ſūt: qꝛ nō pmanēt i eo q̄ō hn̄t. Uanitas cupiditatis in trib⁹ cōſtat. Jn cōcupiſcētia. ſ. oculoꝝ: in concupiſcētia carnis: in ſupbia vite. Jn oīb⁹ eni vanitas eſt: ppterea tam vanū eſt in his q̄ bona videẗ ſpem ponere: q̄ꝫ q̄ mala putaẗ formidare. Quid eni facit cōcupiſcētia oculoꝝ fallaces rerū fucos ⁊ lubricos captans aſpect⁹. Oblita ſui fundiẗ: ac totā ſe curioſitati dedēs circūit oīa. ſi q̄ forte noua: ſiq̄ īſolita: ſiq̄ mira occurrāt. Ad oēs rerū mot⁹ alterans ſemp pceps: temeraria: pcax: iſtabilis: petulās: ſpatiās: ⁊ lubrica: ſepe vaga: ſepe exultās: ſepe inani timore trepidās. nullā īteri⁹ radicē hn̄s: ſed ſemp ſuſpecta ad exteriores rerū pendēs motus. Certe oīa creatura talis eſt homini: q̄lis hō ipſe eſt ſibi. vt ab his q̄ foris ſunt nec bona mēs ledi poſſit: nec mala iuuari. Igiẗ hec oīa nec ad malū bono: nec ad bonū malo eſſe poſſunt: niſi quātū ipſe aīus vl̄ iſta aſpnādo pficit: vel deficit pu̇erſe amādo aut metuēdo vane. q̄d pdeſt carnē morituā deliciaꝝ luxu ⁊ voluptatū affluētia cōtra corruptionē tāto niſu defendere. cū nemo ſit q̄ poſſit eā corruptione cuſtodire. Nā ſi ſupbia vite: ſiue de diuitijs: ſiue de dignitatib⁹ gloriari velit: q̄d vani⁹ eſſe pōt. He pfecto diuitie: he dignitates ſuis poſſeſſoribus ſolū cōferūt: vt quo in eis plus alijs accipe videntur. ide plus alijs onerati inueniaẗ. quos certe pro eiſdē acq̄rēdis vel cōſeruādis plus ſemp vel labor atterit vel cura affligūt. Uanitas mortalitatis in duob⁹ cōſtat. in pena. ſ. q̄ atterit: ⁊ in pena q̄ diſſoluit.

¶ De Caſta ⁊ curioſa viſibiliū cōtēplatiōe. C. CI.

Idē in octaua. Nemo viſibiliū rerū aſpectū caſtis mētibus noxiū putet. Opus eni dei q̄ſi verbū illi⁹ eſt p q̄ō nobis loq̄ẗ. Sicut ergo auris inſtrumentū eſt ad pcipiendū verbū hoīs: ſic oculus inſtrumentū eſt: ad pcipiendū verbū creatoris. propterea congrue in humano corpore ⁊ oculi ſurſum poſiti ſunt: ⁊ aures a latere conſtitute: q̄ſi p hec nobis ſignificeẗ: q̄ noſtra intētio ſecūdario dirigi debeat ad proximū: principaliter ad deum. quare cordi humano totus mundus nō ſufficit: quia nō ſaturaẗ oculus viſu: nec auris impleẗ auditu. Ergo ſcientia ſuccumbit: affect⁹ tranſcēdit. Tendit ſe ſciētia q̄ntū poteſt ⁊ totū capere nō poteſt. amor vō to totū haurit: ⁊ adhuc futurus pōt. Quare h: Quia ſciētie charitas ſupeminet. nec dicit: ſufficit cor humanū donec ad illū puenerit: ⁊ illū inuenerit: a quo factū ē vt eēt ⁊ ad quē factū ē: vt in illo beatū eēt. Spēs rerū viſibiliū q̄ſi vene [illegible] modo q̄dā ſūt: p q̄s iuiſibiliẗ pulchritudo ſe manifeſtās ad nos [illegible] emanat. Et ideo cū ita ſenſū noſtrū atq̄ꝫ effectū nāliē pūocāt. nō q̄dē deſideriū replēt: ſꝫ ad inquirēdā cōditoris ſpeciē: ⁊ ei⁹ pulchritudinē ɔcupiſcēdā irritāt. Itē in. x. Cū anim⁹ veritatē deſerit: hunc primū repulſus erroris ſui penā patiẗ: vt ipſā quā in ſe ⁊ pp̄ter ſe amare voluit veritatē iam pro vanitate querē incipiat: ⁊ nō tā veritatē q̄ꝫ nouitatē affectās multa ſcire cōcupiſcat. Jncipit miſer deinde ctus ſui erumnia lāguēs: q̄ſi quotidiā faſtidio de alijs ſemp ad alia appetēda diſcurrere: ⁊ priora abiciens q̄ſi vacua ⁊ ſterilis ſperat ſe deſiderij ſui effectū in his q̄ ſupſunt poſſe obtinē. ſꝫ hui⁹ tā impudentis deſiderij ⁊ ſtulte curioſitatis iuſta ſtatim pena ſubſequitur: q[illegible] [illegible] delectatione pu̇erſe q̄rit nihil pter dolorē inuenit ⁊ [illegible] ctionē ⁊ multitudine pariẗ diſtrahiẗ: ⁊ pſūditate reuerberaẗ. ⁊ [illegible] q[illegible] ſcia tali vanitate q̄ſita tātoq̄ꝫ labore ex pte q̄ntulacūq̄ꝫ iuēta animū p ſupbiā inflat: vt dū de boni īterioris g̃lia ad appetitū exterioris labiẗ: ſemp ad deteriorē vanitatē pcipiteẗ. Tantoq̄ꝫ auidi⁹ tota ſe ad carnis voluptatē male dulcē experiēdā effūdat. q̄nto magis interius fatigata: ⁊ ab inquiſitiōis ſue intētione repulſa de inueniēda veritate deſperat. Sed ⁊ ibi quoq̄ꝫ vanitatē inueniēs requieſcere nō ſiniẗ: qꝛ in carnis voluptate fugientē delectationē nec cū preſens eſt detinere poteſt: nec cū preterierit reuocare. Sicq̄ꝫ vndiq̄ꝫ fatigata ⁊ diſſipata: pcella vanitatis ſue ɔcutiẗ: vt p ipm̄ quo male delectata abijt: ſalubriter tādē afflicta redire cōpellaẗ: ⁊ ſepe grauis quedā fit lucta in animo: vt dum ſe infimis delectari pariter ⁊ affligi conſiderat: magno deſiderio ⁊ amore libertatis dilecta etiam ſi fieri poſſit deſerere concupiſcat.

¶ De Occupatione mentis in exterioribus. C. CII.

Idē in. xi. homelia. Hanc ergo occupationē per d. d. ſ. h. quia cū mens hoīs in illo vno bono ſtare noluit: in quo poterit feliciter requieſcere: vel ſine diſtractione ⁊ occupatiōe ſūme veritatis plenitudinē poſſidere: pieca foras extra ſemetipſam in multiplicitatē rerū viſibiliū ſpergiẗ. ⁊ veritatē quā intus cecata a fonte haurire nō poteſt: q̄ſi p riuulas q̄ſdā viſibiliū areſcētib⁹ precordijs ſaltē ſugere conaẗ. Sed dū amplius per exteriora ſpergiẗ: magis ab interiorib⁹ auerſa cecaẗ. Unū bene legitur caim dixiſſe ad dn̄m: Ecce eijcis me ⁊ ero vagus ⁊ pfugus. vag⁹ p inordinatā cōcupiſcentiā: ⁊ pfugus p peccatricē ɔſcientiā. Igiẗ hanc occupationē q̄re dedit: vt diſtēdaẗ in ea: vt ſe tendant ⁊ diſtēdant: laborēt ⁊ deficiant: ⁊ reuertanẗ ⁊ ſanet eos. Si eni in occupatione ſua nō diſtēderenẗ neq̄ꝫ laborarēt. dulcis fieret nimis ipſa occupatio: ⁊ nollēt illā deſerere: neq̄ꝫ redire ampli⁹ ɔcupiſcerēt vbi veritas eſt. Propterea dedit deus illis occupationē peſſimā: vt diſtēdanẗ in ea. Agam⁹ pietati hui⁹ g̃ras: qꝛ laborare nos facit in malo nr̄o: in auerſione nr̄a: q̄ ſepiuit ſpinis viā noſtrā: vt reuertamur ad p̄mū virū ⁊ ſpōſum ⁊ amicū aīe nr̄e: qꝛ bene erat nobis tunc magis q̄ꝫ nūc. Hoc autē nō intelleximus nos ⁊ putauim⁹ bene eē nobis cū male erat. Et ideo aſpſit ipſe amaritudinē ⁊ abſinthiū ⁊ fel in poculū dedit ſup male dulcē ⁊ blandientē ad mortē auerſionē noſtrā ⁊ occupationē peſſimā. Occupatio eni eſt diſtractio ⁊ illigatio mētis q̄ auertit ⁊ diſſipat: ⁊ illaqueat aīas ne cogitare preualeant ea q̄ ſaluti ſue vt diſtēdanẗ in ea. Quid ē diſtēdanẗ. exteri⁹ intumeſcūt. interius inanes fiant. Nā q̄ō diſtēdiẗ: foris q̄dē mai⁹ apparet ſed extriſec⁹ incrementū accepiſſe cerniẗ. inde veraciẗ interi⁹ ſoliditatē amiſiſſe cōprobaẗ. dū eni vltra ſe pertingē nitiẗ in id q̄ō nō eſt in ſemetipſo deficere incipit: ⁊ inaneſcere ab eo quod eſt.

¶ De Jactantia ⁊ vana leticia. C. CIII.

Idem in. xii. Ut ſcirē prudentiā atq̄ꝫ hoc eternū. Salomon ſe ſapiētiā cōtēplatū fuiſſe ⁊ didiciſſe teſtat⁹ eſt. Unū pꝫ q̄ ſuperiora ad rerū naturā deferēda ſunt. Hec vō q̄ ſubiūgit ad mores hominū. prepoſtero quidē ordine viſus eſt: quia prius vita propria corrigēda erat per circūſpectionē moꝝ: ac deinde ceteris que circa propriā naturā fuerūt ſtudiū adhibēdū: vt primū interiora cordis

oculi mundarentur a vitijs: et post aperirent in contemplatione veritatis. Sed elatio que foris magna apparere voluit, primum exteriora quesiuit ut prius exterius scientiam per viam iactantie apprehenderet. Deinde interiora sua scrutando ad ostentationem foras proijceret. Unde recte cum dixisset prudentiam se quesisse pariter adiunxit. et doctrinam: quia mens glorie et ostentationis cupida nequaquam prudentiam circumspectionis ad bene viuendum, sed ad docendum habere voluit. Et ideo scientiam prudentie sine scientia doctrine inutilem sibi et infructuosam fore reputauit. Quod autem etiam errores et stultitiam scire se voluisse fatetur. nequaquam ad hoc mala cognoscere voluit. ut cognita vitaret. sed ut se de malorum cognitione extolleret. alias de opere damnaret. Error vero est cum per ignorantiam malum committitur. stultitia autem cum malum cognitum non vitatur. Igitur et bona pariter et mala scire voluit: et cum scientia utrorumque doctrinam simul concupiuit ut totum quod mens per scientiam comprehenderet. per doctrinam ad ostentationem manifestare valeret. Risum inquit reputaui errorem. Per risum quodam modo concepta letitia foras trahitur. et quod de gaudio intus latuit prodit. modestie claustris quadam leuitate et incontinentia lubrice mentis pandit. Spirituale gaudium nequaquam aliquem ad risum dissoluit. sed ea tamen letitia que a carnis blandimento concipitur: etiam per motum carnis facile aperitur. Nam que via primum ad animum ingrediendo fordinatum gaudium claustra continentie rupit. eadem postmodum via que lapsum est cum strepitu excrescere cepit: sine modestia facile erupit. lubrica mens semper peruersum quod primum sine modestia concipit quasi parturiens postmodum sine pudicitia effundit. Primum ergo decipitur quando blandimentis mundi illecebras intus ad gaudium suscipit. postea erit: quasi conceptum intus gaudium ad lasciuie modum per risum effundit.

Qualiter sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suauiter. C. CIIII

Idem in .xv. Transiui ad contemplandam sapientiam erroresque et stultitiam. Quid est error. Nescire quod rectum est. Quid est stultitia: Non sequi. Quid est sapientia: cognoscere et amare bonum. Si fortiter pertingit sapientia a fine usque ad finem. ergo non est defectus opificio differens pulchritudo conditionis. Quare ergo non eque pulchra sunt omnia nisi ut magis pulchra sint simul uniuersa. Nam si non essent differenter pulchra singula: non essent incomparabiliter pulchra uniuersa. quia si esset una pulchritudo in singulis quelibet excellens illa foret et ceteris omnibus eminentior. non esset omnis pulchritudo in uniuersis. Igitur sapientia a fine usque ad finem fortiter pertingit: quia sic opera sua usque ad fundum rerum prosequitur: ut etiam defectum inferiorum ad uniuersorum pulchritudinem moderetur. ut inde uniuersitas magis pulchra sit: sine quo in uniuersitate quedam aliorum comparatione et respectu defectum patiuntur. Nam hoc ipsum quod in quibusdam eius operibus pulchrius non pulchrum videtur. turpe tamen non est ubi est: sed minus in parte pulchritudinis habet: quia hoc in toto pulchrum est ad quod est. Ergo ex eo in toto partium maxima est quod in partibus differens et multipliciter variata distinctaque omnifaria pulchritudo est. Suauiter enim omnia disponit. quia in tam multis: tamque diuersis rerum generibus singula queque ad terminum suum promouens. nihil uniuersitatis concordiam pacemque turbare permittit. sed si unicuique quod suum est tribuit et dissimiliter currentia ad unum finem conducat. Et ut unius operationem effectumque alterius non impediat. malum quidem proprium edem non habet: sed natura peregrinum a suo in alieno moratur. quia non esset ubi esse posset malicia. si non eam in suo pateretur: que eam non fecit sapientia. Non enim sapientia maliciam fecit. sed in eo quod fecit maliciam esse permisit. ut collata malicie sapientia vinceret: et comparata pulchrior appareret. Confert enim se et commetitur sapientia malicie in operibus suis et vincit eam utique ut attingat a fine usque ad finem. Ideo enim malicia ad defectum currens sapientiam non euadit. quia non potest malicia ipsa quod corrumpat inuenire. nisi in his que sapientia creauit. Sapientia vero propterea maliciam ad profectum surgens transcendit. quia non potest malicia corrumpere quod sapientia potuit creare. Currit ergo sapientia ut attingat a fine usque ad finem. transcendens maliciam incorruptis bonis quo malicia non accedit. et consequens maliciam in his que corrupta sunt quo malicia non precedit. tam suauiter enim omnia etiam non suauia disponit: ut omnia que contra eius voluntatem se erigunt: neque potenter extinguat ut nihil sint. neque violenter compellat ut nihil possint: sed esse sinens et posse annuens currentia contra suam voluntatem manifeste permittit. et occulte conducit ad implendam suam voluntatem. Restat nunc maximus ille supremus sapientie excursus a fine usque ad finem: qui nullum habet finem sursum sublime contemplationis: et deorsum profundum damnationis. Ad illos duos fines uniuersorum cursum incipiens: a medio sapientia hinc inde sue promouendo siue deferendo disponens conducit. sursum ascendentibus viam sternens iustitiam deorsum descendentibus viam relinquens iniquitatem. quo cum ventum fuerit sistent uniuersa in finibus suis: et fines sui numquam habebunt finem. Et tunc quoque ipsa sapientia pertingit a fine usque ad finem fortiter. ut amplius numquam vel a retributione iustorum deficiat: vel pena iniquorum desistat. Disponens omnia suauiter. hinc ad gaudium. illinc ad supplicium eternum. Sed queso que suauitas in inferis erit: quia ipsa suauis permanet: que disponit: licet illi suaues non sint quos disponit. nec illud suaue sit in quo disponit. Ipsa dispositio suauis est. et si illa suauia non sint que disponit.

De Quadruplici opere in mundo. C. CV.

Idem in .xvi. Quattuor sunt opera: quibus omnia temporalia explicantur. Primum est opus dei. secundum nature. tertium artificis cum natura. quartum solius artificis sine natura. Opus dei est essentia rerum de nihilo creare. materiam rerum informem disponere. motum autem rerum sub certo ordine temperare. Propterea tria hec ad opus dei pertinent. i. essentia rerum et forma et ordo. Hec autem tria (sicut postea auctor ipse attestatur de operibus dei stabilia sunt: nec temporis capiunt mutabilitatem: quia et rerum essentie hoc quod sunt numquam esse desinunt. et rerum forme secundum primam conditoris sui institutionem in suis generibus perpetuam identitatem custodiunt. et motus rerum primi ordinis legem numquam transcendunt. Neque enim vel essentie rerum nihil esse: vel forme rerum aliter esse: vel ordo rerum dispositioque ab initio mutari potuerunt. Opus itaque dei est creare formare disponere uniuersa. Opus nature est semina rerum de occulto sinu per incrementa producere. eademque rursum marcentia cum concidunt per defectum ad occultum sinum unde prodierunt reuocare. Opus artificis cum natura est ea que oriuntur de terra studio et industria adiuuare. Opus solius artificis est in subiecta rerum materia operari: vel disiuncta componendo: vel coniuncta separando. Tres itaque opifices sunt in hoc mundo: deus: natura: et artifex imitans naturam. Sed hi tres valde dispari potentia id quod ad effectum producunt efficiunt. Nam deus in opere suo nec nature opera indiget: nec opificis imitatur naturam. Operatur enim deus aliquid sine natura. aliquid in natura. aliquid supra naturam. Nam sine natura primum fecit ipsam naturam. Cum natura facit ea que de natura secundum naturam producit. Supra naturam quando in natura preter cursum nature solitum et posse primum maiori addita potentia aliquid ad effectum producit. Omne ergo quod natura facit: deus facit. sed non omne quod deus: natura etiam facit: quia sine natura naturam facit. Tertio loco sequitur opera artificis imitantis naturam. et ipse quidem aliquid cum deo operatur sine natura. aliquid cum natura sine deo. aliquid cum deo simul et cum natura. aliquid sine deo pariter et sine natura. Cum deo operatur quando opera iustitie operatur. Sine deo quando opera opera iniquitatis operatur. Cum natura quando seminibus rerum seribus propagandis: quibus natura incrementum subicit. foris industriam et studium apponit. Sine natura quando preterea in subiecta materia studium explicat: ut aliquid quodcumque ad effectum promoueat: in quo natura patitur: tamen non operatur: quia materiam operandi prebet: non operandi effectum exercet. Talia sunt omnia opera hominum que fiunt super terram. Ex quibus multa mortalis vite necessitas cogit: multa suadet cupiditas: multa vanitas operatur.

De Mutabilitate hominis secundum tempora. C. CVI.

Si in obedientia mandati perstitisset homo non subderetur momentis temporum fixus per contemplationem in soliditate eternorum. Postquam autem cor suum declinauit: ut illud per concupiscentiam rebus mutabilibus subiceret: quasi de celo lapsus: cepit deorsum cum his quibus inherebat defluere: et per volumina mutabilitatis sue ductus: temporum momenta sentire. Sic ergo tempora venerunt in corde humano quando multa desideria introierunt in illud: et mutabilitas illic dominari cepit. Et venerunt alia: et alia discesserunt. et facta est fluctuatio et inconstantia magna. Jam enim cum mundo visibili mundus inuisibilis voluebatur. et ceperunt in eo tempora et momenta discurrere: et esse anni et dies et noctes: sementes et messes. natura ad eternitatem facta ei que temporaliter transit praue associata. Necesse est autem ut homo qui a carnalibus ad spiritualia conuertitur prius animo ab his quibus per affectum inheserat auellatur. Tunc siquidem libere se spiritualibus per amorem conglutinat cum de terrenis affectibus nihil superest quod eius mentem in desideria aliena auertat. Itaque tempus scindendi est: ut homo prius mentem a desiderijs terrenis auellat. Postea tempus consuendi: ut animo per amorem spiritualem eternis et permanentibus bonis adherere incipiat. Sic quippe consuuntur humana et diuina in unum. et que duo fuerant per naturam: fiant unum per gratiam. Compunctio siquidem ipsa acus est: et dilectio filum. et facit viam acus et perforat utrumque ut filum utrumque contineat. Qui vero deum amat: sicut secum in deo diligit proximum. Sic contra deum nec diligere nouit seipsum. Tempus igitur

eſt dilectionis: ⁊ tẽpus odij: vt qui pro deo ſtudemꝰ inimicos dilige re cũ cauſa dei leditur: nõ pſumamꝰ etiam amicos amare. Eſt adhuc alia dilectio ⁊ odiũ aliud: vt quiſq̨ carnẽ ſuã ⁊ in his diligat q̃ illi vtilitati ſuſtẽtãde neceſſaria ſunt. ⁊ odiat in his q̃ deſideria praua ex poſcunt. Seqtur vo poſt mutabilitatẽ rerũ gratis cõfuſio aĩoꝝ: qꝛ pergũt corda ſup volumina ⁊ trãſitus tẽporũ. vt nõ ſtent in veritate ſed defluãt cũ eis q̃ vadũt vt trãſeant. Intellectꝰ autẽ hoĩs excitatꝰ ſpecie rerũ ſurgit: ⁊ ſm emulationẽ veritatis ad interiora conatur ſcru tanda. ⁊ habet principiũ in opibꝰ dei ꝑme cõtẽplationis. ⁊ non ꝑue nit vſq̨ ad finẽ operũ dei: vt capiat totũ qḋ abſconditũ eſt. Si enim ad finẽ ꝑuenire potuiſſet. inueniſſet vtiq̨ deũ quoniã a quo ſũt ibi finem habent omnia.

℄ Qualiter traditus eſt mundus hominum diſputatio nibus. C. CVII.

Propterea ſtultã facit deus ſapientiã mũ di qꝛ poſuit mundũ in diſputa tiõe eoꝝ ꝑmanẽs ipſe occultus donec deficerẽt diſputã tes ⁊ querẽtes inania. Poſt hoc reuelauit ſe deus ⁊ exi uit vt inueniretur cũ gloriari iã nõ poſſit homo: ⁊ q̃ſi ipſe ſenſu ſuo ⁊ ſapiẽtia deũ cognouerit: q̃ in opere dei ſcrutãdo defecerat. Sunt ad huc alie quedã diſputatiões in deſiderijs hoĩuꝫ multiplices nimis ⁊ varie. ⁊ ex ipſis ſurgũt multarũ ſtudia vanitatũ. Oĩs hõ ꝑfert qḋ diligit ipſe ⁊ trahuntur corda hoĩuꝫ in infinitas ſciſſiões: ⁊ laudãt par tẽ ſuã ſinguli. Et in his oĩbus nõ inuenit homo opus qḋ opatꝰ eſt deus ab initio vſq̨ ad finẽ. Initiũ nãq̨ operũ dei eſt viſus rerũ tpa liũ: finis vo fructꝰ eternoꝝ. Iccirco traditus eſt mũdus amatoribus mundi qꝛ quibus eternoꝝ bonoꝝ dulcedo tollitur. eis carnales da te ſunt delectationes ⁊ mũdi gaudia expoſita in deſideriorũ ſuoꝝ maloꝝ diſſipationẽ. Inuenimus adhuc ⁊ alias diſputatiões in iu dicijs hoĩnũ grauẽs ac multiplices. arripiunt enim hoĩes vicẽ dei volẽtes: ⁊ iudices ſeculi ſe cõſtituũt. ⁊ diſputãt de mũdo ⁊ de ope ribus dei. ⁊ de ꝑuidẽtia eius ⁊ iudicijs quibus mundũ vniuerſum diſponit. Rephendũt deũ ꝙ noxia facit: ⁊ nemo tñ reprehẽdit. cum leditur inimicis eius. cum ſint ipſi vniuerſi ⁊ inimici dei ⁊ aduerſa rij veritatis. Multa operatur deus circa hoĩem ab initio eius vſq̨ ad finẽ illius ⁊ nõ inuenit quo fine fiant hec omnia donec ipſe finẽ accipiat. Tunc autem intelliget ⁊ tũc inueniet que operatus eſt deꝰ in eo ab initio ſuo vſq̨ ad finẽ ſuũ. vel in miſericordia vel in iudi cio. Interim autẽ latent omnia ⁊ ſepe deus malos tolerat: ⁊ differt penam illorum manifeſtam habet: tamen omnis malicia penam oc cultam ⁊ iudicat deus ⁊ videtur iudicium differre. vel facta homi num nõ attendere omnino ab his qui non vident. niſi ea que foris ſunt. Similiter aliquando probat deus iuſtos aduerſitatibus ⁊ tri bulationibus exercet. et videtur iuſtitia nõ habere premium apud ipſum: ⁊ tamen nunq̃ caret retributione ſua occulta vel manifeſta. Sed aliquando differtur vt interrogentur de perſeuerantia ſua cõ ſcientie hominum. Hec eſt ergo afflictio hominum: diſputatio eo rum aduerſus deum quia in eo ꝙ iudicijs dei humiliter ſubdi no lunt: non ſolum eos exterius pena aduerſitatis ⁊ tribulationis mo leſtia atterit. Sed multomagis intus furor ⁊ impatientia murmu rationis affligit.

℄ Qualiter homo per concupiſcentiam aſſimulatus eſt iu mento. C. CVIII.

Duo in hoĩe facta ſunt vnũ terrenũ aliud celeſte vnũ ſilitudo iumẽti: aliud dei. Et cõiun cta ſunt in hoĩe corpus ⁊ aĩa. duo in vnũ. ⁊ datũ eſt cor pori beneficiũ ſocietatis vt participaret de imortalitate aĩe ad incorruptionẽ. ⁊ hoc totũ ad gloriã aĩe factum eſt. qꝛ placita erat deo in veritate ⁊ iuſtitia cõſiſtẽs vt nõ attereretur veſtimẽtũ eiꝰ ſi pſeueraret obediẽtia illius. Poſtea auertit ſe aĩa in alienationem amoris: ⁊ oblita eſt qḋ melius erat ſuũ: ⁊ intuita eſt foris pulchritu dinẽ alienã: ⁊ intẽdit in fucũ pallij ſui vt ſe oblectaret ibi. ⁊ cepit for nicari ad illecebras corporales. ⁊ ſubtracta eſt ab oculis eiꝰ dilectio ſpũalis: ⁊ iratus eſt deus ⁊ voluit hoĩeꝫ reuocare intus ad id qḋ ve rũ erat. vt ſemp nõ haberet ſup imagines fucatas intuitus fallaces: ⁊ abſtraxit gloriã indumẽti eius vt iret in corruptionẽ: ⁊ cõſcidit ve ſtimentũ eius. vt oſtẽderet homini qꝛ non eſſet in eo gloria eius vbi ſe beſtijs ſiliꝫ eſſe videret. ⁊ cecidit homo ⁊ dilapſuꝫ eſt qḋ erat ter renum corruptibile ⁊ fluere cepit vt rediret vnde venerat. Factũq̨ eſt vt probaretur homo ſi meminiſſet boni ſui. ⁊ ſi nõ noſſet require re illud. dum cogitur ſpeciem vanã relinquere ⁊ exire ab eo cui ꝑuerſe inheſerat. Propterea vt probaret deus filios hoĩnũ ⁊ oſtenderet eos ſimiles eſſe beſtijs. Iccirco vnus eſt interitus ho. ⁊ iu. ſic ⁊ prius homini cum iumentis vna origo erat in corpore quod ſumptum eſt de terra ⁊ vna viuendi conditio cum iumentis: vt ſimiliter cor pus terrenũ aleretur de terra. ſed vnus finis cũ iumẽtis homini nõ erat q̨ factus erat hõ: vt nõ moreretur: neq̨ in terrã reuerteretur de q̃ ſumptꝰ eſt. Ita tũc ꝑ incorruptionẽ corporis humilis origo tegebatur. ⁊ diſſimu latũ erat ꝑ imortalitatẽ: ne veniret in exprobrationẽ: qꝛ hõ ſilis eſt beſtijs. neq̨ oſtẽdere voluit hoĩ deus vnde eẽt ignobilitas eiꝰ ne in ipſiꝰ cõditiõe totũ exponeret. ſꝫ veſtiuit eũ pulchritudine imorta litatis. ⁊ poſuit ſeorſũ extra genꝰ ſuũ in ſortẽ alterã. Cũ vo peccaſ ſet hõ deo: priuauit eum gloria ſua. ⁊ remiſit eum ad originẽ ſuam: vt per id quod ibat agnoſceret vnde venerat. ⁊ ſiquis dicere voluerit quia hõ hꝫ amplius iumento: in eo ꝙ ſpiritus filiorum ade aſcendit ſurſum: vt occidente in morte corpore ſuperſtes in vita remaneat: ⁊ ſpiritus iumentoꝝ deſcendat deorſum. i. pariter cum morte corpo ris defluat in corruptionẽ. quis nouit hoc. Non tamen quia verum nõ eſt hoc. ſed quia occultũ eſt: ideo quis nouit hoc. Uerum eſt q̃ creditur. ⁊ ipſa credulitas nõ dubia ſcientia eſt: firma eſt. Et tñ nemo hoĩnũ hoc ſcit. qualiter ſciuntur ea que videntur: quia ideo abſcon ditum eſt vt credatur vt fides meritum habeat ⁊ infidelitas locum. Et fiunt multi infideles: ⁊ dicunt: Quis nouit hoc. Et putant certa pro incertis non eſſe relinquenda. ⁊ incipiunt ꝑſentia amplecti ⁊ ea que videntur rapere: vt teneant que certa ſũt. ⁊ iudicantur in morte quia trãſeunt ⁊ elabuntur qũ teneri putantur. ⁊ ſuccedunt q̃ certa ſunt que putabantur incerta.

℄ De Animo in vtraq̨ fortuna peruerſo. C. CIX.

Peruerſorum animꝰ in vtraq̨ parte cor rectiõis impatiẽs. nec ꝓ ſperis excitatur nec aduerſis caſtigatur. Cũ enĩ dulcia ꝓ bitꝰ reſpiciũt herent animis in illis. ⁊ dicũt ſatis eſt hoc. Cũ vo aduerſa attẽdũt habere incipiunt ⁊ corruunt diffidẽtia. ⁊ optãt ma gis nõ eſſe q̃ male eſſe: qꝛ nõ nouerũt viã aliã: ꝑ quã effugiãt mala eẽ: niſi trãſeant ad nõ eẽ. Propterea viſis malis q̃ ſub ſole ſunt cõ tinuo voce illoꝝ ſubinfertur cũ dicit: Et laudaui magis mortẽ ⁊c. Iſta quippe vox illoꝝ eſt qui verũ bonũ nõ nouerũt: nec aliud putãt hõi ad bonũ vel ad malũ eẽ niſi quod preſens eſt totũ. Iccirco in bonis ſupra modũ exultant. in malis deſperãt. ⁊ vbi ſpes illoꝝ eſt illic de ſperatio cõſtat. hoc etiã ad confuſionẽ omniũ accedat ꝙ ipſe homo caligat ad videndũ ſe. Si enĩ videret homo quid ⁊ quare factus ſit. recognoſceret vtiq̨ ſuũ bonũ. ⁊ iam non magis felices diceret. qui nihil ſunt q̃ eos qui ſunt aliquid. Deſiderio nãq̨ tãti boni aſtrictꝰ animus licꝫ malis temporalibꝰ afflictus vitam preſentẽ faſtidiret. ſpe tamen cõſolationis future omnino eſſe magis q̃ nõ eſſe dilige ret. Quare ſtulte dicis meliorẽ pugillũ cum requie q̃ plenã vtraq̨ manũ cũ labore. Forſitan cõſideras qñ ⁊ pugillũ habes ⁊ requiem. ſed nõ attendis qñ nec ipſum pugillũ habebis quid tunc facturꝰ ſis ⁊ quã requiẽ tunc ſis habiturus. Ideo nunc comedis pugillũ in re quie: ⁊ placet tibi ocioſitas tua. neq̨ curas nũc interim aliũ pugillũ q̃rẽ cũ labore quẽ comedas cũ iſte defecerit. Ideo comedis carnes tuas nũc: qꝛ ipſe vapulabũt. ⁊ ꝓ importunã ſua macerationẽ poſtmo dum exoluet qḋ requies in eis non ultra expẽderit.

℄ Soliloquiũ hominis cum anima ſua de rectitudine amo ris. C. CX.

Homo de arra anime. Hõ. Loquar ſe creta cũ aĩa mea cũ nec mihi timor erit occulta querẽ: nec illi pudor vere reſpõdere. Dic mihi queſo aĩa mea q̃d eſt qḋ ſup oĩa di ligis. Ego ſcio ꝙ vita tua dilectio eſt. ⁊ ſcio ꝙ ſine dilectiõe eẽ nõ potes. Certus ſum ergo: ꝙ aut horũ q̃ videntur aliq̃d amas. aut ſi id poſtpoſuiſti oĩa hec. aliud habes quod pre oĩbꝰ his diligas. Aĩa. Sicut amare nõ poſſum qḋ nunq̃ vidi: ſic de his oĩbꝰ que videntur nihil adhuc amare potui: cũ multis iam expimẽtis didici fallacẽ eẽ ⁊ fugacẽ amorẽ huius ſeculi. quẽ ſemp vel cũ perit id qḋ magis dili gerẽ perdere. vel cũ aliud qḋ magis placeat ſupuenerit cogor cõmu tare. Sic adhuc deſiderijs incerta fluctuo: quũ nec ſine amore eẽ poſ ſum: nec veruꝫ amorẽ inuenio. Homo. Gaudeo ſaltem ꝙ in amo re temporaliũ non figeris. ſed doleo ꝙ in amore eternorũ nondum requieſcis. Infelicior eſſes: ſi de exilio patriã faceres. nunc vo quia in exilio erras: ad viam reuocanda es. Si temporalia iſta ⁊ viſibilia iccirco amari debere exiſtimas: quia illis quendam ſui generis de corem ineſſe conſpicaris: cur teipſam potius non diligis: que ſpecie omniũ viſibilium decorem vincis. Anima. Oculus cuncta videt ſeipſum nõ videt. ⁊ eo lumine quo reliqua cernimus: ipſam in qua poſitũ eſt lumen faciẽ nõ videmus. Ego igitur quia ad faciem meam q̃uis ſic cõtẽplari nequeo: facilius in ea que foris admiranda videntur affectum dilectionis mee extendo: preſertim quia amor nunq̃ ſolu

tarius eſſe patitur: ⁊ in hoc ipſo iam quodãmodo amor eſſe deſinit: ſi in alterũ pluralitatis conſortẽ vim dilectionis nõ diffundit. Dñs. Nõ eſt ſolitarius cũ quo eſt deus: nec iccirco vis dilectionis extinguit: ſi a nobꝰ abiectis ac vilibꝰ appetitus eius cohibeat. Ille magis iniuriã ſibi facit: q̃ vel inhoneſtis vel ceteris q̃ amore ſuo digna nõ ſũt: in ſocietatẽ dilectiõis admittit. Nõ vis habere aĩa amorẽ ſolitariũ: noli nũ habere ꝓſtitutũ: quere vnice electũ. Amor ignis ẽ: ⁊ ignis qđẽ ſomentũ querit vt ardeat: ſꝫ cauene id mittas qđ fumũ potius aut fetorẽ miniſtret. Ea vis amoris ẽ: vt talẽ te eſſe neceſſe ſit: q̃le ẽ illud qđ amas. Et cui ꝑ affectũ coniungeris in ipſius ſimilitudinẽ ipſaꝫ quodãmodo dilectionis ſocietate transformaris.

Qualiter Anima poſſit ad verũ amorẽ incitari. C. CXI.

Vam

igit̃ anima pulchritudinẽ attẽde: ⁊ intelliges qualẽ debeas pulchritudinẽ diligere. Q ſi forte interna illa tua viſio ꝑ negligẽtiaꝫ obſcurata eſt: ⁊ temetipſam vt decet ⁊ expediuit cõtẽplari nõ ſufficis: aut ſaltẽ qđ de te exiſtimare debeas ex iudicio alieno nõ perpẽdis. Sponſuꝫ habes: ſꝫ faciẽ eius non vidiſti. Ille te vidit: munera miſit arrã dedit. Si ſpeciẽ illius videres: nõ amplius de tua pulchritudine ambigeres. Scires enĩ ꝙ tã pulcer. tã vnicus in tuo aſpectu captꝰ nõ eſſet: ſi cũ ſingularis decor ⁊ vltra ceteros admirãdus non traheret. Quid ergo agis ſi adhuc ſcire nõ potes qualis ille ſit q̃ te dil git. Cõſidera ſaltẽ arrã quã dedit. Nobile donũ eius: qꝛ nec magnũ decuit vt parua daret: nec ꝑ paruo ſapiẽs magna dediſſet. Magnum ergo eſt qđ tibi dedit: ſed maius eſt qđ in te diligit. Quid tibi dedit ſponſus tuus. Reſpice mũdũ iſtũ. Oĩs natura ad hunc finẽ curſum ſuũ dirigit: vt obſequijs tuis ⁊ vtilitati deſeruiat: tuiſq̃ oblectamentis pariter ⁊ neceſſitatibus ſecundũ affluentiam indeficienter occurrit. Quis illud nature ꝑcipit: vt ſic vno de conſenſu tibi ſeruiat. Beneficium accipis: ⁊ actorem eius non agnoſcis. Donuꝫ in manifeſto eſt: largitor occultus. Quicunq̃ ergo ille eſt multum tibi contulit: q̃ hoc totum ⁊ tantum tibi dedit. Multum diligendus qui tantũ dare voluit: multum dilexit. Vide ergo quid agis cum in hoc mundo amari ⁊ amare concupiſcis. Totus tibi mundus ſubiectus eſt: ⁊ tu non dico totum mundum: ſed quid vix aliquam mundi portio: certe ſi hoc diligis vt quid ſubiectum dilige vt arram tiunculam in ſocietatem tui amoris admittere non aſperna ſponſi ⁊ munera amici: vt beneficia domini. Sic tamen vt ſemper memineris quid illis debeas: nec iſta pro illo nec iſta cuꝫ illo: ſed iſta propter illuꝫ ⁊ per iſta illum: ⁊ ſuper iſta illuꝫ diligas. Caue o anima ne quod abſit nõ ſpõſa ſed meretrix dicaris. Si munera dantis pluſq̃ amantis affectuꝫ diligis: maiorem charitati eius iniuriam facis: ſi ⁊ dona illius accipis ⁊ tamen viciſſitudinem dilectionis non rependis aut ſi potes dona illius reſpue: vel ſi dona illius reſpuere non potes viciſſitudinem dilectionis rependе. Dilige illum: dilgi te propter illuꝫ: dilige dona illius propter illum: dilige illum vt fruaris illo. Dilige te ꝙ diligaris ab illo. Dilige in donis illius: ꝙ data ſunt ab illo: illum tibi ⁊ te illi: dilige dona illius ab illo tibi ꝓpter te: hec pura ⁊ caſta dilectio eſt.

Q Licet deus omnibus viuentibus temporalia communicet nõ tñ oĩa ſimiliẽ diligit. C. CXII.

Anima. Rogo:

rationibus tuis illuꝫ ſuper omnia diligere a quo me video omnia in pignus dilectionis accepiſſe. Ecce ergo ego vnice electum ⁊ vnice dilectum diligo: ſed hanc huius dilectionis mee iniuriam patior: ꝙ ſolum diligens ſola non amor. Nam hanc dilectionis arram quam mihi obijcis non ſolum cũ beſtialibus: ſed cuꝫ ipſis beſtijs cõmunẽ accepi. Quid enim mihi luꝫ ſolis amplius cõfert: quã reptilibꝰ ⁊ vermibus terre. Oĩa ſimiliter viuunt ſpirant: ideꝫ paſtus: idem potus omnium. Homo. Tria ſunt in quibꝰ id quod te mouet inuenias. Diſcerne que dona a ſponſo tuo accepiſti. Alia enim cõmuniter alia ſpecialiter: alia ſingulariter tibi data ſunt. Cõmuniter quia omnibus ꝓpter te tecũ ſeruiũt. Specialiter: quia multis nec tamen omnibus ꝓpter te tecũ ſũt cõceſſa. Singulariter que tibi ſoli ſunt data. Quid igit̃: nunq̃d igit̃ ⁊ ipſe ideo minus te diligit: quia quedã dona ſua tecuꝫ ſimul omnibus conceſſit: Nunq̃d feliciorẽ te feciſſet: ſi tibi ſoli mundũ dediſſet. Vbi igit̃ illa grata ⁊ vtilis ſocietas humane conuerſationis: vbi ſolacia: vbi oblectamenta quibꝰ nunc frueris. Vide igit̃ quia ⁊ in hoc multũ tibi cõtulit: ꝙ hoc ad ſolamẽ tuum tecũ creauit. Si mundus iſte: ⁊ hec tibi, omnia ſeruiũt: quomodo ꝫ etiã omnia ad obſequiũ tuũ creata non ſunt. Nunquid paterfamilias panẽ ſuuꝫ ſolus cõmedit poculum ſuũ bibit: veſtimentis ſuis induit: totũ tamẽ non immerito eius dicit̃ quicq̃d habent hi qui ei per dilectionẽ vel ꝑ ſubiectionem famulant̃. Siue igit̃ illa que tibi ſeruiũt: ſiue illa que ſeruiunt tibꝰ neceſſaria ſunt omnia tibi data ſunt: omnia tibi obſequia impendunt nec te cõturbare debet: ꝙ in vſum rerum tpalium eadem hominis ⁊ malis eſt participatio. Nec ideo ſimiliter eos a deo amari exiſtimes quia his omnibus tecũ ſimiliter cõmunicare vides. Nam ſicut non beſtie ꝓpter ſe: ſed ꝓpter hominẽ create ſunt. ita mali homines nõ propter ſe ſed ꝓpter bonos viuunt: vt ſocietas illoꝝ bonoꝝ vitaꝫ exerceat: quos ⁊ felicitate ſua admonent: potius his ⁊ que mali communicare non poſſunt bona querere: ⁊ iniquitate ſua cogunt artius amare virtutem. Poſtremo vt dũ illos diuina gratia deſtitutos videt ꝑ quelibet abrupta vitiorũ ruere diſcãt quãtas ꝓ ſua ſalute debeant creatori gratias referre. Similiter ergo bonis ac malis iſta cõcedi debuerunt: qꝛ aliter bona potiora ſibi ſeruari non crederent: niſi iſta tam malis q̃ bonis cõmunia eſſe viderent.

Q Multitudo dilectorum non minuit ſed auget felicitatem ſingulorum. C. CXIII.

Vnc reſtat

vt cõſideres vtrũ ne iccirco de ſingulari amore ſponſi tui gloriari nõ poſſis: qđ ab eo nõ ſine ſocietate bonoꝝ diligeris. Dixit ſocietatẽ hominũ dono tibi creatoris eẽ cõceſſũ: vt inde ſolamẽ viuẽdi capias: ne quodã ſolitaria ⁊ inerti vita cõtabeſcas. Sicut igit̃ vita maloꝝ tibi eſt exercitiũ: ſic ſolamẽ eſt vita bonoruꝫ qui certe tales ſunt quos nec felicitatis tue ꝑticipes: nec amoris tui aſpnati debes habere ⁊ cõſortes. Nam ſi vere bonos diligis: quicquid illis beneficij impendit̃: inde charitas que in te eſt: nõ quaſi de alieno ſed quaſi de proprio gratulat̃. Licet igit̃ beatũ eſſet iſto amore vel ſolamine ꝑfrui: multo beatius eſt in ipſo cum multorũ bonorum cõgratulatiõe delectari: qꝛ cũ in eos etiã qui cõparticipant affectus dilectionis expandit̃: charitatis gaudiũ ⁊ ſuauitatis amplificat̃. Spũalis nanq̃ amor tũc melius cuiq̃ ſit ſingularis: quãdo omnibus eſt cõmunis: nec ꝑticipatione plurũ minuit̃: cuiꝰ fructus vnus ⁊ idem totus in ſingulis reperitur. Nihil enĩ in priuilegio ſingularis amoris tui ſocietas bonorũ preſcribit: qꝛ ſponſus tuus in omnibus diligit te quos diligis ꝓpter te ac per hoc ſingulariter diligit te: quia nihil diligit ſine te. Non aũt timeas animũ illius in amorẽ plurimũ quaſi per affectum diſtrahi. Et iccirco minorem eſſe ad ſingulos ꝙ partitus quodãmodo ⁊ diuiſus videat̃ in cunctos. Singulis adeſt quaſi omnibus: quia nec alium nec maiorẽ dilectionis affectum ſingulis impenderet. Si abſq̃ cunctorũ ꝑticipatione ſingulos amaret: ergo omnes vnũ vnice diligant: vt omnes ab vno vnice diligantur: qꝛ nec alius preter vnum vnice ab omnibus diligendus eſt: nec aliꝰ preter vnum vnice omnes diligere poteſt. Omnes aũt in vno ſe quaſi vnum diligant: vt vnius dilectione vnum fiant. Iſte amor vnicus eſt: non tamen priuatus ſolus: nec tamẽ ſolitarius participatus: nec diuiſus. Cõmunis ⁊ ſingularis cunctorum: ſingulis: ⁊ ſingulorum totus: nec participatione decreſcens: nec vſu deficiens: nec tpe veteraſcens: antiquus ⁊ nouus affectu: deſiderabilis experientia: dulcis fructu: eternus iocunditate: plenus reficiens ⁊ ſatians: nec nunq̃ faſtidium generans.

De Homo q̃ põnus dilectio ſuis cõter cõtulit. C. CXIIII.

Anima mea

in hoc quoq̃ ꝓuidit tibi optimus amator tuus ne nihil eſſet in quo ſingularit̃ de ipſo gloriari poſſis. In oĩbꝰ his dilexit te: q̃ vel cõiter tecũ oĩbus vel ſpecialiter quibuſdaꝫ vel ſingulariter tibi ſoli tribuit. Cum omnibus rurſuꝫ dilexit te quibus te ꝑticipatiõe doni ſui ſociauit. Pre his omnibꝰ dilexit te qbꝰ te ſingularis gratie dono pretulit. In omni creatura dilecta es: cum omnibꝰ bonis dilecta es nolo vt parũ exiſtimes vel in iſtis vel cuꝫ talibꝰ eſſe dilectaꝫ: vbi ⁊ bonos ſocios omnes habeas malos ⁊ que cõdita ſunt vniuerſa ſubiectos. Primũ cogita ꝙ aliquãdo non fueris ⁊ vt eſſe inciperes: hoc eius dono accepis: qui vtiq̃ ſi nihil amplius dediſſet: pro eo tamẽ ipſo a nobis laudandus ⁊ diligendus eſſet Nunc aũt amplius dedit: vt ꝑcellamus ⁊ his que nõ ſunt ꝑ eſſentiam: ⁊ his que inordinata ⁊ incõpoſita ſunt per formã: ⁊ que non animata per vitam. Magno debito obligata es anima mea multũ accepiſti ⁊ nihil a te habuiſti: ⁊ pro his omnibꝰ non habes quod retribuas: niſi tãtũ vt diligas. Nam quod ꝑ dilectionem datum eſt: nec melius nec decentius q̃ per dilectionem rependi poteſt. Nec ideo plus dilexit te: quoniã plus diligenduꝫ inuenit in te. Sed quia gratuito plus dilexit te talem fecit te vt iaꝫ nunc merito plus diligat te poſt eſſe: poſt pulchrum eſſe. Poſt viuere datum eſt ſentire: datum eſt ⁊ diſcernere. Senſibus foris decorauit: intus ſapientia illuſtrauit. Senſus dans quaſi exteriorem ornatum ſapientiam quaſi interiorem habitum. Senſus quaſi quaſdam gemmas fulgentes appẽdens exterius: ſapientia quaſi naturali pulchritudine faciem vultus

tus decorans intus: talem omnino esse decebat: que ad celestis regis thalamū introducenda fuerat. Multū gloriari poteras: et multum custodire debueras: ne tale donum perderes: nec tantū decorē corrūperes: ne eo amisso vel īminuto amplius misera fieres q̄ eo nō accepto vel nō pfecto misera fuisses: ne te cū dāno amisse pulchritudinis similis torqueret cōfusio feditatis: sʒ vide q̄d fecisti: dereliq̄sti spōsum tuū: et cū alienis ꝓstituisti amorē tuū: fedasti pulchritudinē tuā: dispsisti ornamētū tuū: oblita es spōsi tui: et ꝓ tātis bñficijs cōdign⁹ grates nō egisti. Ut aūt te relevaret illuc vnde cecideras: ipse descendere dignat⁹ ē huc vbi iacebas. Et vt iuste tibi redderet qđ perdideras ipse dignat⁹ ē pie pati qđ tolerabas. Descēdit ḡ: suscepit: sustinuit: vicit: restaurauit. Descēdit ad mortalē: suscepit mortalitatē: sustinuit passiōez: vicit mortē: restaurauit hoiem. Cogita q̄tū diligat te: q̄ tāta dignat⁹ ē facere pp te. Olim cū nō esses dilexit te vt cōdē: postea cū feda esses: dilexit te vt pulchrā faceret: et vt osideret tibi q̄tum te diligēt nō nisi moriēdo a morte te liberare voluit. Nūc aūt tā sincera charitate te diligit acsi semp cū eo pstitisses nec exprobrat tibi ... nec īproperat beneficiū: et si deinceps vis cū eo pseuerare fideliter ... vt decet amare ac tuū illi amorē īcōtaminatū cōseruare volueris: maiora se priorib⁹ datur ꝑmittit.

¶ De his qb⁹ lapsos a miseria repauit. C. CXV.

Anima. Iā quodāmō icipio amare culpā meā: ad quā diluēdā dū ille charitate trahē mortu⁹ ē ꝓ me īnocēs: nihil in me qđ amaret inueniēs. Quid ḡ dīle dilexisti ī me: et tñ dilexisti: vt moreris ꝓ me ... ꝓ quo tāta et tā dura sustinere voluisti. Amplius mihi vilis esse nō debeo q̄ tñ placui deo: vt mori eligeret pro me ne pderet me. Homo. Et q̄d si cogitare cepis quot et q̄lis in cōparatione tua abiecti sūt q̄ hāc q̄ tibi data est grāz ɔseq̄ nō potuerūt. Elegit ḡ te et ꝑelegit spōsus tu⁹: elegit te in oib⁹: et assumpsit te ex oibus: et amauit te pre oib⁹. Aia. Multū fateor collatū ē mihi: sʒ queso te si vt asseris ego tā assumpta sum: q̄d adhuc deferor: q̄ ad amplexus sponsi necdū venire possū. Homo. Nescis q̄ feda prius fuisti: q̄ polluta discussa et dissipata: et quō tā cito in illū castitatis thalamū ītroduci expetis: nisi falcē prius cura aliq̄ et studio exculta reparet: nec te pudebit tūc prisce turpitudinis: cū ōibus turpe: nihil pudore dignū habebis. Nunq̄d audisti q̄d rex assuerus fecit: q̄ vasthi reginā ꝓpter īsolentiam illius repudiauit. Uide q̄ multe electe sunt vt vna eligeret illa s. que oculis regis formosior et ornatior videretur. Ministri regis multas elegerunt ad cultum: rex ipse vnam elegit ad thalamū. Posuit te sponsus tuus in triclinio vbi mulieres ornantur. Caue ergo ne ad extollendam temetipsam negligens sis. Ecclesia triclinium dicitur propter ordines fidelium: et iam hoc ad dilectionem pertinere scias quod habes vnde ornare te possis: que vtiq̄ ex te nihil habes nisi ab illo acceperis. Primum est fons baptismi in quo sordes preteritorum criminum abluis. Deinde crisma et oleum in cuius vnctione spiritusancto linirs: postea delibuta et vnctiōe letitie perfusa: ad mensam venis et percipis ibi alimentum corporis et sanguinis christi: quo interius noxiam illam preteritorum ieiuniorum maciem depellis. Deinde vestimēta bonoꝝ opeꝝ induis. Ad vltimū secum aromata virtutū: quarū odor suaue spirās oēm illā antiquā sordiū fetorē fugat. Dat etiā tibi speculū sacra scriptura vt ibi videas faciem tuam: neq̄ minus neq̄ aliter q̄ deceat se habeat compositio ornatus tui: vide q̄ pia dispensatiōe tibi vbiq̄ concurrit. Nō habuisti et datū est tibi: perdidisti: et restaurat tibi. Nunq̄d tibi gratia bene operādi nulla data est. Si magna opa facis misericordie sublimari: Si nō facis magna opa fortassis salubriter humiliaris. Melius nouit ille q̄d tibi expediat q̄ tu. Et ob hoc si vis de illo bene sentire: totū qđ ab illo fit bene fieri intellige. Forte gratiā virtutū nō habes: sed dum vitioꝝ impulsu cōcuteris: melius in humilitate solidaris. Suauius redolet deus humilitas infirma q̄ virtus elata. Nihil ergo dispositioni illius iudicare audeas: sʒ semp cū timore et reuerētia ora eū: vt quēadmodū ipse nouit tibi subueniat. Si qua adhuc mala in te permāserūt pie diluat: siqua icboata sunt bona: benigne pficiat: et eā te qua ipse voluerit via ad se perducat.

¶ Anim⁹ e pale vel singularis ... C. CXVI.

Ulcedo vite mee et lumē oculoꝝ meoꝝ: q̄d retribuā tibi pro oibus que retribuisti mihi. Uis vt diligā te: et quō tu dedisti mihi domini sensum vt te cognoscam et preceteris multis de tuis secretis reuelata intelligā: alios coetaneos meos in tenebris ignorantie derelīqsti: et mihi p̄ illis lumē sapientia infudisti. Tu dedisti mihi sensū capacē: itellectū facilē: memoriā tenacē: linguā disertā: sermonē gratum: doctrinā suadibilē: efficaciā in ope: gratiā in conuersatiōe: profectum in studijs effectum in inceptis solamen in aduersis: cautelā in psperis: et quocūq̄ vertebā me vbiq̄ gloria tua et mia pcessit me et sepe cū mihi ɔsumpt⁹ ferebar subito liberasti me: q̄ errabā reduxisti me: q̄ ignorabā docuisti me: q̄ peccabā corripuisti me: q̄ contristabar ɔsolat⁹ es me: q̄ desꝑabā ɔfortasti me: q̄ cecidi erexisti me: q̄ steti tenuisti me: q̄ iui duxisti me: q̄ veni suscepisti me. Hec oīa fecisti mihi dñe deus me⁹: et multa alia: de quib⁹ mihi dulce erit semp cogitare: semp loq̄: semp grās agere: vt te laudē et amē. Ecce habeo aīa mea arrā tuā: et in arra tua cognoscis sponsū tuū ... te illi intactā: serua īpollutā. Anima. Uere fateor merito amor iste singularis dicit qui cū in multos diffundat: ita tñ vnice singulos amplectat: vere pulchꝝ et mirificū bonū qđ cōmune est oiuz et totum singuloꝝ cunctis ꝓsidens: singulos īmplens: vbiq̄ pñs: omniū curā agēs: et tñ singulis quasi oibus ꝓuidens. Sed certe mihi videt cū eius miseratiōes circa me attēdo: q̄ si fas est dicere quodāmodo nihil aliō agat de⁹: nisi vt mee saluti ꝓuideat et ita totū ad custodiā meā occupatū video q̄si oiuz oblitus sit: et mihi soli vacare velit: semper pñtē exhibet: semp paratū se offert: quocūq̄ vertero nō me deserit: vbicūq̄ fuero nō recedit: quicquid egero pariter assistit.

¶ Q. Si deus animam diligit totam fedam multomagis iam ex parte mundatam. C. CXVII.

Oc igitur cōsiderās timore pariter ingentis pudore ɔfundor q̄ illi cui tā vehement placere cupio vbiq̄ mihi presentē et oia oculis videntē intueor. O q̄ multa sunt in me de quib⁹ coram oculis ei⁹ erubesco: et ꝓ quib⁹ iam magis illi displicē timeo q̄ ꝓ hiis que in me laudāda sunt siq̄ sunt posse placere ɔfido. O macule ... res: o fede et turpes q̄d tā diu heretis. Abite et discedite: et ne psumatis amplius oculos dilecti mei offendē. Nolite fallē vosmetipsos nō semp mecū ipso adiunāte manebitis: q̄uis adhuc me pigritāte exterminari nō potuistis. Prorsus abominor turpitudinē vestrā: vsq̄ deinceps et si possem nō videri: nollē tñ a vobis infici quāto magis nunc qr palā ipsi sitis: et qr plus certe ɔtristat eius offensio q̄ mea etiā turpitudo. Recedite ḡ: inuanū mihi adhereatis amplius: qr et mecū mentes mee nō estis alienas a forte mea vos iudico habeo aliō exēplar cui ɔformari cupio: et ad illud iugit respicio: ac quātū possū magis semp ac magis exinde similitudinē traho. Ex quo etiam hoc didici qđ vos extermiare debeo: et qualit hoc faciā iā agnosco. Homo. Dixisti dilectionē singularē pariter et cōmunē esse nō posse. Sʒ inde cōprobata est ampli⁹ mirabilis q̄ demōstrata est cōis et singularis. Adeo etenim mō dubitare cepisti: an in hac deformitate tua q̄ h multa pateris: ab illo posses diligi. Sʒ si te tūc diligere dignat⁹ est qñ tota turpis: et nihil adhuc decoris hēis fuisti quātomagis nūc diliget te: qñ decorari et priscā turpitudinē iā deponē cepisti: et q̄uis q̄dā adhuc in te videat q̄ sibi nō placeāt diligit tñ hoc ipsū qđ tu quoq̄ in temetipsa iaʒ odire cepisti q̄ illi displicent. Nō enī tam statū q̄ ꝓpositum respicit nec q̄d sis sed q̄d velis esse attendit. Si tñ inq̄ātū potes satagis: vt quod esse nō cepisti esse merearis.

¶ De Uisitationibus sponsi. C. CXVIII.

Anima. Quid est illud dulce quod in eius recordatiōe aliq̄n me tāgē solet: et tā vehementer atq̄ suauit afficit: vt iā tota quodāmō a memetipsa abalienari et nescio quo abstrahi incipiā: exhilarat conscia: in obliuionē venit oīa pteritoꝝ maloꝝ memoria: cor illuminat desideria iocūdant: iā q̄ alibi nescio vbi me eē video: et q̄si q̄busdā amplexib⁹ amoris int⁹ teneo. Et nescio q̄d illud sit: et tñ illud semp retinere: et nunq̄ pdere toto animi nisu laboro: luctat quodāmō delectabilit anim⁹ ne recedat: qđ sp amplecti desiderat: et q̄si i illo oium desideriorum finē inuenerit: sūme et ineffabilit exultat nihil ampli⁹ q̄rens semp sic eē volēs. Nunq̄d ille est dilect⁹ me⁹. Queso dic mihi vt sciaʒ si ille est: vt si denuo ad me venerit: obsecrē eū ne recedat sed semp pmaneat. Homo. Uere ille est dilect⁹ tu⁹ qui visitat te sed venit inuisibilis: venit occultus vt tāgat te nō vt videat a te. Uenit nō vt totū infundat se sed vt gustādū pbeat se nō vt impleat desideriū: sʒ vt trahat affectū. Primicias quasdā porrigit sue dilectionis nō plenitudinē exhibet pfecte societatis: et hoc est qđ maxime ad arram desponsationis tue pertinet q̄ ille qui in futuro se tibi videndū et ppetuo possidēdū dabit: nūc aliq̄n vt q̄ dulcis sit agnoscas: se tibi ad gustādū pbet. Simul etiā vt interim de absentia eius cōsoleris: q̄ eius visitatiōe ne deficias incessanter reficeris. Actor. Hec de scriptis magistri hugonis ad pñs excerpta sufficiāt. Nā de libris eius de sacramētis et ex cōmentarijs sup gerarchiam et ceteris eius opusculis plurima ceteris opib⁹ nostris locis cōgruis inserimus. Nunc igit ad ordinē historie redeamus.

¶ Liber Vicesimusseptimus. Incipit.

¶ De Imperio lotharij secūdi. C. I.

Ex chronicis. Defuncto: vt dictū est: henrico imperatore legati apostolice sedis et archiepiscopi cū epis et optimatib⁹ imperij ex condicto conuenientes magūtie: consultāt sibi et toti romano imperio de substituēdo rege. Lotharius itaq; dux saxonū vir sapiens et industrius et ecclesiastico iuri deuotus: prepotēs diuitijs et victorijs: oīuȝ assensu eligit: et a friderico archipresule coloniensi benedicitur et vngit omni clero et pplo festiuuȝ epincheon acclamātib⁹. Igit anno dñi. M.cxxvij. Mūdi. ī.v.M.xc. imperauit lotharius q̄ et lincherius annis. xj. Anno pmo regni sui contra bohemos vadens quorundā suorū principū traditiōe magnā stragē militū passus est: qngētis videlȝ et xl. occisis. In syria hoc āno exercit⁹ dei bis aggressus est saracenos. In pmo plio de paganis ceciderūt duo milia et qngēti de christianis solūmō. xv. In scdo aūt nō incruentū victoriā habuerūt christiani. Sȝ qūuis plurima pars eoȝ appeteierit: tñ auxilio dei reuigorati absq; numero hostes contriuerūt et vicerūt: karol⁹ comes flandrēsiū pditiōe quorūdā optimatū suoȝ qb⁹ p zelo iustitie exosus erat: brugis in ecclesia sancti donaciani martyrio orās interfect⁹ est: sed horrenda animaduersiōe vindicatus. Proditores enī cum capti fuissent aut exilio exterminati aut percussi gladio: aut patibulo affixi: aut precipitio elisi: aut duello conuicti et rotis alligati vix aliquo euadente omnes perierunt.

¶ De Restinctiōe sacri ignis i ecclia beate marie suessiōis. C. II.

Anno sequenti scilicet anno dñi. M. cxxviij. multi de pago suessionico sacro igne accensi ad ecclesiā beate dei genetricis marie i ciuitate suessioȝ sitā cōuenerūt: ibiq; dieb⁹ paucis miāȝ dei et beate virginis succursuȝ prestolātes sicut plenius refert libellus eorūdē miraculoȝ salutē ipsi⁹ mentis ac corpib⁹ consecuti sūt ita vt intra. xv. dies. c. et tres noiati ab h igne relinquerēt: et tres puelle distorte sanitati redderēt. Hugo farsit⁹. Nā aduersarie ptāti decessum erat pcutē multos plaga insibili diuerse etatis et sex⁹: ita vt semel succēsa eoȝ corpa cū intolerabili cruciatu arderēt. Est aūt morb⁹ h tabific⁹ sub extēta liuēti cute carnē ab ossib⁹ separās et consumēs ex mora tpis augmēta doloȝ et ardoris capiēs p singula momēta cogit miseros mori sȝ desiderātib⁹ mortē illa nō venit: donec depastus artub⁹ ignis ille celer et pestifer inuadit mēbra vitalia: et qd valde mirū est: ignis h sine calore valid⁹ ad cōsumēdū tāto frigore velut glaciali pfundit miserabiles vt nullis remedijs possint calefieri. Itē qd nō min⁹ ē mirabile ex quo diuina grā restinct⁹ fuerit fugato mortali frigore tāt⁹ calor in eisdē pcib⁹ egros puadit: vt morb⁹ cācri eidē feruori plerūq; se sociat: nisi medicamētis occurrat. Sex dieb⁹ mēse septēbri i ecclesia beate virginis fuerūt. Ad preces aūt ppli de alijs ecclesijs et de maiori ecclesia in eādē ecclesiā concurrētis affuit: beata dei genitrix, trahēs secū fortia agmina sanctoȝ spirituū: ad cui⁹ psentiā formidaret infernus et pauerēt porte mortis. Cui⁹ aduēt⁹ precursor tā magn⁹ tremor ecclesiā repleuit vt terremotū esse factū aut ecclesiā a fundamētis cōcussiaȝ arbitrātes fugerēt omnes: sȝ vbi nihil pculi adesse senserūt reuersi: oēm ardorē languētiū extinctū et oēm dolorē esse cōsopitū celerrima suauitate collata inuenit. Visunt a qbusdā ex lāguētib⁹ pridie hui⁹ beneficij celitus dati visas esse celitus copiosas claritates per fenestras ecclesie vitreas illapsas quasi quedā pconia largitionis subsequētis. Intra. xv. dies nominati annotati sunt. c. et tres ab hoc igne restincti. Sȝ vt plurimi asseuerant stellas mire magnitudinis tenebrosam noctis caliginē vltra ecclesiam persequendo effugasse.

¶ De Quadam muliere illuminata. C. III.

Mulier quedā nomine gūdrada virū habens nomine theodoricum cōmanēs in riparia vltra axonā fluuiū q preterlabit vrbeȝ suessionū de villa q dicit audiguiturie iter ceteros veneratad ecclesiā: cui⁹ faciē ignis ille deturpauerat: et nasuȝ et labiū superius qd naso subiacet vsq; ad maxillas et gingiuas et dentes mordens: et extinctus est ignis a facie eius. Sed omni occursanti iā molesta et odiosa fiebat: grauisq; omnibus etiā suis ad videndū. Itaq; cōpulsa est totā faciem preter oculos madenti panniculo velare. Rediit ad ecclesiam beate virginis: factaq; candela quam offerret: iure dormituris: eadem nocte maturius euigilans sensit laxatum fluitare pāniculum: quē dum restringere sursumq; reducere nitit et parū proficit coacta est circūiacentiū implorare auxilium: qui dum morātur somno vel frigore tardi: illa poscit lucernam accendi: et sibi auxilium ferri. Sensitq; interim carnem sub digitis et pāniculo pressam solescere: et nesciebat quia caro est nasi et labij reformata. Dumq; se pius reducit paniū: sepiusq; perinde attractat creaturaȝ nouiter plasmatam. Clamauit ter magna voce. Deus et sancta maria adiuua. Ad quā vocem excitati et turbati qui aderant: maturius inferunt lumen et vident nasum et labium nouiter formatum.

¶ De Puero quodam et alia muliere. C. IIII.

Quidam puer annorum xij. [illegible] pedib⁹ a matre sua aduectus est remedioq; doloris intra paucos dies accepto ad domū reuectus est. Erat aūt de vallib⁹. Sed dū puer idem nutu diuino nō immemor tāti būficij: desiderio visende domus beate vginis flagitaret: et sup hoc quotidie molestius matrē pungeret et illa penit⁹ nō acquiesceret. Redeat inqt in me ifirmitas: vt necesse habeā illuc referri: qd et factū est. Relatus igit a matre illuc ad ingressuȝ pcessionis matris ecclesie excussus a qete in gratiarūactiōib⁹ rupit clamorib⁹ ethera: narrauitq; oībus raptū se fuisse ante deū et dei genitricē pro populo supplicantē vidisse vt dignaret deus hūc morbū a populo auertere et euertere. Et hanc scintillā que acciderat auferre: h et rñsuȝ a filio suo benigne accepisse. Mater tu es maris stella: fiat oīs voluntas tua. Dumq; iterum eadē virgo quereret super domo sua que vilis et abiecta pre ceteris erat: audiuit a filio suo q de trās mare et de trans renum faceret pecuniam afferri. de qua domus ei⁹ edificaretur: et in omnium oculis intuentium claritate magna et gloria illustraret eam. Populo etiā suessionensi mala euenire ex parte dei predixit: quia sue genitricis ecclesiam non reficeret. Et quidem multos ex eadem vrbe ignis inuasit. Que et qualia restent nescim⁹. Idē puer parum post se moriturū testatus est: et sic euenit. non enī mensem superuixit. Mirum autem valde de hoc puero erat: q ab initio mundi omnē historiam retexens totam narrationem suam cursim rigmice digerebat. Textum euangelij et actus domini sic ordine recensebat: tanq̄ omnia in libro legeret: et dictata ab alijs pnunciaret. De [illegible] quoq; ... beate virginis [illegible] sceptrum florentis virge custos erat gloriose puelle. Hec narrabat clausis oculis tanq̄ lucem transitoriam exosus. laycis et illiteratis vix dignabat facere verbum: tanq̄ ignorantiam eorum pretius. Eius mortui corpus tanta gratia perfudit: vt candore et claritate vultus angelicum nescio quid et diuinum signaret. Apud villam que dicit cala in territorio suessionensi: que possessio est matris ecclesie beatorum martyrum geruasij et prothasij mulier ob partus [illegible] continuis tribus hebdomadis pēriclitabat: persuasaq; a cōuicinis mulieribus se nudis pedibus ituram ad sanctam mariā suessionis venit et liberata est sed ordine stupendo. Nam primuȝ ex vtero suo emisit tres lapides. Primum in magnitudine oui anseris: scdm fere in magnitudine oui galline: et tertius non minor aliqua nuce erat. His lapidibus effusis: statim sequit partus infantis: qui et gratiam baptismi accepit et paucos dies superuixit.

¶ De [illegible] eiusdem temporis. C. V.

Cronographus. Anno prenotato lan[illegible] nis cōsilio regis et pncipū monialib⁹ q̄ male infames erāt eiectis et mōachis in eaȝ locū substitutis. Drogo religiōe et facūdia venerabilis a bartolemeo epo prim⁹ abbas ordinat q post modū a papa inocētio rome ostiensis epo cardinalis consecrat. Herlandus. Anno sequenti cenobiū vasicāpi fundat. Post honoriū sedit rome inocentius scdo papa. lxx. ānis. xiij. Cōtra quē p contentionē ordinat⁹ est petr⁹ leonis. Ad cui⁹ scismatis pestē sedandā vocat⁹ a clareualle sanct⁹ bernardus multū laborauit: et multū pfecit. Hic cū eēt aliqā in vrbe nouiomo in domo simōis epi: adduct⁹ est ad eū heruei⁹ de bangentio puer admodū gratiosus hortus ex regio sanguine et ipsius epi nepos. De quo sequēti nocte famulo suo chro ostēdit: qd erat post tpa longa futurū. Siquidem videbat sibi tanq̄ in missarū celebratione angelo cuidā pacis osculū dare qd ad puerum deferret. Nec dubius de reuelatione eundē herueū renūciaturū seculo et futurum aliquādo deuotū chri famulū pmittebat: quem postea venerabilis vualerānus primus abbas vasicāpi monachuȝ fecit et angelico functus officio pacē quā ex ore patris sancti ipse susceperat. cōmunicauit herueo: qui etiā pdicto vualerāno in regimine vasicāpi successit: et nouissime obitū suū iminētē sanus adhuc et icolumis eodē vualerāno sibi per reuelationē annūciante pscluit. atq; pdixit.

¶De Innocentio secundo et antipapa petro leonis et quibusdam aliis. C. VI.

INnocentii fama et vita et sciētia digna sūmo sacerdotio habebat. Petrus aūt leonis ad huc honoris apicē ambiēs: a suis fautorib⁹ p̄cio corruptis noīat⁹ ē anaclet⁹. Cōgregauerat sane opes innumeras tā in exactiōib⁹ curie q̄ȝ i legationū negociationib⁹ q̄s ad expectatas nūdinas reseruauerat. Insup et patrū cēsus ampla ꝯgeries catenis sigillata mō distributa i populū ad fas et nefas venalē armauerat plebē. Quib⁹ erogatis: donaria regū in ornamentis ecclesie ab ipis euulsit altaribus: et cū calices frāgere: et crucifixos aureos mēbratim diuidere ipsi ,pphani christiani vel erubescerēt vl̄ timerēt: q̄ȝ ibi sūt iudei q̄ vasa sacra et imagines deo dicatas audacter cōminuerēt. Cōuocato interea apud stāpas ꝯcilio: sctūs bernardus inocētiū suscipi ꝑsuasit. Petro igit̄ ob parētele sue fortitudinē apō sanctū petrū cōmorāte, Innocētius romā egressus in gallias ,pficiscit̄: et ecclesia gallicana sibi adherēte ꝯciliū celebrat̄ in papā ꝯfirmatur: et petrus ab oīb⁹ gallie atq̄ȝ germanie epīs anathematizat̄. Igit̄ inocētius aurelianis honorifice a ludouico rege frācoꝝ suscept⁹ est: inde carnotū deduct⁹ ē a gaufrido carnotēsi epō magnaꝝ virtutū viro: vbi occurrit ei henricus rex angloꝝ: cenobiū apud bellū mōtē fūdat̄: sub abbate p̄mo alexādro a viro venerabili roberto de candos.

Chronograph⁹. Anno dn̄i. M.cxxx. Philippus puer filius ludouici nup in regē frācoꝝ vnct⁹ dū in ciuitate parisius equo vehit̄: porcus eq̄ pedib⁹ se forte submittēs equū sup ipm dedit precipitē: et de ei⁹ subita et miserāda morte frācis luctū induxit. Helinādus. Tūc synodus magna remis celebrat̄ a papa inocētio: in q̄ multis ad honorē dei dispositis: regē ludouicū p philippo fratre quē de equo eiectū porcus occiderat viuēte adhuc p̄re coronauit in regē. Idē innocētius monasteriū sancti medardi suessiōe qd̄ ē trās fluuiū sitū dedicauit. Affuit int̄ ceteros mulier de pago laudunēsi: q̄ cū aliis mōasteriū beate virginis igressura ,pcessit: s̄ȝ virtute visibili ab igressu repulsa ē: tūc nimio pauore cepit vexari et toto corpe tremere. Cōfessio et absoluta igressum ,pmeruit. Chronographus. Ipso anno ecclesia sancti medardi suessiōis ab inocētio papa ꝯsecrat̄.

¶De Profectu nouellaꝝ religionū eiusdē tpis. C. VII.

IIs tēporib⁹ ordo canonicus p̄mōstratēsiū et monasticus cistercēsiū q̄si due oliue in ꝯspectu domini pietatis lumē et deuotiōis pinguedinē mūdo ministrabāt et q̄si vites fructifere religiōis palmites circūquaq̄ȝ ppagabāt. Eratq̄ȝ circa h̄ tpa pulchra ac decora facies ecclesie diuersoꝝ ordinū ac ,pfessionū circūdata varietate: dū hinc p̄mōstratēses: hinc cistercienses: huc inde cluniacēses mōachi: cū etiā diuersi habitus et ,pfessiōis sanctimoniales et mulieres deo deuote in ꝯtinētia atq̄ȝ paupertate sub obediētie iugo regularit̄ viuētes feruore religionis inuicē ,puocarēt et noua certatim diuersis i locis mōasteria fūdarēt. Cū his etiā monachi cartusiēses et ipi paulatim pullulabāt: q̄ p̄ ceteris ꝯtinētes pesti auaritie q̄ȝ plurimos sub religiōis habitu laborare et anhelare videtes: terminos posuerūt dū certū numerū hoīm aialiumq̄ȝ possessionū quē eis p̄tergredi nullo mō liceat statuerūt: et ipsi singulas singulis cellulas habētes ac raro vel ob dei cultū vel etiam ob mutuū in charitate solatiū ꝯuenientes ,pfecti⁹ mori mūdo et ceteris tāto diligēti⁹ quāto secreti⁹ deo viuē elegerunt. Adhoc ēt milites tēpli hierosolimitani: frēs quoq̄ȝ de hospitali sub religioso habitu ꝯtinēter viuētes vbiq̄ȝ se multiplicādo diffūdebāt: et q̄ poterāt vl̄ de laborib⁹ ,ppriis vl̄ de fideliū elemosynis ad op⁹ deo militātiū et fr̄oꝝ quorūcūq̄ȝ ac paupeꝝ hierosolymā mittebāt: s̄ȝ et p̄sules ecclesiaꝝ ac p̄ncipes seculi ,pmptissime iuuabāt: vl̄ ēt spōte offerebāt terras: prata: nemora: et cetera q̄ mōasteriis edificādis necessaria erant. Eccl'ia sancte marie i episcopio totaq̄ȝ pene ciuitas nouiomēsiū icēdio ꝯflagrauit: iusto vt fert̄ īfortunio: q̄ȝ sūmū pōtificē inocētiū verbis irrisoriis multi eoꝝ exhonorauerūt. Clareuallis duo cenobia viro dei ,pducit. s. lōgipōtē et rieuallē et p⁹ paucos mēses ēt vancellas.

¶De Scō hugōe grānopolitāo et bōis ei⁹ initiis. C. VIII.

Vnqꝫ irēt per loca tenebrosa ⁊ arida apparuit eis domus aperta maxima q̄si q̄dā mons arduus pre nimia magnitudine rotunda q̄si furnus flāma inde exibat. que p mille passus aīas q̄s inuenire poterat cōburebat. Qḋ vidēs tundalus dixit ad angelum. Ecce appropinq̄mus ad portas mortis: q̄s me miserū liberabit. Cui angelus. Ab ista q̄dē exteriori flāma liberaberis: sed ipsam domuꝫ vnde pcedit intrabis. Et cū ppius accederēt viderūt carnifices cuꝫ securib⁹ ⁊ cultris: ⁊ bisacutis: ⁊ dolabris: ⁊ terrebris: ⁊ falcib⁹: ⁊ forcipib⁹ acutissimis: ⁊ vangis: ⁊ fossorijs: ⁊ ceteris instrumētis q̄bus aīas excoriare vel decollare vel scindere vel truncare poterāt in medio flāmarū stantes. ⁊ sub manibus eoꝝ multitudinē aīarū hec oīa sustinentiū. Qḋ vidēs Tundalus dixit ad angelum. Obsecro dn̄e si placet: ab hoc solo me libera supplicio. ⁊ ceteris q̄ post h̄ occurrerit: me tradi cōcedo. Cui angelus. Hoc est maius suppliciū oībus que hactenus vidisti: sed adhuc vnū videbis maius ītra istud suppliciuꝫ q̄ canes rabidi te expectāt. Tundalus autē tremens ⁊ pre angustia deficiēs rogabat: ne intraret: sed nō pfecit. Demones autē vidētes eū sibi cōcessūꝫ circūdederūt eū ⁊ magnis cōuicijs exprobrātes cuꝫ supradictis instrumētis in frusta discerpserūt. Dn̄s huius dom⁹ dicebat pristinus in q̄ erat gemit⁹ ⁊ tristitia: fletus ⁊ stridor dentiū: lēnis ignis extrinsecus: ⁊ intrinsecus vastū incendiū. Auiditas sibi cibi inexplebilis ibi erat: nec satiari poterat nimietas gule: verenda loca doloribus cruciabant̄ pmaximis: pudēda ipsa putredine corrupta videbant̄ scaturire vermib⁹: ⁊ in ipsa verēda viroꝝ ac mulieruꝫ nō solū seculariū: sed etiā religiosoꝝ dire quedā ītrabāt bestie. ibiq̄ aīa tundali se iuste pati talia fatebat̄: ꝫ q̄ñ deo placuit nesciēs quo ordine se extra tormēta esse cognouit. Sedebat aūt in tenebris et in vmbra mortis: ⁊ vidēs angelū suū dixit. Heu dn̄e mi vbi est qḋ audiuim⁹. Misericordia dn̄i plena est terra. Rn̄dit angelus. Hec sn̄ia multos decipit deus: tn̄ licet sit misericors: est tn̄ iustus multa vindicat: sed plura condonat. Tu iuste passus es quicq̄d passus es: sed nūc grās ages q̄n videbis q̄ tormēta p misericordiam dei euaseris. Si deus dimitteret cūcta cur homo iustus esset. Et si supplicia non pertimesceret q̄re peccare timeret: vel a voluptatib⁹ suis se auerteret. Et q̄d opus esset vt cōfessi peniterēt: si deū nō timerēt. Peccatorib⁹ penitentiā in corpe agētib⁹ misericordit̄ a deo parcit̄: sed tn̄ p suis meritis puniunt̄. Iustis quoq̄ pro suis excessib⁹ tēporale cōmodū in corpe degētibus iuste tollit̄. sed bona eis sine fine mā sura misericorditer cū angelis reseruant̄. Multa mala opa cōdonat deus: nullū tn̄ opus bonū ab eo irremuneratū relinquit̄. Nemo enī liber est a peccato nec etiā infans vni⁹ hore: multi tn̄ liberant̄ a penis: vt eos nō tangat vmbra mortis. Ideo aūt iusti q̄ penas nō patiuntur post mortē ad videndū tn̄ illos ducunt̄. vt visis tormētis a q̄b⁹ p dei gratiā liberant̄. magis inardescāt in amorē dei ⁊ in laudē creatoris sui sicut ecōtrario aīe eternis supplicijs digne pro ducunt̄ ad scōꝝ gloriam: vt visis premijs que sponte deseruerūt magis postea doleant. Nullū enim tam graue suppliciū est q̄ꝫ a dei ⁊ scōꝝ cōsortio sequestrari. Ideo ille presbyter quem primū pontē secure transire vidisti ductus est ad suppliciū: vt visis penis ardentius laudet illū qui vocauit eū ad gloriam suam. Nam fidelis seruus ⁊ prudens inuentus est: et ideo accipiet coronam vite quam repromisit deus diligētib⁹ se. Sed q̄ñ nōdū oīa mala vidimus pperemus.

De Bestia alata ⁊ stagno cōgelato. C. XCIIII.

Recedente igitur angelo: vidit tn̄ diuus bestiā ceteris q̄s ante viderat lōge dissimilē duos pedes ac duas alas habentē: collū longissimum ⁊ rostrū ferreū: ⁊ vngulas ferreas: de cuius ore flāma inextinguibilis eructabat. Sed ⁊ autem hec bestia super stagnū glacie condensum: ⁊ deuorat aīas que in ventre eius per supplicia redigebantur ad nihilum. ⁊ iterū pciebat eas in stagnū glacie congelatum. ibiq̄ renouabant̄ iterū ad tormentum. Impregnabantur vero oēs aīe tam viroꝝ quam mulierū que descendebant in stagnū et ita grauide prestolabantur tēpus ad partum. Intus autē mordebantur in visceribus more viperino a prole cōcepta. sicq̄ vegetabant̄ misere in vnda frigida mortui maris glacie cōcreta. Cumq̄ tēpus esset vt parerēt clamātes replebant īferos vlulatib⁹ ⁊ sic serpentes pariebant. Pariebant autem nō solū femine: sed etiā viri: ⁊ hoc nō per mēbra que natura constituit tali officio cōuenientia: verū per brachia simul ⁊ pectora. exibantq̄ eruntes p cuncta membra bestie habētes capita ardentia ⁊ ferrea: ⁊ rostra acutissima: quib⁹ ipse vnde exibant corpora dilaniabant. In caudis aūt suis habebāt eedem bestie multos aculeos: q̄ q̄si hami retro retorti ipsas a q̄b⁹ exibant aīas pūgebāt. Bestie nāq̄ ille volētes exire cū caudas suas non possent secum trahere: in ipsa corpora vnde exibant rostra sua ardentia ⁊ ferrea retorquere non cessabant donec ea vsq̄ ad neruos ⁊ vsq̄ ad ossa arida cōsumerēt. ⁊ sic simul conclamātes stridor glacierū inundantiū: ⁊ vlulatus animarū sustinentiū talem penā: ⁊ mugitus bestiarū exeuntiū ab eis puenieбant ad celū. Erāt enī in oīb⁹ diuersis mēbris ⁊ digitis diuersarū bestiarū capita: que ipsa membra mordebāt vsq̄ ad neruos. s. ⁊ ossa. Habebant etiā linguas viuas in modū aspidū: que totū palatū ⁊ etiam arterias consumebāt vsq̄ ad pulmones. Verēda quoq̄ ipsa viroꝝ ac mulierū erant in similitudine serpentiū: qui inferiores partes vētris lacerabant. ⁊ ipsa viscera inde studebant abstrahere. Tūc ait angelus: Hec ē pena monachoꝝ: canonicoꝝ: sanctimonialiū: ceterorūq̄ ecclesiasticoꝝ: qui mentiti deo p tonsurā ⁊ habitū noscunt̄: qui linguas suas exacuerūt sicut serpētes: ⁊ membra sua nō cohibuerunt ab immundis operibus. Hanc penā sustinebunt qui īmoderata luxuria se polluūt. ⁊ ideo istam sustinere te oportet. His dictis rapuerūt eam demones cum impetu: ⁊ dederunt bestie deuorandam. Cum autē post predicta tormenta esset in partu viperarum: affuit ei angelus lucis: ⁊ tangens eam sanauit: ⁊ se sequi precepit. Preter fulgorem autē angeli nullum lumen habebant. pergebantq̄ per loca terribilia ⁊ multo precedentibus diriora. via valde angusta ⁊ quasi de cacumine altissimi montis tendente in precipitium. Quāto autē plus descendebat illa anima: tanto min⁹ reditum ad vitā sperabat.

De valle fabroꝝ. C. XCV.

Irit autē tūdalus ad angelū: Dn̄e quo imus te p̄cedit angelus: Hec via ducit ad mortē. Et anima: Quid ē ergo quod scriptū est: Lata ⁊ spaciosa est via que ducit ad mortē: ⁊ multi sunt qui intrant p eam. cū neminē preter nos hic videam⁹? Respondit angelus: Nō de hac via dictū est hoc: sed de impudica ⁊ illicita ⁊ seculari vita: que ducit ad istam. Euntes autē longius ⁊ vltra modū laborantes: venerunt in vallem fabroꝝ: ibiq̄ viderūt fabricas in quib⁹ maxim⁹ audiebat̄ luctus. Tunc ait angelus: Tortor iste vocat̄ vulcan⁹. p cuius ingeniū corruerunt plurimi: ⁊ ab ipso cruciant̄. Dn̄e inquit aīa si debeo pati eius suppliciū? Debes ait. Quo dicto precedebat eam. Illa autē plorans sequebat̄ eū. Et ecce tortores cum ignitis forcipib⁹ angelo sancto nihil dicēte ceperunt illam ⁊ piecerūt in caminū ignis ardentē. ⁊ sic sufflantes follibus: sicut solet ferrū in fornace examinari: ita examiabāt eam: donec ad nihilū redigerent̄ anime que ibi patiebant̄. Cumq̄ ita liquefierent: vt nihil aliud nisi aqua apparerent: iugulabant̄ tridentibus ferreis. ⁊ posite super incudē patiebant̄ malleis donec vicene vel tricene vel centene in vnam massaꝫ redigerent̄. ⁊ tn̄ quod est grauius nec sic perirent. desiderabant enī mortē: ⁊ inuenire non poterāt. Loquebant̄ autē tortores ad inuicē dicentes: Nūquid sufficit. Et alij in alia fabrica respondebant: Proijcite nobis vt videamus si sufficiat. ⁊ proijciebāt. Et alij capiebant eas in forcipibus ferreis antequā terrā tangerēt. ⁊ sicut primi: ita ⁊ ipsi eas ignibus tradebant. Et ita misere modo huc illuc proijciebātur: ⁊ vbiq̄ comburebant̄: donec simul pelles carnes ⁊ nerui ⁊ ossa in fauillam redigerent̄ ⁊ flāmam ignis. Post multas passiones affuit tundalo aduocatus suus. ⁊ apprehendēs eū de medio fauille dixit: Quōvales. nūquid fuerūt tibi tā dulcia carnis oblectamēta: vt p eis tot ⁊ tanta mala debeas sustinere? Ille penitus respōdere nō poterat: q̄ post tantū suppliciū nō habebat vires ad loquendū. Tunc angelus ait: Confortare q̄ dn̄s deducit ad inferos ⁊ reducit. Quāuis enim magna sint: que hucusq̄ passa es: maiora tn̄ sunt a quib⁹ p dei misericordiā liberaberis. Et addidit: Oēs quos superius vidisti: iudiciū dei expectāt. sed hi qui adhuc sunt in inferioribus iudicati sunt. Adhuc enī non peruenisti ad inferos inferiores. Et more solito tangens eam ⁊ confortans processit.

De Puteo infernali. C. XCVI.

Vnqꝫ simul pergerent: ⁊ incedentes seriosius ambularent̄ ecce subit⁹ horror ⁊ frig⁹ intollerabile: ⁊ fetor intollerabilis: ⁊ tenebre prioribus incomparabiles: tribulatioq̄ ⁊ angustia animam tundali inuaserunt: ita vt omnia fundamenta terre viderent̄ sibi contremiscere. ⁊ angelo precedenti cōpulsa est dicere: Heu dn̄e mi quid est q̄ pre solito stare non possum. Quo dicto non potuit se mouere pre nimia formidine. ⁊ ecce angelus cito disparuit: ⁊ cum

amplius videre non potuit: ⁊ statim cepit desperare. Non est enim sapientia: non est scientia nec opus nec ratio apud inferos quo illa pperabat. Audiuit autē clamores ⁊ vlulatus mire multitudinis ⁊ tonitruū tam horribile: vt nec paruitas nostra poterit capere: nec lingua eius enarrare. Circūspiciens ergo si q̄uo videre posset vnde venerant. vidit fossam quadratā ⁊ quadrangulam q̄si cisternā q̄ puteus putridā flāme ⁊ fumi emittebat colūnā. q̄ colūna extendebat vsq̄ ad celos: ⁊ in ipsa colūna erat multitudo maxima aīaꝝ ⁊ demonū more familiarū cū flāma ascendentiū ⁊ ad nihilū redacte. Iterū cadebant cū demonibus in fornacē vsq̄ in profundū. quo viso aīa tundali volebat retro se retrahere: sed nō valebat pedes a terra leuare. ⁊ dum hoc sepius tentaret: sed tñ facere nō posset nimio furore repleta in semetipsaꝫ exarsit ⁊ genas suas vnguib⁹ lacerās clamauit. Ue mihi: q̄re nō morior: que me cepit demētia. Audiētes demones hoc q̄ cū flāma accedebant circūdederunt eā cū instrumentis q̄bus aīas ad tormēta rapiebāt dicētes. O misera aīa penis ⁊ cruciatib⁹ digna vnde huc venisti. Nil adhuc expta es. Adhuc videbis dignū opibus tuis tormētū de quo exire non poteris. nec in eo perire: sed semp in cruciatu viuēs. Ardebis sine refrigerio: sine lumine: sine cōsolatiōe: sine auxilio. nullā deinceps misericordiaꝫ sperare poteris. Appropinq̄sti enī vsq̄ ad portas mortis ⁊ infernus inferiorib⁹ sine mora p̄sentaberis. Qui te huc adduxit ipse te decepit. Liberet te si pōt de manib⁹ nostris nō videbis eū amplius. Et adinuicē loquebantur. Quid amplius moramur trahamus eā ⁊ prebem⁹ eā lucifero deuorandū. ⁊ sic arma vibrātes minabant̄ illi mortē eternā. Ipsi autē immūdi spūs erant nigri sicut carbones oculi eorū vt lāpades ignis ardētes. dentes eoꝝ niue candidiores caudas habebāt vt scorpiones: vngues ferreos acutos: alas vt vulturis. Interea affuit angelus dñi q̄ fugatis spiritib⁹ tenebrarū cōsolatus est reā suā dicens Gaude ⁊ letare filia lucis: q꞉ misericordiā ⁊ nō iudiciuꝫ cōsequeris. Penas q̄dē magnas videbis: sed nō eas patieris. Ueni ergo ⁊ ostēdā tibi pessimū humani generis inimicū ⁊ pcedēs ad portas inferi dixit. Ueni ⁊ vide. Scito tñ q̄ nullū lumē his q̄ huc deputantur lucet: sed tu poteris eos videre ⁊ ipsi nō videbūt te.

¶ De Principe tenebrarū ⁊ locis eius in penis. C. XCVII.

Appropinquās autē aīa vidit principē tenebrarū ⁊ profundū īferni. Que aūt ⁊ q̄lia ibi viderit inaudita tormēta si centū capita. ⁊ in vnoquoq̄ capite centum linguas haberet enumerare nullo modo posset. Ibi visus est pnceps diabolus q̄ magnitudine pcellebat oēs bestias q̄s ipse tundalus ante viderat. cui⁹ quantitati corpis ipsa q̄ viderat aīa nihil sciebat cōparare. Erat illa bestia nigerrima sicut coruus: formā hns humani corporis a pedibus vsq̄ ad caput: excepto q̄ plurimas habebat manus. Habebat etiā ⁊ caudā: habebat etiā nō minus mille manibus. Habebatq̄ in longitudine q̄si centū cubitos: in crossitudine vo decem. Unaqueq̄ man⁹ digitos vicenos habebat. ⁊ digiti ei⁹ habebāt in longitudine centenas palmas: in crossitudine vo denas. Habebat vngues lāceis multū crossiores ⁊ lōgiores: ⁊ ipsos ferreos in pedib⁹ totidem. Rostrū eius nimis longū ⁊ crossum: cauda ei⁹ aspina ⁊ lōga ad nocendū aīabus aculeis acutissimis pparata. Iacet aūt illud horribile mōstrū sup cratē ferreā suppositꝭ ardētib⁹ prunis. ab innumerabili multitudine demonū follib⁹ sufflantiū. Circūdat autē ipsuꝫ tanta multitudo aīaꝝ ⁊ demonū q̄ nulli credibile esset q̄ mundus tot aīas a principio parere posset. Ligatus aūt est ille hostis antiquus per singulas mēbroꝝ iūcturas cathenis ferreis ⁊ ereis ignitis ⁊ valde crossis. Sicq̄ sic versat̄ in carbonib⁹ ⁊ vndiq̄ cōburit̄ nimia exardescētia. vertit se de vno latere in aliud latus: ⁊ oēs manus suas in illam multitudinē aīarū extendit. easq̄ repletas aīabus constringit. sicut rusticus sitiens racemos cōprimit: vt inde vinū eliciat. intantum vt nulla sit ibi aīa que tali cōtritione nō pateat̄ capite aut pedibus vel manibus. Et tunc suspirās sufflat ⁊ spargit aīas in diuersas partes gehēne. ⁊ statī eructuat puteus ille de quo prediximus fetidā atq̄ horribilē flammā Et cū retrahit anhelitū suū dira illa bestia retrahit ad se oēs aīas quas ante sparserat: ⁊ cū fumo ⁊ sulphure in os eius cadētes deuorat sed ⁊ quecunq̄ manus eius effugiūt ne stringat̄ illas cū cauda sua percutit. ⁊ sic misera bestia percutiēs semp percutit̄. ⁊ tormenta animabus inferens: in tormentis oibus super oēs cruciat̄. Tunc ait angelus ad animā. Hic est lucifer principium creaturarū dei: qui versabatur in delicijs paradisi. Qui si solutus fuerit. celum simul ⁊ terram vsq̄ ad inferos cuncta perturbaret. Hi autē qui cum eo sunt partim sunt angeli tenebrarū: partim filij ade. ⁊ iam iudicati sunt ⁊ multos alios expectant. qui vel christum negauerunt: vel negantiū opera fecerunt. passi sunt ea que vidisti: priusminora tormenta. ⁊ postea ducti sunt ad ista. de quibus tormentis nullus q̄ semel ea intrauerit amplius exire poterit. Hic sunt prelati ⁊ principes mali: de quib⁹ scriptū est: Potētes potēter tormēta patiunt̄. qui. s. non bene vsi sunt potentia sibi a deo data. Tūc ait aīa ad angelū: Quare potētia nō bonis dat̄ vt bñ p̄sint: Respondit angelus: Aut subditorum culpe hoc exigunt: vt bonos rectores nō habeant. aut ipsis bonis in hoc parcit̄: vt saluti animarū suarū melius p̄uideant. Hic autē infelix princeps tenebrarū dictus est: nō propt potentiā quā habeat: sed proptē primatū quē tenet in tenebris. Oēs autē alie pene q̄uis sint maxime respectu hui⁹ pro nihilo cōputant̄ Ad hec aīa: Certe verū est. Nā videre tm̄modo locū istū magis me cōturbat: ⁊ fetorē ei⁹ plus me sustinē grauat q̄ pati oīa q̄ antea patiebar. Unā rogo si potest fieri vt hinc me subtrahas cito. ⁊ h̄ me amplius cruciari nō permittas. Hic enī video multos cognitos ⁊ sodales ⁊ notos meos: quos mecū in seclo gaudebā habē socios. quoꝝ h̄ osortiū multū abhorresco. Scito aūt p certo: q̄ nisi mihi diuina succurrat grā: meritis meis exigētib⁹ nō min⁹ ista patiar q̄ ipsi. Ad quā angelus. Ueni o felix aīa ouertere in requiē tuā: q꞉ dñs benefecit tibi. Non enī hoc patieris. neq̄ amplius (nisi pmerueris) ista videbis. Hucusq̄ vidisti inimicoꝝ dei carcerem āmodo videbis gloriam amicorum dei.

¶ De Statu mediocriter bonoꝝ ⁊ maloꝝ. C. XCVIII.

Dum uersa anima sequebat̄ angelū precedentē ⁊ cū nō longe pergerent: fetor euanuit: destructisq̄ tenebris lux apparuit. Fugatoq̄ timore securitas rediit. ⁊ deposita tristitia aīa illa repleta est gaudio ⁊ letitia: ita vt se tā cito mutatā miraret̄ ⁊ diceret: O dñe quō tā cito mutata sum: Cui angelus: Benedicta sis: ne timueris. Hec est enī mutatio dextere excelsi. Per aliā autē viam trāsire debem⁹ in regionē nostrā. Tu ergo benedic dñm et sequere me. Euntes autē viderūt murū nimis altū. ⁊ intra murū ex illa parte qua venerūt: erat plurima multitudo viroꝝ ac mulierū pluuiā ⁊ ventū sustinentiū: ⁊ erāt valde tristes: famē ⁊ sitim sufferentes. lumen tñ habebant: ⁊ fetorē nō sentiebāt. Tūc ait angelus: Isti quidē mali fuerūt: sed nō valde honeste vixerūt: s꞉ bona tpalia pauperibus non sunt largiti. Et ideo p aliquot annos patient̄ pluuiam ventū famē ⁊ sitim. Sed post ducent̄ ad bonā requiē. Euntes paululū venerunt ad portā: q̄ vltro aperta est eis. quā cū intrassent vident campū pulchrū: odoriferū. florib⁹ plenū: lucidū: ⁊ satis amenū. in quo multe aīe erāt vtriusq̄ sexus exultātes. ⁊ nox ibi nunq̄ fuit neq̄ sol illic vnq̄ occidit. ⁊ est ibi fons aque viue. Tunc ait: Hic habitant boni: sed non valde. qui de cruciatib⁹ erepti nondū merentur sanctoꝝ consortio coniūgi. Fons iste vocat̄ viuens. sed qui ex hac aqua gustauerit: viuet in eternū: nec sitiet vltra. ⁊ pcedētes paululū viderūt laicos sibi notos. Inter quos erant concober ⁊ donatus reges. Quib⁹ visis ait anima ad angelum: Dñe quid est hoc. Isti duo viri erant in vita sua nimis crudeles: ⁊ inter se inuicē multū inimici Quo ergo merito huc venerunt: Respondit angelus: De hac inimicitia ante mortem penituerunt. Concober autē diu languit. ⁊ vouit: q̄ si vixisset monachus fieret. Donatus autē per multos annos in vinculis religatus omnia quecūq̄ habuit dedit pauperib⁹. ⁊ ideo iustitia eius manet in seculum seculi. ⁊ tu etiam narrabis viuentibus omnia hec.

¶ De statu Cormarti regis. C. XCIX.

Cum autē modicū pcederēt: viderūt domū mirabiliter ornatā. cuius paries ⁊ omnis structura ex auro ⁊ argento erant: ⁊ ex omnium lapidū preciosorū generibus. sed fenestre ibi non erāt: nec hostiū. ⁊ tamen omnes qui intrare volebant intrabant. Erat autem intus tam splendida: acsi non dico vnus sol: sed quasi ibi multi splēderent soles. Eratq̄ nimis ampla ⁊ rotunda: ⁊ nullis columnis fulta: ⁊ totum etiam eius vestibulum auro ⁊ lapidibus preciosis erat stratum. Circūspiciens autē tundalus vidit vnū sedile aureum cum gēmis ⁊ serico ⁊ omnibus ornamētis ornatum. ⁊ regem cormarū in ipso throno sedere vestitum mirabilibus vestimētis ⁊ preciosissimis supra omne preciū terrenū. Et cum staret admirans: venerunt plurimi in domū illam cum muneribus ad regem: ⁊ offerebant singuli cum gaudio munera sua. Et dum staret tundalus diutius ante dñm suū regem cormartū. erat enī dñs suus in seculo. Uenerūtq̄ multi sacerdotes ⁊ leuite solenniter induti: sicut ad missam cantandam cum sericis casulis ⁊ alijs ornamentis valde preciosis. ⁊ ornabatur vndiq̄ domus illa regia mirabili atq̄ preciosissimo ornamēto. Ponebant enī cyphos ⁊ calices aureos ⁊ argenteos: ⁊ pixides eburneas super pazillos ⁊ tabulas. ⁊ sic domus illa ornabatur: vt si

maior gloria in regno dei nō esset. ista posse sufficere videret. Oēs ergo illi qui ministrabāt ante regē venientes ⁊ genua flectentes dicebant: Labores manuū tu. q. m. b. eo ⁊ b. ti. e. Tunc tundalus ait ad angelū. Miror dñe de tot ministris: inter quos nec vnū de familia sua recognosco. Ad hoc angelus. Nō sūt illi de familia sua: sed pauperes christi ⁊ peregrini quib⁹ rex bona sua largiebat. ⁊ ideo p manus eoꝝ retribuit ei merces eterna. Tūc ait Tundalus. Dñe: passus ne est dñs meus aliq̄ tormēta post mortē. Passus est inqt ⁊ adhuc quotidie patit: ⁊ adhuc patiet. Expecta ergo paululū ⁊ videbis. Et cū paululū expectasset obscurata est domus ⁊ oēs habitatores ei⁹ illico cōsternati sunt. Et rex contristatus exiuit cū fletu. Quē cū tundalus sequeret: vidit hanc multitudinē quā ante intus viderat expansis in celū manib⁹ deū deuotissime deprecantē ⁊ dicentē. Dñe deus oīpotēs sicut vis ⁊ sicut scis miserere serui tui. Et respiciēs vidit regē in igne vsq₃ ad vmbilicū: ⁊ ab vmbilico sursū cilicio idutū. Hāc penā inqt angelus quotidie patit p tres horas: ⁊ p horas. xx. et vnā requiescit. Et hoc ideo: qꝛ legitimi cōiugij maculauit sacramentū: ⁊ ideo patit ignē vsq₃ ad vmbilicū. Ciliciū vo portat qꝛ iussit interfici comitē iuxta scm patriciū: ⁊ p̄uaricatus est iurādū. Exceptis his duob⁹ cūcta ei crimina dimissa sunt. Sed iam ascēdamus.

De Uisione glorie sanctoꝝ. C. C.

Tcum paululū processissent viderūt murum nimis altū ⁊ nimis preclarū. Erat autem argēteus totus splendidus ⁊ valde decorus. Et cū nulla porta ibi appareret. tundalus tñ nesciēs quō intrauit. et circūspiciens vidit choros sanctoꝝ exultantiū ⁊ dicentiū. Gloria tibi deus pater. gloria tibi deus fili dei. gloria tibi deus spiritussancte Erant autē viri ⁊ femine vestiti candidis vestimētis ⁊ p̄ciosissimis sine macula ⁊ ruga iocundi ⁊ hilares semp gaudētes: ⁊ sanctā trinitatē laudātes. Candor autē vestimētoꝝ sicut nix recens erat pcussa solis radio. voces vo cōsonātes q̄si musicū melos reddebāt sonos. Claritas autē iocūditas: amenitas: hilaritas: pulchritudo: honestas sanitas: eternitas: vnanimitas: oibus erat eq̄lis ⁊ charitas. Odor illius campi vbi erant isti supabat oīa aromata ⁊ odoramēta. Tunc tundalo ait angelus. Hec sunt gaudia cōiugatoꝝ qui fidē coniugij seruauerūt: ⁊ familias suas in timore dei bene ⁊ iuste rexerūt. et bona sua paupibus ⁊ ecclesijs christi cōicauerunt: q̄ in iudicio auditur i sunt. Uenite benedicti patris mei: percipite regnū qd̄ vobis paratū est ab origine mūdi. Tundalus autē multū rogabat vt ibi remaneret: sed nō obtinuit. Post hec pfecti sunt. Uidebat autē eis nullus labor in ambulādo: ⁊ quocūq₃ ptransibant inclinatis capitib⁹ ⁊ letis vultibus cū ingēti gaudio occurrebat: ⁊ eā proprio noīe salutabant. ⁊ deū qui eā liberauerat glorificabant dicentes. Laus tibi domine rex eterne glorie: qui nō vis mortē peccatoris: sed vt cōuertat ⁊ viuat. qui sm misericordiā tuā ab inferni cruciatibus: aīam istam eripere dignatus es: ⁊ sanctoꝝ tuoꝝ cōsortio sociare. Cum autē sic plurimas turbas ptrāsissent. apparuit alius murus tam altus vt p̄mus. sed de auro purissimo ⁊ preclarissimo. ita vt magis delectaret quecunq₃ vidisset aīa in solo nitore metalli q̄₃ in oī gloria quā ante viderat. Cumq₃ isti modo intrassent illū vt primū: apparuerunt illis plurima sedilia de auro ⁊ gēmis ⁊ vniuersis lapidū preciosoꝝ generibus constructa. ⁊ preciosissimis ornamētis cooperta: in quibus sedebant seniores viri ⁊ femine vestiti sericis ⁊ stolis candidis ⁊ varijs ⁊ vniuersis ornatibus. qualia nec ante viderat: nec cogitare poterat. Et erat facies vniuscuiusq₃ splendida sicut sol splendēs in meridie: ⁊ capillos habebant auro simillimos: ⁊ coronas aureas hisdē gēmis ornatas. Sed ⁊ lectoria posita erant corā eis aurea quib⁹ superpositi erant libri aureis litteris scripti: ⁊ cantabant dño alleluia cū nouo cantico ⁊ tam dulci melodia: vt cunctoꝝ preteritoꝝ obliuisceret aīa q̄ semel audiret voces eoꝝ. Tunc ait angelus ad tundalum. Isti sūt scī q̄ pro testamēto dei sua corpora tradiderūt: ⁊ i sanguine agni lauerūt stolas suas. ⁊ cōtinētes q̄ de seculari vita ad dei seruitiū cōuersi sunt. ⁊ q̄ semetipsos cū vitijs ⁊ cōcupiscentijs crucifigētes sobrie ⁊ iuste ⁊ pie vixerunt.

Adhuc De eodem. C. CI.

Um autē Tundalus curiosius circūspiceret vidit quasi castrū ⁊ papiliones plurimas purpura ⁊ bysso: auro ⁊ argēto ⁊ serico mira varietate confectas. in q̄bus chordas ⁊ organa: tympana ⁊ citharas: cū organistris ⁊ cymbalis canētes. Cetera quoq₃ oiū musicoꝝ genera suauissimis sonis audiuit cōcinentes: ⁊ quesiuit q̄ hec essent. Cui angelus. Ista est religiosoꝝ requies monachoꝝ ⁊ conuersoꝝ: canonicoꝝ ⁊ sanctimonialiū. q̄ promissam obedientiā his q̄ presunt hilariter ⁊ deuote impendunt: ⁊ qui magis gaudent subesse q̄₃ preesse: qui voluntatē propriā relinquūt: ⁊ aliene obtemperāt. Qui d̄ū sunt in corpore celestia sapiūt: q̄ refrenāt linguas suas nō solū a malis: sed etiam a bonis propter taciturnitatis amorē. Tunc ait tundalus Dñe si tibi placet: volo propius accedere: ⁊ eos qui intus sunt vidē. Placet inquit vt videas eos ⁊ audias: sed nō intrabis ad eos. Isti quoq₃ fruunt presentia sancte trinitatis. ⁊ qui semel ad eos intrauerit: omniū immemor preteritoꝝ vlterius non disiungit a cōsortio sanctorum: nisi forte virgo fuerit: ⁊ coniungi merebit choris angeloꝝ. ⁊ accedentes propius viderūt vtriusq₃ sexus animas: quarū splēdor ⁊ odor delectabilis: que assimilabant angelis. ⁊ sonis suauissimis omniū gloriā quā ante viderāt superabat. omnia instrumēta nemine tangente sonos reddebant. sed hanc omnē dulcedinē superabāt voces ipsoꝝ spirituū: quib⁹ null⁹ labor erat i exultatiōe vocū. nec labia videbant moueri: nec man⁹ ad instrumenta musica leuare curabant. ⁊ tñ ad libitū cuiusq₃ melos reddebant. Firmamentū qd̄ erat sup capita eoꝝ multū splendebat. de quo cathene pendebāt auri purissimi: virgulis argenteis intermixte: pulcherrima varietate contexte. de quib⁹ ciphi ⁊ phiale ⁊ tintinnabula ⁊ cimbala ⁊ lilia ⁊ spherule pendebāt aurea. Inter quas multitudo maxima versabat angeloꝝ volantiū: ⁊ aureas alas habentiū. qui leui volatu inter cathenas volantes: suauissimū atq₃ etiam dulcissimū audientib⁹ reddebāt sonū Cū ergo tundalus nimis delectatus vellet ibi stare: dixit ei angelus Respice. Et respiciens vidit vnā arborē maximā ⁊ latissimā frondibus viridissimā floribusq₃ pulcherrimā: omniūq₃ generib⁹ fructuū ⁊ frugū fertilissimā. In cuius frondib⁹ aues multū diuersoꝝ colorū et diuersarū vocū generibus cantantes ⁊ organizantes morabant. sub cuius ramis lilia ⁊ rose ⁊ cunctarū herbarū specierūq₃ odoriferarum genera oriebantur. Et sub eadem arbore viri multi ⁊ femine in cellis aureis ⁊ eburneis semp benedicētes ⁊ laudantes dñm pro vniuersis beneficijs ⁊ donis suis. Et habebat vnusq̄sq₃ coronā auream in capite suo mirabiliter ornatam: ⁊ sceptrū aureum in manu sua. Et erant vestiti talibus vestimentis: quibus ante visi monachi. Tunc ait angelus ad tundalū: Hec arbor typus est sancte ecclesie. Hi qui sub ea sunt constructores ⁊ defensores sunt ecclesiarū: qui pro beneficijs que sanctis ecclesijs largiti sunt fraternitatē ipsoꝝ consecuti sunt: quia per illoꝝ cōmonitionē secularē habitū reliquerunt: et religiose vixerunt.

Item De eodem. C. CII.

Unq₃ pfecti fuissent: viderūt murū altitudine pulchritudine ⁊ splendore ceterisq₃ dissimilem. Erat nāq₃ ex omnib⁹ lapidū preciosoꝝ generib⁹ constructus varijs coloribus metallis interpositis: ita vt habere videretur aurum pro cemento. Lapides eius erant chrystallus: chrysolitus: berillus: iaspis: hiacynctus: smaragdus: saphyrus: ⁊ onichinus: topasius ⁊ sardius. crisopassus ⁊ ametistus carcatus atq₃ granatus. His ⁊ similib⁹ splendebat murus valde: ⁊ mētes intuentiū multū in se puocabat. Accedentes igit murū videre procul dubio quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis descendit: que preparauit deus diligētibus se. Uiderūt ibi nouem ordines angeloꝝ ⁊ beatoꝝ spirituū cum illis imixtoꝝ. ⁊ audierūt ibi verba ineffabilia: que non potest homo: nec licet homini loqui. Dixit angelus ad animā tundali: Audi filia ⁊ vide: ⁊ incli. au. tu. ⁊ ob. po. t. ⁊ do. p. t. ⁊ cō. r. de. tuū. Et patet quanta sit amenitas iocunditas dignitas sublimitas interesse choris angeloꝝ ⁊ omniū sanctorum. ⁊ qd̄ omne precellit gaudium eum qui panis est angeloꝝ ⁊ vita omniū sentire clementem ⁊ pium. Ab illo autē loco in quo tunc stabant: non solum omnē quam ante viderant gloriam: verum ⁊ predicta supplicia videbant. Et quod magis mirandū est: ipsam orbē terrarum quasi sub vno solis radio videbant. sicut scriptum est: Cernent terram de longe ⁊c̄. Nō enim potest quicquā creature visum obtundere: cui semel cōcessum est omniū creatorem videre: ⁊ miro modo cū starent in eodem loco: in quo. s. prius steterant: non se vertentes in aliquam partem. cunctosq₃ tamē ex eodem loco ante ⁊ retro positos videbant. Non solum autē visus: verumetiam omniū rerum scientia dabatur insolita: ita vt non esset ibi opus interrogare amplius aliquid. sed omnia sciebat ibi tundalus aperte ⁊ integre quecūq₃ volebat.

De Quattuor epis: quos ibi tundalus cognouit. C. CIII.

Um autē ita esset ibi tūdal⁹: affuit ei scūs ruadan⁹ confessor cū magna letitia salutans eū ⁊ amplectēs itime charitatis visceribus ait: Dñs custodiat introitū tuū ⁊ ex. t. h. n. ⁊ v. in. se. Ego sū ruadan⁹ patron⁹ tuus: cui iure debitus es sepulture. Et cū h̄ dixisset: stetit nihil amplius dicēs. Tūdal⁹ āt respiciēs vidit scm patriciū hibernēsiū

ardinache: ⁊ Malachiā qui celestino successit. qui romā veniēs tēpore Innocētij pape legatus ⁊ archiepūs ab illo est cōstitutus. q̄ oīa que habere poterat sclis ⁊ pauperibus diuidebat. Hic cōstructor extitit. xliiij cenobiorū: monachorū: canonicorū: sanctimonialiū q̄bus oīa necessaria ꝓuidebat: ⁊ nihil oīno sibi retinebat. Ibiq̄ vidit christianū lugdunēn. epm fratrē p̄dicti malachie vterinū mire cōtinētie virum ⁊ voluntarie paupertatis amatorē ⁊ necnō duanēsis ciuitatis antistitē virū simplicē atq̄ modestū: sapiētia quoq̄ ⁊ castitate p̄ ceteris fulgentē. Hos q̄ttuor cognouit epos. Eratq̄ iuxta eos vnū sedile mirabilē ornatū: i quo nemo sedebat. Et dixit tūdalus. Cui⁹ est istud sedile: ⁊ q̄re sic vacat. Rūdit scūs Malachias. Cuiusdā de frib⁹ nr̄is qui nōdū migrauit a corpe hic sedebit cū migrauerit.

De Reditu aīe eius ad corpus. C. CIIII.

Um autē in his oībus aīa Tundali ⁊ al̄ ir oi lectaret. affuit angelus dñi q̄ eam antecedebat: ⁊ blāde eā alloquens ait. Uidisti hec oīa. Et illa. Uideo dñe. Obsecro sine me hic eē. Cui angelus Debes ad corpus tuū redire: ⁊ oīa q̄ vidisti ad vtilitatē ꝓximorum memoriter retinere. Quo audito: aīa tristis ⁊ flens respondit. Dñe inquit. Quid tanti mali egi vt relicta tāta gloria ad corpus redeam. Ad quā angelus. Hanc nō merent̄ intrare nisi virgines qui corpora sua ab oī immundo tactu ⁊ corda sua ab oī immundo affectu custodiunt ⁊ aduri magis pro tanta gloria q̄ coinq̄nari aliq̄ turpi cōcupiscentia volūt. qđ. s. tu noluisti facere ⁊ verbis meis credere: ⁊ ideo nō poteris hic manere. Reuertere ergo ad corpus tuū ⁊ abstine ab his q̄ ante faciebas. Consiliū meū ⁊ auxiliū tibi nō deerit. sed p̄seueraliter atq̄ fideliter tibi manebit. Et cū hoc dixisset angelus: cōuersa aīa statim sensit se mole corporis esse grauatā nullū interuallum nec vllum tp̄is intercessit momentū. sed in vno eodēq̄ tp̄is puncto. in celis loquebat̄ ad angelū. ⁊ in terris se sensit induere corpus suū. Tunc ipsa debilis corporales aperuit oculos. ⁊ suspirās nihilq̄ dicens respexit clericos circūstantes: ⁊ sumpsit corpus dñi cū gratiarum actione. ⁊ oīa que habuit dispersit ⁊ dedit pauperibus ⁊ signū sancte crucis vestimētis suis q̄b⁹ vestiebat̄ superaffigi iussit. Cunctaq̄ que viderat ⁊ retinere poterat nobis postmodū recitauit. bonā vitā nos ducere monuit. verbūq̄ dei qđ ante nesciebat cū magna deuotione ⁊ vtilitate ac humilitate ⁊ sciētia p̄dicabat. Nos autē q̄ vitā eius imitari nō possumus hoc saltē ꝑ vtilitatē legētiū scribere studuim⁹

Actor. Hec autē visio ⁊ huic siles apud doctores nostros calūniā patiunt̄. nullū penitus locū vel statū aiarū esse ponētes mediū īter purgatoriū ⁊ paradisum. q̄uis beatus bernardus in quodā sermone de oībus sanctis cōtrariū innuere videat̄.

De Sancto malachia archiepiscopo. C. CV.

Oro sancti Malachie vitā q̄ anno p̄dicte reuelationis dictus est obijsse. beatus Bernardus Clareuallēsis descripsit. de qua hic pauca īserui in hunc modū. Bernardus. Semp quidē ope preciū fuit illustres sanctorū describere vitas. vt sint in speculū ⁊ exemplum: ac quodā velud cōdimentū vite hoīum sup terrā. Per hoc enī quodāmodo apud nos etiā post mortē viuūt multosq̄ ex his qui viuētes mortui sūt ad verā ꝓuocāt vitā ⁊ reuocāt. Uerū nūc maxime hoc requirit raritas scītatis. nostra plane etas inops virorū. Quē enim mihi ostēdas vel de illorū numero q̄ videt̄ dari in lucē gentiū nō magis de sublimi fumantē q̄ flāmantē. Et si lumē qđ in te est inquit tenebre sunt. quante sunt tenebre (nisi tu illos forte qđ nō credo luce dixeris) qui questū estimāt pietatē. qui in hereditate dñi nō que dñi sed magis que sua sunt queritant. Quid dico que sua sunt: perfect⁹ sit ⁊ sanctus etiam sua querens: suaq̄ retinens. si ab alienis corr manusq̄ cōtineat. meminerit tamen q̄ qui sibi vsq̄ huc forte peruenisse videt̄ eundem exigi sanctitatis gradum ⁊ ab ethnico an non milites suis iubentur contenti fore stipendijs vt ipsi salui fiant. Magnū vero ecclesie doctori si sit sicut vnus militū aut certe: qđ ad illorum intpꝛopertiū propheta loquitur sicut populus: ita ⁊ sacerdos. Itē vas mihi contentum in necessarijs: contēptum superfluorum. Lex est tamē prefixa ab apl̄is apostolorū successorib⁹. vestitū ⁊ victū habentes inquiunt his contenti simus. Ubi forma hec in libris cernim⁹ eam: sed nō in viris. Habes vō de iustorū q̄ lex dei ē⁹ in corde ipsi⁹ ⁊ non in codice. nec p̄fectionis is gradus p̄fectus enī carere ⁊ necessarijs parat⁹ est. At gratis istud: vtinā superfluis ponat̄ modus vtinā nō capiamus in infinitū. Optimus hodie est: q̄ nō est nimis malus. Unde qm̄ a terra defecit sanctus videor mihi nō superuacue ex his qui empti sunt de terra. reuocare ad mediū epm̄ malachiā virum vere scīm. ⁊ nostrorū quidē tēporū singularis sapiētie. q̄ lucerna erat ardēs ⁊ lucens: nec tñ extincta est: sed submota.

De Bonis eius initijs. C. CVI.

Ic ortus est in hibernia de pplo barbaro ibi educatus ... edoct⁹ est. Ceterū de natali barbarie nihil traxit nō magis q̄ de sale materno pisces maris. Parētes tñ illi⁹ fuerunt genere ⁊ potētia magni iuxta nomen magnorū q̄ sunt in terra. At mater tam mēte q̄ sanguine generosior satagebat in ipso immotas facere paruulo vias vite. Itaq̄ agebat senē morib⁹ annis puer expers lasciuie puerilis. Erat autē hō in ciuitate ardinachana q̄ dictus est malachias vir sanctus: ⁊ austere admodū vite. Qui cellā habens iuxta ecclesiā: seruiebat ieiunijs ⁊ orōnib⁹ ⁊ obsecratiōib⁹ die ac nocte. Ad hūc se cōtulit malachias: ab eo vite formā accepturus. Seditq̄ ⁊ ipse solitari⁹. Sed intra paucos dies habuit imitatores nō paucos exemplo sui ꝓuocatos. Tandē ordinatus est sacerdos. Annos natus q̄si xx. ⁊ v. Cui etiā epus vices suas cōmisit. seminare semen sanctū in gēte nō scā. ⁊ dare rudi pplo ⁊ sine lege viuēti legem vite ⁊ discipline. Suscepit ille mādatū cū oī alacritate: sicut erat spiritu feruēs: nec talētis incubans: sed inhians lucris. Deniq̄ cū diceris studium ⁊ zelus maxim⁹ circa cultum diuinorū ⁊ venerationē sacrorū: ne forte de his aliq̄d ꝯstitueret vel doceret secus q̄ ritus haberet vniuersalis ecclesie subijt eius animū adire epm̄ malchū: qui se plenius de oīb⁹ informaret. Hic erat senex plen⁹ dierū ⁊ sapiētie atq̄ virtutū. qui de habitu monachali in chonienst monasterio assumptus est in epm̄ in lesimor ciuitate. Ibiq̄ tāta ei desup data est grā: vt nō solū vita ⁊ doctrina: sed ⁊ signis etiā clareret. Nā puerū mēte captū ex his. s. quos lunaticos vocāt inter ꝯfirmādū sacro vnctiōe sanauit: surdoq̄ auditū restituit. In quo idē mirabile quiddā confessus est. q̄ cum scūs vtriq̄ auricule hincinde digitos immisit duas q̄si procellas ex ipso exire senserit. Pro his huiusmodi signis crebrescētē nomē grāde adeptus est: ita vt ad eū scoti hiberniq̄ ꝯfluerēt: ⁊ tanq̄ vnus omniū pater ab oīb⁹ coleret̄. Ad hūc ergo malachias perueniens benigne a sene est susceptus: ⁊ annis aliquot cū eo mansit: vt per hanc temporis morā de pectore veterano sapientiam hauriret.

De Sorore sua mortua ꝑ eū deo reconciliata. C. CVII.

Oruā autem sororē suā: nō pretereundum de ea vidit visionem. Dui⁹ siquidē scūs carnalē exhorruerat vitā. ⁊ tanto euī zelo: vt se deuouerit nō visurū eā in carne viuentē. At illa carne soluta solutū est votū: ⁊ cepit videre in spū quam in carne noluit. Quadā nocte audiuit ꝑ somniū vocē sibi dicentis: sororē eius stare foris in atrio: ⁊ ecce ꝑ totos. xxx. dies nihil gustasse. Qui evigilans ⁊ cito intellexit: cui⁹ esce inedia marceret. ⁊ diligenter discusso numero dierū quē audierat ipm̄ eē repperit: ⁊ ex quo pro ea panē ⁊ vinū nō obtulisset. Tūc ille qui sororis animā nō oderat sed peccatis beneficentiā quam intermiserat rursum adorit̄. Neq̄ frustra. Nō multo enī post visa est ei peruenisse ad limē ecclesie. necdū tñ posse intrare: apparere etiā in pulla veste. Cūq̄ ille p̄seueraret orōne ... die soluta stipe frustraret̄. Secundo vidit eam in veste subcandida ad missam quidē intra ecclesiam. sed altare contingere non permitti. Tertio tandem visa est aggregari cetui cādidatorū ⁊ in veste candida. Uides igit̄ lector quantū valeat deprecatio iusti assidua. Uere regnum celorū vim patit̄: ⁊ violenti rapiūt illud. Nōne tibi videt̄ malachie oratio vicē quodāmodo effractoris celestibus exhibuisse portis: q̄si peccatrix mulier fraternis obtinuit armis: qđ sua merita negabat̄. Hanc vim ihesu bone tu q̄ pateris facis validus ⁊ pius ad saluādū: faciens miām ⁊ potentiam in brachio tuo: ⁊ in sacro tuo seruās scīs qui in terra sunt vsq̄ ad ꝯsūmationē. Hoc plane factum est potens peccata ꝯsumere. debellare obuias potestates. inferre celis reuertentes de terra.

De Monasterio ab eo constructo: ⁊ quibusdam eius miraculis. C. CVIII.

Ir diues ⁊ potens: qui locū bencor ⁊ possessiones eius tenebat inspirat⁹ a deo ꝯfestim in man⁹ malachie oīa sua dedit. ⁊ se quoq̄ ⁊ auiculas eius. sz malachie spū q̄ carnis ꝓpinquus plus fuit ipm̄ quoq̄ locū bencor tradidit ⁊ princeps: vt edificaret ibi mōasteriū: vel potius reedificaret. Nēpe nobilissimū extiterat añ sub p̄mo pre ... multa milia monachorū generās multorū monasteriorū caput. nec mō in p̄fatis: sz in exteras etiā regiōes q̄si inundatione facta: illa se scōrū examina effuderūt. Ex quib⁹ ad has nr̄as gallicanas partes scūs columban⁹ ascēdēs luxouiense ꝯstruxit monasteriū: fact⁹ ibi in gentē magnā. Aiunt enī tā magnā fuisse: vt succedentibus sibi vicissim choris continuarent̄ solēnia diuinorū. ita vt

nec momentum quidẽ diei ac noctis vacaret a laudibus. Hec de an-
tiqua dicta sunt benchorẽsis monasterij gloria. Hoc olim destructũ
a piratis ob insigne dignitatis antique malachias veluti quandam
replantaturus paradisum amplexus est. Et qꝛ multa scõꝛũ corpora
dormirẽt ibi. Nã vt taceã illa que in pace sepulta sunt: fuerũt nõgẽ-
ti simul vna die a piratis occisi. Erat quidẽ ingens illi⁹ loci possessio
sed malachias solo cõtentus loco sancto totas possessiões ⁊ terras
alteri concessit. Ipse vo decẽ circiter secum fratribus assumptis. ve-
niens ad locũ cepit edificare. vbi die quadã cum in securi ipse seca-
ret casu ex operarijs vnus illo vibrãte in aera securim. locũ incaute
occupauit. in quo ictus destinabat. Et cecidit sup spinã dorsi eius:
tanto vtiqꝫ ĩpetu ac sonitu: quãto conatu impingere valuit. Corruit
ille: ⁊ accurrere oẽs putantes aut percussum ad morteꝫ: aut mortuũ.
Et tunica quidẽ scissa est a sũmo vsqꝫ deorsum. homo autẽ illesus
inuẽtus est tam modice ⁊ sũmatim: vt vix in supficie vestigiũ appa-
reret. Stabat enĩ homo incolumis quẽ securis pstrauerat intuenti-
bus ⁊ stupẽtibus q̃ circũstabãt. vnde ⁊ facti alacriores ⁊ promptio-
res exinde ad opus inuenti sunt. Porro oratoriũ intra paucos dies
cõsummatũ est. in quo deo seruit sicut olim illi deuotiõe: sed nõ pa-
ri numero. Eo tpe ⁊ loco quidã infirmabat: cui assistẽs diabolus ⁊
aperte loquens suggerebat. ne vnq̃ʒ crederet monitis malachie. sed
si intraret ad se: cultello eũ peteret ⁊ occideret. Quo agnito: illi q̃ mi-
nistrabãt ipsi infirmo prodente: verbũ ptulerunt ad malachiã pauen-
tes. At ille solita arma orationis arripiens impauidus hostem
aggressus: ⁊ infirmitatẽ fugat ⁊ demonẽ. Clericũ noĩe michaelẽ dis-
senteria laborantẽ ⁊ desperantem: mittens ei aliquid de mensa sua
eodem loco sanauit. scđo ipsum eundẽ grauissima infirmitate cor-
reptum. ⁊ corpore pariter curauit ⁊ mente ilico enim adhesit deo ⁊
seruo eius malachie.

De actibus eius in episcopatu suscepto. C. CIX.

Uacabat tunc episcopalis sedes in vna ciuitatũ
⁊ iam diu vacarat. Malachia nolente
assentire quẽ elegerãt. Persistẽtib⁹ tamẽ illis tandẽ ces-
sit accedẽte ad vim faciendã mandato magistri sui nec-
non ⁊ metropolitani. Tricesimo igit̃ ferme anno etatis sue cõsecra-
tus epũs conereth ĩtroducit̃. Cũqꝫ cepisset pro officio suo agere: tũc
intellexit homo dei nõ ad hoĩes se: sed ad bestias destinatũ. Nũq̃ʒ
adhuc tales exptus fuerat in quantacũqꝫ barbarie nusq̃ʒ repererat
sic pteruos ad mores. sic ferales ad ritus. sic ad fidẽ impios. ad legẽ
barbaros. ceruicosos ad disciplinã. spurcos ad vitã. christiani noĩe.
re pagani. Nõ decimas dare nõ primitias: nõ legitima inire coniu-
gia: nõ facere cõfessiones nec penitẽtias. nec qui peteret: nec q̃ daret
penitus inueniri. sed nec in ecclesijs aut pdicantis vox aut cantan-
tis audiebat̃. Quid igit̃ faceret athleta dñi: aut cedendum turpiter:
aut periculose certandũ: sed qui se pastorẽ ⁊ nõ mercenarium agno-
scebat. elegit magis stare q̃ʒ fugere. paratus dare aĩaꝫ suam pro oui-
b⁹ suis si oportuerit: ⁊ q̃ʒq̃ʒ oẽs lupi ⁊ oues nulle. stetit in medio lu-
porũ pastor intrepidus oĩmodis argumẽtosus: quõ faceret oues de
lupis. Monere cõiter: secreto arguere: flere p singulos: nunc aspere
nunc leniter cõuenire prout cuiqꝫ videbat expedire. In q̃bus dum
minus p hoc profecisset cor cõ tritũ ⁊ humiliatuꝫ offerebat pro eis.
Quotiẽs noctes totas puigiles duxit extendẽs manus in orõne. et
cũ venire ad ecclesiã nollent p vicos ⁊ plateas occurrebat inuitis et
circũiens ciuitatẽ pquirebat anxius quẽ christo acquireret. Sed ⁊
foris rura nihilominus ⁊ oppida sepius pcurrebat cũ sancto illo co-
mitatu discipuloꝝ suorũ qui nunq̃ʒ deerant lateri eius: ibat ⁊ eroga-
bat vel ingratis tritici mensurã. Nec vehebat̃ equo: sed pedes ibat
in hoc virũ se apostolicũ probans. Ihesu bone quanta passus est p
noĩe tuo bellator tu⁹ a filijs sceleratis: quãtaqꝫ sustinuit ab hijs ipsis
quibus ⁊ pro quibus loquebatur bona tibi. Blasphematus obse-
crabat iniuriatus opponebat scutũ patiẽtie: ⁊ vincebat in bono ma-
lum. Itaqꝫ dextera dñi fecit virtutem: qꝛ os dñi locutum est verita-
tem. Cessit duricia: quieuit barbaries. recipiuntur vbiqꝫ ecclesiasti-
ce cõsuetudines: contrarie vero rejciuntur. Reedificantur basilice:
ordinatur clerus: in illis sacramentoꝝ rite solemnia celebrant̃. cõfes-
siones fiunt ad ecclesiã cõueniunt plebes. cõcubinatus honestat ce-
lebritas nuptiarũ. Postremo sic mutata in melius oĩa vt hodie illi
genti cõueniat: qđ dñs per prophetã dicit. Qui ante nõ pplꝰs meus:
nunc autem pplꝰs meus.

De Archiepiscopatu quẽ inuitus suscepit. C. CX.

Contigit autem archiepiscopum cel-
sum infirmari qui et
malachiam in diaconum presbyterum ⁊ episcopum or-
dinauit: ⁊ cognoscens qꝫ moreretur: fecit quasi testa-
mentum vt malachias sibi deberet succedere: eo qꝫ nullus sede pri-
ma dignior videret̃. Uerũ mos pessimus inoleuerat quorundam
diabolica ambitiõe potentũ: sedẽ sanctã obtinendã in hereditaria
successione. Nec enĩ patiebantur epari nisi qui essent de tribu ⁊ fa-
milia sua. Nec parũ pcesserat execranda successio. Decursis iam in
hac malitia quasi generationibus. xv. ⁊ eousqꝫ firmauerat sibi ius
prauũ immo oĩ morte puniendam iniuriam. Generatio enĩ mala ⁊
adultera. vt ⁊ si interdũ multi defecissent clerici de sãguine illo: sed
epĩ nunq̃ʒ. Deniqꝫ iam. viij. extiterãt ante celsũ viri vxorati ⁊ absqꝫ
ordinibus. litterati tñ. Inde tota illa per vniuersam hiberniam (de
qua multa superius diximus) dissolutio ecclesiastice discipline. cen-
sure enũeratio. religionis euacuatio. p hijs ergo celsus vehementer
dolẽs. curauit oĩno successorem habere malachiam eo qꝫ p ipsum
cõfideret posse explantari male radicatam successionẽ. q̃ carus esset
omnib⁹. et quem oẽs emularent̃. ⁊ dñs erat cum eo. nec frustrat⁹ ẽ
a spe sua. Nam mortuo illo. substitut⁹ est malachias: non tñ mox.
Neqꝫ id facile. Ecce enĩ de semine nequã q̃ occuparet locũ mauri-
cius nomine. Is per q̃nquenniũ fretus potentia seculari incubauit
ecclesie nõ epũs ſʒ tyrannus. Nam vota pioꝝ magis in malachiam
cõuenerant. Deniqꝫ suadebant eũ subire onus iuxta cõstitutionẽ
celsi. Sed ille q̃ omne sublime haud secus q̃ʒ suũ pcipitiũ declina-
bat. bonam sibi videbatur nactus occasionem excusãdi. qꝫ p id tpis
introitus eius pacificus esse nõ posset. Dicebat igitur nõ suum iter-
esse fundi humanũ sanguinẽ occasione sui. Postremo iunctum se
alteri spõse quã dimittere nõ liceret. Uerũ illis ecõtra ĩstãtib⁹ ⁊ cla-
mãtib⁹. quia a dño sermo ẽ egressus. ſʒ ⁊ tota auctoritate iubẽtib⁹
subire onus ⁊ ĩcãtãtib⁹ anathema. Ad mortẽ inq̃t ducitꝭ me. ſʒ obe-
dio spe martyrij. hac tñ cõditiõe. vt si iuxta fidem nostram res ĩ me-
lius cedat. ⁊ vendicet sibi deus hereditatem suam a diripientibus
eam. Tũc demũ oibus cõsũmatis ⁊ eccia pacẽ habente liceat redi-
re ad priorẽ sponsam meã ⁊ amicã de qua raptor p ptãtem ⁊ p me
illic alium substituere. q̃ tunc forte reptus idoneus fuerit. Nota le-
ctor virtutẽ viri ⁊ aĩ puritatem. nec honorẽ affectantis. nec formi-
dantis mortem p christi nomine. Spõdentib⁹ illis demũ acq̃euit
volũtati eoꝝ vel potius dei a quo sibi iam olim pstensum recor-
dabat̃. qđ de se nõ dolebat fieri. Nempe iam egrotante celso ap-
paruit malachie ⁊ q̃deꝫ longe posito et nesciẽti mulier procere sta-
ture ⁊ reuerendi vultus. pcuntanti quenã esset. risum est esse vxo-
rem celsi. Que ei tradens virgam pastoralem quam manu tenebat
disparuit. Paucis decursis diebus celsus moriens. misit baculũ suũ
malachie tanq̃ʒ sibi successuro. Quem vt vidit agnouit ipsum esse
quem viderat.

De Ultione celesti in eius aduersarios. C. CXI.

Cuius precipue recordatio visionis
terrebat malachiaꝫ vt
siqđ diu satis dissimulorat vltra renueret diuine id re-
sistere videret̃ volũtati. Uerũtñ ciuitatẽ non intrauit. q̃-
diu ille scubator vixit ne hac õcasiõe extingeret mori queq̃ʒ ex his
q̃b⁹ vitã magis ministratur⁹ veniebat. Ita p biẽniũ. (Nã id tpis su-
puixit ille agẽs extra vrbẽ) strẽnue ĩ vniuersa pulcia op⁹ epale ex-
ercuit. Illo igit̃ celeri morte facto de medio. Rursũ nigellus q̃dam
immo vere ingerrim⁹ sedem pripuit. ⁊ in hoc aie sue mauricius ad-
huc viuens puiderat vt hunc haberet heredẽ in quo q̃ dãnandus
exibat. opibus addicere dãnationis persisteret. Erat enĩ ⁊ ipse ex
dãnata pgenie cognatus mauricij. Ceterũ rex ⁊ epĩ ⁊ fideles terre
nihilomin⁹ cõuenerũt vt introducerent malachiam. Et ecce cõciliũ
malignãtiũ ex aduerso. quidã de filijs belial pmptus ad malitiam
potens iniq̃tate. sciens locũ vbi pariter cõuenire decreuissent. mal-
tis aggregatis sibi latẽter viciniũ occupat collẽ eminentẽ e regione
vnde illis tractantib⁹ alia. repẽtino impetu sup incautos irruerent
⁊ interficerent innocẽtes. Condixerãt enĩ etiã regẽ cum epo truci-
dare vt nõ esset q̃ vindicaret sanguinẽ iustum. Res innotuit mala-
chie ⁊ intrans ecclesiã. erat enĩ ppe. et eleuatis manibus orauit ad
dñm. Et ecce nubes ⁊ caligo ſʒ et tenebrosa aqua in nubibus aeris
diem vertunt in noctẽ. Fulgura quoqꝫ ⁊ tonitrua ⁊ horribil̃ ĩpius
pcellarũ diem vltimuꝫ minitant̃ ruituraqꝫ eccia. ⁊ terrent ad oĩa
mortẽ. Et vt scias lector qꝫ orõ malachie cõcusserit elemẽta. solos
intercipit tẽpestas q̃ q̃rebant aĩam eius. solos turbo tenebrosus in-
uoluit q̃ parauerãt opa tenebrarum. Deniqꝫ ipse q̃ princeps extiterat
tanti mali fulmĩe pcussus interijt cũ tribus alijs. et fuerũt cõsortes
mortis q̃ fuerũt pricipes sceleris quoꝝ sequẽti die inuẽta sũt corpa
semiusta ⁊ putrida herẽtia ramis arboris vbi queqꝫ ipsũ ventus
allisisset. Alij quoqꝫ tres semiusti inuenti sunt. Ceteriqꝫ omnes cir-
cũquaqꝫ dispersi.

¶ De Ingressu eius in vrbē ⁊ nigello scismatico. C. CXII.

Anno etatis sue tricesimo octauo pauper Malachias pul'o incubatore intrauit ardmachā pontifex ⁊ metropolitanus totius hibernie. Rege vero ceterisq̄ q̄ in duxerāt eū ad ꝓpria remeātibus. ipse remanet in manu dei. ⁊ remanēt illi foris pugne intus timores. Nā ecce vipa sobolis frendens ⁊ vociferās se exheredari. tota se intus ⁊ foris suscitat ode⁄ret sue cū [illegible] ⁊ adeo sue charissimū eius. Porro nigellus vidēs sibi fugam imminere tulit secū insignia quedā sedis illi⁹. textū. s. euāgelioꝝ q̄ fuit beati Patricij: baculūq̄ʒ auro cōtectū: ⁊ gēmis preciosissimis adornatū: quē noīant baculū ihesu: eo q̄ ipse dn̄s vt fert opinio: eū manibus suis tenuerit atq̄ formauerit. Et hec sunt sūme dignitatis ⁊ venerationis in gēte illa. Ibat homo girouagus ⁊ alter sathanas circuibat terrā ⁊ perambulabat eā insignia sacra circūferens q̄ vbiq̄ ostentans vbiq̄ eorū gratia receptabat. Fuit vero cōciliū scismaticū in se q. eo q̄ seduceret multos ex insignib⁹ q̄ ferebat. suadens oībus epm̄ esse debere. ⁊ sic sollicitās plebes aduersus malachiā ⁊ ecclesie vnitatē. Et fecit sic ⁊ sine difficultate: ⁊ ita in breui vniuersas sepiuit vias eius per gratiā sibi a deo datā. ⁊ quā habebat ad oēs vt mali⁄gnus ille coactus sit dare manus: reddere insignia: ⁊ quiescere de reliquo in omni subiectione.

¶ Itē De vindicta dei in eius detractores. C. CXIII.

Ex modo maledictores sed ⁊ detractores malachie corripuit deus. Verbigratia. Quidā habēs gratiā pncipū ⁊ potentū etiā ipsius regis. eo q̄ esset adula⁄tor ⁊ garrulus ⁊ potēs in lingua fouebat p oīa aduersa⁄rijs malachie ⁊ procaciter tuebat̄ partē eoꝝ. Scō vero ⁊ p̄senti resiste⁄bat in faciē. ⁊ detrahebat absenti irreuerenē occurrens ei in oī loco maximeq̄ vbi celebrioribus illū sciret interesse cōuētibus: sed cito digna lingue procacis mercede donatus est. Intumuit ⁊ cōputruit lingua maledica vermibus ex ea scatētib⁹ ⁊ diffluentibus toto ore blasphemo. Quos p. vij. ferme dies incessanter vomens tandē cum illis miserā expuit vitā. Loquēte corā aliq̄n malachia ⁊ ppl'z exhor⁄tante. mulier q̄dā infelix ausa est interrūpere sermonē clamoribus improbis. nō deferēs honorē sacerdoti ⁊ spiritui q̄ loquebat̄. Erat autē de ꝓgenie ipsius. ⁊ spiritū impiū habēs in naribus blasphemias ⁊ cōtumelias euomebat in sanctū dicēs eū hypocritā ⁊ inuasorem aliene hereditatis: sed ⁊ caluiciei illi⁹ improperās. At ille nihil respō⁄dit ei: Sicut erat verecūdus ⁊ mitis. sed dn̄s respondit pro eo. Uer⁄sa est igit̄ illa in insaniā dn̄o vindicāte: ⁊ crebris vocibus clamitās se suffocari a malachia morte dein̄ horrēda luit peccatuʒ blasphe⁄mie dicētibus q̄ de semine chanaan sunt fugiamus malachiā. quia dn̄s pugnat pro eo. Tandē memor propositi sui malachias: consti⁄tuit pro se Gelasiū virū bonū ⁊ dignū tali honore. cōueniente clero ⁊ populo: quinpoti⁹ sustinētib⁹ ꝓpt̄ pactū. Nā aliās durū visum est oībus. Quo cōsecrato regibus ac pncipib⁹ attētius cōmendato. ipse clarus miraculis ac triūphis ad suā parrochiā redijt.

¶ De Spū ei⁹ ꝓphetico ⁊ trāsitu p clarauallē. C. CXIIII.

Eodem anno henricus bituricensis archiepus obijt cui guilermus abbas karoli loci post eū in epatu successit. Ex gestis eius. Hic sanctus genere nobilis a puericia quidā in parisiensi ⁊ suessionēsi canonicatus ecclia dū in robur virile maturior excreuisset. molestias seculi ferre nō valēs. ruptis carnis ↄpedibꝰ ad grādimontēsez heremum cōuolauit. Ibiq̄ sinceritate mentis ⁊ ↄsciencie puritate aliq̄diu vixit. sed in eodē ordine turbatione suborta metēs sue tranq̄llitati timēs ad cystercienses ordinē in pontigniacensi monasterio se trāstulit. Ibiq̄ pfessus ⁊ pficiēs in vtutibꝰ officium prioratus suscepit. Postmodum ex abbate fontis iohānis ad caroliocense monasterium translatus ibi p electionē officiuz abbatis suscepit. Ubiq̄ enī subditos in mansuetudine ptractauit ⁊ virtutuz exēpla ꝓpagauit. Tādez licet inuitꝰ in ecclia bituricēsi pōtificali honore sublimatꝰ oneri succubuit nō honori. Suscepti aūt prius ordinis obseruātiā nō mutauit. humilitatē pristinā ⁊ habituz retinuit. Et licet archiepiscopales ciborū delicias inuenirer. vsuz tñ sobrietatis antique non deserens meditationi ⁊ orationi libenter intentus de animarū cura sibi commissa sollicitus. cōfessiones enī earū in multa leuitate suscipiēs spūs cōfouebat. Predicationi p se vel p aliuz sedulus insistebat. cui dñs etiā illam meritorū grām addidit vt viuens miraculis choruscaret. Nā psbiter quidaz guardus noīe q̄ vsuz sinistre manus ita oīno amiserat vt celebrare nō posset ad eū accessit. q̄ manuz eius palpans dixit vt peccata sua ↄfiteret̄ ⁊ meliꝰ se haberet. Pꝰ terciuz igit̄ diē ita plene

cōualuit ꝙ tertia die celebrauit. Vidit etiā puer cerebro turbato ⁊ oculis tremorē capitis patiēs cū vehemēter angeret ad beatū virū a parentib⁹ deducit. Qui dolori eius cōpatiēs puero manū imposuit sup caput eius blande palpauit ⁊ tremor oīno cessauit. Erat autē hic sanctus fere semper hilaris ⁊ iocundus quod quibusdā etiam displicebat austeris. Et cū se i hmōi socialem ⁊ amabilē exhiberet. vitium detractionis quod in locutionis cursu surripere consueuit. viris etiam studiose sibi cauentibus summa intentione vitabat. Ita ꝙ cū occasio detractionis incideret aut verba detractoria mutādo materiam incidebat. aut si verba detrahentis persisterent penit⁹ abhorrebat. nolens polluti audiendo que vix aut nunq̄ eum polluere consueuerant in loquēdo. Tandem assumpta cruce volens ad fines albigensium cōtra hereticos pficisci cum itineri necessaria prepararet infirmitate correptus. v. idus ianuarij obijt ac sepultus in bituricensi ecclesie miraculis statim choruscari cepit. Quem honorius papa. iij. inquisitione de vita eius ⁊ miraculis facta canonizauit.

¶ De petro corboliensi ⁊ interdicto francie ⁊ repudiatione vigeburgis regine. C. LXIII.

Eodem anno quo prefatus guillermus ad archiepatū promotus est michael senonensis archiepus vir bonus ⁊ deo plenus ad dn̄m migrauit. Cui petrus de corbolio quondam inocentij pape didasculus successit. per cuius manum ⁊ auctoritatē post cameracensem sedem. deinde senonensē obtinere meruit. Nec multo post eodem anno apud diuionem a prefato petro cardinali oīum epōrum abbatū ⁊ prioꝝ totius regni ꝯuocatum est concilium. Sꝫ q: regnū francorum sub interdicto ponere nitebatur a nuncijs regis ad romanam sedem ē appellatum. Ipse tamen cardinal' appellationi nō deferens sententiam corā omnibus ptulit. sed vsq: ad. xx. dies p⁹ natale non esse publicandam precepit. Extūc tota terra regni francorum interdicto subiacuit. Quo audito rex iratus qr̄ epi sui interdicto faciendo consenserant. ipsosq: a proprijs sedib⁹ perturbauit. Canonicos eoꝝ vel clericos de terra sua eijciens. eorū bona confiscauit. presbiteros etiam parochiales eiecit ⁊ omnia eoꝝ bona diripuit. ad cumulū etiam mali totius vigeburgē vxorē eius sanctā olim q: suoꝝ solatio destitutā apud stampas in castro sue reclusit. Sed ⁊ milites olim sua libertate gaudentes ⁊ etiam homines ipsorū cruciauit. i. tertiam partē oīū bonoꝝ suoꝝ eis abstulit. A burgensib⁹ suis etiam intolerabiles tallias ⁊ exactiones extorsit.

¶ Qualiter barones francie properantes ad terram sanctam cōstantinopolim applicuerunt. LXIIII.

Defuncto rege anglie ricardo barones quidā francoꝝ videlicet balduinus comes flādrensis. ludouicus comes blesensis. stephanus pticensis. marchisius de mōteferrato ⁊ alij q̄ plures magni viri ac strenui bellatores pro liberatione terre sancte crucē acceperunt. ⁊ apud constantinopolim factum memorabile peregerūt. Et vt rei geste plenius seriē pandamus a superiori exordium capimus. Tpibus eī ludouici francorum regis. emanuel vir sanctissimus ⁊ omni magnificentia pclarus apud constantinopolim imperauit. Cui⁹ filio alexio prefato ludouici filia agnes noie data fuit in vxorē. Hunc alexium p⁹ patris sui mortem andronicus patruus suus regnandi cupiditate illectus. in mari proiectū extinxit ⁊ vij. annis circiter imperauit. Tandē cōtra eos ex insperato superueniens ipsum andronicū in cōpitis viaꝝ apud constantinopolim ad stipitē ligatum q̄si signum ad sagittā propter imensa flagicia sua sagittari fecit. ⁊ p⁹ eū iperauit. Hic frēm. s. i armis strenuū sꝫ iniquū hēbat. cui totā ptātē imperij tāq̄ fratri charissimo tradiderat pret coronā ⁊ ipsius impij dignitatē. Qui tandē ambitionis inuidia permotus. potētioribus imperij p donaria magna ascitis ipsum frēm ac dn̄m suū crudeliter excecauit sibiq: nomē imperatoris vsurpare presumpsit. excecati quoq: filium incarcerari pcepit. Sꝫ ille dei nutu de squalore carceris elapsus. e grecie finibus ad sororē suā ⁊ philippū regē germanie sororiū suū in alemaniā pficiscens eundā ex francis in italia occurrit. Cūq: franci venetias occurrissent. cōpetētes nuncios idē puer destinauit q̄ eis patris ⁊ filij lachrymabilr cām pponerēt promittēs etiā se eis daturū. xxxiij. milia marchaꝝ argēti quibus venetianis tenebantur. necnō ⁊ pecunīā quā pro naulo dederāt si ei succursū pberent ⁊ ꝙ ipse puer cū virtute imperij sui ad liberationē terre sancte cum illis veniret. ac de fisco suo etiam sufficienter exercitui necc̄ia ministraret. Ecclesiam quoq: constantinopolitanā ecclie romane subderet ⁊ vniret. Vocato igit' puero ⁊ iuramento ab eodem recepto ꝙ pmissa nunciorum impleret. statim venetis ⁊ mari se comiserunt. ⁊ nauigantes constantinopolim applicuerunt.

¶ Qualiter vrbs capta est a francis ⁊ venetianis ⁊ balduinus imperator est electus. C. LXV.

Greci autē qui de foris inuenti sunt. francorum audaciā ⁊ firmā in dn̄o constantiam intuentes intra vrbis menia se receperunt. Cūq: p. vij. dies terra ⁊ mari franci vrbē fortiter obsedissent. ⁊ frequenti varioq: cōflictu victoriā obtinerent octaua die imperator egrediēs cū sexaginta milibus equitum. ⁊ infinita multitudine peditū armatorum. ad dimicandum contra francos acies ordinauit. Franci vero licet grecoꝝ respectu paucissimi. cū leti tñ certū congressū expectabāt q: secure de victoria confidebant. Quoꝝ ille proditor ac tyrann⁹ cōstantia attendens. statim cū suis fugiēs intra muros ilico se recepit multis cominationib⁹ ꝙ in crastinum pugnaret asseuerans. sꝫ nocte sequenti clā aufugit. Porro sequēti die franci vrbē viriliter ipugnauerunt. ⁊ cū scalis p muros ascendentes infra muros inter grecos se audacter pcipitauerunt. ac de illis nō minimam stragem fecerunt. Audiens autē dux venetianꝫ ꝙ francos multitudo grecorum cōcluserat. eosq: morti ⁊ exicio dabat. cū venetis ⁊ stolo suo viriliter ad succurrendū venit. Inter quos ipse dux licet senex ⁊ debilis corpore fortis tñ ⁊ fremēs aīo pmus galeatus francis pugnantibus se adiunxit. Vñ ⁊ francis assumptis viribus ad pugnandū acerrime recalescentibus. impio proditore cū hereticis suis puulos nostros rebaptizantibus fugato ciuitas capiter pater adolescentis e carcere liberatus. statim in palatio dn̄at. Puer aūt ipse tā i ecclesia maiori q̄ in palatio impiali solenniter dyademate coronat'. Qui adepto iperio sine mora cūcta que pmiserat francis impleuit. Dux quoq: venetiaꝝ ⁊ venitiani sui iurauerant francis se nauigiū exhibituros ⁊ stolum seruaturos. pmittētes etiā si deus illis benefaceret quod ipsi sperabant se nunq̄ ab eis recessuros nisi ad planū subiugatis hostib⁹ ihesu xpi. Ad quā promissionē impatoris munificentia sunt inducti quib⁹. c. milia marcaꝝ argenti exoluit. pro obsequijs hactenus francis exhibitis ⁊ postea exhibendis. Mortuo deniq: puero imperatore in bello. de cōsilio ducis venetie ceteroꝝq: principū cū assensu cleri ⁊ ppli balduinus comes flandrensis in imperatorem est elect⁹ ⁊ comes de alentōne postmodū. Ecclesia quoq: oriētalis tūc ab imperatore isto principibus suis annuentibus romane eccl'ie tanq̄ capiti mēbroꝝ subdita est ⁊ vnita.

¶ De pace inter duos reges ⁊ nuptijs ludouici ⁊ legato octouiano ⁊ reconciliatione vigeburgis. LXVI.

Anno dn̄i. M. cc. in ascensione dn̄i reformata ē est pax inter duos reges francoꝝ. s. ⁊ āglorū. inter vernonē ⁊ insulā andeliaci. In sequenti vero feria secunda ludouicus regis francoꝝ vnigenitus blanchā hildefunsi regis castelli filiā ⁊ regis anglie neptē duxit in vxorē. p quo matrimonio rex anglie iohānes oēs munitiones ⁊ vrbes ⁊ castra totamq: terram quā rex francoꝝ ceperat pfato ludouico ⁊ heredibus suis quitauit. Totā etiam terrā cis marinā post decessū suū si ipsum sine herede mori legitime ctigeret eidem ꝯcessit. Anno dn̄i M. cc. j. Octouianus hostiensis ⁊ iohānes vellecrensis epūs. ut legatus in franciam venit. cuius admonitione rex vxorē suā vigeburgē in qualēcunq: grām recepit. ⁊ supductā a se ap tp̄us separauit. Tunc conuocatum est consilium suessionis ab ipso actouiano ⁊ iohanne legato. cui rex philippus interfuit cū episcopis ⁊ principib⁹ suis. vbi p. xv. dies tractatū est de vigeburgis regine matrimonio confirmādo vel separādo. post multas vero ⁊ varias iurisperitoꝝ disputationes rex longa mora tedio affectus cū vigeburge vxore sua mane ipsis insalutatis recessit. mandans ei per nuncios ꝙ vxorē suam sicut suam secum ducebat. nec ab ea separari tunc volebat. Quo audito solutum est concilium stupescentibus cardinalibus ⁊ epis qui conuenerant ad faciendum diuortium. Et iohannes quidē cū erubescētia recessit. octouianus autē in francia remansit. Eodem anno theobaldus comes. xxv. annoꝝ etatis obijt. Et quia masculum heredem nō habuit. rex philippus terram suam sub tutela ⁊ custodia recepit. Vnicā eni tñ filiam habebat. sed postea natus est ei filius posthumus quē vxor eius pgnans remanserat. Eodem anno iohannes anglie rex in franciam venit. quem rex philippus valde pfusius honorifice suscepit eiq: munera pciosa multa ⁊ varia dedit.

¶ De filijs philippi regis ex maria superinducta ⁊ iterata discordia inter reges. LXVII.

Hnc etiam anteq̄ octouianus romā rediret maria a rege philippo superinducta defuncta est. De qua idē rex filiū noie philippū ⁊ filiā vnā susceperat. q: v. annis contra leges ⁊ decretū eā tenuerat. Illa vero mortua inocētius papa ad petitio...

philippi regis infantes predictos legitimos heredes esse mandauit.
et postea litteris suis cõfirmauit. Quod factũ eo tpe pluribus displi-
cuit. Eodẽ anno rex philippus inter vernonẽ et insulaz andeliaci cuz
rege anglie colloquiuz habuit submonuẽs eũ tanq̃ hoiem suũ legiuz
vt p comitatu pictauensi et andegauẽsi. et p ducatu aquitãie p⁹. pro
dies a pascha veniret parisius sup his que aduersus eum pponeret
aduersus eum responsurus. Qui qñ ad diem pfixuz nec in propria
persona venit nec nũsalẽ sufficientez mittere voluit. habito rex phi-
lippus ↄsilio normãniã igressus municiunculã quã botouãt vocãt
fundit⁹ euertit. deinde arguellã et mortuũ mare. Tãdẽ gornacũ ce-
pit. totãq3 terrã quã hugo de gornaco tenebat sibi subiecit. Ibidem
arcturũ militẽ fecit. tradẽs ei comitatũ britanie q̃ ei ↄpetebat iure he
reditario adiciens comitatũ pictauẽsiũ et ãdegauẽsiũ quos sibi acq̃
reret iure armoꝝ. sed et cc. milites i auxiliũ magnãq3 pecunie sũmã
ei tradidit. et sic eũ ppetuo in hoiem legiũ accepit. Qui cũ ab eo reces
sit rex anglie ei superueniẽs ex iprouiso ipsuz cũ hugone bruno et gau
frido de lauduniaco: et postea vicecomitẽ lemonicẽsez cepit q̃ tũ treu
… rex anglie legii hoies … qui hugoni bruno q̃ erat vice
comes thoarcẽsis vxorẽ suã videlicet filiã comitis engolismensis su-
sit abstulerat ab eius fidelitate recesserãt et regi francoꝝ sub iuramen
to datis etiã obsidib⁹ ↄfederati fuerãt. Ut autem hyems supuenit
vterq3 rex sine pace et treuga marchiis munitis a bello cessauit.

De munitionibus captis a rege philippo in aquitania et nor-
mannia. C LXVIII.

Anno dñi. M.cciij. rex philippus icũ exercitu aq̃
tania intrauit et adiuctis sibi i auxiliũ pi-
ctauẽsib⁹ ac britonib⁹ munitiões multas cepit. Tũc etiaz
comes alencõis ei cõfederat⁹ terrã suã eidẽ custodiẽdaz
tradidit. Reuersusq3 rex i normãniã ochas et isulã ãdeliaci et valleꝝ
rnolii cepit. Inter hec inocẽti⁹ papa misit abbatẽ de cãmarij ad re-
ges frãcoꝝ et regẽ ãglie p reformãda inẽ eos pace. Qui adiũcto sibi
abbate triũfontiũ vtriq3 regi auctoritate apostolica pcepit. vt cõ-
uocatis epis et pncipib⁹ regni. salua vtriusq3 iustitia pacẽ facerẽt. et
abbatias ceterasq3 ecclias p gẽtes eoꝝ destructas i statũ pristinũ re
formarẽt. Audito rex philippus huiõi mãdato cãm ad sũmu põtifi-
cis examẽ p appellationẽ iaz positã reuocauit. Deide collecto exerci
tu radipõtẽ obsedit erectisq3 turrib⁹ ligneis i circuitu fortiter impu
gnauit accepit. Post hec castꝝ fortissimũ gaillardũ a rege ricardo in
excelsa rupe sup secanã edificatũ obsedit. In q̃. s. obsidiõe sex mẽsi-
b⁹ et eo ãplius morã fecit ipmq3 tãdẽ cũ magna pugna cepit. Anno
pnotato fulco psbit de melliaco moritꝰ. multiq3 p eum cruce signati
post multos labores venetiã veniẽt. sed trãsit⁹ ipeditꝰ. multiq3 obe-
unt et multi redeũt. reliq̃q3 sua expẽdũt. Die. xxx maij tremor⁹ trib⁹
añ ascẽsiõem dñi dieb⁹ et vox terribilis auditꝰ. magnaq3 pars vrbis
achonẽsis cũ palatio regis corruit et pplis mult⁹ perit. Tyrus pene
oĩno vertitꝰ. Archas oppidũ mũitissimũ ad solũ vsq3 diruitꝰ tripolis
… et plebe pluris suffocatꝰ. Antarados aũt illesa seruatꝰ.
In q̃ beat⁹ petr⁹ aplus pmã basilicã beate dei genitricis ↄstruxisse
dr. De hic terre seqtꝰ sterilitas et boum mortalitas. Guillerm⁹ remẽ-
sis archiepus apd laudunũ moritꝰ itestat⁹. nec multopost et petro-
chius nepos ei⁹ cathalaũẽsis epus negligẽs in sacerdotis officio de-
cedit fere simili mõ. Iohãnes aũt rex ãglie arcturũ britanie comitẽ fili
uz maioris frĩs sui gaufridi apd mirabellũ capitꝰ. ceterisq3 p obsides
liberatis ipm vt fertꝰ latẽt pimit. Sup quo a baronib⁹ apd regẽ frã
cie accusat⁹ cui⁹ vasall⁹ erat. cũ ↄparere nollet post multas citatio-
nes per iudicium pium exheredatus est.

De interfectione dauid indie regis a tartaris. C LXIX

Anno dñi. M. ccij. secũdũ quosdã tartari p⁹ oc
casionẽ dñi sui exierũt i pplos destructio-
nẽ. Hi etenĩ p⁹ adhuc i terra sua videlicet thartaria que
affinis ẽ idie residẽtes ↄ regẽ dauid dñm suũ videlicet
psbiteri iohãnis quõdã dñatoris et ipatoris idie filiũ ↄspirauerunt.
eũq3 dolose machinãdo iterfecerũt. ãtea siqdẽ ab antiquõ thartari
idie regi fuerat subiecti eiq3 pacifice et qete debita vsq3 ad tpus illõ
exsoluerat tributa. Cũq3 pdict⁹ rex ab eis tributũ solitũ expeteret he
… sup vt i armis vel i … alicui defuerẽt illi sup aggrauationẽ
man⁹ dñi sui ↄquerẽtes inuerũt plures ↄsiliũ vtꝝ ei simplicitẽ obedi-
rẽt. an ei pnt possent obuiarẽt. Tãdẽ vnus eoꝝ noĩe cingischã q̃ sa-
gatior et ãtiqor videbatꝰ dedit ↄsiliũ vt mãdato regis ↄtradicerẽt. et
oĩes vnanimitꝰ i eũ exurgerẽt eũq3 ac suos quos inuenire possẽt oc-
ciderẽt. ad executionẽ ãt tãti facti optet vt oẽs in vnum et vnani
miter ↄgregentur. et vnus de qnq3 q̃ sup alios qtuor ex oib⁹ qnarijs
eligatꝰ q̃ quaternio nũcupetꝰ. eiusq3 pcepto in oib⁹ obediatꝰ ab illis
et qui nõ obedierit occidatꝰ. Silr et tiã sup nouẽ sit decimus. et super
xix. xx. et sic vsq3 ad mille. et etiam vsq3 ad milies milia. Deniq3 vsq3
ad ifinitũ ascendendo tãdẽ vnus oẽs sup excellens tanq̃ dñs et caput
idest rex vel iperator habeatꝰ. cui oẽs vsq3 ad mortẽ p oĩa obedire te-
neantꝰ. Oẽs aũt cõsiliũ hoc ↄcorditer approbãtes ipsuz in dñm sibi
cũ successorib⁹ suis elegerunt eisq3 pdictã obediẽtiã imppetuum se
seruaturos pmiserũt et vsq3 hodie seruauerunt. Hic igitꝰ elect⁹ alte
ra die cõuocatis oib⁹ in mõtẽ altũ ascendit. eosq3 exhortãs ait. Sci-
tis q vsq3 nunc tria in nobis peccata semper inundauerant. videli-
cet mendaciũ. furtũ et adulteriũ. Nunc g̃ ne vindicante deo in execu
tione huius facti vel alis iposterum impediamur de cetero nos oẽs
a pdictis abstinere ipsi pmittamus ita q si quis in aliquo eoꝝ pro-
lapsus inueniatur sine vlla misericordia occidatur. Qđ cũ oẽs se ob
seruaturos imppetuũ pmisissent. licet iã iniqtas mentita sit sibi pre
cepit oẽs illos armis paratos cõgregari eosq3 i duab⁹ acieb⁹ diui-
sos vna die a duab⁹ ptib⁹ eqliter a medio terre distantib⁹ terrã dñi
sui dauid ingredi. ac velociter eã pcurrẽtes nulli pcere sexui vel eta-
ti. Illi ergo causa seruitutis excutiende triũphiq3 obtinendi q̃3 plu-
rimũ armati de terra sua exeuntes. arcub⁹ et sagittis clauisq3 fuit fu
stibus tanq̃ armis suis potiorib⁹ pmuniti quoꝝ maxima ps erant
pedites minori hob⁹ eqtãtes. alia vero in asinis et iumẽtis ac pullis
equoꝝ cõfidentes dñi sui terrã simul a duabus ptib⁹ inuaserũt. eã-
q3 totaliter infusione sanguinis intinxerũt. Rex aũt dauid aduẽtum
eoꝝ audiens improuise nec vllatenus valens resistere. cũ ab vna pte
te exercitus effugere vellet. ab altera pueniens est et oppressus. tãdẽ-
q3 cũ tota familia sua pter vnicam filiã mẽbratĩ detruncat⁹ quã vi-
delicet superstitem pdictus cingischã sibi vxorẽ accepit et de ea vt dici
tur filium generauit.

De rabbanata monacho nestorino. C LXX.

Abbanta vero monachus xpianus sed tñ ne
storinus. qui viuẽte dauid rege fuit
ei familiaris et fortasse qñq3 cõsiliarius post mortẽ ipius
dauid a filia ei⁹ vxore cingischã tãdẽ est euocatus et ei-
dẽ occasione antique pñs sui amicus et … erat ↄsiliarius
ac penitẽtiarius eius factus est. tartarisq3 familiaris est effectus ip-
so tñ dũtaxat viuẽtẽ cingischã pmittẽte. At illa mortua factus est
idẽ monach⁹ tartaris extraneus. et ab eis elongatus. Ipse aũt rabba
nata tũ mediãte regis dauid filia tũ etiã mediãte curie frequentia.
multa de ↄsilijs et fact⁹ tartaroꝝ nouerat. multaq3 diuinando eisdẽ
reuelabat. Propter que nimiꝝ ad tpus ab ipsis ẽ magnus arbitrat⁹
et ab illis q̃ curiaz cingischã et baronũ eius frequẽtabãt sãct⁹ ẽ repu
tat⁹. Postea vero i armeniã maiorẽ transijt: ibiq3 in thauris ciuita-
te p aliqd tpus latuit sed sicut postea diligenti iqsitione p fres pdica
tores q̃ de mandato pape ad tartaros ibãt et ad ipm etiã rabanatã
lras deportabãt ac p viros religiosos et alios fidedignos inuẽtũ est
q mercator erat et vsurarius ac diuin⁹ et heretic⁹. fideiq3 catholice
et orthodoxe inimicus licet etiã eã cõfiteretꝰ exterri⁹. Latebras tñ li-
benter querebat nec vnq̃ cõmedẽs ab aliquo de fratrib⁹ se videri p-
mittebat. Talis semp vixit talisq3 moritꝰ qualis vixerat sicut crede-
re dignũ et iustum est ad infernum descendit.

De exteriori qualitate tartaroꝝ. C LXXI.

Unt autẽ tartari homines turpissimi q̃3 plures pa-
ui oculos hñt grossos et pmittentes multũ
coopertos palpebris ita q valde parua est apertura in eis la
tas habent facies latasq3 habẽt frontes nasosq3 platos.
Sunt aũt imberbes. excepto q in superiori labio et in mento raros
hñt pilos et quasi volatiles. graciles sunt in cingulo generaliter oẽs
exceptis paucis omnesq3 fere sunt stature mediocris. rasurã faciũt
ppe verticis summitatẽ q̃ descendit inferius p tpa ab ante vsq3 ad
aurẽ. sedetq3 rasura illa sup caput eoꝝ ad ferri equini modũ. Ra-
duntꝰ iterũ a pte posteriori. et longos hñt capillos ac tricas retro iu
xta aures. Talem etiam rasurã habent oẽs illi qui cuz eis sunt ve
romani et saraceni et alij. Sed facies boum eoꝝ dissimiles sunt facie
bus tartaroꝝ. Ipsi porro tartari leues et agiles sunt q̃3 plures. ac be-
ne equitantes. A puericia quippe discunt equitare currẽdo post ar
menta equoꝝ et alioꝝ aĩalium. Cum maiores effecti sunt. cum patri
bus suis in bellis quasi continuis equitant. nullusq3 eorum pedes
vadit. Sed omnes etiam minimi gartiones equis aut bobus sedẽt
quia breuissimas tibias habent. In composito itaq3 gradu incre-
dunt et pedites ire diu nequeunt. Mulieres eorum turpissime sunt
et eqtant sicut et viri. Equos autẽ habent. qui nõ ferrãtur nec cadeo
vtuntur multumq3 sunt disciplinabiles ac magni laboris et castrati
sunt et nares fixas habent. Preterea tartari modo interrogatiuo de
moroso loquuntur gutture rabido et horribili. Cantantes mugiunt
vt thauri vel vlulant vt lupi voces inarticulatas in cantando profe-

ferunt. et hanc cantilenam alai alai omniter ac frequētissime canūt. Turpissime bibentes caput quatiunt et qd bibūt velut equi in guttture traiciunt. In tentorijs semp habitant et non in villis vel vrbibus. Pastores enim pecoꝝ rurales sunt. ac gregibus ouiū et capraꝝ armentisqꝫ boum et cameloꝝ et equoꝝ supabundant. In hyeme manere ɔsueuerunt in planicie in estate vero pascuaꝝ vbertatē sectant in montibus. In luctationibus et in sagittationibus delectātur tā q̄ in suis potissimis gaudimonijs et exercitationib᷒. xp̄ianis autem debiliores sunt corporibus. venatores quidā mirabiles sunt et ordinati ac ferrati ad venandū pgunt ita q̄ aīalia venaticia fugando coram se ducunt. Deniqꝫ ɔcludēdo ea quasi de seipsis chorea vnā faciunt. Et tunc sagittando vndiqꝫ interficiunt et capiunt. vilissime omedunt. Panem non habēt nec curant mensalib᷒ non vtuntur nec manutergijs. eduntqꝫ manibus illotis.

Ꞓ De cultu ac ritu religionis eorum. C LXXII.

Num quidē deū tartari credunt ipsum quoqꝫ oium esse tā visibilium q̄ inuisibilium factorem. et tam bonoꝝ in hoc mundo q̄ penaꝝ esse datorem. nec tamē orationibus vel laudibus vel aliquo ritu ipsum colunt. Nihilominus etiā habēt idola q̄dam de filtro ad imaginē hominis facta q̄ ponunt ex vtraqꝫ hostij tentorij parte et q̄dam de filtro in modum vberum feminie subtus. illaqꝫ credunt pecoꝝ suoꝝ custodes eē ac beneficiū pulloꝝ et lactis eis pstare. Alia vero de pannis sericis faciunt. illaqꝫ multū honorant quidā ea ponunt i pulchro curru coopto ante hostiū tentorij. Et quicūqꝫ in curru illo aliquid furat̄ sine vlla miseratione occidit̄. cū āt idola hmōi facere volunt. oēs maiores dn̄e que sunt in statione cōueniunt eaqꝫ cū reuerentia faciunt. Deinde ouem interficiūt. eamqꝫ manducant. et ossa eius igne ɔburunt. cū etiam aliquis puer infirmatur. predicto modo faciunt idolū. et ligant sup eius lectum. Duces quoqꝫ millenarij ac centenarij semp habēt hircū in medio sue stationis. et idolis pdictis offerunt primum lac omnis iumenti ac pecoris. Et et qñ prio bibere vel comedere incipiunt. primitias eis de cibarijs suis vel de potu offerunt. cūqꝫ bestiā aliquā interficiunt. offerūt cor eius idolo qd est in curru in aliquo cipho et vsqꝫ in mane dimittunt. ac̄e quoqꝫ de presentia idoli auferunt illō ac decoquūt et illō māducāt. pmo etiā imperatori factū idolū añ stationē honorifice ponūt. cui multa munera offerūt. sed et equos ei solent offerre quos nullus audet vsqꝫ ad mortē ascēdere. alia quoqꝫ aīalia eidē offerūt que occidūt ad māducandū et nullū ex ossib᷒ eoꝝ ɔfrangūt sed igne ɔburunt hunc etiā idolo ad meridiē tāqꝫ deo inclināt et aliquos nobiles inclinare faciūt q̄ se ipsis reddiderint. Vn̄ michaelē magnū ducē ruscie occiderūt eo q̄ noluisset imagini cingischā īclinare. Solē etiā ac lunā et ignē et aquā et terrā venerant̄ adorāt. primicias potus ac ciboꝝ offerentes. maxime sꝫ potissime anteqꝫ comedant vel bibant.

Ꞓ De legibus ac statutis eoꝝ. C LXXIII.

Tatutum est autē inter tartaros et a cingischam primo eoꝝ dn̄o ɔfirmatū. et quicūqꝫ in superbia erect᷒ auctoritate ppria sine principum electionē voluerit imperator esse occidat̄ sine vlla miseratione. Propter hoc et vnus de principib᷒ noīe cuiuchā nepos ipsius cingischā occisus est añ electionē ipsius qꝛ regnare volebat nō electus. Aliud quoqꝫ statutū habēt. q̄ oēm terrā sibi debeāt subiugare. nec cū aliqua gente pacē habere nisi subdat̄ eis quousqꝫ veniat tēpus ipsoꝝ interfectionis. Annis. lxxx. debēt pugnare. et. xviij. tātūmodo regnare post hoc vt ipsi dicūt ab alia natione debēt vinci vt vaticinatum est eis. nesciunt tñ que illa sit. Et q̄ euadere poterūt vt dicūt legē illam tenere debent quā tenebāt illi q̄ bello eos deuincēt. Ipsi nāqꝫ tartari diuinationib᷒ auguriis aruspicijs veneficijs et incantationib᷒ multū intēdūt. et cū illis demonib᷒ respōdeāt. deū sibi loqui credunt. Est etiā statutū cingischā illius primi q̄ p millenarios. centenarios ac decanos eoꝝ exercit᷒ debet ordinari. porro edictū generale eoꝝ est vt vbicūqꝫ capiant̄ a tartaris vel a seruis eorūdē mulieres q̄ntecūqꝫ sit ab ipsis teneant̄. eisqꝫ p suo voluntate abutant̄. easdē in seruitutē sibi ppetuā si voluerint reseruantes. De equis quoqꝫ tale est edictum eorū generale. Quicūqꝫ tartarus equū rapere potuerit vnicuiqꝫ et vbicūqꝫ inuenerit et cuiuscūqꝫ sit. ipse verus possessor illi᷒ habeatur. dū tamē tartari nō sit. porro de viatoribus tale est edictū generale ipsius. Quicūqꝫ inqt tartar᷒ seu tartari seruus aliquē in via inuenerit dū tñ nō sit mercator habens bullā tartaricā ille inuētoris vel accipientis eū sic seruus ppetu᷒ habeatur et si sit tartari seru᷒ domino suo repetatur. Sunt aūt duo genera tartaroꝝ diuersa quidē habentia idiomata sed vnicā legē eorū fecut franci et theutonici.

Ꞓ De superbia eoꝝ et impietate. C LXXIIII.

Ante vero impietatis et arrogantie sunt vt dicūt suū chaā filiū dei appellēt. et ipsuꝫ loco dei super terrā venerantes adorent dicentes factoqꝫ ostēdentes illud in eis esse impletū. Celuꝫ celi dn̄o. ter. au. de. fi. ho. Nam et ipse chaā se filiū dei appellat. et in litteris suis sub hoc nomine mandat oīubus. eiusqꝫ subditi videlicet tartari de mandato ipsi᷒ pncipes suos baiochonoy et bato violenter ab omnib᷒ nunciis ad ipsos venientib᷒ faciunt adorari cū triplici genuū flexione triplici quoqꝫ capitū suoꝝ in terrā allisione. Deniqꝫ supra modum gloriantes et ad totius mundi dn̄ium in breui se venturos psumentes. Ita adeo desipiunt. vt maiorē domino suo chaā neminē in mundo fore credant vel etiam corā se noiari papam vel aliquem maiorē sustineant. Oēs homines qui in mundo sunt veluti pecudes reputant et seqꝫ solos hominibus pferentes. papā et omnes xp̄ianos canes appellant. ipsos etiā idolatras esse affirmant. qꝛ ligna et lapides. i. qꝛ signū crucis in ligno et lapidib᷒ impressuꝫ vel insculptū adorāt. Somnia vero ob seruant et maleficiis artib᷒ intēdunt. Habētqꝫ magos seu vel diuinos p quos ad demonib᷒ in idolis habitantibus sibi responsa fieri petūt. deūmqꝫ sibi vt dictū est loqui credūt quē. s. deuꝫ itoga nominant sed ipsum comanicchaā appellāt. quē mirabiliter reuerent̄ ac timent eiqꝫ multas oblationes et primicias ciboꝝ et potuum offerunt. ac scdm̄ eius respōsuꝫ vniuersa faciūt. Solem patrem esse lune eo q̄ lumen a sole recipiat dicūt. omniaqꝫ p ignē purificari credunt. Dies ac menses maximeqꝫ lunationes et annos et tpa. observant. Nullius diei vel tpis abstinentia inter illos seruat̄. nullaqꝫ dies ceteris dignior vel celebrior reputat̄. Ad ceteroꝝ hoium societatē incommunicabiles et inamicabiles sunt vt etiam colloquium cū eis habere dedignentur et in ludis et vbicūqꝫ pferri volunt. Vn̄ cū in eoꝝ exercitu duo xp̄iani georgiani ab ipsis inuitati cū duob᷒ tartaris luctarentur causa ludi. et duo tartari absqꝫ vlla lesione corporuꝫ et a georgianis ad terrā essent submissi. alij tartari de eoꝝ pstratiōe supra modū indignati frementes in georgianos illos irruerunt. ita q̄ eoꝝ vnicuiqꝫ brachiū vnū extorquēdo confregerunt.

Ꞓ De ipsoꝝ cupiditate et auaricia. C LXXV.

Anta vero in eis cupiditas et ardescit vt cum aliquid qd sibi placeat vidēt statim aut nimia importunitate extorqueant aut violenter auferāt ab illo cuius est velit nolit. pecunias suas omittunt ad vsuraꝫ. ita q̄ accipiunt de decē denarijs vnū ad vsurā p mensem. post primum iteꝝ decenarium de quolibet decenario decimato per vsurā iterum accipiunt vnum denariū. Itaqꝫ miles quidā in georgia de q̄ngentis ipperperis a tartaris acceptis per annos. v. retentis coactus fuit eis. v. ij. milia reddere p vsuris. Quedā etiā dn̄a tartarica p l. ouibus q̄s eadem dn̄e dederat et die per vij annos tenuerat petiit ab illo pro vsuris lxx ouium iperpera. vij. milia que omnia ille coactus exoluerat pro vsuris. preterea super tributarios suos aggrauant onus exactionis. vt in terra anab magna videlicet cuiusdā terre baronis primo si q̄dem chaā suum habet tributum admodum. xv. dragmas seu asperos q̄ bene valet. xxx. turelingos. Secundo dn̄s specialis. Tercio dn̄e p uincial̄. Quarto nuncij solēnes. Quinto frequentes qui fiunt eis exemploꝝ p̄stationes. Post hoc etiam nuncij superuenientes cuꝫ equorum angaria quibus prouident̄ in expēsis. preterea de quolibet rustico laborante accipiunt asperos tres ac de quolibet boues tres. et de sex pecoribus aūt et munera quidam bene accipiunt et non sequunt̄ retributiones. qꝛ p nullo data alicui aliqd retribuunt vel etiam grates reddunt q̄npotius quecūqꝫ q̄ñcūqꝫ illis dant̄. ea sibi deberi tam q̄ oīum dn̄is arbitrant̄. Itaqꝫ manus eoꝝ semp ad accipiendum est porrecta sed ad dandū collecta. Cūqꝫ īfinitis abundent gregib᷒ pecoꝝ et armētorum multumqꝫ in eis nutriendis et multiplicandis delectētur. qꝛ gaudiū dnagroꝝ pascua gregū pre nimia tenacitate auaricie vix aut nunq̄ animal ɔmedūt sanū aut viuū. sed qñ mortuum est statim vel mortuꝫ vel mutilatum aut aliqua molestia ɔsimili afflictū. Deniqꝫ cū abundent tabernacula ipsoꝝ. mitum egeno et paupi nō porrigunt. hoc tamē solū laudabile quo ad qd habent. q̄ vbicūqꝫ in prandio vel cena aliqs eis superuenerit libenter illud quo vescuntur ei communicant. ac volētē secū ɔmedere nō excludunt.

Ꞓ De effrenatione eoꝝ et luxuria. C LXXVI.

Sic aūt in malitia sua effrenati sunt. vt nullatenus se debere vel posse refrenari putēt a destructione quā ceperunt. Exemplūqꝫ tale de seipsis non verentur ponere. Nos inquiūt sumus q̄si sagitta de manu sagitātis emissa que nūq̄ desistit. donec obstaclū cū repellens et contingens eum inueniat. Super multitudine quoqꝫ gentis sue gloriantes nullam gentē eius resistere nouerunt per hoc exemplū

quod in medio proponunt. Nos sumus aiunt vt fluuius magnus aquarum multarum qui pre profunditate sua nimia transuadari nequit. Cuius impetus mundane absorbet quecunq; inuenit. licet a paruo fonte oriatur. et a pluribus riuulis deriuetur. Ceterum etiam minimi garciões eorum accipiunt et rapiunt mulieres per ciuitates eis subiectas. s. georgie turquie persidie armenie maioris et minoris. exceptis etiam illis que prouidentur a cõmunitatibus ipsis. Idez quoque garciones ipsorum ac nuncij quoscunq; equitãtes ibidem inueniuntur si equitaturis indigent. faciunt illis de equis descendere ac ducunt eos vbi voluerint. Oculos incontinentes penitus habẽt tartari plenã incessabiles delicti omnibus pecudibus se indifferenter cõmiscent sicut et saraceni. nam in illis semper viguit sodomie peccatũ et in tartaris est etiam diffusum. Preterea vxores sibi tartari accipiunt quotquot volunt et sustẽtare possũt. nullusq; consanguinitatis vel affinitatis gradus i eis obseruatur. Nam vxor tartari cum mortua fuerit ille omnes sorores eius vel filias earum si sibi placeat sigillatim vel simul i vxores accepit. Persone tres tñ ab eorum excludunt matrimonio scilicet mater et filia et soror. Omnes enim personas alias sibi vel vxoribus quas habent vel habuerũt aliter attinentes sibi libere accipiunt vxores: cũq; tartarus vxorem accepit nõ reputat eã vxorem suam donec ab ipso cõceperit et peperit. Unde si sterilis sit ipse si vult eam dimittit. Item maritus dotem pro vxore nõ recipit donec illa ei puerum peperit. Similiter nec mulier a patre vel a matre donec ipsa peperit.

C De crudelitate ipsorum et fallacia. C LXXVII.

Crudeles adeo sunt vt nec senem reuereãtur. nec puerorum misereantur. Effusio sanguinis apud eos tanquam effusio aque reputãtur humanorumq; corporum prostratio tanquam stercorum coaceruatio computantur. nec solum in vnam gẽtem sed etiam i christianorum et omnium aliorum hominum exardescunt extinctionem. carnes humanas deuorãt vt leones tam assas igni quam elixas et hoc quãdoque causa necessitatis. quãdoq; causa delectationis. quãdoq; causa timoris et horroris icutiẽdi populis hoc audientis. Itaq; in occisione hominum exultãtes gloriãtur et i multitudie occisorum anima eorum mirabiliter delectatur. Itaq; de rupib9 homines precipitant. alios colla ponendo super lapides excerebrãt. aliisq; lapidibus ipsum terẽdo collum occidũt. Intrantes domos homines etiam timore mortis absconditos inuẽtos cultello i corde occidunt et sanguine eorum adhuc de vulneribus effluenti sedẽt et comedunt ac bibũt dicentes iterumq; percutiẽtes. Ecce modo iacetis hic vos inimici nostri. Multa quoq; i eis est dolositas fallaciaq; et mendacitas. vnde cum ante munitionem aliquam obsidentes lõgo tempore stant blande loquuntur obsessis multaq; illis promittunt vt se in manus eorum tradãt. Et siquidem illi se reddiderint eis dicũt illis. Exite ad nos vt secũdum morem nostrum numeremus vos. cunq; ad eos exeunt quos comperiũt esse artifices sibi reseruant alios autem omnes preter illos quos sibi pro seruis retinere volũt cũ lapidibus super lapides excerebrãt. In bellis ẽt quoscũq; capiũt occidunt. nisi forte aliquos reseruare velint. vt illos in seruitute semper teneant. Occidendos autem per centenarios diuidunt vt cũ bipenni ab eis interficiant. ipsi vero diuidũt hos p captiuos. et vnicuiq; seruo ad interficiendum dant decẽ vel plures vel pauciores sm q maioribus placet. Deniq; si aliquid promiserint illis qui se reddiderunt nihil obseruant sed quascũq; possunt occasiões cõtra eos et querunt et opponũt. hoc itaq; semper in eis oportet attendere q sepius fraudulentia doloq; magis pugnãt quam fortitudine.

C De victu eorum. C LXXVIII.

Porro in victu sunt homines immundissimi atq; spurcissimi. neq; etiam mẽsalibus nec manutergiis vtuntur nec panem habent vel curant sed quidam ipsum etiam comedere dedignantur. Olera quoq; vel legumina nõ habent nec aliquid aliud quam carnes vt comedãt. De quibus etiam tam paucas manducant quam alie nationes inde viuere possent. Porro omne carnium genus preterquam mule quia non gignũt comedũt. et hoc turpissime rapaciterq; tangentes pinguia digitos suos lambũt et ocreis suis tergũt. Solẽt tamẽ maiores aliquos habere pãniculos cum quibus ad vltimum tergũt. manus commestũri nõ lauãt. nec postea scutellas. Et si aliquãdo eas brodio carnium abluũt iterum loturã cum carnibus in olla reponũt. aliter etiam nõ lauãt ollas vel coclearia vel alia huiusmodi vasa in carnibus autem equinis plus delectantur quam in aliis. Ratos etiam et canes edũt. et cattos libentissime comedunt. vinum libentissime bibunt quãdo habere possunt. lacte iumentino quod ipsi kamous vocãt quãdi

sicut et homines ceteri vino forti se inebriãt. Cũq; kalẽdas vel festiuitates ventrium suorum celebrant. cantui vel potius vlulatui atq; potationibus vacant. Et quãdiu potationes huiusmodi durant nulli negocio intendunt nullumq; nuncium expediunt. Quod et fratres ordinis predicatorum qui ad illos a papa missi sunt in eodem exercitu commorantes. per. vj. dies continuos probauerunt. Carnes autem humanas deuorant vt leones assas igni et elixas comedẽtes. cunq; capiunt aliquem sibi contrarium et inimicum valde conueniunt in vnum locum comesturi eum in vltionem rebellionis sibi facte: sanguinem eius auide sugentes velut sanguisuge infernales. Denique cum eis victualia deficerent in obsidione. s. cuiusdam vrbis kimorũ de decem hominibus accipiebatur vnus ad manducandum. Pediculos etiam comedunt. vxor viri et amicus amici de capite vel alius de illos extrahentes atq; dicentes. vtinam sic possim facere de inimicis domini mei hic astantis. Apud ipsos est peccatum magnum si aliquid de cibo vel potu perire permittunt. ideoq; ossa nisi prius extrahantur medulla dari canibus non permittunt.

C De habitu illorum. C .LXXIX.

Habitus autem9 eorum communis et solemnis est talis. capillos habent omnes cuiuscunq; coloris sunt qui non sunt profundi in se sed quasi laycorum more super capita iacent plane. In posteriori vero parte extensam habent caudam ad vnius palme longitudinẽ et in latitudine tantũdem. et etiam in cauda dilatãtur aliquãtulũ in maiorẽ. Ore capillorum ipsorum in anteriori pte et in lateribus habẽt quandã reflectionẽ extra ad crossitudinẽ digiti ... i pte posteriori. Due quoq; ligatur i eisdẽ oras supra aures. istute sũt qb9 sub mẽto colligatis capellũ herere capiti faciũt ac ne a vẽto l aliquo alio euellat l figũt vel imprimũt. Sup has quoq; ligaturas due sũt ligule que volitãtes ad decorẽ siue potius ad terrorẽ. Huiusmõi erga forma scapellorum est tartaris oĩbusq; quotquot sũt cũ eis. Habitus ãt tartaricus quoq; totũ corpus eorum supleãtur exceptis brachiis i plurib9 ẽ nigri coloris i latere sinistro ãteq; induut diuisus ẽ et aptus ab vmbilico et supra i ãteriori parte equaliter a latere i latus se extẽdẽs. et inferius vltra genua nõ descẽdẽs. In pte posteriori descẽdit plus aliquãtulũ quam i ãteriori nõ extẽdit9 vltra costas vel dilat9. ac vsq; ad hũeros retro supra extẽs9 duab9 lingulis latitudinis triũ digitorum istutis sup hũeros pti posteriori. et inferius recte descẽdẽtib9. ptiq; ãteriori p vmbilicũ a latere i latus se equaliter extẽdẽtes istuũtur. Ab ipso aũt idumẽto nec brachia nec latera nec pectus neq; aliq ãterior ps ab vmbilico et supra exceptis duab9 ligulis sũt coopta. Quidã etiã ipsorum supra dispositionẽ pdicta i duob9 laterib9 habẽt fisurã hec ẽ forme specialis idumẽti quo a ceteris hominib9 discernunt tartari. Armati aũt sũt coriis suppositis laminis ferreis ɔiũctis laminisq; vel coriis brachia coopiũt superius sed nõ iferius. Cũ aũt sagictas arcutiam cuũt. dextrũ brachiũ a tota armatura exuũt factoq; tractu reinduũt. hac vtũt tãtũmõ barones ac pugnatores duces eorũq; eorum signiferi et conestabuli. Unde non creditur decima ps ipsorum eã habere aut ipsas deferre. Capellos habent de corio multiplicato ad modũ patellule. gladiosq; paruos vt saraceni lõgitudine vnius brachij et vni9 iscultonis seu ceterum cultellis ne sciũt pugnare nec portãt illos apte. Nõ vtũt scutis paucissimi quoq; vtũt lanceis. cũ aũt vtũt eis a latere pendũt ex ipsis vinculo i summitate lãce ligato et i brachio ipsã portãt. Quidã aũt vncos habẽt i fine lãcear. Sup oĩa vero innitũt arcub9 et sagictis et cursu equorum.

C Qualiter in pugna se habẽt. C .LXXX.

In bellis enĩ astutissimi sũt qui iã p ... an nos cũ ... ceteris gentib9 vt ... dimicauerũt. Licet enĩ sugi9 ... sit q in ãno dñi. M. ccli. iuxta quosdã de terra sua egressi sũt. Quidã tñ dicũt q ... exierũt. et fortassis ante illũ exitũ vltimũ multis iã annis pugnauerãt. i qb9 et dñi sui terrã et alias ppinqs regiones vastauerũt ita q a terra sua nõ ex toto recesserãt. cũ aũt ad bellũ ire volũt cursores pmittũt. q secũ nihil pter filtra sua deferũt. Et hi qdẽ nihil rapiunt. domos nõ ɔburũt. bestias nõ occidũt sed boies tñ vulnerãt. aut pmũt si possũt vel saltẽ i fugã mittũt. nihilominus aũt pncipes exercitus ex oi pte mittũt pdones. et post hoc ad inueniẽdũ boies ac nemora mittũt alios q valde sũt ad querẽdũ sagaces: cũ aũt vidẽt hostes vadũt ad eos et vnusquisq; iacit tres sagictas vel quatuor ɔtra sibi oppositos. et si superare nõ possunt eos. regrediuntur ad suos. hoc aũt i fraudem faciũt vt aduersarij sequãtur illos ad loca quibus insidias posuerunt. Tunc enĩ illos circũdãt et vulnerant et occidunt. Porro si magnũ ɔtra se exercitũ vidẽt. aliquãdo p vnã dietã vel duas ab eo diuertũt. aliaq; terre ptẽ inuadũt et boies interficiũt. terrãq; vastantes destruunt ac si nec hoc quidẽ facere possunt ad. x. vel. xij. dietas re-

procedūt. Aliquando etiam in loco tuto morant̄ donec aduersarioꝝ exercitꝰ supet̄. ⁊ tunc furtim veniunt subitoqꝫ totā terrā depopulantes irruunt. Deniqꝫ sicut dictū est supra non tā virībꝰ pugnāt ꝙ dolo ⁊ fallacia. cū itaqꝫ volūt ad pugnā accedere acies ordinant. ducesqꝫ vel principes bellū non intrant. sed a longe astant. Iuxta se vero pueros ⁊ mulieres in equis habēt ⁊ aliquādo etiā sup equos ponunt imagines hoīum vt credat̄ esse multitudo magna bellantiū contra faciem hostiū vnā aciem captiuoꝝ suoꝝ transmittūt ⁊ alias fortioꝝ hominū acies ad dextrā ⁊ ad sinistram mittūt. vt aduersarij illas non videant. sicqꝫ illos circūdāt ⁊ in mediū colligūt ex omni parte pugnare incipiunt. si forte aduersarij fortiter pugnāt ⁊ faciūt eis viam vt fugiāt morꝫ ibi fugientes abinuicē separati sunt insequant̄ illos pluresqꝫ tūc in fuga ꝙ in bello possunt occidi. Itaqꝫ nunꝙ libēter congrediuntur si aliud possunt sed homines equosqꝫ sagictantes vulnerāt ⁊ occidūt. cūqꝫ tam hoīes ꝙ equi debilitati sunt sagictis tunc facile ꝯgrediunt̄ cū eis.

C Qualiter regiones inuadere solent. C. LXXXI.

Cum autē inuadē ꝑgunt aliquā regionē in vnū ordinē ꝓcedentes añ faciē suā occupāt terre latitudinē ⁊ situm in quo positus est vnusquisqꝫ tenet. nec ad dextrā vel sinistrā diuertē ꝓte audet. Itaqꝫ regionem illam ingressuri ⁊ accepturi omnes de nocte ad montes circūiacētes ascendūt. Et mane facto cursarios ad planiciem de quibꝰ supradictum est ꝑmittunt. Illi vero de planicie cursarios euitare nitentes fugiunt ad montes vbi se saluare posse credūt statimqꝫ occidunt̄ a tartaris ibidem latentibus. ⁊ ad ipsos descendētibus. Itaqꝫ qui volunt regiones suas ab illoꝝ inuasione seruare debēt ꝯtra illos homines ad pugnam priusꝙ ipsi per terrā incipiāt diffūdi mittere. Postꝙ enī spargi ꝑ aliquā terrā incipiunt. nullus iam ꝯgrue de terra illa potest alteri auxilium prebere quoniā ipsi cateruatim homines querunt ⁊ occidunt. ⁊ sic quidē se in castris includūt tartari tria vel quatuor milia hominū aut plures circa munitionē qui eā obsideāt ponunt ibiqꝫ nihilominus ꝑ terrā ad hominū occisionē se diffundunt. Tales etiā qui se munitionibꝰ includūt porcos suos incarceratos esse dicūt magisqꝫ de talibus ꝙ de alijs securi sunt ⁊ gaudent. quia iam illos esse suos asserūt. Cū autē inimicis ad pugnā occurrūt primis currentibꝰ terminos vltra quos non gradiunt̄ ponant. Similiter faciūt etiā secundis ⁊ tertijs ⁊ omnibꝰ alijs. Iterūqꝫ qui refugiūt termini sunt eis positi vltra quos nullatenus fugiant. Cū enī aduersariorū fortitudinē se preualere posse nō credūt ante illos fugiūt ⁊ quasi se ab illis fugari faciunt. cūqꝫ illi armati tartaros inermes diu insecuti fuerint ac pre grauitate armoꝝ ⁊ vie longitudine lassati iā nō eos plius sequi potuerint. tūc tartari sup equos recētes ascēdētes. se super illos ꝯuertunt ⁊ in eos ⁊ capiēdo ⁊ occidēdo insiliunt. Aliquādo etiā fugiendo cedunt eis. vt eis locū inter ipsos intrātibus faciunt. ipsiqꝫ se dispergūt ⁊ dilatant vt ita dispsi ad sibilū vel clamorē vnius in vnū ꝯgregati hostes vndiqꝫ circūcingant ⁊ ꝯterāt. In omnibꝰ autē terris quas destruūt tartari semper sequit̄ fames.

C Qualiter munitiones obsident. C. LXXXII.

Porro cū aliquā munitionē obsidēt. vndiqꝫ illam ne quis ingredi vel egredi possit circūdant fortissimeqꝫ machinis ⁊ sagictis impugnāt. Nec die vel nocte a prelio cessant vt illi qui sunt in munitionē non quiescant. Ipsi tamē tartari vicissim quiescūt quia acies suas diuidūt ita ꝙ vna succedit alteri in pugnā. Proiciūt etiā ignem grecū ⁊ aruinā quos occidūt. ipsasqꝫ liquefactā sup domos ꝓiciūt ⁊ vbicūqꝫ sup illā pinguedinē venit ignis ardet velut inextinguibilis. Extinguit tamē potest vini aut ceruisie supeffusione. Et si sup carnē ceciderit extinguitur manus fricatione. Cum autem hoc modo vi ꝑualere non possunt introitum munitionis vel fontes aut etiā fluuium obstruunt vel fluuiū diriuando illā submergūt. alioquin munitionē suffodiūt. ⁊ armati sub terra ingrediunt̄. Unaqꝫ pars cū hominibꝰ intra munitionē pugnat. altera vero pars ignē apponit vt ꝯburat̄. si vero nec sic preualēt. ante munitionē sedēt. suāqꝫ munitionē ꝯtra illā faciūt ne grauent̄ ab illis forsitan iaculis aut sagictis ⁊ aliquādo stant ante munitionē ꝑ multa tpa. s. ꝑ. xij. annos ⁊ amplius. sicut vidit frater iohānes de planocarpi in alania. Porro quādoqꝫ cū obsidentes castrum vel vrbē habitantibus ibi se preualere non posse vident non longe ab illa fugiunt. ⁊ aliquādiu ibi latitant. Cūqꝫ obsessi eos longe recessisse vel etiā omnino a finibꝰ illis abscessisse credūt tūc quasi securi munitionē aperiūt at illi statim in eos irruunt. vrbēqꝫ vel castrū accipiūt. Ciuitatē enim centū portarū in ꝑside que vocat̄ saphan non sua virtute sed aquarū inundatione quas illuc diriuari fecerūt. acceperūt. Sic quoqꝫ multas terras plus fraudulenta ingenio ꝙ viribus acceperūt.

C Qualiter erga captos vel deditos se hñt. C. LXXXIII

Et autem superius iam dictū est blande loquuntur obsessis multaqꝫ fallacit̄ vt in eorū manus se tradant ꝑmittūt eis. Cū illi se reddiderint vel capti fuerint oēs occidūt exceptis artificibꝰ quos ad opera sua reseruāt. vel si quos alios retinere pro suis acceptāt. Nobilibꝰ ⁊ honestis hoībus nunꝙ parcūt. ⁊ si forte aliquo casu reseruāt ex illis nec prece nec ꝓcio vlterius de captiuitate exire ꝑmittunt. Occidendos autē vt dictum est supra per centenarios diuidūt. cunqꝫ in hoīes de obsesso castro tanꝙ sibi repugnantes occiderūt in signū victorie ac glorie. certitudinisqꝫ numeri occisoꝝ atqꝫ ad terrorē ceteris hoībꝰ incutiēdum vnum ex illis quasi millenarium in aliquē locū excelsū ⁊ eminētē erigūt capite subuerso pedibꝰ erectis. alijs hominibꝰ occisis iacētibꝰ in terra ꝓstratis. Itaqꝫ cū cepissent vt dictū ē ortbaldi ciuitatē in ꝑside ad sue crudelitatis ostensionē ⁊ audituris incutiendū timorē oībꝰ habitatoribꝰ illiꝰ decapitatis. aures rebelliū sibi iam mortuoꝝ absciderūt. duosqꝫ sūmarios oneratos auribꝰ in aceto positis ad chaam trāsmiserūt. Deniqꝫ cū nullis hoībꝰ pacē faciunt nisi eis subiciant̄ sicut antiquū cingischā apud eos ꝓceptum habet̄. hec sunt autē que ab illis petūt qui eis se subiciūt videlꝫ vt cū eis ꝯtra omnē hominē in exercitu vadāt vt ⁊ de omnibꝰ tam de hoībꝰ ꝙ de alijs rebꝰ decimā illis reddāt. Uidit etiā frater iohānes de planocarpi supradictus. s. de ordine fratrū minoꝝ quēdā in ruscia saracenū ex parte chaā missū qui de tribꝰ pueris vnū petebat. secūqꝫ ducebat. similitē etiā ducebat viros qui vxoribꝰ carebāt. ⁊ mulieres que viros non habebāt precipiebat nihilominꝰ vt vnusquisqꝫ quantūcūqꝫ etiā paruus puer diei vnius vel quātumcūqꝫ paup siue mēdicus pro tributo solueret vnā pellē vrsi albi vel nigri. ⁊ vnū castorē nigrū vel aliquid tale qđ tantūdem valeret. Principes autē eis subiecti cum ad illos veniūt habentur vt alie viles ꝑsone. nec vllū ab eis honorē recipiūt. oportet etiā vt eis munera magna presentēt: precipueqꝫ ducibus ⁊ vxoribꝰ eoꝝ ⁊ officialibꝰ millenarijs ac centenarijs quinetiā non solū ipsi sed eoꝝ quoqꝫ serui valde importune petunt ab eis ⁊ a nuncijs qui mittunt̄ ab ipsis. Aliquibꝰ inueniunt occasiones vt eos occidāt. ⁊ aliquos veneno vel potionibꝰ ꝑimunt vt ipsi soli in terra dominiū habeāt: itaqꝫ quos sub tyrānide sua redigunt cōfringūt ⁊ atterūt. terribilibꝰ oculis intuentes ac dentibus infrementes in eos. s. quos subiugare non possunt.

C De sclauis eoꝝ. C. LXXXIIII.

Turcos ⁊ saltmanos. i. saracenos ⁊ comanos ⁊ etiā tartaros seruos suos ⁊ xpianos ad se de diuersis locis adductos quos in bellis sibi mediante gladio acquisierūt sclauos suos faciunt. Quos ⁊ nudos ⁊ in penuria victꝰ extrema pene spūm exhalātes. verberāt etiā ⁊ affligunt ꝓut volūt. Eosdē etiā sinecā si eis placet occidūt. Ritus autē xpianos ⁊ quaslibet sectas ⁊ quoꝝlibet hoīum cultꝰ secure ac libere obseruari ꝑmittūt inter se. Et vbicūqꝫ etiā dominant̄ nec curāt de quoꝝlibet hoīum ꝯsuetudinibꝰ dūmodo sicut ipsi ꝓcipiūt in oībꝰ eisdē seruiat̄. Itaqꝫ machometi lex in eorū exercitu a saracenis quotidie quinquies palā oībꝰ audientibꝰ proclamat̄. ⁊ etiā ꝑ oēs ciuitates in qbꝰ idē saraceni hitāt. ⁊ ꝙ eoꝝ dominio subiugant̄. Ipsi quoqꝫ saraceni in exercitu eoꝝ ⁊ in oībꝰ eoꝝ ciuitatibus ad ꝑfidiā suam sud... exhortant̄ ⁊ attrahūt hoīes ac pueros. vt errorē eoꝝ sequāt... etiā mulieres plurime inter eos captiue. Nam preter artifices operū quos sibi vtiles estimāt. ⁊ ideo de ciuitatibꝰ captis illos ꝑpetuū seruitutē sibi reseruāt. Mulieres quoqꝫ iuuēculas virgines aut ꝯiugatas captas sibi focarias faciūt. easqꝫ in nuditate ⁊ extrema famis penuria viuere cogūt hominū quoqꝫ decimas vt dictū est accipiūt ⁊ ipsos in seruitutem redigunt. Decem enim pueros computant ⁊ vnū accipiunt. ⁊ ⁊ de puellis idem faciunt. Quos omnes ducunt in terram suam ⁊ in seruitutem tenent perpetuam. Quidam etiam viuentes vnum de sclauis suis eligunt vt in tumulo ipsorum vlꝰ ponaturcum eis quando in morte sepeliendi sunt. Deniqꝫ adeo subiectis suis odiosi sunt. vt etiā multi qui cum eis in exercitu sunt si haberent fiduciam ꝙ nostri non eos occiderent ex omni parte contra illos pugnarent sicut ipsimet fratri iohāni supradicto dixerūt.

C De mulieribus eorum. C. LXXXV.

Tartaree autē mulieres turpissime sūt. Uxorate quidē oēs sup capita sua defert cōstrūctum longitudinis vnius pedis ac lere viminibꝰ vndiqꝫ rotundum. ⁊ in parte superiori latiorem. coopertū ⁊ ornatū vndiqꝫ serico vel samito atqꝫ margaritis ⁊ monilibus circundatum. oculis pauonum insertis desuper ad decorem habent etiam frena fallerata

trahat. sic subtrahit et ifundat. In multis enim multipliciter lucet. Est autem a maiestate mirabilis: a sapiētia venerabilis: amabilis a bonitate. Et hic est funiculus triplex inter creatorē. s. et creaturā q̄ facile nō rumpit: sed vt timeat honoret et diligat. Colitur autē deus dupliciter: affectu mētis et exhibitione corporis. reuerētia q̄ corporalis exhibet: aut in psonis cōsistit: aut in rebus. In psonis: aut a natura aut ab officio: aut a morib⁹: aut a cōditione: aut a fortuna. Naturā vt parētes cognati et affines. Officiū ē debitū exequēdi q̄ vnicuiqȝ ex institutis aut morib⁹ agēda sit quoꝝ agēdoꝝ alia ad publicum alia ad suū cuiusqȝ ptinent statū. Nā officioꝝ quedā publica: q̄daȝ dicunt priuata. Priuata enī tot sunt quot sunt psone. Publica aut a diuino: aut ab humano iure descendūt. Publico officio tāta debet reuerētia: quāta est eminētia cuiuslibet magistratus. Mos est mētis habitus ex quo singuloꝝ operū assiduitas manat. hic virtutes et vitia eque cōplectitur. Unde bonos et malos mores dicim⁹ moratos hinc morigeros a bono morosos a malo nolamus. Cōditio est status persone fortuitus: quo aut in aduersis: aut in psperis degit. Ii his autē qui diuina iura ministrāt deus pre ceteris alit honorantur: aut sperriitur: cū illoꝝ honorē et contemptū pprium reputet dicens. Qui vos spernit me spernit et qui vos recipit me recipit. Reuerentia que in rebus cōsistit: aut vt in corporalibus est: vt edib⁹ et locis sacris aut sacrificijs. Aut in spiritualibus: vt sunt iura que sacris rebus cōpetunt. que temerare sacrilegiū est morte expiandum. Rerū autē sacrarū immunitates cōuellere insurgere in deū est. cultus sic maxime intēperatus cōsistit. Marcū catonem eodem vino quo remiges contentum fuisse tradūt. Caius curius sabinoꝝ victor nolens agros suos ex senatus consulto ampliari: gregalium portione contentus fuit. malum ciuem dicens esse cui non satis esset id quod ceteris ciuibus.

ℭ De Officialiū disciplina. C. CXXVIII.

Sequitur

de potestate et officialiū disciplina. nisi. in quo dumtaxat cōsilio periculosius. Unde in pūerbijs. Oī custodia serua cor tuum quī ex ipso vita pcedit. Est igit prouidēdū potestati ne cōsiliarijs indigeāt neue aliena imoderatius concupiscant. Nihil est scelerius q̄ amare pecuniā. etc. Nō solū in corde. i. in cōsiliario: sed etiā in ventre et intestinis reipublice. liquescoris⁹ et cōmentariēsib⁹. hec ratio seruanda est. In lateribus quoqȝ. i. illis q̄ semper principi assistunt. Nam a cōuictu mores mutant. Et qui tangit picē inquinabitur ab ea: vitaqȝ cōspecta. vel cōtacta liuorē ducit ab vna. Ita qui dē legati apostolice sedis in prouincijs debachant. ac si ad ecclesiaȝ flagellandū egressus sit sathanas a facie dn̄i: acceptores psonarū: et q̄si quidā bonoꝝ mallei. Unde iuuenalis. Omne aī vitiū tanto conspectius. In se crimen habet: quanto maior qui peccat habet. Episcoporū nomen et officiū venerabile esset: si tanta implerent solicitudine quanta interdū appetit ambitione. et diligerent vt patres. timerent vt dn̄i colerent vt sancti. si exactionibus parcerēt. et proijcerēt ex alo. quicquid prouenit ex calumnia nec oēm questū pietatē putarent. In domibus prelatoꝝ et principū oīa hodie venalia sunt frustra apud curiales de testimonio cōscientie. de venustate moruȝ. de torrēte eloquentie nisi precio interueniēte cōfidis. Ipse licet venias musis comitatus homere. Si nihil attulerij ibis homere foras. Ego enim credo me vidisse hostiarios cerbero duriores. Apud inferos tamē cerberus (vt aiunt) vnus est. Sed quot sunt diuerticula curiarum tot cerberi. Tota enim familia aut mordet: aut latrat. Uetus puerbiuȝ est. Uacue manus temeraria petitio est. Apud aduocatos quoqȝ et ipsum silentiū venale est. Hoc fortassis a demostene acceperunt: qui cū aristodinū auctorē fabularū interrogasset quantum mercedis: vt ageret accepisset. et respondisset talentuȝ. at ego ait Demostenes plus accepi vt tacerē. Causidicoꝝ lingua dānifica est nisi eam vt dici solet funibus argenteis vincias. Nihil autē vt ait seneca venali misericordia turpius. Iniustum prorsus est misericordiā vendere siue iustitiam. In lege ƀo scriptum est. Iuste qđ iustum est exequeris. Lege quoqȝ iulia repetendarū: tenet qui cū haberet aliquā potestatē: ob iudicandū vel denunciandū: pecuniam acceperit quo magis aut minus quid ex officio faceret. Hec verba legis sunt Iteqȝ oēs cognitores aut iudices a pecunijs et patrocinijs manus abstineāt. Neqȝ enī alienū iurgiū suā putēt predā. Plebiscito etiaȝ cōtinet ne q̄s presidū munus donūue caperet. nisi esculētū poculētūue et id quidē inter dies pximos pdigat. sed nec extenua producenda sunt ad munerꝝ qualitatē. De taliū munerib⁹ ait epistola seueri imperatoris. Uetus prouerbium est: nec oīa: nec semp: nec ab omnibus. Nā valde inhumanū est a nemine accipere. passim vilissimum: per oīa auarissimum.

ℭ De publicis exactoribus et eoꝝ violentia. C. CXXIX.

Egregie autē

de talibus ait Laurētius mediolanēsis episcop⁹ cū publicos exactores describit. Publicanus inquit est. caput rapine. lex violētie. predo sine pudore. medicus extermīnij. fmarios furibus. Nam fur timens delinquit. hic autē confidenter. Fur laqueos legi timet. hic quicquid fecerit legem vocat. Quis eo iniquior: qui verbis iustitie iustitiaȝ damnat: et armis innocētie spoliat: vulnerat: occidit innocētes. Lege vtiqȝ legem perimit. et dū alios vrget ad legem: ex lege delicit. Publicanoꝝ autē a maximo vsqȝ ad minimū cetus concussioni potius q̄ iustitie vacat. et ita in populū debachanē: vt quod reliquit vnus: alij non morenē auferre tanq̄ ad hoc constituti sint: vt residuū locuste comedat bruchus. Officiali cesaris nisi in omnib⁹ acquieueris cesari contradicis. Et q̄cq̄d dicter: nisi sit sic: et nisi sic stet: est in personam regis: contraqȝ coronam. quicquid dixerit ita obtinet ac si inueniat in actis. et cum aliās habita moderatione inculpate tutele vim vi repellere liceat: concutientibus: officialibus: spoliantibus: torquentibus mutire nō licet. hec autē omnia in principem redundant. Singuli quippe tenentur ad singula. princip ƀo onera incumbunt vniuersa. Princeps aūt legis nexibus dicit absolutus: non quia ei iniqua liceat: sed quia is eē debet. qui nō timore pene: sed amore iustitie equitatē colat. Nā in negocijs publicis nil ei velle licet: nisi qđ lex aut aut equitas persuadet: aut ratio cōis vtilitatis inducit.

ℭ De Equitate iudicij. C. CXXX.

Equitas aūt iuris

vt periti asserunt: est rerū conuenientia que cuncta coequiparat ratione: et in paribus causis paria iura desiderat. Lex ƀo ei⁹ interpres est. Quicqđ autē equū est: ita demū iustū est: si est volūtariū. In nulla re hodie tantū offendunt huius seculi potestates sicut in iudicijs: non attendentes quod scriptum est In quo iudicio iudicaueritis: de vobis iudicabitur. Et illud quod supra posuimus Iuste quod iustum est exequeris: id est sine acceptione personarum vel munerū. mor vt tibi liquebit de causa iustam de vtraqȝ parte feres sententiam. Nam dū causa anceps est protelanda est sententia: quia festinata iudicia pariūt penitentiā. Si ergo in iudicando periculum vitari non potest: nihil est vtilius q̄ differri. Si autē alterutrius litigantiū periclitat vtilitas: et rei difficultas morā non exigit: iniquissimū est iudiciū protelari. Ipso autē iure cautum est: vt sacrorū euangelioꝝ scripture terribiles ante sedē iudicis deponanē. ibiqȝ ab initio iudicij vsqȝ ad finē permaneant. nec amoueanē nisi sententia recitata: quo totius consistorij latitudo dei ipsius repleta presentia omnib⁹ ad sacrosanctas scripturas metū incutiat et reuerentiā. et ab inquisitione veritatis omnia iniquitas propulset. Ut autē dicit in libro codicis secūdo: procliuiora sunt iura ad defendendum q̄ ad impugnandū. faciliusqȝ ad exceptionē q̄ ad actionē trahunt. Uñ cū nō oēs ad accusationē admittunē: oēs ad defensionē admittunē: nisi aliqs absens damnandus est.

ℭ De Militū electione et eoꝝ officio. C. CXXXI.

Videamus de mēbris

ceteris reipublice nunc de militibus videamus: qui manus appellanē. Nullus est vt ait vegetius renatus quem oporteat vel plura vel meliora scire q̄ principem. Christianus princeps milites magis a fide et moribus q̄ a viribus debet eligere. Nostri autē milites hodie sic ad bella quasi ad nuptias dealbati procedūt. In castris sermo illorū est de conuiuijs. in conuiuio de armis. Non sunt que faciant militem tam corporalem q̄ spiritualem. electio et sacramentū. lōga per militē incuriosius legit lucio flacco: et galo varrone cōsulibus. Milites primo iureiurando facti sunt. Antea enī sacramēto trimodo a tribunis rogabanē. Conceptio sacramēti teste Uegecio hec est. Iurant milites per deum et christum eius: et spiritum sanctū: et per maiestatem principis: que sm̄ deum humano generi diligēda est et colenda: se strēnue facturos omnia que preceperit princeps. nunq̄ deserturos militiam: vel mortem recusaturos pro republica: cui⁹ sunt conscripti militie. Cato militem non dicit nisi eum qui sacramento ad militiā iā ꝯsecrat⁹ ē. Miles igit sicut laboris: ita et honoris nomen est. Nemo enī sibi honorē sumat: nisi q̄ vocat a dn̄o. q̄ nō electus seipm̄ militie ingerit. in se gladiū puocat: quē ppria temeritate vsurpat. Usus autē ordinate militie est tueri ecclesiā. impugnare perfidiam. et sacerdotiū venerari. pauperum propulsare iniurias. pacare. puinciā. pro fratribus (vt sacramēti docet cōceptio) fundere sanguinē. Miror autē quō princeps illis habet fidem: quos videt deo

suo cui vt cetera taceā ⁊ sacramēto militie alligati sunt. fidē debitā nō seruare. nequaq̄ fidē seruabit secundā. qui primā irritam facit. Denique cōsecratio militis hec est. cōsuetudo solemnis est. vt ea die qua quis miles cingulo decorat̄ ecclesiā solēniter adeat gladioq̄ super altari posito ⁊ oblato quasi celebri professione facta. seipsum altaris obsequio deuoueat. ⁊ gladii. s. officii sui iugē deo spondeat famulatū. Eis ergo pro ecclesia plurimū: cōtra ecclesiam licet nihil. aut enim plus: aut nō minus in sua professione faciunt q̄ episcopi ⁊ abbates qui cedulā offerunt. In quibusdā etiā locis moris est militem in crastinum consecrandum. totam noctem precedentem per vigilē in orationibus ducere. ⁊ nec iacendi nec sedēdi habere licentiam: nisi forte repētine infirmitatis necessitas coegerit: sed tota nocte stantem orare.

¶ Obedire debent principi: sed magis deo. C. CXXXII.

PRimum hominū deo debetur: cuius est homo creatione ⁊ redemptione. Secūdum autē homini: saluo tamē dominio dei. qui ab oib⁹ hoibus suis exigit innocentiā. Cum periculo ergo innocentie nemo cuiq̄ debet fidē: nec abbati monachus: nec patri filius nec domino seruus: nec marito vxor. Est igit̄ principis prouidere in primis ne miles suus perdat innocentiā pro defensione reipublice. sine qua respublica salua esse non potest. Solus enim ille princeps e si bonus: est ⁊ iudex incorruptus. cuius sententia ex cōtemplatione assidua imago est equitatis. Est enim publice equitatis vindex ⁊ equitatis seruus: ⁊ in eo personā publicā gerit. q̄ oīum iniurias ⁊ damna corrigit. ⁊ oia crimina media equitate punit. cuius officium est illis qui nimirū possunt plurimū prodesse ⁊ q̄ nocere desiderant plurimū aduersari. Unde ⁊ in sacra scriptura colūbe gladius appellatur: quia sine felle irascitur: sine iracūdia ferit. ⁊ cū dimicat amaritudinē nullā recipit. Nā (vt ait Cicero orator egregius). Sicut lex persequitur culpas sine odio personarū ita princeps facere debet. Dauid vir sanguinū dictus est. nō propter bella (vt ait Augustinus) sed propter vriā. Nā nec Samuel nec Helias nec Phinees vir sanguinum appellatus est. cū quilibet eorū sanguinē fuderit. Pulchre autē sm̄ stoicos lictor dicitur quasi legis ictor. quia ad eius spectat officium ferire quem lex iudicat feriendū. Unde ⁊ antiquitus illi cui⁹ manu iudex innocēs nocentē puniat. cum reo gladius immineret dicebat̄. obtēperat leg. e arbitrio vel legem implet. vt vel sic mā suetudo verborum puniēdi rei tristiciā mitigaret. Cū ergo milites sint manus corporis publice potestatis illius principis manus sanguine plene sūt. cuius officiales ⁊ milites vel innocentiū sanguinē fundūt: vel innocētes opprimūt. Huius ergo principis oratio nunq̄ exaudiēda est. elemosyna deo nunq̄ acceptanda.

¶ De mutuo affectu principis ⁊ subditorū. C. CXXXIII.

Primum eorū que Plutarchus habere iubet principē est amor subditorū. Codrus enim atheniensium rex pro victoria populi sui seipsum morti tradidit. Nā mutato regis habitu sarmēta colligēs: castra hostiū ingressus. a milite quem falce in iurgio percusserat interfectus est. Unde ⁊ illud poeticū. Et iurgia codri. Decios duces romanorū se pro suis exercitibus morti deuouisse percelebre est. Julius enim cesar dicere solitus erat. Dux qui nō laborat vt militibus charus sit: militē nescit amare: nescit humanitatē ducis in exercitu: ⁊ aduersus hostē debere esse. Idem enim pistorem in vincula cōiecit: q2 sibi meliorē panem q̄ ceteris militibus in mensa superposuerat. Alexander militē suū macedonē senio confectū nimio frigore obstupefactum: ipse in sublimi ⁊ propinqua igni sede sedens. cū aiaduertisset statim descendit. ⁊ in suis manib⁹ corpus frigore duplicatū in suam imposuit sedem. Plato cum vidisset dionysiū tyrannū sicilie corporis sui circūseptū custodibus. Qd̄ tantum malū inquit fecisti: vt a tam multis custodibus necesse habeas custodiri. Principē enim sic oportet vincire obsequijs oium affect⁹ vt quisq̄ subditus pro eo periculis imminentibus caput opponat. Sic etiā vrgente natura pro capite cetera se solēt mēbra opponere. Unde claudianus nō sic excubie: nō circūstantia tela. Quā tutatur amor nō extorquebis amari. Hec alterna fides: hec simplex gratia donat. Hucusq̄ dictum sit de institutione regum ⁊ principū: qualiter se habere debeant vel domi: vel militie. non solum sm̄ leges diuinas sed etiam humanas que catenus valent. quatenus a diuinis non discrepent. Alioquin falsum est qd̄ in lege scriptū est. Quod principi placet legis habet vigorē. Nullas enim leges credunt quidam ciuilibus preferendas. sed has anacharsis scita telis aranee comparauit. que muscas et culices detinent: et volatilia grandiora transmittunt.

¶ Planctus amici lapsi a statu monachali. C. CXXXIIII.

S. lamentationes ⁊ veh de carmine nihil ad te. Carmen enī illis debet̄: quibus bonū est cōfiteri dño ⁊ psallere nomini dñi altissimi. Carmen illis debet̄: quorū in cordib⁹ cantat̄ dño ⁊ psallit̄ spū: mente iubilat̄. ⁊ quorum operatio christo cytharisat. organisat cogitatio. psalterisat oratio. deuotio lirisat. Nihil enī tibi ⁊ carmini. Nō est enī tibi cantare canticū dñi in terra aliena. nihil tibi ⁊ aue: qui nō mutas nomē eue. nihil tibi ⁊ salue: qui nō saluas cōmendata dū mādata nō seruas: dū te nō paras ad iudiciū: nō comparas auxiliū aduocati tui christi. sed saluatori tuo crucē reparas secūdā. mortisq̄ tibi preparas secūde cruciatū. nihil tibi ⁊ vale: qui nō viuis nisi male: qui valere nō affectas dum detractas penitere. Tu ergo aīa mea fratri meo expectanti ⁊ reexpectanti modicū in seculo nimiū in peccato: manda remāda lamētationes ⁊ veh. Perlustrata nāq̄ cū omni sollicitudine materie presentis tota multitudine: nil inuenire potui qd̄ mitterē pro carmine sed plenus amaritudine: plenus anxietudine quod scripsi scripsi. Salus a nō sano missa nugatoria est: missa vō insita superflua. Denique quid prodest alicui salus vlla destinata: cui nulla salus grata. Plane frustra salutat̄ a quo salus nō optatur. Quis dabit aquā capiti meo: ⁊ oculis meis fontē lachrymarū: vt copiose lugeam dignū mei fratris interitum. Justus es dñe etiā si disputem tecū. Uerumtamē etiā iuste loquar ad te: nō tanq̄ tecū disputās: sz tanq̄ tecū cōputās: q̄ mecū supputo ⁊ fratri me imputo. Adhuc enī frater meus mēdicat siliquas porcorum in regione illa in qua fames oritur nec morit̄. vbi egestas incipit nec desinit: nec recordat̄ infelix quāti non solū filii: sed ⁊ mercēnarii in domo patris sui habundent panib⁹. Ipse vō nec dolore cōuincit̄: nec rubore cōfundit̄: q̄ ⁊ fame pereat: ⁊ siti torreat: ⁊ labore fatiget̄: ⁊ seruitute premat̄. ⁊ o q̄ facili trāsitu hec oīa trāsiret. duobus tamen passibus a tam graui exilio resiliret. quorum primo reuerteretur ad se. ad te vō pater altero conuerteretur. Jussisti autē mihi vt nō solum eum: sed ⁊ quemlibet proximū meum diligam quantū meipsum. Sed quis mihi proximior fratre meo. Nusquā ergo totus assum vbi abest frater me⁹. Dimidiū enī est anime mee. Nōne dñe tu iubes diligi in tota anima. Quō ergo tota anima mea te diliget: nisi vtraq̄ eius medietas te diligat. Non enī bene diligeris ad medietatē. Ut ergo te totus diligam: fac oro vt te diligat ⁊ frat̄ meus. Si vis vt seq̄r te: sequat̄ te obsecro ⁊ frater meus. neq̄ enī dimidi⁹ sed te potero. vt me totū saluū facias: saluū fac ⁊ fratrē meū: q̄ totū hominē saluū fecisti in sabbato. Quippe nil facis ad medietatē. sed quicq̄d facis perficis. Alioquin non diceretur de operibus tuis q̄ vniuersa erāt valde bona. Et I deuteronomio dei pfecta sūt opa ⁊c.

¶ Reprehensio eiusdem. C. CXXXV.

S. lamētationes ⁊ veh. Lamentatio de presenti ē carmē ⁊ veh de futuro. Ueh tibi proposui vt ab eo fugeres. lamētationes preposui vt ad eas confugeres. Carmen vō nec posui vt remota omnis lete rei memoria: nulli trāsitorio decori cor tuū apponeres. sed q̄diu te super flumina babylonis sedere cognosceres: fleres: plorares: gemeres: ⁊ in eius salicib⁹ organa suspēderes. ⁊ te totum penitus medullitus exponeres dolori. Nulla tibi nulla de carmine mentio fiet: donec illud impleas preceptum Exite de babylone: fugite a chaldeis. sed iam loquar ad te. Ipsa lamentatio. s. que hactenus locuta est pro te quō cecidisti lucifer: qui mane oriebaris. qui iubilabas dño cū matutinis astris: qñ in cetu nouiciorum: in fletu monachorū: in metu conuersorū: in conspectu angelorum psallebas altissimo. Quō attractus illa cauda draconis cum sua tertia parte stellarū te etiā secū traxit: cui deus dederat lucē sapientie. splendorē scientie. iubar intellectus. vt cū stellis stantib⁹ luceres si velles in perpetuas eternitates. Nō parco tibi frater amantissime: vt mihi ⁊ tibi parcat deus. Cecidisti nūquid qui cecidit non resurget. Septies in die cadit iustus ⁊ resurgit. i. quotienscunq̄ cadit totiens resurgit. Tu q̄ cadis tota die recidis quotidie: cur nō resurgis vel vno die.

¶ Uitium ipsius labentis fuit: non ordinis a quo cecidit. C. CXXXVI.

Quid autem ordinē nostrū accusas intollerabilis duritie: profecto nō ordinis: sed accusantis est vitiū. neq̄ enī ordo ita durus est vt sit inaccessibilis: aut importabilis: aut contra naturam. Alioquin nec ordo esset: sed tu fluidus es ⁊ eneruis. Preterea quid magis sm̄ naturam q̄ ordinate viuere. At nulla vita ordinatior q̄ nostra. Ibi enī omnia in numero ⁊ pōdere ⁊ mensura dispo

nuntur. Ibi cibus ⁊ quies ⁊ somnus ad sufficientiā naturalē indulgentur. Ieiunia vō labores ⁊ vigilie a nemine supra vires extorquentur: sed oīa mensurate fiunt. Simplici enim victu ⁊ vestitu vita sustentat̃: natura fouet̃: conseruatur sanitas. Deniq̃ quid naturalius quid sanius illo cibi ⁊ potus genere. ad cuius appetitū sola natura ⁊ cocus est ⁊ medicus. Quis pane triticeo ⁊ leguminib⁹ bene coctis famē nō expellat. Ieiunus raro stomachus vulgaria tēnit. Aīa saturata calcabit fauū: aīa vō esuriens: ⁊ amarū pro dulci habebit. Probabile est ait Seneca quod natura desiderat ad superuacua sudat̃. Taceo ꝙ ad conseruandā sanitatē nihil efficacius: q̃ cibi ⁊ potus identitas conseruata. Varia enim fercula variaꝝ sunt naturarum. Oīs autē talis varietas parit humorū repugnantiam. ⁊ oīs humorꝝ repugnantia repugnat sanitati. vnde elegantissime ⁊ prudētissime respondit quidā de nostris adolescētibus beluacensi episcopo eum interroganti. vnde cōtingeret ꝙ sanior ⁊ pulchrior esset in claustro q̃ solebat esse in seculo. quia inquit vniformiter viuo ⁊ decenter. De quorum primo habeo vt sanus sim de secundo vt pulcher sum. In seculo enim viuebam tam deformiter q̃ multiformiter. de quorum primo turpitudo nascitur etiā corporalis. de secūdo egritudo. Perrexitq̃ episcopus querere dicens. quid ergo comedisti hodie. Satis inquit: quid heri. Similiter satis. non quero inquit de quantitate: sed de qualitate. quid comedisti heri. quid hodie. Heri inquit comedi pisa ⁊ holera. hodie holera ⁊ pisa. cras autē comedam pisa cum holeribus. post cras holera cum pisis. vide ergo q̃ pulchro circuitu eandem sententiam circumduxit. vt vario modo ostenderet eadem se semper vti dieta. que prestat corpori sanitatem ⁊ pulchritudinem.

¶ [illegible] exemplꝫ ad ordinē tolerandū. C. CXXXVII.

Explosa igitur est omnis difficultatis accusatio quā contra ordinem induxisti: ⁊ impossibilitatis excusatio quam pro parte adduxisti. Neq̃ enim ordo tam difficilis est vt īfirmos nō recipiat. cum ⁊ illis satisfaciat ⁊ accurate ⁊ dignate. neq̃ tu tam infirmus aut debilis es. vt ad illū portandū nequaq̃ sufficias cū ego non deficiam: te ⁊ infirmior ⁊ debilior. Et vt de me taceam quantos tibi possum ostendere. qui de vita delicatissima ad hunc ordinē quem appellas durissimū ⁊ difficillimū se transtulerunt. nec tamen adhuc ab eo resilierunt. Quis ⁊ etate iuniores te sunt: ⁊ natura teneriores ⁊ debiliores viribus. Et vt de tot multis vnum excipiā. vnum tibi excipio qui certe solus sufficit ad omnium exemplum. Ipse quidem spectaculū factus est. ⁊ angelis ⁊ hoibus leuitate miraculi. q̃ prius eis spectaculum fuerat miraculo leuitatis. Quem nō scena. nō circus. nō theatrum. nō amphiteatrum. non amphicircus. nō forū. non platea. non gymnasium. nō arena sine eo resonabat. Nosti Helinandū. si quis nō nouit hoiem. si tamen hominem. Neq̃ enim tam natus erat homo ad laborem q̃ auis ad volandum. circuiens terram ⁊ perambulans eam. querens quem deuoraret: aut adulando aut obiurgando. Ecce in claustro clausus est: cui totus mundus solebat esse nō solū quasi claustrū: sed etiam quasi carcer. Quomodo ergo non potes quod ipse potest. cuius mutatio dextre excelsi. quantū stuporē intulit seculo. pudorēq̃ diabolo: tantum ipsi dn̄o contulit honorem. neq̃ etenim ipse tam leuis fuerat q̃ ipsa leuitas. Unde ⁊ tanta leuitas tam leuiter mutata. apud plures q̃ nihil aliud putatur q̃ leuitas. Hinc est ꝙ iam quinquēnis eius conuersatio vix facit alicui fidem de futuro. mirum quantum in se ipso experimentum dedit inconstantie tantum perseuerature constantie nunc debilitat argumentum. Erubesce igitur miserrime te saltem non sequi istum precedentem: iuniorem: infirmiorem: debiliorem: delicatiorem. Quis enim attendens vnde iste surrexerit surgere non possit.

¶ Qꝫ iste ordo sit portabilis omnibus infirmis ⁊ fortibus. C. CXXXVIII.

Tandem surge et noli declinare ī verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis. attribuens nature qđ est mentis imputure necessitati qđ est voluntatis. difficiliorem faciens ordinē q̃ sit. te molliorem q̃ esse debeas infirmiorem q̃ esse possis. Nemo enim tantam infirmitatem potest incurrere vt rigor ordinis ei de misericordia condescendens. ⁊ de charitate compatiens. congruam solacij non suppetet medicinam. Si ieiunare pre infirmitate non potest. manducare non solum permittitur: sed etiam cogitur. si laborare non sufficit. quies ei non deest. Si vigilijs grauatur: somno recreatur. Infirmus es noli refugere. Non portabis ordinem: Sed ordo te. Fallunt autem plerisq̃: ⁊ nō tam fallunt q̃ falluntur. pusillanimitate animi dicentes se nō posse quod possent si tētarēt. sed ante iudicāt q̃ discutiāt. Et ideo in limine primo deficiūt: ⁊ ante tubā tremor occupat artus. Solent aūt huiusmodi pusillanimes dicere: Hodie ieiunaui: ⁊ iam caput doleo. si ergo cras ieiunauero necesse est: vt aut freneticꝰ fiā: aut litargicus: aut melancolicus: aut epilenticus: aut maniacus: aut demoniacus. Plane nō sequit̃: Debile principiū melior sequet̃ fortuna. Multe res intētate difficiles habēt aditus: vsus autē faciles. Dicit ergo infirmꝰ noster: Hodie ieiunaui: ⁊ ideo caput iam doleo. Mentiris plane: imo q2 nō ieiunasti nisi vno tm̄ die. Nō enī ideo caput doles: q2 vel semel ieiunasti: sed q2 ieiunare nō assueuisti. Deniq̃ q̄d scis an ex ieiunio hoc tibi accidit. Heri forte tale quid immoderate comedisti vel bibisti: qđ naturaliter caput aggrauat. Nō ergo omnia aut ad preceptorꝫ difficultatē: aut ad viriū impossibilitatem referenda sunt.

¶ Admonitio Lapsi vt resurgat. C. CXXXIX.

Surge igit̃ frater. nō enī impossibile est [illegible] sit difficile: ⁊ tam difficile q̃ facile est cadere. Faciliꝰ est ait Aristo. destruē q̃ astruere. Facilis (ait poeta) descensus animi. sed reuocare gradū superasq̃ euadere ad auras. hoc opus. hic labor est. ⁊c̄ nō dixit hoc impossibile est. sed hoc inquit opus hic labor est. i. possibile est et si difficile sit. Possibile ē si exhibeat̃ opꝰ prebeant̃ opera. labor adhibeat̃. Festina igit̃ vt resurgas. nam si resurgere est hodie difficile: cras erit difficiliꝰ. Qui nō est hodie cras minus aptus erit. Omne autē tempus quod morte adicit̃ addit̃ et casui. Quanto iacebis diutius: tanto cades profundius. Ipsum nāq̃ iacere cadere est. Cadere fateor humanū est: sed resurgere nihilominus humanū est. iuxta illud Nūquid qui cecidit nō resurget. id est nōne q̃ potuit cadere potest resurgere. nō resurgere ergo nullo mō humanū esse dicendū est: sed diabolicum: cuius tota vita ruina est. Notanda igit̃ in hoc loco quadripartita varietas. Quattuor enim sunt. s. stare: cadere: surgere: nō resurgere. Horꝫ duo media hominis sunt. Homo enim cadit ⁊ surgit: ⁊ iterū recidit ⁊ iterū resurgit. stare vō absq̃ casu solius angeli est. non resurgere vō solius diaboli est. Qui ergo stat ⁊ non cadit: angelus est. qui vō cadit ⁊ surgit: hō est. qui autē cadit: ⁊ post casum nō surgit: nō quia nō potest: sed quia nō vult: pfecto diabolus est: etiam si homo sit. Unde ⁊ de tali hoīe dictum est: Et vnus ex vobis diabolus est. Unū ⁊ dicit̃ ad homines Temptatio vos nō apprehendat nisi humana. vbi plane diabolica remouet̃: que. s. triplex est. supra se. infra se. ⁊ contra se. Supra se tētatur quis qñ effertur vltra se. Infra se tētat̃ quis qñ viuere appetit inferius ⁊ sordidius ⁊ vilius q̃ nature sue dignitas exposcit. Tētatio cōtra se est qñ aliquis scienter peccat etiā ad mortē. ⁊ tamē postea non penitet: aut desperans: aut minus sperans: aut nec sperans nec desperans. sed incredulus ad sperandū ⁊ ad timendū: id est nec misericordiā credens profuturam: nec damnationē obfuturā: quia neutram credit futuram. Sed omne iudiciū putat defuturū: dicens cum Epicuro: Nihil post mortem: ⁊ mors ipsa nihil. Quattuor enī tue calamitatis gradus superius enumeraueră. te. s. non stetisse: cecidisse: iacere: non resurgere. Qꝫ non stetisti leuitatis fuit: ꝙ cecidisti infirmitatis: ꝙ iaces voluptatis est: ꝙ non resurgis consuetudinis. Leuitas impellit. infirmitas prosternit. perimit voluptas. sepelit consuetudo. Primo fuisti arundo vento agitata. secundo foliū cadēs ab arbore. tertio factus est paralyticus grabato affixus. Nā que est differentia inter mortuū ⁊ semper iacentē. Quarto lazarꝰ in sepulchro quadriduanꝰ fetens obuolutus linteis tumulatus. Arundo fuisti qñ ad leuissimū serpētis sibilum te inclinasti. Foliū fuisti qñ spiritu habente potestatē ascendente super te locum tuū dimisisti. Paralysis autē est dissolutio. nihilq̃ magis hominē dissoluit q̃ voluptas. His tribus gradibus. s. leuitati: infirmitati: voluptati consuetudinē adiungens te fecisti quadriduanū. Tumulatus es et oppressus obstinatione. Hec est enī tumba que supponitur cadaueribus animarū mortuarum.

¶ De Cōsideratione q̄ penitentiā prouocat. C. CXL.

Valde ergo timeo ne nimiū speres: cum tamen non habeas plures rationes nimiū sperandi q̃ desperandi. Nam sicut maledictus cayn qui desperauit: ita maledictus omnis qui peccat in spe. Sed christiani dei misericordiam frequentius experti q̃ eius iram id est vindictam: cuius modo nō est tempus. facilius inclinat̃ animus in hanc dexterā q̃ in illā sinistrā quasi deus plus habeat misericordie q̃ iustitie: cum ipse sit vtraq̃ id est misericordia ⁊ iustitia. nec possit esse maior seipso. Si ergo co

gitas deum esse multum misericordem. cogita eum ꝛ tantũ esse iustum iuxta illud. Misericordiã ꝛ iudiciũ cantabo tibi dñe. ꝛc. Hec cogitatio pariet tibi timorẽ qui est initiũ sapientie. clauis iustitie. q̃ sola clauis reserat alarũ sepulchra. Ipse enim est angelus qui reuoluit lapidẽ ab hostio monumẽti. cuius aspectus sicut fulgur: ꝛ vestimenta eius sicut nix. Aspectus timoris est cogitare ꝛ intelligere terribilia. hec sunt maxime quattuor que semꝑ ponẽda sunt ante oculos mentis nostre. Judicij veritas. iudicis seueritas. tormentorum eternitas. ꝛ enormitas peccatoꝝ. Hec q̃ttuor sollicite cõsiderata faciunt eũm cõsiderãtis sicut fulgur. i. ardentẽ ꝛ rubenteꝫ: hoc est dolentem ꝛ pudentem. Iterũ ista quattuor sollicite cõsiderata faciunt vt vestimẽta considerãtis sint sicut nix. quia cũ peccator attente considerat quid meretur: si nõ peniteat. statim induit saccum penitentie rigentem algore continẽtie. ꝛ renitentem candore castitatis. que s. candor ꝛ rigor sunt due niuis proprietatis. Non enim dixit: ꝛ vestimẽta eius sicut lana alba: aut sicut lac: sed sicut nix inquit profecto significare volens. q꜄ si penitentia amara est ꝛ constringens ꝛ rigida. candida tamen est ꝛ cito resoluitur. quia breuis est quãtacũq꜄ sit temporis.

De Mala cõsuetudine abolẽda. C. CXLI.

Lamat tibi Jhesus voce magna. Lazare veni foras. exeundũ enim tibi est adhuc ligato. Quilibet enim sic sepultus ad cõfessionẽ consuetudinem etiam secum affert. sed nõ obstinationẽ. Alioquin nec ad confessionẽ veniret. Quomodo ergo te soluemus ab his vinculis. Recurrendũ est enim ad cõsuetudinis originẽ: que primo eradicanda est vt extirpata penitus eius radice. rami eius non repullulent. Ait enim Augu. in ii. confes. Ex peruersã voluntate fit libido: ꝛ dum seruitur libidini fit cõsuetudo. ꝛ dum cõsuetudini nõ resistit: fit tunc necessitas. que sunt quasi quedã ansule sibimet inexe cathenã facientes. vnde peccator constringitur. De hac cathena vel de hoc funiculo dicit apud Isaiam. Ve qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis. i. peccatum peccato addũtis. quasi filũ filo ad faciendum funem. Hic est funiculus triplex: qui difficile rumpit. Prima tortio huius funiculi fit ex illis duobus filis. s. peruersa voluntate ꝛ libidine. Secũda ex libidine ꝛ consuetudine. Et est in hoc funiculo triplex libido. q. bis tortum filum. Tertia vero fit ex cõsuetudine ꝛ necessitate. Quid est ꝑuersa voluntas. ꝑuersus animi motus ad appetendũ aliquid preter deuꝫ propter seipsum: ꝛ ex hoc peruerso motu iam ex pena peccati meretur vt illud sibi libeat. i. placeat. ad qđ appetendum se peruerse mouit. ꝛ ita sequitur libido sin peccatũ: ꝛ pena primi. Libido namq꜄ dicit a libendo. i. placendo. Ut quecũq꜄ nobis placent blanda quadã sui violentia vsuꝫ sui facile nobis extorquẽt. Nam que libenter facimus: si possumus facimus ꝛ frequenter. imo si possemus nunq̃ nõ faceremus. Sic ergo ex libidine est cõsuetudo: quia qui hunc cibum comedunt adhuc esurient. Nunq̃ enim porcorũ siliquis venter humanus poterit expleri. Quare vo ex consuetudine nascatur necessitas manifestum est. quia videlicet cõsuetudo est altera natura. O violẽta consuetudinis quanta est tua potentia que de libertate facis seruitutem de morbo cõplexionem. de voluntate necessitatẽ: de casualibus naturalia: de cõtingentibus impossibilia. Uis ergo enodare hunc funiculũ tam subtiliter q̃ velociter. Recurrere ergo ad primũ nodum qui fit ex peruersa voluntate ꝛ libidine ꝛ securus esto. q꜄ isto dissoluto dissoluent alij qui sequũtur. quia cessante causa necesse est cessare effectum. Nempe hic consistit tota vis huius funiculi. In alijs quidem nouissimus nodus primo soluendus est: ꝛ nouissime primus. hic autẽ econtrario. Auertãtur igitur a sensibus corporeis res ipsos sensus allicientes. ꝛ facile euertetur ab animo peruersa affectio que si auersa fuerit statim libido auersa erit. Unde seneca. Id agendum est inquit: vt irritamenta vitiorũ q̃ longissime profugiamus. Quis enim iuxta prostibulum viuat continenter. Quis taberne proximus viuat abstinenter. Quis inter forensia iurgia silenter. immo quis in seculo viuat sapienter. Qui enim socius est stulto: efficitur ei similis. Qui picem tetigerit nonne inquinabitur ab ea. Qui flamme se ingesserit: nunquid non inflammabitur.

De Fomẽtis libidini subtrahẽdis. ꝛ primo de ocio segnicie somno carne femina. C. CXLII.

Is ergo extinguere libidinem pone inimicicias inter te ꝛ mulierem. sufficiat tibi deceptaꝫ a serpente: te hactenus decepisse. Noli dare sanguisuge sanguinem ad sugendum. sed auelle eam a cute. velis nolis etiam semiplenam. Uis extinguere libidinem: amoue ligna ab igne ꝛ subtrahet incẽdiũ. Que sunt inquis ligna que nõ sunt strueñda in ignẽ hui⁹ hois rixosi. Innumerabilia eni sunt. pauca tñ ex eis in quibus ꝛ cetera possis recognoscere dinumerabo. Ista sunt ergo ocia: segnicies: somnus: caro: femina: vinũ: ꝓsperitas: ludus: carmina: forma: puer. De primo habes: Ocia corpus alunt: anim⁹ quoq꜄ pascit illis. Et Lucan⁹: Uariam dant ocia mentẽ. Et quidã de nostris: In desiderijs est ois ociosus. Et regula illa benedicti ait: Ociositas inimica est anime. Et quidã de patrib⁹: Nunq̃ inueniat te diabolus ociosum. De secunda habes: Querit egistus quare sit factus adulter. In ꝓmptu causa est desidiosus erat. De tertio ẽ illud apud catonis ethicã. Plus vigila semꝑ: nec somno deditus esto. Nã diuturna quies vitijs alimẽta ministrat. Deniq꜄ illa duo prima semper istud tertiũ comitant. Nemo eni potest esse somnolentus quin sit ꝛ ociosus ꝛ desidiosus. De quarto ait Aplꝰs: Bonũ est nõ mãducare carnem: ꝛ caro non prodest quicquã. De quinto quia infinita sũt exempla: sufficiat ponere solam mulieris etymologiã. Mulier inquit Uarro dicit a mollicie quasi mollier. Istud mollier intelligendum est dupliciter: id est actiue ꝛ passiue: tanq̃ si diceretur mollibilis: id est facilis ad molliendũ: vt ꝛ cito molliat ꝛ cito molliat. Nolo autẽ te ignorare q꜄ malleus similiter dicitur a molliendo: eo q꜄ ferrũ molliat. Ferreas mentes ait Hiero. ipsa libido domat. Et Claudianus Ferrea lasciuis mollescunt corda sagictis. Uides ergo quõ conueniant rationes etymologiarũ cum rationibus naturarum. Quid nõ mollit malleus. Quem non mollit mulier. igitur mulier est malleus Uere ipsa est malleus vniuerse terre: per quem diabolus ꝛ mollit ꝛ malleat vniuersum mundũ. Quomodo non cauisti tibi ab hoc malleo. Nonne ille est malleus qui tibi massam corporis vsq꜄ ad plumbeas extenuauit laminas: imo etiam qui assidue tundẽdo super te suaꝫ de te fecit incudem. Si ergo vis fugere ab hoc malleo exi de fornace ferrea babylonis: nisi forte qđ absit hui⁹ tã magni ꝛ tã grauis mallei tunsiones assiduas non formidas: qui ꝯtra proprietates alioꝝ malleoꝝ nihil glutinare potest. solidare nihil nouit. sed cũcta confringit: ꝛ omnia cõminuit. dissoluit vniuersa. Redi ergo redi ad crucem dñi baluldam. ꝛ noli partem tuam ponere cum pilato: qui malleator interpretatur.

De Uino ꝛ prosperitate C. CXLVIII.

Rãseamus autẽ ad cetera vitioꝝ irritamenta de vino quod posui post feminã est illud vinum in quo est luxuria Et poeta: Et venus in vinis: ignis in igne fuit. Unde eleganter ait Hiero. Uinũ in adolescentia bibere est oleum addere camino: ꝛ gladiũ veneno. De prosperitate legis apud Ouidiũ luxuriant animi reb⁹ plerũq꜄ secundis. Non facile est eq̃ cõmoda mẽte capi. Un̄ Aug. de Salomone. Secunde res que sapientiã animos fatigant plus obfuerũt salomoni q̃ profuit ipsa sapientia etiã tunc laudabilis: etiam nunc longe lateq꜄ memorabilis. Et ipse Salomõ in prouerbijs ait: Prosperitas stultoꝝ perdet illos. Unde Juuenalis: Prima peregrinos obscena pecunia mores. Intulit ꝛ turpi fregerunt secula luxu. Diuitie molles. Sicut autẽ prosperitas attrahit ad peccatũ: sic plerũq꜄ aduersitas retrahit a peccato. Unde Grego. Aliquãdo nos mundus retrahit a deo. nunc tantis aduersitatibus plenus est: vt nos mittat ad deum. Ecce eni dñs sicut promiserat ꝑ prophetam: sepiuit vias tuas spinis: vt semitas tuas non inuenires ꝛ post amatores tuos non curreres. quomodo ergo non dicis: Uadam ꝛ reuertar ad virum meũ priorem: quia mihi bene erat tũc melius q̃ nunc. Quare non conuenis diabolum de conuẽtione quam tecum iniit: ꝛ de federe quod tecũ percussit. ꝛ proponis ei hanc dissunctam. aut mihi da diuitias ꝛ voluptates quas mihi pepegisti te daturum si tibi seruirem. aut ibo ad talem dñm qui mihi eas dabit ꝛ non solum ad satietatem: sed etiam ad cumulum. O q̃ conuenientissime hec ei proponeres. Ista enim promittit non solum tibi: sed cuilibet eius dominio submittẽ se volenti. iuxta illud Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Ecce qui cadens adorasti: ꝛ adorans eum cecidisti. Aliter enim non adoratur nisi cadendo: cui non seruitur nisi peccando. At quod tibi promiserat nõ dedit. mentitus est enim. Quid putabas eum posse verum dicere nõne ipse mẽdax est: ꝛ ab initio in veritate non stetit. quomodo huius dñi sedifragi exactoris seuissimi intollerabilem tolleras seruitutẽ. Miror tamẽ vehemẽter vnde suppetant seruitutis expense non habet vnde suaꝫ paupertas pascat amorem: non habes vnde tuum pascis sitibũde furorem. Unde tuum. Considero eni q꜄ ex quo huic dño seruire cepisti. nunq̃ tibi prospere cessit: sed recessit omnis prosperitas. successit aduersitas. accessit calamitas. infelicitas quoq꜄ modum excessit. Nunc collige breuiter: q̃ infelix ei seruias: paup: egenus: inops

pallens: exanguis inanis. Exes: cibo: rede: frigore: peste: fame. O onerosa seruitus: o amara subiectio: seruire. s. ⁊ egere famulari ⁊ tribulari: humiliari ⁊ conculcari. Deus bone quid amarius: quid onerosius: paupertate plena peccatis: ⁊ peccatis plenis pauperie. Audi ergo consiliū meū. Falle illū qui te fefellit: mentiri ei q̄ tibi mentitus est. Desine ei seruire qui nō solū sicut promiserat tibi nō seruit: sed etiā contra te seruit sic arte deludat arte.

C De Ludo ⁊ carmine ⁊ forma ⁊ puero. C. CXLIIII.

Equitur de ludo in quo noīe intelligo oēm iocum est autē oīs iocus fomes libidinis. Unde ⁊ verus dicit iocosa: de qua sic ludit ille suus familiaris. Nō solet in mestos illa venire choros. Post ludū enim posui carmina: in quo nomine omne melos musicū comprehendo siue hat instrumento: siue humana voce. Unde Isaias. Cithara ⁊ lira ⁊ timpanū ⁊ tibia ⁊ vinum in cōuiuijs vestris ⁊ opus dn̄i nō respicitis. Quomodo enim opus dn̄i. i. veritatis: respicietur: a quibus tot opera vanitatis: non solum aspiciuntur: sed etiam exercentur. Et Ouidius. Multis pro forma vox sua blanda fuit. Aiunt phisici. Nihil potētius ad eneruandū animum q̄ lenocinium melodie. Unde ⁊ quidā demones illa capiuntur: sicut dicitur de saule arreptitio: ⁊ dauid citharista q̄ videlicet ille melius habebat quando iste psallebat: ⁊ Apollini delphico inuenti sunt ludi musici. ⁊ ille optim⁹ musicus ⁊ theologus ⁊ poeta ⁊ citharista orpheus suā libidinē citharizādo prosecutus est vsq̄ ad infernū. In huius iterū rei argumentum accipe q̄ difficile inuenitur aliquis leuis vocis ⁊ grauis vite. Quippe cū vocis leuitas cantum desiderat. at vite grauitas planctum. Uidi infinitos tam viros q̄ feminas tanto peioris vite quāto melioris vocis. Sed vt nostris parcam tēporibus. nero producatur in mediū de quo refert Suetonius in libro de vita cesarū. q̄ adeo delectabat in cantando: vt nec repentino motu terre ante cantare desisteret q̄ inchoata finiret. Refert etiā eum multotiēs supinū iacere solere: ⁊ pectori suo laminam plumbeā superponere causa videlicet vocis conseruande: ⁊ abstinere a ponus ⁊ a c his officientibus ⁊ nunq̄ aliquē aduocare nisi aut per aliū: aut voce submissa. vnde dictū esse illud apud Iuuenalem. Uox blanda ⁊ nequam digitos habet. Ecce inuenimus hominem vocis blandissime ⁊ vite pessime. ⁊ quoniā exemplorū supabundat copia pergamus ad alia. Sequit de forma quā semp duo pericula comitant. Et illa eadē que vocem blandā: sc3 supbia ⁊ lasciuia. Unde ouidius in li. fastorū. Fastus inest pulchris: sequiturq̄ superbia formā. Et iuuenalis. Rara est cōcordia forme atq̄ pudicicie. ⁊ iterū ouidius. Lis est cū forma magna pudicicie. Nec damno dona nature: sed curiositatē ⁊ vanitatē: quas indiuiduas ⁊ quasi etiā naturales secū ducunt comites. Sequitur de puero quē etiā peccati fomitem appellaui. s. ea cōsideratione qua ⁊ mulierē. Quantū enim periculi sexus affert in muliere: tantū etas in puero. De illa sic ait varro. Mulier quasi mollier. De isto ait naso. Puero inde est etas mollis. De illa virgilius. Uariū ⁊ mutabile semp femina. De isto oraci⁹ Cereus in vitiū flecti. Periculosa eni est etas pueri: periculosiorq̄ societas piculosissima vo familiaritas. Unde legit in vita patrum nō habendā esse familiaritatē cū femina ⁊ puero: vbi additur. vl̄ heretico. Hec ergo oīa sunt irritamenta vitiorū. hec sunt incitamenta voluptatis tormēta castitatis. Hoc oleo: hac pice: hac stupa: hac napta. his malleolis. his sarmētis incenditur fornax babylonis. Uis ergo fugere voluptatis incendiū: fuge omne hoc genus fomitis.

C Q Ab his oībus refugiū sit vita claustralis. C. CXLV.

Ed quo fugies a facie istorū. Totum circūspice mundū: vbiq̄ diabolus hamū peccati aliquo fomite delectationis inescat. Fugiendus est ergo mundus. vt eius cōcupiscētie fugiantur. Alioquin si in mundo remanere volueris nec abscissis manibus: nec trūcatis pedibus: nec effossis oculis: eo q̄ scandalizauerint te: scandalo non carebis. Relinquitur enim aliquid ⁊ aurib⁹ ⁊ narib⁹ qd̄ eas scandalizet: ⁊ p eas aīuz. Igitur qn̄ quidē nec sine mēbris officialib⁹ possumus viuere. nec illis scandalizātibus bene viuere. necessario querēdus est locus nō tam corporib⁹ q̄ moribus salubris. vbi corporeū sensuū nō carētes officijs illorū scandalis careamus ⁊ q̄s locus ad hoc idoneus nisi claustrum. vbi pax includitur: honestas clauditur: excludit voluptas: secluditur libido. De quo loco scriptū est. Melius est sedere in angulo domatis q̄ cū muliere litigiosa. Angulus est cōcors cohabitatio claustraliū in quā ipsi claustrales de diuersis hoīum generib⁹ tāq̄ de diuersis parietibus cōcurrentes ⁊ habitantes vnius moris in domo vnitatis. seruantes vnitatem spiritus in vinculo pacis felici diuenit experientia. q̄ bonū ⁊ q̄ iocundum sit habitare fratres in vnum. Mulier enim litigiosa: vel omnis ad litteram mulier est: vel ipsa caro: vel vita muliebris: vel societas cum amatoribus mollis: ⁊ muliebris vite. Quodlibet enim istorum semper rixam mouet viris spiritualibus. O q̄ conuenienter rixandis vt dicitur appellata est illa captiua muliercula: que te captiuū trahit. ipsa enim est diabolus: qui dicitur rixobaldus qui semper rixam alit. Nam ⁊ hoc nomen legitur esse proprium cuiusdam demonis. Fuge ergo frater dilectissime: fuge rixam quam tibi mouet rixobaldus iste per illam rixandam ⁊ redi ad claustrum tutum locum pacis ⁊ quietis. amatorem silentij rixeq̄ persecutorem. Redi frater redi a mundanno circuitu: in quo impij ambulant. quem semper leo rugiens circuit querens quē deuoret. ad claustralem tetragonū: vbi mirabiliter fabricante prudentia. columne iustitie super bases fortitudinis cemento temperantie firmissime solidate. spei epistilia infatigabiliter sustinētes: ⁊ per interualla discretionis seriatim disposite charitatis latera. i. latitudinem in humilitatis angulos. s. angustias linearīter consūmantes et ab eisdem incipientes vite ordinatissime pulcherrimam stabiliunt quadraturā. arridente in medio tetragoni ad cumulum decoris prato diuinarum scripturarum medicinalibus ⁊ imarcessibilibus iocūdarum sentētiarū flosculis plenissime referto. Redi ergo frater redi de fornace ferrea ad claustri refrigeriū: vt in loco amenissimo: sub dn̄o humanissimo: ihesu christo pijssimo: voluptuose trāsigas pn̄tis huius miserie calamitatem.

C Q Post votum vite claustralis nulla iam patet alia. C. CXLVI.

Ed dicis Nunquid nō est alia vita q̄ ducit ad deum q̄ claustralis? Est plane: sed non tibi. Antequā enim hanc elegisses: plures tibi alie patebant. Quādo autē de pluribus hanc vitam tibi elegisti: de omnibus vnam fecisti. Quid ergo inquis Nūquid soli claustrales saluantur: aut oēs pereunt seculares? Sane neutrum. Sed isti soli facile saluantur: illi omnes difficile. Cur hoc nisi quia tutior est ab incēdio remotus ab igne q̄ proximus igni. Frater non tibi persuadeat malesuada cogitatio: te quod vouisti non debere reddere: quia videlicet non sub sancto benedicto probationis annum perfecisti: nec sub sancto augustino saltem dimidiasti dies tuos. sed dixisti in dimidio dierum tuorū Uadam ad portas inferi. Interroga conscientiā tuā. Nescis cū quo mercatore otractū inisti. cū eo. s. qui nescit fallere: qz iustissimus est. cui⁹ nō est posse falli qz sapientissim⁹ ē. Cui nemo potest resistere: qz fortissim⁹ est. Quē nemo potest corrumpere: qz optim⁹ ē. A quo nemo potest fugere: quia vbiq̄ est. Prius eni otraxeras cū diabolo: qn̄ ei a teipso venūdat⁹ eras sub peccato. Tūc vo otraxisti cū dn̄o miro mō distrahēs ei qd̄ ante distractionē suū erat: ⁊ tuum post futurū. Nemo autē suus erit. i. sui iuris: donec ei se vēdiderit: a quo iam redemptus est. Uis scire qualis fuerit ille otractus inter te ⁊ dn̄m. Distraxisti teipm dn̄o: subtrahēs te seculo: retrahens te a peccato: abstrahēs te ab inferno: extrahēs te a luto: contrahēs te in claustro. Trahēs post te diabolū: attrahēs ad te dn̄m: ⁊ ab ipso postea ad celū ptrahēdus. Porro in huius distractionis. i. vēditionis preciū eternā beatitudinē tibi dn̄s ofirmauit. hac cōditione. s. vt ei pseuerares. an modicū tibi videbat preciū quod eras accepturus. Sed nō sunt cōdigne passiones huius tpis ad futurā gloriam que reuelabitur in nobis. Quare ergo frater contractum istum tibi saluberrimū vtilissimum ⁊ iocundissimū fide non persequeris. Q si negare volueris: testes contra te velis nolis erunt: quicūq̄ capitulo illo tunc affuerunt.

C De Differētia voti solēnis ⁊ simplicis. C. CXLVII.

On nego me inquis hoc mō vouisse. Sed nunquid vouisse talit ē vouisse solēniter ⁊ nō magis simpliciter? Nullo mō. Sic eni distinguit inter vota simplicia ⁊ solēnia. Uotū illud simplicit fit: qd̄ vel fit ⁊ silentio: qn̄. s. deliberatio sola sinib⁹ cordis otēta est. i. nō prorumpit foras in vocem. vel si prorumpit nullo presente: vel paucis presentibus. ⁊ hoc extra ecclesiam: ⁊ habitu pristino nondū mutato. tale votum dicitur simpliciter factum: vel simpliciter prolatum: vel simplex solum. Illud autē dicitur solenne quod fit coram multis. Uel si coram paucis sed grauibus personis: ⁊ in ecclesia: vel in manus presbyteri etiam extra ecclesiā: vel super reliquias. Uel (vt breuius dicam) duo sunt que faciunt maxime votum solenne. Loci sanctitas: ⁊ persone auctoritas. Auctoritatem appello hic ordinis dignitatem. Solēniter autem vouetur in omni ecclesia: etiam sine presbytero: si tūmodo assint aliqui: quorū testimonio vacillare nō

permittat sexus aut infirmitas: aut etas: aut infamia. Solenniter autem vouetur coram omni presbytero: etiam extra omnem ecclesiam. Tu autem vouisti coram multis et grauibus personis: id est conuentu copiosissimo et religiosissimo et coram etiam abbate et ecclesia quia in capitulo. Neqȝ eni capitulū nō est pars ecclesie: aut qđ in capitulo fit in ecclia nō fit cū in toto corpe ecclie pter illū vbi altare ↄstituitur null⁹ loc⁹ sit sanctior capl'o: null⁹ reuerētia dignior: nullus diabolo remotior: null⁹ deo ꝓximior. Ibi eni ꝑdit diabolus qcqđ alibi lucrat'. Ibi deo restaurat obedientia quicquid alibi illi subtraxit vel negligentia vel contemptus. Uides igitur qꝫ quecunqȝ cooperantur ad votum solenne in illo voto concurrūt quod fecisti nouicius in ordine cisterciensium. Nondum enim venio ad illud votum quod fecisti in ordine premonstratensium.

ℭ Tempore beati benedicti non mutabant habitū secularem nouicij. C. CXLVIII.

Tempore autē beati benedicti alia consuetudo erat recipiendi et probandi nouicios qȝ modo. Tunc enim nouicij nec mutabant habitū proprium: nec tonsuram monachi accipiebant donec monachi fiebant: quod adhuc precipitur in canonibus. Unde miror qua fronte nostri temporis abbates hanc consuetudinem ausi fuerint immutare. Sed arbitror qꝫ ad terrorem incutiendum: et pudorē magis enī verecundatur aliquis reuerti ad seculum seculari habitu cum crine deposito qȝ si nullum istorum reliquisset. Quod autem nouicij non mutabāt habitū suū tpe beati benedicti anteqȝ deberēt fieri monachi ꝓbo ex textu illius regule. In illo enī capitulo qđ sic intitulat' de disciplina suscipiēdoꝝ fratrū: sic in fine legit'. Mox exuat' in oratorio reb⁹ ꝓprijs quib⁹ vestitus est: et induat' reb⁹ monasterij. Et subsequēter. Illa vō vestimēta quib⁹ exut⁹ est reponant' in vestiario: vel si qñ suadēte diabolo ↄsenserit vt egrediat' de monasterio qđ absit: tunc exutus reb⁹ monasterij ꝓiciat'. Libere ergo tūc poterat dici nouicio. Liber discede quādo nec mutato habitu pristino: nec tonsura suscepta nullo voto tenebat' apud ecclesiā: sꝫ tñ apud deū. Quod enī ibi dictū est: liber discede subaudiēdū est quātū ad nos qȝtū aūt ad deū liber nō discedebat. Plures aūt scandalizat claustralis refuga ex dimissiōe habit⁹ qȝ ex fractiōe ꝓfessiōis. Frāgēdo enī ꝓfessionē illos solos scandalizat quib⁹ se ꝓfessiōe ↄiunxerat. Dimittēdo vō habitū illos oēs scandalizat a quibus se disiunxerat eius susceptiōe. totum ergo seculū. Quid tibi nunc animi frater plus nomine qȝ re: quid tibi nunc animi. Si enī consolatio abscōdita est ab oculis christi: qr inter fratres infernus diuisurus est: quanto magis abscōdēda est ab oculis ipsoꝝ fratrū: ne forte inter eos non diuidat. Obsecro ego te frater dilectissime ꝑ viscera misericordie dei nostri in qb⁹ visitauit nos oriens ex alto: vt collabores mecum: ne infernus diuidat inter nos. Cur enī nati ex vno carnali vtero: et ex vno spirituali renati: vno inferno diuidamur. Uel etiā vt melius dicā ne diuidat inter hos et christum qr ei⁹ ꝓcioso sanguine redēpti sumus. Expliciūt flores helinādi monachi viri boni religiosi: honesti: et sancti: ac vita precipui.

ℭ Liber Tricesimusprimus. Incipit.

ℭ De Imperio friderici imperatoris secundi et de expulsione ottonis imperatoris. C. I.

Cum aūt quodā tempore corpusculū eius feruorē spūs iā amplius sustinere nō posset decidit in egritudinē magnam. Adeo enī pius pater filiā suam quā diligebat discipline flagello subdidit: q̄ membra corporis eius mirabiliter torquebant. Nā quasi in circulū brachia pre dolore agitabant: ⁊ manibus pectus tundere cogebatur. Cum aūt ad tempus paululū quiesceret vis infirmitatis tunc reuersa ad se cum magno gaudio dn̄o gratias agebat: qui flagellat omnē filiū quem recipit. Postq̄ aūt tanq̄ aurum in fornace hac infirmitate electam suā probauit dn̄s excocta ad plenū ⁊ elimata tātam postea in ieiuniis ⁊ vigiliis ⁊ aliis laboribus a dn̄o fortitudinē obtinuit q̄ tertiam ptē laboris eius etiā fortes homines vix valerēt sustinere. Aliqn̄ tñ cum aliquis ex amicis suis aliquo grauamine laboraret: vel alicui tentatiōi succūberet: tūc ipsa cū infirmātib⁹ infirmata est: ⁊ cū scandalizatis vehementi dolore vrebat. Et tunc plerūqꝫ morbū predictū in aliquo membrorū suorū particulariter sentiebat. Statim aūt nouo ⁊ mirabili curatiōis genere vocato aliquo sacerdote cū digito crucis signū super locū infirmitatis sacerdos faceret. quasi virtutem sancte crucis expauescens infirmitas: ad locū alium fugiebat. Facto vo iterum atqꝫ iterum crucis signaculo: vagus morbus ac profugus: expectare pondus crucis diutius nō audebat sed tandem mirabili ⁊ inaudito venerationis genere a corpore ancille crucifixi virtute discedebat. Intuens enim oculo fidei in serpētem eneum a serpentini morbi morsibus liberata: deo ⁊ sancte cruci multiplices referebat gratias.

C De timore illius casto ⁊ amore paupertatis. C. XXIX.

Erat aūt ei timor castus in corde tanq̄ falcis pectoralis que cogitationes cōstringeret in ore tanq̄ frenum qd̄ linguā reprimeret: in opere stimulus ne pigricia torperet: in omnibus regula ne modū excederet. Timor enī iste tanq̄ scopa purgabat cor a duplicitate: os a falsitate opera vo ab omni vanitate. Nunq̄ enim verbū secularem ab ore eius memini me audisse. Uix aūt vnicā clausulam loquendo diceret quin christum quasi cōdimentū interseferet frequent. Adeo enim timor dn̄i sanctus mentē eius occupauerat: q̄ cū esset apud vuillenbroch iuxta niuellam tñ herbas que nō seminant: ⁊ alia etiam sponte nascentia frequenter colligi faciebat vt inde sibi pulmentum faceret: ne forte captū a bestia. i. elemosynas quas dominus ł proforꝫ raptores ⁊ feneratores dare solent manducaret. Tantū autē ex spū timoris amorem cōceperat paupertatis: q̄ etiā necessaria vix retinere volebat. Ut quadā die fugere proposuit: vt inter ignotos ignota ⁊ despecta hostiatim mendicaret. Assumpto igit̄ secū sacculo in quo elemosynas reponeret: ⁊ cipho paruo vñ aquam biberet: vel forte pulmentū si daret ei dum mēdicaret reciperet: veterib⁹ pānis induta: vix multis amicorū suorū lachrymis tandē potuit retineri. Fecit ergo qd̄ potuit. In tanto aūt postea amore paupertatis permāsit vt aliqn̄ mappā supra quā panē ponebat vel lintheamina secaret ptē sibi retinendo: ptē paupib⁹ erogādo. Nō solū aūt ex spū timoris diuitias cōtemnebat: sꝫ paupertate spūs in oculis suis modica erat. Ex abundanti aūt humilitate quātū in ipsa erat latere appetebat. Unde cū ex cordis iubilo ⁊ plenitudine grē intra se occultari nō posset: quandoqꝫ ad vicina rura vł dumeta fugiebat: vt hūanos declinās oculos secretū sibi ⁊ deo in arca pure cōscie reseruaret. Quādoqꝫ tñ precib⁹ amicorum cōpulsa: vel a domino ad aliquē specialiter missa: vel affectu compassiōis vt consolaret pusillanimes incitata ex multis q̄ sciebat paucaq̄ cū humilitate ⁊ verecūdia reserabat. Quē enī familiarū suorū in periculis nō premunivit. Occultos malignorū spirituū laqueos a[illegible]

quotiens amicis suis dederit. Quotiens pusillanimes et in fide vacil
lantes diuine reuelationes miraculis corroborauit. Aliquo enim tem
pore dū quereremus vtrum de laudibus humanis seu reuelationi
bus diuinis aliquam saltem titillationem vane glorie sentiret: respō
dit inquit vere glorie quā desidero nil est: vel refutari potest omnis
humana gloriatio. Ita omnem mundanam gloriam: omnemq; hu
mane laudis vanitatem pre dulcedine eternorum bonorum non so
lum non admittebat: sed cum quadam cordis abominatione respue
bat: christi enim dulcedo totam eius mentem adeo vendicauerat ꝙ
nil nisi christus ei sapiebat.

De Pietate eius exemplū. C. XXX.

Non solum autem per spiritum timoris ab
omni specie mala sibi cauebat:
sed etiam spiritu pietatis ad omne bonū prona erat. Sa
tagebat igitur pro posse suo omnia misericordie opa ex
abundanti pietate adimplere: et super omnia infirmis assistere et de
functorum obitui seu sepulture interesse consueuerat: vbi multa de
arcanis celestibus domino reuelante frequētissime percepit. Quā
dam autem die cum quedam soror fratrum de oegnies in extremis
laboraret: illa cum esset in cellula sua percepit multitudinem rugien
tium demonum circa lectum sororis infirme. Cumq; iam pro ea fie
ret commendatio quā putabant esse mortuam: tunc illa mansuete
grauitatis et mature verecundie quasi oblita ad lectū egrotantis cu
currit: et immundis spiritibus se opponens: non solum eos precibus
oppugnabat: sed etiam pallio suo tanq̄ muscas abigebat. Cū vero
impij illi terribiliter resisterent: et tanq̄ suam sororis animā vendica
re vellent: tunc illa amplius ferre non sustinens clamabat christum
suum: sanguinem christi quem pro animabus suis effudit: mortem
q; crucifixi incessanter inuocabat. Cū autem rugientes illi prepara
ti ad escam multis calumnijs animam illam impeterent: ipsa tandē
a spiritusancto fiduciam concipiens nam vbi est spiritus domini ibi
libertas: respondit. Domine pro hac anima fide iubeo: licet enim pec
cauerit: peccata tamen sua confessa est. Q; si forte aliquid per negli
gentiam suam vel ignorantiam in ea remansit: licet loqui non possit
adhuc tamen contritionis tempus ei reliquisti. Fratres enim tantū
vocem eius et gestus contra demones percipiebant: et dn̄o ꝓ anima
sororis sue deuotas orationes effundebant. Tandē victis et cōfusis
demonibus: et sanctis angelis aduenientibus: illa deo laudes reddēs
ad se reuersa quieuit: resumptoq; pallio qd̄ in pugna proiecerat ad
ad cellulā suam cum verecundia fugiens clauso hostio latuit. Non
multum post tempus in festo apostolorū petri et pauli cū ꝓ anima
deuote supplicaret: et de statu eius ꝓ q̄ fideiusserat sollicita esset ostē
dit ei beat⁹ petrus aīam illā in penis purgatorij vehemēter afflictā.
Reuelauit aūt ei beat⁹ petrus et penas et penarū causas. Uehemēter
eni calore torquebat eo ꝙ mūdū et voluptates seculi nimis ardēter
amasset. Aliquādo vō frigore maximo cruciabat: eo ꝙ pigra ad bo
nū fuisset: et maxime qz filios suos ꝑpriāq; familiā nimis negligen
ter correxisset. Siti pretea miserabiliter anxiebat eo ꝙ in vita sua ni
mis vacasset potationib⁹. Nuditatis etiā eo ꝙ superflua fuisset in ve
stib⁹ maximū sustinebat incōmodū. Tūc pia christi ancilla sicut to
ta pietatis visceribus affluebat maxie circa illos q̄ in purgatorio tor
quebantur: nō solū suis orationib⁹ cōtēta ē: sed multa etiā illi ab alijs
orationū et missarū suffragia acquisiuit.

Iterum Exemplū de eodē. C. XXXI.

Alia enim vice cū religiosa quedā vidua q̄ diu in san
cta viduitate deo seruierat: et filias suas in san
cta virginitate sponso celesti integras custodiebat: in ex
tremis apud vullēbroch iuxta niuellam laboraret: vidit
beatā virginē vidue assistētē: q̄ q̄si quodā flabello euētādo eā feruo
rē caloris quo torquebat misericordit tēporabat. Cū autē eius ani
ma de corpore iaz egredi vellet: turba demonū insidiantiū nulla ora
tionū instantia discedere voluit: donec claniger ethereus cuz vexillo
crucifigi cōfusos illos eiecit. Cū autē vidua illa iā defuncta esset vi
dit ancilla christi beatā virginē cū multitudine celestiū puellarū psal
lentiū deūq; laudantiū quasi in duos choros diuisarū. Cuz aūt sacer
dos more debito exequias defuncte ꝑsolueret: tūc summus sacerdos
cū sanctorū multitudine officiū vt videbat ei cōplebat: et mirabiliter
ecclesie militāti ecclesia triūphans respondebat. Cū autem sepulture cor
pus traditum esset: vidit christi ancillam animam eius: que nondū
in hoc seculo plane purgata fuerat: in purgatorio qd̄ ei deerat psum
mare. Nā marit⁹ eius mercator fuerat et q̄dā more mercatorū ꝑ frau
dē acq̄sierat. Quosdā etiā de familia ducis louanie in hospicio rece
pat q̄ de iniuste acq̄sitis multa ī domo sua expēdebāt. Et qz de hui⁹
mōi nōdū ꝑfecte restitutionē fecerat: dicebat se adhuc ī purgatorio
detineri. Quod cum nunciatum est filie sue virgini deuote margari
te de vullembroch et eius sororibus multas ei orationes acquisie
runt et pro posse restitutionem fecerunt. Unde non multū post ani
ma vidue vitro purior niue candidior: sole splendidior apparuit an
cille christi: cuz iam ad eternas epulas gaudēs et gratias agens ascē
dere vellet inuitata: et quasi librum vite vt videbat in manib⁹ tenēs
summi magistri facta scholaris legebat.

Iterum De eodem. C. XXXII.

Cum autem sanctus quidam et beatus se
nex qui a puericia sua in ino
centia et virginitate perseuerauerat: iam morti propinq̄
us esset. s. iohānes de dinanto cognomine oxolantus q̄
omnia pro christo reliquerat: et exemplo suo et admonitionibus san
ctis multas animas dn̄o acquisierat: ipsa cum pr̄o ei ī infirmitate as
sisteret: vidit multitudinē angelorum seni assistentem et gaudentem.
Sensit aūt mirabilem suauitatis odorem: vnde pre gaudij īmensita
te non poterat se continere. Ualde enī eum diligebat et quasi pro pa
tre eum habebat. Et tunc reuelatum est ei a spiritusancto ꝙ senex il
le qui tantam prius diu vixerat in carne fecerat: tot etiā pro christo
opprobria et persecutiones patienter sustinuerat: tam iuste et timo
rate vixerat: tot etiam aīas christo lucratus fuerat absq; omni pur
gatorij molestia liber ad dn̄m euolaret. Unī ipsa quotiens ad sepul
chrum eius qd̄ est apud oegnies pertransibat: semꝑ humiliter incli
nabat. Postea vō cum ipsa in extrema infirmitate laboraret: anima
sancti senis cum quodā alio amico suo defuncto. s. fratre ricardo de
manachinc apella causa visitatiōis et consolationis spāliter missa ē
ei a dn̄o. Ipsa aūt christi ancilla valde compatiens erat et super īfir
mos pia gestās viscera: circa quos aliq̄n noctes ducebat insomnes.
Cum aūt mater fratrū de oegnies grauissima et longa infirmitate la
boraret: et ipsa aliq̄n vt consolaretur eam ei assisteret illa vtpote annis
fere centenaria et morti iam propinqua grauissimū habebat anheli
tum. Cum aūt sancta mulier quadam nocte eius anhelitū sine ma
gno dolore cordis ferre non posset: ipsa assistens ei prope quasi per
violentiam a se extorquebat vt maneret. Cumq; iam amplius ferre
non valens fere deficeret: respexit dn̄s humilitatem ancille sue: et ei
saporem quasi vini aromatici in os eius infudit: odoremq; suauissi
mum quasi thuris accensi cum sapore illo fere per tres dies sensit.
Itaq; nullius cibi sapor predictum saporem aromaticum poterat
expellere. Multis autem egrotantibus non solum eius p̄ntiā domi
nus consolationem et patientiam conferebat: sed frequenter corpo
ralem sanitatem eius meritis dn̄s reddebat.

Iterum De eodem. C. XXXIII.

Sed cur immoramur circa modica cum adhuc re
stent magna et mirabilia. Licet enim pi
um sit corporū morbis subuenire: longo tamen et incō
parabiliter maius est aīarū sanitati curam īpendere. Nul
lum enim sacrificium magis placet deo q̄ zelus aīarū. Ipsa aūt sem
per leta semper hilaris: semper in cordis iubilo permanebat: nisi q̄n
periculū vel lapsus aīarum mentē eius perturbauit. In hoc solo vt
cius pace loquar modū non habebat lugebat anxia: dolebat desola
ta: cibū non capiebat: somnū ab oculis suis abigebat: more parturiē
tis plerumq; clamabat: quanto putas vulnerata est dolore q̄n exter
natum rueret rugientes et dentib⁹ frendentes demones sup sancta
rum virginū congregatione in villula que dicit̄ niuiti: vbi deo de
uote seruiebant. Ad vltimū vō q̄n tanq̄ voti compotes impios et in
uidos demones pre gaudio videret tripudiare pro sanctarū mulierū
electione: tūc ipsa clamās et eiulans vix seipsam pre dolore poterat
sustinere. Alia die vidit maximū iniquorū spirituū exercitū qui q̄si
post praeliū cruentati cū superbo et pomposo strepitu de vastatione
ciuitatis leodiēsis reuertebant̄ et adhuc maiora mala elato vultu cō
minabant̄. Nec multo post venerunt nuncij apud oegnies qui ciui
tatem leodiensem destructā esse nunciauerunt: et ecclesias spoliatas
mulieres et oppressas: ciues interfectos: vniuersaq; ciuitatis bona ho
stes rapuisse referebant. Tunc forte apud oegnies pr̄o erat vir san
ctus honeste conuersationis: et bone etiaz apud malos opinionis: to
tiusq; patrie lucerna: doctor et pater spūalis magister. s. iohannes
de niuella: qui cū rumores pessimos percepisset: mente consternatus in
comparabiliter doluit: et maxime de sanctis virginib⁹ q̄s ipse ꝑ p̄dica
tionē et exemplū dn̄o acquisierat: ne forte vi oppresse fuissent sicut q̄
dam mentiebant̄ paterna sollicitudine dubitabat. Nō enī multum
de tꝑaliū amissione doluit qui semꝑ temporalia tanq̄ stercora reputa
uit: sed de ecclesiarū violatiōe et aīarū destructiōe. Ancilla vō christi
audito rumorib⁹ imperturbata permanebat absq; etiā timore sancti
angelis eum cōfortantib⁹: et in terra pacem hominib⁹ bone volūtat.

nunciantibus. Magnam vero pacem ꝛ quietem circa domuꝫ de oe
gines sentiebat: quasi in spiritu certificata: ꝛ de pace suorum ꝛ de in
corruptiõe predictaꝝ sanctarũ virginũ. Verũ tamen videbatur ei ꝙ
terra tremere ꝛ quasi conquereret ꝙ pasceret hoĩes qui creatori suo
tam immani scelere se opponerent.

Item de eodem. C. XXXIIII.

Ecidit aũt aliqñ ꝙ q̃dã cisterciẽsis monachus
tantũ zelũ innocentie ꝛ puritatis licet nõ
sm sciẽtiã haberet: ꝙ quasi ad statũ primi parẽtis ex fer
uore spũs peruenire nitebat. Cumq; diu labore plurimo
se casso sese affligendo in abstinentiis ꝛ vigiliis: in orationibus ꝛ la
chrymis primũ statũ recuperare non valeret innocentie: primo ceci
dit in tediũ ꝛ accidiã. Volebat enĩ cibaria sumere sed nullã sensibi
lẽ delectationẽ dũ manducaret sentire. Studebat autem primo sen
sualitatis motus non solũ reprimere: sed penitus extinguere. Stude
bat etiã sine aliquo veniali vitã suam in perfecta puritate custodire.
Cũ autem demonio meridiano instigante aspiraret ad impossibile:
nec ad id ad quod tendebat: posset aliquo modo quãtũcũq; laborã
do peruenire tandem in foueã desperationis pre tristitia lapsus est
adeo ꝙ in statu corruptionis in quo erat se nullo modo salutẽ adi
pisci speraret: vtpote qui venialia quibus in hac vita carere nõ pos
sumus mortalia reputabat. Unde nec corpus christi aliquãdo etiaꝫ
in diebus illis quibus institutũ est in ordine volebat recipere. Cũ au
tẽ morbũ eius anime quidã pius ꝛ oĩum bonoꝝ amicus abbas co
gnouisset: ad ancillã christi monachũ fecit adduci. Cũq; illa ꝓ mõa
cho lachrymosis suspiriis dño supplicaret: mirũ in modum dũ ante
misse introitũ monachus ꝯfiteor diceret: ꝛ illa instãtius ꝓ eo preces
funderet quasi nigri lapilli ad singula verba ꝯfessionis ex ore mona
chi cadere videbant. Tũc illa percipiẽs in hoc visu ꝙ obstinatio de
sperationis ꝛ nigredo tristitie ꝛ doloris monachum reliquissent: do
mino gratias retulit: qui nõ vult mortẽ peccatoꝝ sed magis vt con
uertantur ꝛ viuant. Monachus vero post missam quasi de longin
qua regione ad se reuersus corpus christi recepit: ꝛ sumpta salutari
medicina perfecte conualuit.

De spũ sciẽtie ꝛ discretiõis quẽ habuit. C. XXXV.

Uoniam autẽ fugiendo mala ꝑ spũ timoris
ꝛ faciẽdo bona ꝑ spũ pietatis neces
saria est cautela ꝛ circũspectio discretiõis: pater luminuꝫ
cuius vnctio docet nos de omnibus spiritu sciẽtie filiaꝫ
suã illuminauit: vt. s. sciret quod ꝛ quẽadmodũ esset agenduꝫ vel vi
tandũ: ꝛ omne sacrificiũ suũ sale cõdiret. Mala enĩ sunt vicina bo
nis: ꝛ plerũq; dum vitamus vnũ vitiũ labimur in contrariuꝫ. Aliqñ
autẽ cũ dulcine ꝛ suauitate: quasi vnus spiritus facta cũ deo amoris
glutino ei adhereret: audito extraneoꝝ aduentu ne forte aliquẽ scan
dalizaret: a suaui illa contemplationis iocunditate amplexibus spõ
si sui vim sibimet inferens: spiritũ suũ cuꝫ tanto labore auellabat: ꝙ
sepe quasi ruptis visceribus sanguinem purũ in magna quãtitate
euomebat vel ꝯspuebat: malẽs hoc affligi martyrio q̃ fratrũ ꝛ ma
xime peregrinorũ pacẽ turbare. Qñ tamẽ cũ spiritu sancto reuelante
aliquoꝝ licet adhuc longe existentiũ precognouisset aduentum: ad rura
vel ad propinqua nemora fugiẽs: vix per totũ diẽ poteramus reperi
re latitantẽ. Qñq; propter aliquoꝝ indigentiũ vtilitatem: nullo nisi
nisi spiritu sancto instante cogebat somnũ suũ dirũpere. Uade aie
bat qr nõ curiose sed causa necessitatis expectat te aliquis. Licet au
tẽ quãtũ ad ꝓximos nõ solũ bonos sed etiã discolos mira discretio
ne pacẽ custodiret: sibi tamẽ soli valde indiscreta seipsam nimis abi
ciens: ꝛ supra modũ affligens nobis aliquando videbat. Ipsa tamẽ
circa se tanto discretior erat: quãto nihil de se nisi a spiritu sancto fa
miliariter edocta aliq̃d facere presumebat. Nõ enĩ vnũ diẽ sine cibi
refectione preterire auderet: nisi se absorpta sensualitate supra se ra
ptam certissime cognosceret. Aliqñ tñ vt pacẽ consistentiũ cõseruã
ret: in tale statu aliq̃d capere tentauit: ꝛ nihil penitus capere potuit
sꝫ pre dolore fere defecit: vnde tãtã postea prerogatiuã libertatis ob
tinuit: ꝙ nemo iam audebat discutere cur ita facis. Cũq; aliquanto
tꝑe ter i hebdomada cibũ sumeret: qr. vj. feria mãducabat die dñica
nisi penit⁹ manducãdo. Sitr. v. feria a cibis penit⁹ abstinebat. Cũq;
nobis poti⁹ rõnabile videret: ꝙ. vj. feria q̃ dies est passiõis nõ mãduca
ret: q̃nta aũt feria vel die dñica cibuꝫ sumeret: qr. vj. feria die passiõis ꝛ
mortis dñi est: inq̃t mihi ipsa aliquãtulũ sensibilia nõ sine labore descẽ
dorꝫ dũ gaudiũ ꝯteplatiõis interrũpo cibũ. s. corꝑalẽ capiẽdo. Quin
ta aũt feria q̃ est dies spũssancti: ꝛ die dñica ꝓpter gaudiũ resurrecti
onis spũali refectioni ꝯtẽta: eternisq; epulis saciata: totũ diẽ festiuũ
ago dũ nullo refectiõis sensibus vtꝛ: oportet me ad inferiora descẽ
dere. Quo audito de vlterius ꝯtra ipsam nõ apieris fili⁹.

Iterum exemplum de eodem. C. XXXVI.

Ecidit aliqñ ꝙ cã visitandi aliquos sibi familia
res: cũ maneret apud oegnies iuisset apd
vuillẽbroch: in reditu suo per mediũ niuelle trãsiẽs: redu
xit post h̃ ad memoriã pctã ꝛ abominatiões q̃ in villa il
la faciunt frequẽter seculares: tantãq; indignationẽ ꝯcepit in corde
suo ꝙ pre dolore cepit clamare. Quesitoq; cultello ab ancilla sua cũ
extra villã esset: voluit cutẽ a pedib⁹ suis resecare: eo ꝙ loca transie
rat in q̃bus creatorẽ suũ miseri hoĩes tot iniuriis ꝓuocant: totq; fla
gitiis exasperant. Cũq; nõ solũ in mẽte sꝫ q̃d mirabili⁹ ẽ sensibilẽ do
lent in pedib⁹ in quib⁹ loca ꝓdicta calcauerat: vix tandẽ cuꝫ multoti
ens pedes ad terrã collisisset potuit quiescere. Adeo. n. predicatores
ꝛ fideles pastores aĩarũ diligebat: ꝙ pedes eoꝝ post predicationis
laborẽ mira affectiõe cõstringẽs etiam ipsis inuitis vel diu osculari
oportebat: vel pre nimia anxietate cum se subtraherent clamabat.
Multis autem lachrymosis suspiriis: multisq; oratiõib⁹ ꝛ ieiuniis
a domino instantissime postulãdo obtinuit: vt meritũ ꝛ officiũ pre
dicatiõis quod in se exercere nõ poterat: in aliq̃ alia persona domi
nus ei recõpensaret: ꝛ vt sibi dominus pro magno munere vnũ pre
dicatorem daret. Quo dato: licet per eũ dominus tanq̃ per instru
mentũ verba predicationis emitteret: sancte mulieris precib⁹ cor ei⁹
preparabat virtutẽ corporis in laborẽ cõferebat: verba ministrabat:
gressus dirigebat: gratiã ꝛ fructũ in auditoribus meritis ancille sue
prebebat. Nam pro ipso singulis dieb⁹ dum esset in labore predicã
di dño ꝛ beate virgini: dicendo: aue maria centies supplicabat: sicut
predicante hilario martinus orabat.

Iterum de eodem. C. XXXVII.

Liquãdo etiã cũ esset in villa quadã: que di
cit̃ ire lacta iuxta niuellam: ꝛ presbyter ipsa
puer quidã ad hostiũ ecclesie cathezizaret: vidit imũduꝫ
spũ a paruulo cũ magna ꝯfusione recedentẽ. Et cuꝫ ipsa
puerũ de sacrofonte leuaret: apti sunt oculi eius: viditq; spũ sanctũ
in aiaꝫ pueri descẽdentẽ: sanctorũq; angeloꝝ circa renatũ infantem
multitudinẽ. Frequentẽ aũt dum sacerdos leuaret hostiã inter ma
nus sacerdotis videbat pueri pulchri spẽꝫ: ꝛ celestiũ spirituũ cũ lumi
ne nõ modico exercitũ magnũ descẽdentẽ. Quãdo vero post ꝯsecratio
nem sacramẽta sacerdos sumeret: ipsa videbat in spũ dñm in aĩa sa
cerdotis remanentẽ ꝛ eam mirabili claritate illustrantẽ. Uel si indi
gne sumeret videbat ꝙ dño cũ indignatiõe recedẽte: aĩa miseri va
cua ꝛ tenebrosa remaneret. Licet aũt in ecclesia ipsa nõ eẽt se in cel
lula velatis ex more oculis velo candido oraret: cũ christus in ꝓlati
one verborũ sacrorũ in altari descẽdebat: tũc ipsa mirabilẽ immuta
ta aduentũ eius sentiebat. Qñ vero vnctiõis extreme ipsa presente in
firmi sacramẽta susciperent: ipsa cũ sanctoꝝ multitudine christũ p̃sẽtẽ
sentiebat: qui infirmũ misericorditer roborabat: demones expelle
bat aiaꝫ purgabat: ꝛ se quasi in lumine per totũ corpus infirmi dis
diuersa eius membra vigerent transfundebat.

De spiritu fortitudinis qui in ea fuit. C. XXXVIII.

Et quoniam parũ prodest ꝑ spũ timoris
mala vitare ꝑ spũ pietatis bo
na agere: per spũ sciẽtie in oĩbus discretionẽ haberem⁹
si ꝑ fortitudinẽ malis iminentib⁹ resistam⁹: bona ꝑ pati
entiã ꝯseruem⁹: ꝑ ꝯstãtiã vsq; in finẽ ꝑseueremus: ꝑ longanimitatẽ
vite eterne p̃miũ expectem⁹: p̃f clus apertis thesauri suis quarto lapi
de p̃cioso. s. fortitudine suã filiã exornauit: ꝛ ꝯ oĩa aduersa p̃muni
uit. vt nec aduersitatis impulsu frangeret: nec ꝓsꝑitatis blandimen
to eleuaret. Aliqñ aũt cũ pre dolore passionis clamare ꝛ pect⁹ suũ tun
dere cogeret: quidã eius familiaris ei cõpatiẽs i loco quodã latebat:
ꝛ ꝓ ipsa dño supplicabat. Tũc ipsa pijs deuoti hoĩs supplicatiõib⁹
infirmitatẽ suã in aliquo minui sentiens vade inq̃t ancille sue ꝛ dic
homini illi vt cesset orare ꝓ me: nã orationũ ei⁹ medicina: disciplina
mee dũ melius habeo incurro detrimẽtũ. Cũ aũt vexaret aliquo gra
uamine: q̃dã ex amicis eius occulte tñ in corde dolebat de eius ve
xatiõe: tũc illa cordis illi⁹ secreta dño reuelãte cognoscẽs misit an
cillã suã ad illũ dicens. Dic illi ne ampli⁹ doleat ꝓ me. Plus enĩ gra
uabat alioꝝ doloribus q̃ suis ĩfirmitatib⁹. Nõ solũ aũt ꝑ spũ forti
tudinis habebat potentiã resistẽdi aduersis: sꝫ etiã oĩb⁹ carnalib⁹ il
lecebris abstinẽdi. Adeo quidẽ corp⁹ suũ iuuẽcula illa tympanistria
quasi inter duo crucis ligna extendendo desiccauerat: ꝙ nunq̃ per
plures annos primos etiã libidinis mot⁹ ꝯ se exurgere senserat. Ex
quo tantã fiduciã etiã in hoĩes habebat: ꝙ oẽs sibi siles ex abũdan
tia innocentie ꝛ pura simplicitate estimabat. Uñ cũ quidã familiaris
eius amicus ex nimio spũalis affectõis excessu: manũ ei⁹ aliqñ strin
geret: licet casto aĩo nil culpe cogitaret: sensit tñ tanq̃ ꝓ homo ex illa

nimia vicinitate primos motus sibi insurgere. Cūq3 illa penitus hoc ignoraret. audiuit vocē ab excelso. s. Noli me tangere: nec tamē intellexit qd significaret. Deus enim mitis et nostris infirmitatib⁹ cōpatiens. noluit illā corā sancta muliere verecūdia confundere. volebat autē tanq3 zelotes amice sue castitatē custodire. et illū propter iminentia pericula castigare. Unde cū illa diceret ei. Audiui nūc quandā vocē: sed qd significet: penitus ignoro. s. noli me tāgere. Ille aūt qd esset itelligēs et sibi de cetero diligētius cauit. et dño q̄ eius infirmitatē detegere noluit: gratias agens recessit.

De Spiritu cōsilij quē habuit. C. XXXIX.

Et spiritū autē consilij nihil precipitanter nihil inordinate agēs sed oia diligēter et puide: et cū deliberatione faciēs. licet familiari spiritussancti cōsilio interius vteref. licet diuinis scripturis sufficienter instrueref. pre nimia tamē humilitatis abundantia ne sapiens in oculis suis videref aliorū cōsilijs propē voluntati abrenunciādo seipsam libēter et deuote subijcere non dedignabatur. Multi tamē de familiarib⁹ amicis eius q̄ diuinā eius prudētiā frequenter experti erāt: sine eius cōsilio nihil magnum facere audebant. Qđ eni humana rōne scire nō poterat: premissa orōne diuinitus inspirata sciebat. Unde cū qdā amic⁹ ei⁹: q̄ mediocritate sua cōtētus. tanto securius: quāto ab oculis hoīm abstractus et a pōpa seculari remot⁹ deo in hūilitate seruiret. a quodā nobili inqrereť: vt magister ei⁹ eēt q̄ ei equos et vestes et alia multa bona copiose puideret: mulierē sanctā cōsuluit qd sibi agendū esset. Illa vero sicut nihil vnq3 de se presumebat oratione premissa post hec ab archanis diuinoz cōsiliorz thalamis reuersa est. et dixit. Uidi vobis in hoc facto nigrū equū preparari q̄ visus illernū hinnebat: et demonū exercit⁹ applaudebat. Mane te igiť sm cōsiliū meū in vocatiōe q̄ vocati estis a dño ne pambitio nē vel seculi pompā detis occasionē diabolo.

Iterum de eodem. C. XL.

Cum vero verbum dei licet idignus laicis et simplicib⁹ pdicare icipere. et nec dū exercitiū seu cōsuetudinē faciēdi smonē ad ppl3 haberē. semp mihi metuēs ne smone impfecto deficerem. multa mihi vndecūq3 colligebā. Multis vero ogregatis qcqd in mēte habebā in mediū pferre volebā. Totū eni spiritū suū pfert stultus. sapiēs vero reseruat in posterū. Cūq3 tāta pdigalitate memetipsum cōfunderē: ad me post sermonē reuertēs q̄si quoddā mētis tedium in eo q inordinate et incōposite multa mihi dixisse videbar incurrebā. Cūq3 hmōi tristicia aliqn̄ christi ancilla me depressum aspiceret. ego p̄ verecūdia cāz reuelare recusabā. et qđ miserabili⁹ erat cū aliquis tanq̄ bene et subtilr̄ dixisse me libenē auscultantem sicut mos est post sermonē cōmēdaret in h̄ aliquā cōsolationē recipiebā. Erubesco turpitudinē meā publicare sed laudē sancte mulieř nō ausus sub abscōdere. Cū cū aliqn̄ pdicte tristitie nubilo me confusum et tanq3 cōfusibilē operariū ad se vocaret. triplex vulnus tētationū q̄bus in abscōdito sauciat⁹ erā mihi mirabiliter apuit. Uidi inqt q̄si similitudinē hoīs nebulosi superfluitate capilloz coopti. Quedā aūt meretrix subornata q̄si quibusdā radijs splendida cū blāde intuēdo circuibat. Facto aūt pluries circulo vnū de radijs suis visus cū pijciēs partē tenebrarū effugabat. Ad hāc aūt ei⁹ parabolā triplici morbo me laborantē stati certissime depīēdi. capilata eni superfluitas mihi tristiciā generabat. meretrix vero subornata. i. elatio radijs adulationis mirabile mihi solatiū cōferebat.

De Spiritu intellectus eius. C. XLI.

Jo igitur ornata monilibus filia hierusalē. Hus pdict. spussancti donis illustrata. corde purificato p spiritū intellectus in celestibus cōuersabať. Relegatis enim a se formis sensibilibus: vniformes et inuariabiles sup celestiū species quāto simo simplici et inuariabili maiestati magis accedebat. tāto in ei⁹ aīo purius resultabat. Cūq3 subtilis et attenuatus spūo ei⁹ incēdio pij amoris decremetus: tanq3 virgula fumi ex aromatibus supcelestia penetraret. et q̄si per quosdā gradus in regiōe viuoz pambulans p vicos et plateas querebat quē diligebat. nūc sanctarū virginū lilijs delectata. nunc scōz martyrū rosis odoriferis recreata. aliquādo a sanctoz apostoloz senatu venerabiliter recepta. cūq3 cetibus angelos sociata: cūq3 per omnes gradus ascendisset. cum per oīa paradisi loca aīo letanti perambulasset paululū cum oīa pertransisset: inueniebat quem ardenter eius aīa desiderabat: ibi demū perfecte quiescebat. Cū autē librū vite vicinius inspiceret: multa per spiritū intellect⁹ in eo pcipiebat. Que tandē ad se reuersa pphetico spiritu pnūciabat. Unde in hys annis anteq3 hoies signarent cōtra hereticos puinciales dixit.

q videret cruces sup hominū multitudinē de celo copiose descēdentes. Cū aūt scī christi martyres q̄ celo crucifixi christi a lōginqs partib⁹ vt christi dedec⁹ vindicarent deuenissent ad locū q̄ dicit̄ mons gaudij. ibidē ab inimicis christi interfecti sunt. Ipsaq3 licz p tāta terrarū spacia remota eēt: vidit scōs angelos cōgratulantes. et interfectoz aīas absq3 aliquo purgatorio ad superna gaudia deferentes. Uñ tm̄ huius peregrinationis recepit ardorē: q retineri non posset si sine proximoz scandalo aliquo modo pergere valeret. Cūq3 q̄si ridendo quererem⁹ ab ea quicq̄d illic si puenisset facere saltē aiebat illa. dñm meū honorarē nomē ei⁹ cōfitēdo illic. s. vbi impij abnegauerunt eum blasphemando.

Iterū de eodē exempla. C. XLII.

Cum quidā familiaris noster et amicus domus nostre apud oegnies moreretur: vidit illa multitudinē demonū q̄si rugientiū pre paratoz ad escam. Cūq3 ipsa demones increparet: et vt recederent a christi ministerio: q̄ crucis vexillo munit⁹ erat preciperet illis: multa ei crimina malitiose imponebāt: et q in veritate nō pcessisset obiciebāt. Cūq3 illa dño pro infirmo supplicaret: vidit quādā crucē lucidā sup ipm descēdentē: eūq3 vndiq3 ptegentē. Et licz hō ille morte pueť⁹ peregrinationē suā nō pfecisset: magna pars purgatorij eidē cruce signato dimissa est: eo q voluītatē haberet. et non fletu p eū sicut scē mulieri dñs reuelauit. In nocte autē tertie ferie q̄ est ante caput ieiunij: q̄ s. solent hoies cōmestantorib⁹ vocare vidit aliquos demones a q̄dā muliere religiosa tristes et cōfusos reuertētes: q̄ quidē eā grauiter tētationib⁹ impugnauerāt: sz dño succurrente nequaquā pualuerāt. Cū autē post h̄ a muliere quereret quō ei fuerat: Ego inqt illa. vehemēter fui grauata. sz illa hora p dei grāz fui liberata. et cognouit q illo tpe vidit demones cōfusos recessisse. Quidā aūt sacerdos aliqn̄ pñte ea missam celebrabat. et quia pro sacerdote illo frequēter deo supplicauerat: proposuit ille cū nō haberet mai⁹ aliqd qđ ei tribueret: ne ingrat⁹ videref q p illa missā istā celebraret. Cūq3 sacerdos missā finisset: ait illa sacerdoti: Missa ista mea fuit. hodie eni illā p pro me obtulistis. Cūq3 ille miraref et quereret quō h̄ cognouisset. nā solus deus nouit cogitatiōes hominū. Ego inqt illa vidi columbā pulcherrimā sup caput vestrū in altari descēdentē. q̄ q̄si volitādo alas suas ad me extēdebat. et cognoui q spūsscōs missā illā ad me trāsferebat. cū āt sacerdotes missas digne et deuote celebrarēt: videbāt scōs angelos gaudēteo: et sacerdotib⁹ cū magna hilaritate cooperāteo: et eosdē sacerdotes vultu benigno intuebanť: eosq3 deuotissime venerabanť. Ue igiť sacerdotibus miseris: inde proditoris socijs. q̄ christū q̄ntū in se est iterū crucifigunt: et sāguinē testamēti pollutū ducūt. q̄ manib⁹ pollutis: ocul' ipudicis: ore venenato: corde ipuro: dū ad reuerēdū sacrm̄ irreuerenter accedūt. angelos scōs assistētes offēdūt. et de salutari medicina sibi mortē miserabiliter acquirunt.

De Spiritu sapientie eiusdem. C. XLIII.

Cuius suo sapiētie dono cor ei⁹ medullit⁹ afficiebať. vba dulcorabanť. et oīa ei⁹ opa suauitate spūaľ vnctiōis ipinguabāť. Mira corde. dulcis ore. suauis ope. ebria charitate. Aliqn̄ cū in lecto suo p tres dies iacuisset: et cū spōso suauiť quieuisset: pre nimie iocūditatis dulcedie dies illi adeo furtiue labebanť: q vix p vnū momētū sibi iacuisse videbať. Mirabili affectionū varietate deū aliqn̄ esuriebat q̄ vero cū sitiebat q̄toq3 eni dn̄s plus sentiebat tāto mag' desideriū crescebat. Anxiebat: clamabat. et vt remanēt supplicabat ei vt nō recedēt: q̄si inť brachia amplexādo stringebat. atq3 vt se ampli⁹ ei offēdet cū lachrymis obsecrabat. Aliqn̄ aūt p tres dies vl' plures vt sibi videbať eūdē q̄si puulū inť vbera cōmorantē stringebat. et sese vt nō videreť ab alijs occultabat. Aliqn̄ eni cū eo tanq3 cum puero osculando ludebat. Aliqn̄ tanq3 agnū māsuetū iuxta gremiū q̄q3 q̄si colūbā ad solatiū filie sue pius fili⁹ virginis se ostēdebat. Cūq3 q̄si aries stellā lucidā habēs i frōte circuiēs ecclesiā: fideles suos vt ei videbať visitabat. In diuersis aūt solēnitatib⁹ deū q̄si cōfiguratū solēnitati sue se ei ostēdebat. Nā i natiuitate apparebat ei q̄si puer vbera mřis vginis lactās: vl' in cunabul' vagiēs. et tūc ad eū afficiebať tanq3 ad puulū sm ostēsiones varias habēs varias affectiōes. et ita singul' annis renouabanť festiuitates. In festo aūt purificatiōis videbat beatā virginē filiū suū in tēplo offerentē: et symeonē inť vlnas recipientē. Et in hac visiōe nō min⁹ exultabat pre gaudio q̄ si pñs fuisset q̄n h̄ accidit in tēplo. In hac aūt festiuitate cū cereus ei⁹ diu extinct⁹ fuisset in processiōe: subito lumē claritatis clarissimū nisi deo accedēte recepit. In passiōe āt dñs ei aliqn̄ in cruce apparebat sed raro: quia vix sustinere poterat.

¶ Iterum de eodem. C. XLIIII.

Cum autē appropinq̄ret aliq̄ magna solēni-
tas quoq̄ in diebus ante gaudiū
sentiebat. Et ita fm̄ anni toti⁹ cursum varijs modis mu-
tabat̄ ⁊ mirabiliter afficiebat̄. Qñ autē alicuius scī dies
festus īminebat: scūs ille festū suū ei nūciabat. In die enim suo ad
eā veniēs cū sociorū celestiū multitudine eam visitabat. ita q̄ cum
sancto illo p totum diē spūs eius cū gaudio quiesceret. Ex familiari
autē ⁊ frequēti collocutiōe scōꝝ. sicut aliq̄s vnū de vicinis nostris
ab alio scit distinguere. ita vnū sanctū vel angelū ab alio distingue-
bat. Quinq̄ etiā sanctus aliq̄s in partib⁹ istis prorsus incognitus. fe-
stum suū q̄ð in remotis ptib⁹ fiebat. vt in eius solēnitate gauderet
ei nūciabat. Nullo quoq̄ nūciante distinguebat palato cordis dies
festos ante festis: eo q̄ dulcius ei sapiebant dies solēnes q̄ꝫ simpli-
ces. Celebrabat enī dies festos in aīo scriptos ⁊ impressos in corde
suo tanq̄ꝫ in martyrilogio. Unde cū esset aliq̄ñ in eccl̄ia sancte Ger-
drudis in villa q̄ dicit̄ laulos ⁊ quoddā festū sancte v̄ginis Gerdru-
dis in crastino esse deberet. ⁊ sacerdos eiusdē ville festū illud nō ad-
uerteret ipsa in aīo suo sentiēs solēnitatē imminere. nō iam se pote-
rat cōtinere. Cumq̄ sacerdos nō cōpareret vel alius q̄ campanas si-
cut fieri solet in festoꝝ dierū vesp̄is p̄cedētib⁹ pulsaret. ipsa de loco
suo surrexit. ⁊ cāpanas ꝑut potuit pulsare cepit. Quo audito sacer-
dos admirās ⁊ ad eccl̄iā currēs. cur inq̄t tanq̄ꝫ sit festū pulsatis cū
nō habeamus in cōsuetudine. cū nō sit festū hac hora pulsare. Tūc
ista verecūda ⁊ pauida ait. Ignoscite mihi inq̄t dn̄e. magnū enī fe-
stū: sed nescio cuius est in hac nocte. Jam enī hanc ecclesiam sentio
gaudio esse repletā. Tunc sacerdos aperto kalēdario repit q̄ in die
crastina deberet esse festū sancte gerdrudis.

¶ Iterum ex eoꝝ̄ de eodem. C. XLV.

Ot autem ⁊ tantas habebat cōsolatiōes a
dn̄o q̄ licet multis exterior̄ib⁹ si-
cut sūt q̄sq̄ ad recreationē intēta esset. semp in vno loco
absq̄ alicui⁹ cōsortio sine accidia vł tedio sedere posset.
Aliq̄ñ enī dum esset in cellula sua audiuit vocē dulcissimā dn̄i dicē-
tis. Hec est filia mea dilecta in q̄ plurimū delector. Qñ autē extra se
rapiebat̄: videbat̄ ei q̄ caput suū teneret sup genua chr̄i glorificati.
Aliq̄ñ etiā nunciāte aliquo angeloꝝ salutabat̄ ab aliquo supnoꝝ
ciuiū cū oraret ante altare scī Nicolai: aliq̄ñ videbat̄ ei q̄ de reliq̄js
ei⁹ lac flueret. Uidebat aūt ab imagine crucifixi aliq̄ñ quosdam ra-
dios exeūtes ⁊ ad eā p̄tingētes: ⁊ q̄si vsq̄ ad cor eius penetrantes.
In q̄b⁹ oīb⁹ valde delectabat̄: ⁊ miro modo spūs ei⁹ in talib⁹ cōfor-
tabat̄. Apparuit ei aliq̄ñ beat⁹ Bernardus cisterciēsis ordinis pr̄ ⁊
lucerna: q̄si alatus: ⁊ alas suas circa eā expādebat. Cūq̄ ipsa diu cū
eo in cancello sedisset ecclesie: ⁊ illa etiā cuiusmodi essent he ale que-
reret. vidit. q̄ ipse velut aq̄la sublimi volatu subtilia ⁊ sublimia di-
uine scripture attigerat: ⁊ multa de archanis celestib⁹ ei dn̄s resera-
uerat. Cū autē ipsa in magna veneratiōe ⁊ speciali amore diligeret
sanctū Johannē euangelistā. accidit q̄ sacerdoti cuidā cū magnis
lachrymis ⁊ gemitib⁹ venialē modicū cōfiteret̄. Cūq̄ sacerdos ille
quereret cur ita lachrymis afflueret. nequeo inq̄t lachrymas reprime-
re. Uidebat enī aquilā quandā sup pect⁹ suū: ⁊ q̄si in frontē figebat
rostrū in ei⁹ pectore: ⁊ magnis clamorib⁹ aera replebat: ⁊ itellexit in
spū q̄ lachrymas eius ⁊ gemitū btūs Johēs deferebat dn̄o. Aliq̄ñ
etiā vidit quēdā sacerdotē cū lachrymis deuote celebrātē. visūq̄ꝫ ē
ei q̄ colūba q̄dā sup humerū sacerdotis descēderet. ⁊ q̄ fons clarissi-
m⁹ de ei⁹ humero scaturiret. Aliq̄ñ aūt v̄ginis filiū q̄si puerꝝ cū ma-
xima claritate circa pixidē in q̄ corpus chr̄i reponit̄ videbat. Cūq̄
quereremus cuiusmodi eēt claritas. vidit. Oꝫ quātū lumē solis lumē
candele excedit. tm̄ vł ampli⁹ claritas illa claritatē solis excedebat.

¶ Adhuc de eodem. C. XLVI.

Uido aūt aliq̄ñ reliq̄e ad eccl̄iā nr̄ā deferebat̄.
ipsa ī spū p̄sētiebat. rel q̄ꝫ aduētū. ⁊ to-
ta nocte cū scīs reliq̄js exultabat. eb̄aus ūq̄ꝫ gaudētem ⁊
alias reliq̄as q̄si cū exultatōe ⁊ veneratōe nouas reliq̄as
suscipiētes videbat. Utrū aūt eēnt vere reliq̄e ei⁹ spūs mirabilit̄ pa-
piebat. De modica q̄dē cruce q̄ ē ī eccl̄ia de oegnies. ī q̄ de ligno san-
cte crucis h̄bēt: luminosiꝫ valde q̄si claritatis celestis radiū exire vide-
bat. Quida aūt familiaris noster ⁊ dom⁹ nr̄e amic⁹ iter alias reliq̄as
q̄s habebat reppit os cuiusdā scī sine l̄ris. Cui⁹ aūt eēnt reliq̄e igno-
rabat. Cūq̄ ad eā vt cētificaret̄ attulisset reliq̄as: ipa ī spū v̄tutē re-
liq̄aꝝ p̄cepit. Cūq̄ oraret vt de⁹ cui⁹ eēnt sibi ostēderet. appuit ei q̄dā
scūs magni meriti ⁊ p̄clar⁹. Interrogabat aūt eū scā mulier. tu q̄s es.
Ille vō se ī noīauit: sꝫ q̄ttuor l̄ras an̄ mētis ei⁹ oculos ōscripsit. Cūq̄
illa l̄ras mēorie īmēt: sꝫ q̄d significarēt nesciret. vocato quodā clīco
l̄ras ei dixit. f. a. l. o. l. ⁊ quid significarēt q̄siuit. Ille vō collitterās ⁊
subiungēs q̄ aiol significarēt nō sic. Tunc illa man fe le conquat q̄
btī aigolphi: q̄ apud p̄timū in cāpania in magno honore habetur
eēnt p̄dicte reliquie. Cū āt pre desiderio eterne fruitiōis: pre amore
diuine visiōis: pro dilatiōe optate btitudinis eēt ne ī h̄ exilio lāgue-
ret. vnicū tamē ⁊ summū ei erat remediū ⁊ singulare solatiū māna
panis celestis donec veniret ad terrā ꝑmissiōis. Jā enī in h̄ seclo ꝑ
experientiā didicerat q̄ð ait dn̄s in euāgelio: Nisi mādu̇caueritis car-
nē filij hoīs: ⁊ biberitis ei⁹ sāguinē: nō habebitis vitā in vobis. Qui
mādu̇cat inq̄t carnē meā: ⁊ bibit san. m. h̄ꝫ vi. eter. Nec erat ei dur⁹
h̄ sermo sic iudeis: sꝫ suauis. Quippe q̄ oēm delectationē ⁊ oēm sa-
poris suauitatē in eius p̄ceptiōe interius in aīo ⁊ etiā in ore ei⁹ mel-
lifluo sentiebat. Cūq̄ amplius sanguine viuificū sitiēdo face nō po-
terat. aliq̄ñ post missarū solēnia vt saltē calicē nudū sup altare diu
posset inspicere exigebat.

¶ De Trāsitu ei⁹ a loco vuillēbroch apud oegnies. C. XLVII.

Unq̄ꝫ multo tpe iam apud sepedictū locū. qui
vuillembroch nūcupat̄: seipsā dn̄o immo-
lasset: ex vicinitate prime ville: q̄ niuella dicit̄ frequētiā
hominū ad eā ex deuotiōe cōcurrētiū. q̄ soli deo vacare
cupiebat: nō iam sustinē poterat. Cūq̄ multotiēs multisq̄ precib⁹
dn̄o supplicasset: vt locū ꝑposito suo idoneū: ⁊ psonas q̄ desiderio
suo fm̄ deū humiliter cōdescenderēt. ancille sue ꝓuideret. ostēsus
est ei locus in spū de oegnies: quē nunq̄ꝫ prius viderat. de quo etiā
ex nouitate ⁊ paupertate dom⁹ vix inter hoīes aliq̄ mētio tūc erat. tūc
illa duce dn̄o ad locū sibi destinatū iter arripiēs. cū adhuc aliquāto
spacio remota eēt btūs nicolaus eiusdē loci patron⁹ cū magna exul-
tatiōe ei obuiā venit: eāq̄ vsq̄ ad ecclesiā suā deduxit. Eoq̄ quoq̄
die frēs de oegnies magnū festū faciebāt de ei⁹ trāslatiōe. Cum
āt p̄mo ad locū illū venisset: miro mō ⁊ loci dispositionē ⁊ frēs eius-
dē dom⁹ sic ei de⁹ pri⁹ ostēderat agnouit. ⁊ q̄ festū scī nicolai eēt p̄-
cepit. ⁊ q̄ in eodē loco diē extremū clauderet p̄dixit. Locū etiā in ec-
clesia vbi defūcta sepulchrū habē deberet mihi postea secreto ostē-
dit: q̄ð rei postea exit⁹ cōprobauit. Postq̄ꝫ āt de terra de cognatiōe
sua exiuit dn̄o. s. precipiēte. postq̄ꝫ sub vmbra illi⁹ quem desideraue-
rat sedit. tāto suauius q̄nto secreti⁹. quāta illi dn̄s bona in loco illo
fecit. quotiēs copiosi⁹ solito scōꝝ angeloꝝ solatio eā visitauit. quo-
tiens cū m̄re dn̄i familiares collocutiōes habuit. quotiēs p̄sentiali-
ter ipse dn̄s ei apparuit nō mēte ꝯcipere nedū sermōe explicare suf-
ficerē. Cū aūt ann⁹ vltim⁹ quē dn̄s illi ꝓmiserat immineret: quē etiā
ipsa pre gaudio celare nō poterat. Nā sex annis ante magistro gui-
doni de niuella eū p̄dixerat: suspirabat: clamabat: q̄si dilatiōis īpa-
tiens diu dn̄m amplexaret̄. Nolo inq̄t dn̄e q̄ sine me recedas: nō h̄
ampli⁹ morari desidero: tecū domū volo. Et mirū in modū dū sic ex-
se rapta vehemēti desiderio anxiaret̄ ex cordis plenitudine fere to-
ta disrūpi videbat̄ in corpe. Cumq̄ ad se reuerteret̄ sup pedes suos
post lōgo tpe stare nō poterat. Ex feruore aūt spūs dum extra se cle-
mans traheret̄: quasi ignea in vultu videbat̄. Et q̄ð mirabilius est:
dū eēt in illo mētis excessu: irreuerberatis oculoꝝ radijs rotā solis
materialis valebat intueri.

¶ Qualiter Obitū suū magistro Jacobo p̄dixit: ⁊ exultatio-
nibus vocis preuenit. C. XLVIII.

In anno autē in quo transijt ad dn̄m cū ego ex officio
mihi a legato dn̄i pape iniūcto ad predicādū
⁊ signandū: quos dn̄s inspiraret ꝯtra hereticos me pre-
pararet: dixit mihi dissolutionē sui corporis īminere. Et
q̄ q̄ñ reuerterer nesciebat testamentū suum facere festinabat. relin-
quēs mihi corrigiā q̄ cincta erat. ⁊ sudariū lineū cū quo lachrymas
extergebat. ⁊ quedā alia modica auro ⁊ argēto mihi cariora. Cū āt
immineret ⁊ appropinq̄ret tps egritudinis optate a festo annūciatio-
nis btē virginis vsq̄ ad festū beati iohānis baptiste. nō enī nisi vn-
decies ⁊ in modica quātitate cibū corporalē sūpsit. gaudēs semp ⁊
⁊ diē nuptialē cū exultatiōe expectās. Jā enī tps ꝓmissū pre erat:
q̄ð multis lachrymis preuenerat: multis gemitib⁹ ⁊ suspirijs postu-
lauerat. Et ecce fact⁹ est repēte de celo son⁹: ⁊ vox turturis audita est
in ecclesia nr̄a. Incepit enī alta voce ⁊ clara cantare: nec cessauit spa-
cio triū dierū ⁊ noctiū. deū laudare. ⁊ grās agere. dulcissimā cantile-
nā de deo. de sanctis angelis. de btā virgine: ⁊ de scīs alijs. de amicis
suis. de diuinis scripturis rigmice ⁊ dulci modulatione contexere.
Unus autē de seraphin (vt videbatur sibi) alas suas supra pect⁹ ei⁹
expandebat. Quo ministrante ⁊ dulciter assistente inspirabatur ei
carmen absq̄ omni difficultate. Uocē exultationis ⁊ ꝯsonātiā mo-
dulationis tm̄ hoīes audiebant. Clausis enī hostiis ⁊ oīb⁹ exclusis
prior nr̄ ⁊ ancilla scē mulieris ī ipsa ecclesia remāserāt. Et hi multo

de archanis celestibus q̃ illa dicebat intelligere non poterant. Quedam aũt intellexerũt. sed pauca ꝓh dolor retinere potuerũt. Dicebat autẽ inter multa alia ꝙ a lumine scẽ trinitatis sci angeli itelligentiaz haberẽt. a lumine corpis chri glorificati. in scis aiab⁹ fructũ haberẽt τ exultationẽ. beatã etiã ṽginẽ iã in corpe glorificatã cõstãter asserebat. τ ꝙ corpa scõꝝ q̃ in passiõe christi surrexerunt. nunq̃ postea in pulverẽ reuersa sũt. Dixit etiã τ ide valde gauisa est ꝙ spũssanct⁹ in primo eccliaz visitaret: τ copiosi⁹ solito ꝑ vniuersaz ecclesiã operatores scõs ad fructũ aiarũ mitteret. τ mundũ ex maxima parte illuminaret. Dixit etiã cũ de btõ Stephano ꝓthomartyre cãneret quẽ consoriũ paradisi appellabat: ꝙ dũ oraret in morte: dñs scm paulũ dedit ei in munere. Cũq̃ btũs paulus martyrio cõsecrat⁹ spm̃ i morte emitteret. beatus Stephanus presens fuit: τ btĩ pauli spiritum dño obtulit dicens. Hoc magnũ τ singulare munus mihi dedisti. τ ego cũ fructu multiplici illud reddo tibi.

¶ De vltia ei⁹ egritudine: τ qualiter in ea se habuit. C. XLIX.

Lapsis autẽ trib⁹ iubilatiõis dieb⁹ lectũ suũ in ecclia corã altari fecit pparari: τ ad se reuersa corã fribus dixit. Precesserũt lamẽtatiões dũ lugerẽ ꝓ peccatis: ꝓcessit carmẽ dũ exultarẽ τ iubilarẽ pro eternis. Ecce eni seqt̃ de ĩfirmitatis τ mortis. nunq̃ enim de cetero manducabo. In hac ĩfirmitate grauit̃ exteri⁹ laborabat: sed suauit̃ interi⁹ quiescebat. Sci eni q̃ frequẽter ei in statu sanitatis astiterãt frequẽti⁹ in infirmitate eã visitabãt. Christus eni frequẽter ei apparẽs τ q̃si vultu cõpatiẽtis eã respiciẽs: τ mater eiusdẽ christi ei fere semp assistẽs q̃si insensibilẽ ei reddebãt ĩfirmitatis dolorẽ. Angeli etiã sci assistebãt ei τ deuote ministrabant. Unde cũ q̃dã nocte sitiret: τ iã ꝑ se surgere vel incedere ꝓ nimia debilitate nõ posset duob⁹ scis angelis eã sustinẽtib⁹, τ ad locũ ducẽtib⁹ vbi reposita erat aq̃ τ reducẽtib⁹ bibit. τ ad lectũ suũ vsq̃ alio labore redijt. Cũ vo beata ṽgine ꝓmonente extremã reciperet vnctionẽ. oẽs ꝑsentialit̃ astiterunt apli. Btũs autẽ Petrus ei claues ostẽdebat. τ ꝙ celi ianuã ei aperiret ꝓmittebat. Christus aũt signũ sancte crucis victorie sue vexillũ pedib⁹ eius affixit. Cũq̃ in diuersis partib⁹ vngeret: in susceptiõe sacramẽti operationẽ spiritussancti cũ maxima mẽtis illuminatiõe sentiebat. Quidã autẽ de amicis τ notis ei⁹ q̃ dudum mortui erant: ad cõsolationẽ missi sunt ad eã. Quidã etiã petiturus auxiliũ ab ancilla christi in infirmitate illa apparuit ei q̃ maximo cruciatu in purgatorio torquebat̃. Cũ autẽ causa visitãdi eam scũs Tholosane sedis epũs aliqñ deuenisset. maximã ex epi p̃ntia cõsolationẽ τ corpis fortitudinẽ ad tp̃s recepit. Beata aũt virgo eã q̃si in aere cõtra sanctũ epũ (vt sibi videbat̃) leuauit. Cũq̃ idẽ epũs i eadẽ ecclia altari beate ṽginis cõsecrato missarũ solẽnia celebraret. vidit in pceptione sacramẽti q̃si colũbã candidã q̃ scõ epo in ore ponebat eucharistiã. maximãq̃ claritatẽ in eũ interius transfundentẽ τ eius aĩam illustrantẽ dño ostẽdente cognouit. Cũ autẽ in infirmitate nihil penitus manducare posset. nec etiã panis modici odorẽ sustinere valeret. de facili tñ corpus christi sumebat. Qð stati q̃si liquescẽs in aĩaz ei⁹ transiens: nõ solũ aĩum cõfortabat; sed τ corporalẽ ĩfirmitatẽ absq̃ mora alleuiabat. Accidit autẽ in sua infirmitate dum corpus christi reciperet ꝙ facies eius q̃si q̃busdã radijs luminis resplenderet. Cũq̃ temptaremus aliqñ vtrũ eucharistiã nõ cõsecratã posset sumere. stati odorẽ panis abhorruit. Cũ vero modica pars dentes eius attigisset cepit clamare: conspuere: τ q̃si pectus eius rumperet̃ anhelare: τ singultus cũ ingenti anxietate mittere. Cũq̃ pre dolore diu clamasset: τ multotiens os eius aqua abluisset. transacta magna parte noctis vix potuit quiescere.

¶ Iterum de eodem. C. L.

Emper autẽ quantũcũq̃ debilis esset. quantũcũq̃ euacuato τ exinanito corpe: vt pote q̃. liij. dieb⁹ nihil penitus ante mortẽ manducauit tñ lumẽ solis sustinuit. τ nunq̃ ↄtra claritatẽ lucis oculos clausit. τ qð mirabili⁹ est cũ iuxta τ q̃si ad aures ei⁹ in ecclia alta voce cantaremus. dũ cãpanas diu τ fortit̃ pulsarem⁹. Cũ etiam quoddã altare vt cõsecraret̃ ab epo tholosano cũ multis cementarijs ꝑcutientib⁹ cũ malleis τ martellis iuxta eã erigeremus. nunq̃ aliquo tumultu grauari poterat. quẽ ad deũ τ ad ei⁹ eccliaz ꝑtinere sciebat. Nã τ ipsa cũ ei cõpateremur asserebat: q2 sonus ille caput eius nõ ledebat: nec cerebrũ ꝑcutiebat: sed statim eum in aĩa cũ magna suauitate recipiebat. Quedã autẽ aliciui nostrũ dixit que post mortẽ eius debebant accidere: sicut spiritusancto reuelãte τ ꝓmittẽte cognouit. Que ita ꝓpter scandalũ infirmoꝝ subticuimus ꝙ vt cũ euenerint de facili ex scriptura possint ꝑpendi. Interim vo simones signauim⁹ τ libꝝ clausim⁹: q2 forte trãsibũt plurimi τ multiplex erit scientia. Cũ aũt appropinquaret hora ei⁹ ostendit dñs filie sue portionẽ hereditatis eius inter frẽs. viditq̃ locũ in celestib⁹ sibi a dño preparatũ: vidit τ gauisa est. Quinta autẽ feria ante diẽ trãsit⁹ eius cũ essem⁹ p̃ntes: τ assisterem⁹ ei in vespe: nobis loq̃ nõ voluit. nec oculos suos ad nos cõuertit. sed fixis imobilit̃ in celũ ocul̃. iacebat eni extra cellulã sub are. cepitq̃ eius vult⁹ q̃si q̃dã serenitate clarescere. Tunc ipsa diutissime q̃si pre gaudio subridens: cepit nescio q̃d submissa voce cãtare. Nõ eni iã poterat vocẽ exaltare. Cũ aũt magis appropinq̃ssem τ diligẽti⁹ auscultassẽ: nõ nisi modicũ de cãtilena ei⁹ potui intelligere: s. Q̃ pulcher es rex nr̃ dñe. Cũq̃ diu in tãto ꝑmãsisset gaudio: cãtãdo: ridẽdo: τ manib⁹ aliqñ plaudẽdo. tãdẽ ad se reuersa q̃si de nouo ad sensũ infirmitat̃: quã prius non sentiebat cepit modicũ gemẽ. Cũq̃ ab ea q̃d vidisset quererem⁹ nõ nisi modicũ voluit vel potuit nobis loq̃. Mirabilia inq̃t dicerẽ si auderẽ. Hic vo dñico apparuit ei sathan q̃si insidiando calcaneo ei⁹: τ multũ eã vexauit. Nã aliquãtulũ cepit pauere: τ etiã a circũstãtib⁹ auxiliũ petẽ. Ipsa vo in dño fiduciã resumẽs: τ caput draconis fortit̃ cõterẽs: τ se signo crucis muniẽs: vade inq̃t retro fanies τ turpitudo. Quo recedẽte cepit iterũ cantare alleluia: τ dño grãs agere.

¶ De felici eius transitu. C. LI.

Irca illam horã q̃ dñs emisit spm̃ i cruce s. circa horaz nonã: ipsa quoq̃ ad dñm migrauit: nunq̃ vult⁹ hilarantẽ vel exultãtis faciẽ aliquo mortis dolore mutãs. Nec memini ꝙ etiã in sanitate maiorẽ vultus habuerit serenitatẽ: maiorẽq̃ alacritatis pretẽderit speciẽ. Cũ aũt in morte lauaret̃ ei⁹ sacrũ corpusculũ inuẽta est ita attenuata τ ieiunijs infirmitateq̃ ↄfecta: ꝙ dorsũ eius spina ventri eius cõiũcta erat τ quasi sub tenui panno lineo sub vẽtris eius pellicula ossa dorsi eius apparebant. Post mortem etiaz quos dilexerat in vita nõ deseruit: sed ad aliquos rediẽs: sãctas etiã τ ꝓbate vite mulieres frequẽter alloquẽs: amicos suos τ docuit in agẽdis: τ premuniuit in periculis. etiã in secretis signis oẽm dubitationẽ a cordib⁹ coꝝ remouẽs. Aliquib⁹ etiã amicoꝝ suorũ precib⁹ suis impetrauit a dño τ sapiẽtie splendorẽ τ charitat̃ feruorem. Unde quidam sanctus cisterciensis monachus vidit in somnis post trãsitũ christiancille: ꝙ calix aureus ab ore eius exibat: quẽ quibusdã amicis suis potũ dabat. Retulit etiã mihi quidam alius: ꝙ in somnis vidisset corp⁹ eius q̃si in splendidissimũ lapidem preciosũ ꝑmutatũ. Anno itaq̃ (vt dictũ est) incarnati vbi. M. ccxiij kl. iulij. in vigilia sancti iohãnis baptiste circa horã nonã die dominica illa preciosa christi margarita. xxxvj. etat̃ sue anno ad regni eterni delata est palatium.

¶ De Victoria Ludouici iuuenis in pictauia. C. LII.

Ordinauit aūt chīgiscā tartaros p decanos ac cētenarios ⁊ millenarios. Deceʒ quoq3 millenarijs pposuit vnū: cūctoq3 nihilominus exercitui duos aut tres duces. ita tn̄ vt ad vnū habeāt respectū. cūq3 in bello ꝯ aliquos cōgrediunt': nisi cōīť cedāt: oēs q̄ fugiūt occidunt'. Et si vn⁹ aut duo vel plēs ex. x. audacť accedūt ad pugnā. alij vō ex illo denario nō sequunt' illi occidunt'. Sʒ etiā vn⁹ ex. x. vl' plēs capiunt': socij eoꝝ si nō eos liberāt: ipi etiā occidunt'. Porro arma dicūt hēre tīa. duos arcus vl' vnū bonū adminꝰ: tresq3 pharetras sagictis plenas ⁊ vnā securim: ⁊ funes ad machinas trahendas. Diuites aūt hn̄t gladios in fine acutos. ex vna pte tm̄ incidētes ⁊ aliquātulū curuos hn̄t ⁊ equos armatos crura etiā tecta galeas ⁊ loricas. Uerū loricas ⁊ equoꝝ coopturas quidā hn̄t de corio super corpus artificiose duplicato vl' etiā triplicato. Galea vō supi⁹ est de calibe vl' de ferro: sʒ illō qd̄ in circuitu ptegit collū ⁊ gulā est de corio. Quidā aūt de ferro hn̄t oīa supradicta in hūcmodum formata. Laminas multas tenues ad vni⁹ digiti latitudinē ⁊ palme longitudinem faciūt: ⁊ in q̄libet octo foramina parula facientes interi⁹ tres corrigias strictas ⁊ fortes ponūt. sicq3 laminas vnā alij quasi p gradus ascēdēdo supponūt. Itaq3 laminas ad corrigias tenuib⁹ corrigiolis p foramina pdicta immissis ligāt ⁊ in superiori pte corrigiolā vnam ex vtraq3 pte duplicatā cū alia corrigiola ꝯsuūt vt lamine illi bn̄ firmiter q3 cohereāt. Hoc faciūt tā ad coopturas equoꝝ q̄3 ad armaturas hominū: adeoq3 faciūt illa lucē q̄ ī eis pōt hō faciē suā videre: aliq̄ vō in collo ferri lācea vncū hn̄t: cū quo de sella si pñt hoīeʒ detrahūt. Sagictaꝝ eoꝝ ferramenta sunt acutissima ex vtraq3 parte quasi gladi⁹ biceps incidētia: sempq3 iuxta pharetram portant limas ad acuēdū sagictas. habent vō scuta de viminib⁹ aut de virgulis facta: sed non credimus q̄ ea soleant portare nisi ad castra: ⁊ ad custodiaʒ imperatoris ac pncipū: h' tm̄ de nocte. In bellis astutissimi sūt: q̄ p annos. xlij. cū ceteris gentib⁹ dimicarūt. cū aūt ad flumina pueniūt maiores habēt rotūdū ac leue coriū: in cuius summitate p circuitū ansas crebras facientes funem imponūt ac stringunt. ita q̄ in circuitu quasi ventrem efficiunt: queʒ vestib⁹ ac rebus ceteris replent: fortissime q3 adinuicem cōpriment. In medio aūt ponūt sellas ⁊ alias res duriores: ibi quoq3 sedent hoīes hm̄di nauem ad equi caudā ligant. ⁊ hominē qui equū regat pariter natare faciūt: vel hn̄t aliqn̄ duos remos cū q̄b⁹ remigāt. Equo igiť in aquā ipulso oēs alij eq̄ sequunť illū: ⁊ sic trāseūt fluuiū. paupiores aūt quilibet vnā bursam vel saccum de corio hn̄t cōsutū: hʒ in quo res suas oēs imponit: ⁊ in summitate

fortiter ligatū ad equi caudaȝ suspendit:sicqȝ modo predicto trāsit.

Qualiter Resistēdū sit eis. C. XVIII.

Nullam estimo pͥuinciā esse q̄ p se possit eis resistere:qꝛ de omni terra ptāte sue solent hoīes ad bellū ꝯgregare. Et siqdē vicina pͥuincia nō vult eis opē ferre quā ipugnāt delētes illā cū hoīb⁹ quos ex illa capiūt ꝯ aliā pugnāt. Et istos qdē i acie pͥmos ponūt:⁊ si male pugnāt ipsos occidūt. Itaqȝ si christiani eis resistere volunt oportet ꝙ pͥncipes ac rectores terraꝝ in vnū ꝯueniāt:ac de cōi ꝯsilio eis resistāt Habeātqȝ pugnatores arcus fortes ⁊ balistas quas multū timēt: sagictasqȝ sufficiētes:dolabrū quoqȝ de bono ferro vel securim cū manubrio longo. Ferramēta vͦo sagictaꝝ more tartaroꝝ qn̄ fiūt calida tēperare debēt in aq̄ cū sale mixta:vt fortia sint ad penetrādū illoꝝ arma. Gladios etiā ⁊ lanceas cū vncis habeāt q̄ volūt:ad detrahendū illos de sella de qua facillime cadūt. Habeāt ⁊ galeas ⁊ arma cetera ad ptegēdū corpus ⁊ equū:ab armis ⁊ sagictis eoꝝ:⁊ si q̄ nō ita sunt armati debēt more illoꝝ post alios ire ⁊ ꝯtra ipos arcub⁹ vel balistis traijcere:⁊ sicut dictū est supra de tartaris:debēt acies suas ordinare ac legē pugnātib⁹ imponere. Quicūqȝ ꝯuersus fuerit ad preda ante victoriā maximā debet penā subire:talis enī apud illos occidit absqȝ miseratiōe:locus ad preliū si fieri pōt eligēdus est plan⁹ vt vndiqȝ possint videre:nec oēs debēt in vnū ꝯuenire:sȝ acies multas ⁊ diuisas nec tamen nimis distantes abinuicē facere. Contra illos qui primo veniunt debent vnā aciē mittere:⁊ alia parata sit ad iuuandū istā oportuno tempore:habeant ⁊ speculatores ex omni parte qui videant quando veniunt acies cetere. Nā ideo semper debēt aciē cōtra aciē vt ei occurrat mittere:qn̄ illi semꝑ nituntur aduersarios in medio concludere:hoc autē acies caueant:ne si etiā illi fugere videant:diu post illos currāt:ne forte sicut facere solent: ipsos ad paratas insidias trahant:qꝛ plus fraudulētia q̄ fortitudine pugnāt. Et iterū ne fatigentur equi eorū:qꝛ nostri nō habent multitudinē equoꝝ. Tartari vero quos equitāt die vna nō ascendūt trib⁹ diebus vel quattuor postea. Preterea si cedunt tartari non ideo debent nostri recedere:vel abinuicē separari:qn̄ hoc simulando faciūt vt exercitus diuidatur:⁊ sic ad terre destructionē libere ingrediant. Ceterū duces nostri die noctuqȝ facere debent exercitū custodiri:nec iacere spoliati sed semꝑ ad pugnā parati qꝛ tartari quasi demones semꝑ vigilant excogitantes artē nocendi. Porro si aliqui tartaroꝝ in bello de suis eq̄s proiciunt:statī capiendi sunt:qꝛ qn̄ sunt in terra fortiter sagictāt ⁊ equos hominesqȝ vulnerāt ⁊ occidūt.

De Itinere fratris iohannis vsqȝ ad primam custodiaȝ tartarorum. C. XIX.

Nos igitur cū in lato se ho apl̄ice cū iremus ad orientis nationes elegimus pͥus ad tartaros pficisci:qꝛ timebam⁹ ne p illos i pximo:ecclesie dei piculū immineret. Itaqȝ pgētes ad regē boemoꝝ puenimus q̄ cū nobis eēt familiaris:ꝯsuluit vt p poloniā ⁊ rusciā iter agerem⁹ hēbat enī ꝯsanguineos in polonia quoꝝ auxilio rusciā intrare possemus. Datisqȝ literis ⁊ bono ꝯductu fecit:⁊ expēsas nobis dari p curias ⁊ ciuitates eius quousqȝ ad ducē slesie boleslaū nepotē ei⁹ veniremus:q̄ etiā erat nobis familiaris ⁊ notus:hinc ⁊ ipse nobis sīr fecit:donec venīremus ad cōradū ducē lātiscie:ad quē tunc diē grā nobis fauēte venerat dn̄s vasilico dux ruscie:a quo etiaȝ plenī⁹ de facto audiuim⁹ tartaroꝝ:qꝛ nūcios illuc miserat:qui iā redierant ad ipsum. Audito aūt ꝙ oporteret nos illis munera dare:quasdaȝ pelles castroꝝ ⁊ aliorꝝ aīaliū fecim⁹ emi de h̄ qđ datū nobis fuerat i elemosinā ad subsidiū vie. Qđ agnoscētes dux ꝯrad⁹ ⁊ ducissa cracouie ⁊ epūs ⁊ qdā milites. Plures ēt nobis dederūt hmōi pelles. Denīqȝ dux vasilico a duce cracouie ⁊ epo atqȝ baronib⁹ p nobis attente rogatus secū nos in terrā suā duxit:⁊ vt aliquātulū q̄escerem⁹ aliquot dieb⁹ nos i expēsis suis detinuit. Et cū rogat⁹ a nobis fecisset epos suos venire:legim⁹ eis lr̄as dn̄i pape monēt eos ad sancte mr̄is eccl̄ie vnitatē redire. Ad idē quoqȝ nosipsi monuim⁹ eos ⁊ induxim⁹ q̄ntū potuim⁹:tā ducē q̄ epos ⁊ alios. Sȝ qꝛ dux danel frater vasilico diu predicti p̄sens nō erat:qn̄ ad baty pfect⁹ erat:nō potuerūt eo tpe finaliter rn̄dere. Post hec dux vasilico trāsmisit nos vsqȝ ad kioniā metropolim ruscie cū seruiēte vno. Ibamus tn̄ in piculo capitis semꝑ ppter lichuanos q̄ sepe faciebāt insultus sup terrā ruscie:⁊ i illis maxie locis p q̄ debebamus trāsire. At p p̄dictū seruiētē eramus securi a ruthenis:quoꝝ etiā maxima ps occisa vel captiuata erat a tartaris. Porro in danilone vsqȝ ad mortē tūc infirmati fuimus. nihilominus tn̄ in vehiculo p niuē ⁊ frigus magnum trahi nos fecimus. Cū ergo kioniā peruenimus habuimus de via nr̄a ꝯsiliū cū millenario ac ceteris ibidē nobilib⁹. Qui rn̄derūt nobis ꝙ

si duceremus equos illos:quos tūc habebam⁹ ad tartaros:cū eēnt magne niues morerent oēs qꝛ nescirēt herbā fodere sub niue: sicut eq̄ faciunt tartaroꝝ nec inueniri posset aliq̄d p eis ad mādūcādū cū tartari:nec stramina nec fenū hēant nec pabulū. Itaqȝ decreuimus eos illic dimittere cū duob⁹ pueris deputatis eoꝝ custodie. Ideoqȝ nos oportuit millenario dare mūera vt ipsuȝ haberem⁹ ppiciū ad dādū nobis equos subductitios ⁊ ꝯductū. Secūdo igit die post festū purificatiōis cepto itinē:venim⁹ ad villā canone:q̄ sub tartar' erat imediate. Cui⁹ pfect⁹ nobis dedit equos ⁊ ꝯductū vsqȝ ad aliā in q̄ repim⁹ pfectū micheā oī malitia plenū. Qui tn̄ acceptis a nobis munerib⁹ sȝ velle suū:duxit nos vsqȝ ad primā custodiā tartaroꝝ

Qualr̄ pͥmo cū socijs suis receptus est a tartaris. C. XX.

Cum ergo in prima sexta feria post diē cinerū sole ad occasum tendēte hospitaremur tartari sup nos armati horribilit̄ irruerūt:q̄rentes cuiusmodi hoies essem⁹:cūqȝ rn̄dissem⁹ ꝙ dn̄i pape nūcij essem⁹:q̄busdā cibarijs a nobis acceptis:ꝯtinuo discesserunt. Porro mane facto cū surgētes aliquātulū pcessissem⁹ maiores illorū q̄ erāt i custodia nobis occurrerūt:iterrogātes cur ad eos venirem⁹ ⁊ qđ negociū hērem⁹. Quib⁹ rn̄dim⁹:dn̄i pape nūcij sum⁹:q̄ christianoꝝ pat̄ ē ac dn̄s:h̄ nos iccirco tā ad regē q̄ ad pͥncipes:oēsqȝ tartaros mittit:qꝛ placet ei ꝙ oēs christiani tartaroꝝ sint amici: ⁊ pacem habeāt cū ipsis. Desiderat insuper apđ deū in celo sint magni:⁊ iccirco monet eos tā p nos q̄ p lr̄as suas vt efficiant christiani:fidēqȝ recipiāt dn̄i nr̄i ihesu christi qꝛ nō pnt alit̄ saluari. Mādat pterea ꝙ mirat de tāta occisiōe hoīuȝ:⁊ maxie christianoꝝ:ac potissime hungaroꝝ:motanoꝝ:polonoꝝ:q̄ sīt ei subiecti:facta p tartaros: cū in nullo lesissent:aut ledere attentassent eos. Et qꝛ dn̄s de⁹ grauit̄ sup h̄ ē offensus:monet eos vt a talib⁹ decetero caueāt:⁊ de cōmissis pniaȝ agāt. Sup his etiā rogat vt ei rescribāt q̄d facere velint decetero:⁊ q̄ sit eoꝝ itētio. Quib⁹ auditis ⁊ intellectis dixerūt tartari se velle equos nobis subductitios vsqȝ ad corensaȝ ⁊ ducatū pbere. Statīqȝ munera petierūt ⁊ a nobis acceperūt. Eq̄s igit acceptis de q̄b⁹ descēderāt ipsi cū eoꝝ ducatu ad corenzā arripuim⁹ iter eūdi. Ipsi tn̄ velocit̄ eq̄tantes nūciū vnū pmiserūt ad pfatū ducē cū his vbis q̄ dixeramus eidē. Est aūt dux iste dn̄s oīuȝ q̄ positi sīt in custodia ꝯ oēs occidētis pplos ne forte subito ⁊ improuise irruāt aliq̄ sup illos. Et iste dicitur habere sexingēta milia armatoꝝ hoīuȝ sub se.

Qualiter recepti sunt apud corenzam. C. XXI.

Cum ergo peruenissem⁹ ad ei⁹ curiā:fecit nobis lōge a se poni stationē. Et misit ad nos pcuratores suos:vt quererent a nobis cū quo ei vellemus inclinare.i.q̄ ei munera inclinādo vellemus offerre. Quibus rn̄dimus ꝙ dominus papa non mittebat aliq̄ munera:qꝛ non erat certus ꝙ ad illos puenire possemus:⁊ insup venerimus per loca valde piculosa. Verūtamē inquantū de his que habemus ex gratia dei ⁊ dn̄i pape ad victuȝ nostrum sicut poterimus honorabimus ipsuȝ. Acceptisqȝ muneribus duxerūt nos ad ordam siue tentorium ipsius ⁊ instructi fuimus vt ante hostium stationis ter cum sinistro genu inclinaremus ⁊ caueremus attente: ne pedem super limen hostij poneremus. Et post q̄ intrauimus :oportuit nos coram duce omnibusqȝ maioribus qui ad hoc erant vocati dicere flexis genibus:ea que dixeramus superius. Litteras etiam domini pape obtulimus. sed interpres quem kionie dato precio duxeram⁹ non erat sufficiens ad interpretandum:nec aliquis alius habebatur idoneus. Hinc equi nobis dati sunt:⁊ tres tartari qui nos ducerent festinanter ad ducem baty. Ipse est apud eos potentior excepto imperatore:cui tenentur pre cunctis principib⁹ obedire. Itaqȝ iter arripuimus secunda feria post primam dominicam quadragesime ⁊ eq̄tando quantum equi trotare poterant:quoniaȝ habebamus equos recentes fere ter aut quater omni die properabamus de mane vsqȝ ad noctem:immo etiam de nocte sepissime:nec tamen ante quartaȝ feriam maioris hebdomade potuimus ad ipsum peruenire. Ibam⁹ autem per terram cumanorum:que tota est plana: ⁊ flumina quattuor habet magna. Primum appellatur neper iuxta qđ ex parte ruscie ambulabat corenza ⁊ mōsik qui maior est illo ex altera parte per campestria. Secundum appellatur don. super quod ambulat q̄daȝ princeps hñs in cōiugio sororem baty:que vocat tirbon. Tertiū dicitur volga qđ est magnum valde super quod incedit baty. Quartū nominat iace super qđ duo millenarij vadunt. Vnus ex parte fluminis vna ⁊ alter ex altera:hi omnes in hieme ad mare descēdūt ⁊ in estate super ripā eorūdē fluminū ad mōtes ascēdūt:hoc est mare magnū de quo brachiū sancti georgij exit:qđ in ꝯstantinopolim vadit:hec autē flumina sunt piscibus valde plena ⁊ maxime volga.

Intrãtes mare grecie: qḋ dr̄ magnũ mare. Sup nepre aũt multis die b9 iuim9 p glaciẽ: sup littora quoqꝫ maris grecie satis piculose p gla ciẽ iuim9: in plurib9 locis multis dieb9 ꝯgelat enĩ circa littora bene ad tres leucas iferius. Pri9 aũt ꝙ ad baty puenremus: duo ex nr̄is tartar pcesserũt ad idicãdũ ei oĩa v̄ba q̄ apd corẽzã dixeramus.

¶ Qualr̄ Recepti sũt apud baty magnũ pricipẽ. C. XXII.

Dno cũ in finib9 terre comanoꝝ ab baty puenire m9 bene positi fuimus p vnã leucã a statio nib9 ei9. Cũqꝫ duci debuimus ad curiã ipsius dictũ fuit nobis: ꝙ inter duos ignes trãsire deberemus. Nos autẽ hoc nulla ratione facere volebamus: at illi dixerunt nobis. Ite secu re: qꝛ ꝓ nulla causa hoc volumus facere nisi tñ vt si vos aliqḋ malũ cogitatis dño nostro: vel portatis venenũ ignis auferat omne malũ. Quib9 respondimus: ꝙ propter hoc ne de tali re suspectos reddere mus nos transiremus. Cũ igit̄ ad ordã puenissemus: interrogati a pcuratore ipsius eldegay: cũ quo inclinare vellemus idem qḋ prius apud corenzã respondimus. Datisqꝫ muneribus ⁊ acceptis: auditis etiã itineris causis introduxerũt nos in statione principis. Prius fa cta inclinatiõe: ⁊ audita de limine nõ calcando sicut prius admoniti one. Ingressi aũt flexis genib9 v̄ba nostra ꝓposuimus: deinde litte ras attulimus: ⁊ vt nobis darent interpretes: ad trãsferendũ eas ro gauimus. Qui etiaꝫ in die pasceue dati fuerũt nobis: ⁊ eas in littera ruthenica: saracenica: ⁊ in tartarica diligẽter cũ ipsis trãstulim9: hi in terpretatio baty presentata fuit: quã ⁊ legit ⁊ attẽte notauit. Tandẽ ad nostrã stationẽ reducti fuimus: sꝫ nulla cibaria nobis dederũt: ni si semel aliquãtulũ milij in vna scutella. s. in prima nocte qñ venim9 Iste baty magnifice se gerit: habens hostiarios ⁊ oẽs officiales ad modũ imperatoris: ⁊ sedet in loco eminenti velut in throno cũ vna de vxorib9 suis. Alij vo tã fratres sui ⁊ filij ꝙ alij maiores iferius sedẽt in medio sup bancũ: ⁊ hoies ceteri post eos in terra deorsum: sꝫ viri a dextris ⁊ femine a sinistris. Tẽtoria quoqꝫ de panno lineo hꝫ pul chra ⁊ magna satis: que fuerant hungarie regis. Nec aliqs ad eius tentoriũ audet accedere preter familiã nisi vocatus: qñtucũqꝫ sit po tẽs ⁊ magnus nisi forte sciat ꝙ sit voluntas ipsius. Nos etiaꝫ dicta causã sedim9 a sinistris: sic etenĩ ⁊ oẽs nũcij faciũt in eũdo: sꝫ i redeũ do: sꝫ ab imperatore semp ponebamur a dextris. In medio ponit̄ mẽ sa ei9 ꝓpe hostiũ statiõis sup quã apponit̄ potus in aureis ⁊ argen teis vasis. Nec vnq̄ꝫ bibit baty: vel aliqs tartaroꝝ pnceps maxie qñ in publico sunt: nisi cantet̄ ei vel cythorizet̄: ⁊ cũ eqtat semp portat̄ solinũ vel tentoriolũ super caput eius in hasta sicqꝫ faciũt cuncti ma iores principes tartaroꝝ ⁊ etiã vxores eorũ. Idē vero baty satis est hominib9 suis benignus: valde tñ ab eis timetur: in pugna est crude lissimus. Sagax est multum ⁊ astutissimus in bello quia iaꝫ pugna uit tempore longo.

¶ Qualiter Recedentes a baty per terram comanorum ⁊ kangitarum transierunt. C. XXIII.

In die porro sabbati sancti ad stationẽ fuimus vocati. Et exiuit ad nos procurator baty predict9 dicẽs ex parte ipsi9 ꝙ ad imperatorẽ cuyne in ter rã ipsoꝝ irem9 retẽtis ꝗbusdã ex nr̄is sub hac spe: ꝙ vel lẽt eos remittere ad dñm papã ꝗb9 ⁊ litteras dedim9 de oĩb9 factis nr̄is quas deferrẽt eidẽ. Sꝫ cũ redissent vsqꝫ ad mõrij ducẽ supradi ctũ: ibi retẽti fuerũt vsqꝫ ad reditũ nr̄m. Nos aũt i die pasche officio dicto ⁊ facta comestiõe qualicũqꝫ cũ duob9 tartaris: q̄ nobis apud corenzã fuerãt assignati: cũ multis lachrymis recessimus nescientes vtrũ ad mortẽ vel vitã pergeremus. Eramus tñ ita infirmi corpe: ꝙ vix poteramus equitare. In tota siquidẽ illa. xl. fuerat cib9 noster mi liũ cũ aq̄ ⁊ sale tñ: ⁊ in alijs simili̇t diebus ieiuniorũ nec habebam9 aliqd ad bibendũ preter niuẽ in caldario liquefactã. Ibamus aũt p comaniã eqtãdo fortissime: qꝛ habebamus equos recentes quinqꝫ aut pluries in die: nisi qñ p deserta ibamus: ⁊ tũc equos meliores at qꝫ fortiores q̄ possent ꝯtinuũ sustinere laborẽ accipiebamus. Et hoc ab in eũte. xl. vsqꝫ ad octo dies post pascha. Hec terra. s. comania ab aq̄lone imediate p9 rusciã hꝫ morduinos byleros. i. magnã bulgariã bastarcos. i. magnã bũgariã p9 bastarcos parositas: samoedos. P9 samoedos: illos q̄ dicunt̄ hr̄e faciẽ caninã in oceani littorib9 in de sertis. A meridie hꝫ alanos: circassos: gazaros greciã ⁊ ꝯstãtinopoli: ac terrã hiberoꝝ: cathos: brutachios: q̄ dicũt̄ esse iudei caput radẽ tes p totũ: terrã quoqꝫ cythoꝝ atqꝫ georgianoꝝ ⁊ armenoꝝ ⁊ thurco rũ. Ab occidẽte aũt hũgariã hꝫ atqꝫ rusciã. Et est comania terra ma xima lõga. Cui9 ppl̄os. s. comanos tartari occiderunt: quidã tñ a fa cie eoꝝ fugerũt: ⁊ quidã in eoꝝ seruitutẽ redacti sũt plurimi autẽ ex eis q̄ fugerãt ad ipsos redierũt. Post hec intrauimus terrã kãgitaꝝ que magnam hꝫ in plib9 locis penuriã aque: in q̄ etiaꝫ hoies pauci morant̄ propter aq̄ defectũ. Vñ hoies ieroslai ducis ruscie cũm ad ipsũꝫ in terrã tartaroꝝ pgerẽt: plures eoꝝ i illo deserto pre siti mor tui sunt. In hac etiã t̄ra ⁊ in comania mlta iuenimus capita ⁊ ossã mortuoꝝ hoĩuꝫ sup t̄rã iacẽtia tãꝙ sterq̄liniũ: p hãc itaqꝫ t̄rã iuim9 ab octo dieb9 post pascha fere vsqꝫ ad ascẽsionẽ dñicã. Huiusqꝫ ha bitatores pagani erãt: ⁊ tã ipsi ꝙ comani nõ laborabant: sed tñ de aĩalib9 viuebãt: nec domos edificabãt: sꝫ in tabernaculis hitabant: istos etiã tartari deleuerũt ⁊ habitant in terris eoꝝ: illiqꝫ qui reman serunt redacti sunt in seruitutem ipsorum.

¶ Qualr̄ ad p̄mã iperatoris futuri curiã deuenerũt. C. XXIIII.

Dno de terra kãgitarũ intrauimus terrã biser minoꝝ qui loquunt̄ lingua comanica: sꝫ le gem tenẽt saracenorũ. In hac etiã terra inuenim9 vrbes innumeras cum castris dirutas villasqꝫ multas desertas. Huius dñs dicebat̄ altisoldanus: qui cũ tota sua progenie a tartaris est destructus: hꝫ aũt hec terra montes maximos. Et a meridie quidẽ hꝫ hierlin ⁊ baldac. totamqꝫ saracenoꝝ terrã atqꝫ in finib9 illis pro pinquis morant̄ duo fratres carnales tartaroꝝ duces. s. burin ⁊ ca dan. filij thiaadar qui fuit filius chingiscã. Ab aquilone vo terraꝫ hꝫ nigroꝝ kythaorum ⁊ oceanũ. In illa vo morat̄ siban frater baty: per hanc iuimus a festo ascensiõis dñice fere vsqꝫ ad octo dies ante fe stum sancti iohãnis baptiste. Deinde ingressi sumus terrã nigroruꝫ kythaorum: in qua imperator edificauit domũ: vbi etiã vocati sui mus ad bibendũ. Et ille qui erat ibidẽ ex parte imperatoris fecit ma iores ciuitatis ⁊ etiã duos filios eius plaudere corã nobis. Hinc ex euntes quoddã mare paruũ inuenimus in cui9 littore quidã existit mons paruus. In quo. s. monte quoddã foramẽ esse dicit̄: vñ in hie me tã maxime tẽpestates ventoꝝ exeunt ꝙ hoies inde vix ⁊ cũ ma gno periculo transire pñt. In estate vo semper quidẽ ibi ventorũ so nitus audit̄: sed de foramine tenuiter egredit̄. Per huius maris litto ra plurimis dieb9 perreximus: qḋ quidẽ licet nõ multũ sit magnũꝫ: plures insulas hꝫ: ⁊ illud in sinistris dimisimus: in terra vo illa habi tat orda: quem diꝫ tartarorũ ducũ antiquioreꝫ diximus: ⁊ est orda sine curia patris ipsius quã inhabitat ⁊ regit vna de vxoribus eius. Consuetudo enĩ est apud tartaros ꝙ principũ ⁊ maioꝝ curie nõ de lentur: sed semp ordinant̄ alique mulieres q̄ illas regant eisqꝫ dona riorum pres sicut dñis eoꝝ dari solebat dant̄. Sic tandẽ ad primaꝫ imperatoris curiã venimus: in qua erat vna de vxoribus ipsius.

¶ Qualr̄ ad ipsũꝫ cuine imperatorẽ futurũ puenerũt. C. XXV.

Et vero qꝛ nondũ imperatorẽ videramus: no luerũt vocare nos nec intromittere ad ordam ipsius. Sed nobis in tentorio nr̄o fm̄ morẽ tarta rorum valde hñ seruiri fecerunt: ⁊ vt quiesceremus nos ibidem per vnã diẽ tenuerunt. Inde procedentes in vigilia sanctoꝝ petri ⁊ pauli terrã naimanorũ intrauimus qui sunt pagani. In ipsa vo die aplorũ ibidẽ cecidit magna nix: ⁊ habuimus maximũ frigus hec quidem terra montuosa ⁊ frigida est supra modũ: ibiqꝫ de pla nicie reperit̄ modicũ. Iste quoqꝫ due nationes predicte non labora bant sed sicut ⁊ tartari in tentoriis habitabant q̄s ⁊ ipsi deleuerant. Per hanc etiã multis diebus perreximus: deinde terrã mongalorũ intrauimus quos tartaros appellamus. Per has itaqꝫ terras vt cre dimus trib9 septimanis equitando fortiter iuimus: ⁊ in die bate ma rie magdalene: ad cuine imperatorẽ electũ peruenimus. Ideo aũt p omnẽ viam istaꝫ valde festinauimus qꝛ preceptũ erat tartaris nostris vt cito nos ducerent ad curiã solennẽ iam ex annis plurib9 indictaꝫ propter ipsius imperatoris electionẽ. Iccirco de mane surgẽtes iba mus vsqꝫ ad noctẽ sine cõmestione ⁊ sepius tam tarde veniebamus ꝙ nõ comedebamus in sero: sed qḋ manducare debebamus in ves pere: dabat̄ nobis in mane. Mutatisqꝫ frequentius equis nullate nus parcebat̄ eis: sed equitabamus velociter ac sine intermissione quantũcunqꝫ poterant equi trotare. Actor. Hec de situ terre ac de moribus gestisqꝫ tartarorũ ⁊ de itinere fratris iohannis supradicti vsqꝫ ad curiam imperatoris eorum excerpsimus ex eiusdem fratris iohannis libello: ea que in libro fratris simonis deerant huic operi adijciendo. Decetero autem ex vtroqꝫ libello interscalariter quas dam narratiões prosequendo voluimus ordinate procedere: prout tpi cõpetunt ⁊ ordini historie.

¶ De Exaltatione raconadij in soldanum turquie. C. XXVI.

Frater simon. Anno superi9 in missiõe fratruꝫ ad tartaros ãnotato. s. ab icarnatiõe dñi M cc. xlv. mense octobri. mortuus est in satellia garata dinus turquie soldanus: eiqꝫ successit filius eius adhuc puer nomine raconadius: hunc genuerat ipse de filia cuiusdam sa cerdotis greci: alterum vero nomine ayadinum de filia vt dicitur

cuiusdam burgensis iconii seu pretoris: tertium vero aladinum de filia regine georgie genuerat quā ī vxorē hēbat. Raconadi⁹ erat .xi. annoꝝ: azadin⁹ .ix. aladinus .vij. Et iste qdē natu minī⁹ regie fili⁹: quo ad ipsos paterne hēditatis hēs erat legitim⁹: sī qdē ⁊ pat ei⁹ tertia die post natiuitatē ipsi⁹: oēs admiraldos suos eidē puero tāq̄ legitimo filio ⁊ heredi suo iuramētū homagij sm ritū suū pstare iussit. Aliāq̄ monetā a sua: eiusdēq̄ filij noīe tūc fieri iussit q̄ adhuc etiā in turquia currit. Sz tūc erat qdā losyr noīe baiulus totius turquie persa natiōe q̄ olim ad soldanū veniēs fuerat notarius curie. Frem quoq̄ pauperē habebat q̄ ligna vēdebat. Deinde paulatim intantū ascendit q̄ turche cācellarius fuit. hic itaq̄ vir⁹ erat de terre antiquiorib⁹ ⁊ in multis sagax inuētus ⁊ exptus. Qui et ad tartaros pro terra saluāda preterat: eiq̄ soldanus ī morte gladiū suū cōmiserat: ita q̄ ex pte illius totā terrā in manu habebat: anhelauit autē oīb⁹ modis in vxorē accipe viā de dnī sui mortui vxoribus qd magnū apud thurcos erat obprobriū dnō ⁊ suis oīb⁹. Et hoc qdē ppositū suū salefadino qui tunc in in turquia post ipsum erat potentior: tāq̄ amico suo ⁊ familiari reuelauit: qd oīb⁹ modis salefadino displicuit: ⁊ ei quātū potuit dissuasit. Ille tñ preualens: tādē soldani vxorem raconadij matrē accepit: ipsumq̄ raconadiū tanq̄ natu maiorē in soldanū exaltauit: quoꝝ vtrūq̄ salefadino, ceterisq̄ plurib⁹ admiraldis valde displicuit tū q̄ ipse losyr soldanū illū ɔstituendo cū oībus admiraldis in hoc sibi assentientibus periuriū incurrebat: tum q̄ ipse homo plebeius ⁊ alienigena: vxorē dnī sui accipiēdo magnū ei suisq̄ oīb⁹ admiraldis dedecus faciebat.

¶ De Losyr tyranni debachatiōe. C. XXVII.

Ex his erga salefadin⁹ ⁊ plures admiraldi turquie ɔ losyr plurimū īdignati sūt: ita q̄ in mortē eius sexingenti cū ipso coniurauerunt. At quidā eoꝝ q̄ simul iurauerāt ad ipsum losyr accesserūt: eiq̄ mortē suā iuratā manifestauerūt: ⁊ sup iuratiōe facta veniā ab ipso postulātes eiq̄ decetero se perpetu⁹ adhesuros firmiter pmittētes. Quosdā etiā illoꝝ sexingentoꝝ quos ipsi plus odiebāt nominauerūt: ipsiq̄ losyr occidere suaserūt eos. Vnus aūt ex illis astutior ɔsuluit losyr vt aliqua die inclusum se in camera sua infirmū fingeret ⁊ causa sue visitatiōis eos accersiret: ibiq̄ insidijs positus locus aptaret in quo occidēdi oēs includerent. Qd vbi factū ē vna die .xv. vel sz alios .xxiiij. admiraldi maiores in turquia latēter occisi sunt: dicunt ⁊ latini siue christiani q̄ idē losyr admiraldos vsq̄ ad .lx. occidit: quosdā etiam alios persequēdo fugauit: ⁊ quosdā in carcere reclusit. Marchisiū de lambro incarcerauit ⁊ admiraldē ad tartaros vt exulē pfugauit: filiū quoq̄ q̄ dederat ei ɔsiliū de admiraldis occidendis cū vxore ac filiis oībus interfecit. Magis autē ac magis ɔtra salefadinū vtpote tunc in turquia potentiorē: ⁊ eū magis q̄ alijs facta ipsius displicebāt indignabatur qui ī salefadinus apud arteng ... tanq̄ cui terra illa erat cōmissa morabat. Cū ergo die quadā salefadinus .cc. secū bellatores haberet: eiq̄ .xx. miliū hoīum exercitus losyr superuenīret illi q̄ erāt ex pte losyr mādauerūt salefadino ne fugeret: sz aduētū ipsoꝝ ɔstāter expectaret: q̄ in hora q̄ inciperēt ɔgredi cū ipso essent q̄ modo videbant esse ɔtrarij. Qui verbis eoꝝ nimis credulus: bellum aggressus est statimq̄ a multitudine tanta ɔtritus est. Ipse tñ cum paucis receptus est in quodam castro fortissimo gamach vocabulo. Tandē vo circūdat⁹ ⁊ obsessus ab exercitu losyr a castri habitatorib⁹ exire quasi coactus est. dicētib⁹ se nolle tueri hoīem in castro soldani: qui contra soldanū eēt. Interim quoq̄ nūcios mittebat losyr ad ipsum vt de castro securus exiens ad se veniret. eligēs sibimet qd melius vellet: videlz aut exire de terra libere ⁊ quocūq̄ vellet pficisceret: aut decetero cū beniuolētia ipsius losyr in terra turquie vt prius cōmorari. Cūq̄ nuncij verba portātes annuēte salefadino: ab ipo losyr iuramēta recepissent oīa q̄ mādauerat se firmiter seruaturū: ille fidei eoꝝ se cōmittens ibat ad ipsum: losyr aūt pmisit nūcios in occursum eius. dicens nuncijs eū adducentib⁹. Nolite vlterius ipsum ad me adducere: sed visio presentib⁹ nūcij eū īterficite. Qd ⁊ factū ē: hic aūt salefadin⁹ gallicū atq̄ theutonicū sciebat: multūq̄ frācos siue christianos diligebat. Et si aliquādiu lōgius vixisset: fortassis vt credit cito christianus factus fuisset.

¶ De Federis inter thurcos ⁊ tartaros confirmatione. C. XXVIII.

Eodem autē anno quo mortuus ē soldan⁹ turquie ... azadinus eius successit ī fili⁹ ei⁹ pmogenit⁹ raconadius. s. ab incarnatiōe dnī. M. cclv. tartari cū thurcis fed⁹ inierūt: ⁊ tūc .xiiij. camelos ypperis oneratos ac .ccc. summarios sericis ⁊ scarleta alijsq̄ pannis preciosis onustos cū plurib⁹ eqtaturis eoꝝ regi trāsmiserūt. Frat aūt soldani medius natu videlicet azadinus: ad eundem regem eā confederationis est missus. Denīq̄ thurci sub hac forma se tributarios subdiderunt tartaris. Quolibet anno reddūt eis. M milia .cc. milia ypperorum ⁊ dngētos pānos sericos: quoꝝ medietas est deaurata: equos quoq̄ dngentos: ⁊ camelos totidē: ⁊ arietes .v. milia. hec aūt oīa tenent ducere ⁊ cōducere salua ⁊ integra cū expensis suis vsq̄ ad mongaz. Tantūdē quoq̄ valent exenia ⁊ dona: q̄ vltra tributū mittunt quātum ipsuz tributū: ⁊ amplius etiā vt dicit. Preterea tenent thurci p totam turquiaz pruidē nūcijs tartaroꝝ oīnō: in eqtaturis: in mūerib⁹ in victualib⁹: eundo: morādo: ac redeūdo. Itaq̄ notari⁹ soldani cōputauit expēsas nūcioꝝ tartaricoꝝ: q̄s apud iconiū in duob⁹ annis fecerāt: ⁊ inuētū est q̄ excepto pane ⁊ vino sexingēta milia yppera expēderāt. Predicta vo tributaria ɔfederatio facta fuit apd sanastiaz marchisio de lābro noīe ɔstantino psente: qui tūc tpis marescallus erat turquie: ⁊ etiā baiulus fuerat eiusdē terre. Et q̄n quidē hoc tributū primo cōmissum fuit tartaris interfuit ibidē eiusdē constantini miles vocabulo puincialis: qui multa de illis enarrauit fratrib⁹ predicatorib⁹: a dnō papa cū lrīs suis ad tartaros transmissis.

¶ Qualr rex minoris armenie tartaris se subdidit. C. XXIX.

Circa idem tempus cōstās pater ⁊ baiulus regis armenie q̄ vocat aitons filiū suū eiusdem regni conestabulū ad tartaros misit: eorūq̄ tributo se ac regnū suū subijciens: pacē cū eis cōposuit. Que videlicet minor armenia noīe alio ab antiquo vocat cilicia: ⁊ inter turquiam ⁊ syriam est sita. Ibi est tarsis ciuitas archiepalis. De q̄ paulus apostolus fuisse se dicit. Ibi quoq̄ est catholicon. i. vniuersalis eps: sicut ⁊ in georgia de qua dictū est superius. Hui⁹ armenie regnū acquisierāt paucis antea tpibus: duo fratres de maior armenia leo. s. ac robinus. Et robinus quidē maior natu prior in ea regnauit vl potius prefuit moriturus vo regnū ⁊ filiam suā: eiusdē videlicet regni heredem: fratri suo leoni cōmisit: eiusq̄ fidei credidit. At ipse leo regnum in semetipsum retorsit: quinpotius de baronia regnū sibi facere voluit: nam antea vt dicit rex ibi nō erat: sed baro qui soldano turquie sub tributo seruiebat. Itaq̄ ad petitionē ipsi⁹ leonis arnus dnī de troussot perrexit ad curiā romanā ⁊ ad imperatorē othonem petens ab ambobus vt ipsuz in legiū hoīem reciperent. Ecclesia vo sub conditione saluo. s. heredis iure: recepit ipsum in hoīem ⁊ otho sīliter. Porro archiepūs quidam theutonicus videlicet moguntinus attulit eidē leoni coronā: sub tali cōditione: vt oēs pueros infra .xij. annos existentes ipse leo poni faceret ad lrās latinas. Tūc ergo rex leo dedit ecclesie in dotem casale effelice: castrū paperon: ⁊ alia multa casalia: pluraq̄ alia. Hec aūt oīa iurauerunt barones se firmiter seruaturos. Factum est aūt hoc anno dnī M. ccxiij. Porro idē leo ter infirmus ter fecit: oēs barones suos robino nepoti suo iurare: tāq̄ vero ⁊ vltimo dnō suo ⁊ iusto heredi regni armenie. Filiā tñ suam cui regnū relinquere disposuerat fratri anthioceni principis in coniugiū dedit: ⁊ postea ipsuz dolose interfecit. Ipso aūt leone mortuo: quidā baro eiusdem armenie constans noīe: filiā eius violenter rapuit ⁊ postmodū eandem inuitaz filio suo haitoni matrimonio copulauit: eiq̄ cū illa regnum tradidit. Porro filiā robini que regnū hereditario iure possidere debuit: philipp⁹ miles de monte forti vxorem accepit. Vñ ⁊ merito ad illud aspirat: ipsumq̄ vt iustū ē est acq̄siturum se sperat. Idē etiā constans diuersis dolis ⁊ machinamentis .lxij. barones armenie maiores interfecit. Soldani quoq̄ turche matrem atq̄ sororē quas idem soldanus ipsi tāq̄ suo homini legio ac fideli vtpote christiano cā refugij miserat a facie tartaroꝝ: ipse reuera infidelis ⁊ iniquus misit eisdem tartaris in fauorem ipsoꝝ. Et ille quidem in ipso itinere dicunt obijsse. Itaq̄ soldanus ipse terram ei⁹ intrauit ⁊ vrbem tarsum obsedit. Sed ibidem infirmatus mortuus est: ⁊ in vrbe regali satellia sepultus est.

¶ Qualiter cuiuē frēs minores suscepit. C. XXX.

Frater iohānes. Cū aūt peruenim⁹ ad cuiuē fecit nobis dari tentoriū ⁊ expensas q̄les tartari dare solēt nobis tñ meli⁹ q̄ alijs nūcijs faciebāt. Ad ipsuz aūt vocati nō fuim⁹ eo q̄ nōdū elect⁹ erat: nec adhuc de impio se intromittebat. Interptatio tñ lrāꝝ dnī pape ac alia etiā a nobis dicta a pdicto baty erāt ei mādata. Cū ḡ stetissem⁹ ibi p q̄nq̄ vl .vj. dies. ad matrē suā nos transmittit: vbi adunabat curia solennis. Et cū venissemus illuc. iam extēsuz erat tētoriū magnū de alba purpura prepatū eratq̄ tā grāde nostro iudicio q̄ plusq̄ duo milia hoīuz poterant esse sub illo. Et in circuitu factū erat ligneū tabulatū varijs imaginib⁹ depictū. Illuc ergo pexim⁹ cum tartaris nobis ad custodiā assignatis. ibiq̄ ɔuenerant oēs duces ⁊ vnusquisq̄ cū hoīb⁹ suis equitabat in circuitu p planiciē ⁊ colles. In pma die

vestiti sunt oēs purpurā albis. in secūda vō rubeis. ⁊ tūc venit cuyne ad tētorium illud. Porro tertia die fuerunt oēs in blaucis purpuris ⁊ quarta in optimis baldakinis. In illo aūt tabulato iuxta tētoriuȝ erant due maiores porte. p quaꝝ vnā solus impator debebat intrare ⁊ ad illā nulla erat custodia q̄uis essȝ apta. qꝛ per illā nullus audebat ingredi vel exire p aliā oēs q̄ admittebant intrabāt ⁊ ad illam custodes cū gladijs ⁊ arcubus ⁊ sagictis erāt. Itaqȝ si q̄s tentorio ppinq̄bat vltra terminos q̄ positi erāt. si capiebatur verberabat̄ si fugiebat sagicta siue ferro sagictabat̄. Multiqȝ ibi erāt q̄ in frenis pectoralib᷒. sellis ⁊ hmōi. iudicio nostro auri circiter. xx. marcas hēbant. Sic duces infra tentoriū colloquebant̄ ⁊ de imperatoris electiōe tractabant vt a nobis credit̄. Alius aūt vniuersus populus longe extra tabulatū collocabat̄. ⁊ ita fere vsqȝ ad meridiem morabant̄. Tūc incipiebat lac iumētinū bibere ⁊ vsqȝ ad vesp̄as tm̄ bibebāt. qd̄ erat visu mirabile. Nos autē vocauerūt interius ⁊ dederūt nobis ceruisiā qꝛ iumētinū lac nō bibebamus. Et q̄dēȝ nobis p magno fecerūt honore. sȝ tm̄ nos cōpellebāt ad bibēdū. qꝛ nullaten᷒ poteram᷒ pp̄ cōsuetudinē sustinere. Un̄ ostēdim᷒ eis hoc eē graue nobis. ideoqȝ nos cessauerūt cōpellere. Foris aūt erat dux geroslaus de susdal ruscie. plureśqȝ duces kithaoꝝ ⁊ solāgoꝝ Duo quoqȝ filij regis georgie. nūcij etiā califi de baldac q̄ erat soldanus. ⁊ plusq̄ȝ. x. alij soldani saracenorū vt credimus. Et sicut nobis a pcuratorib᷒ dicebat̄. erāt ibi nūciorū plus q̄ȝ. iiij. milia inter illos q̄ tributa portabant. ⁊ illos q̄ī deferebāt. ⁊ illos p q̄bus ipsi miserāt illosqȝ q̄ terraꝝ erāt p̄fecti. Hi hoīes sīl extra tabulatū ponebant̄. eisqȝ simul bibere p̄bebat̄. Nobis autē ⁊ duci geroslao fere sp̄ ab eis dabat̄ superior locus qū cum eis eram᷒.

Qualiter in imperiū sublimat᷒ fuit. C. XXXI.

ET quidēȝ si bene meminim᷒ ibidē p septimanas circit. iiij. fuimus. Credimusqȝ qꝫ ibi fuit electio celebrata. nō tm̄ ibidem fuit publicata. Propt̄ hoc āt id maxīe credebat̄. qꝛ sp̄ qū cuyne de tētorio exibat eidē cantabat̄ ⁊ cuȝ virgis speciosis ī summitate lanā coccineā hn̄tib᷒ inclinabat̄. qd̄ alteri ducū nulli fiebat. quousqȝ exteri᷒ morabat̄. Hec āt statio siue curia noiat̄ ab eis siraorda. hīc exeūtes vnanimit̄ oēs equitauim᷒ p tres aut quatuor leucas ad aliū locuȝ vbi erat in q̄dā pulchra planicie iuxta riuū. int̄ montes aliud tentoriuȝ qd̄ apud ipsos appellat̄ orda aurea p̄paratuȝ. Ibi enȝ cuyne debebat poni in sede in die assumptiōis dn̄e nr̄e. Sȝ pp̄ grandinē nimiā q̄ tunc vt supradictū est cecidit. res dilata fuit. Eratqȝ tentoriū ī columnis positū que laminis aureis erāt tecte ⁊ clauis aureis cum alijs lignis fixe. Porro de baldakino erat tectuȝ superi⁹: sȝ alij erāt pān̄i exteri᷒ fuim᷒ aūt ibi vsqȝ ad festū beati bartholomei. in quo maxima multitudo cōuenit. ⁊ cōtra meridiē versis vultib᷒ stetit. Et q̄dā ad iactum lapidis longe a ceteris erāt semp̄qȝ orōnes faciēdo ac genua flectēdo cōtra meridiē longi᷒ ⁊ longi᷒ pcedebāt. Nos aūt verū incātatiōes facerēt. aut genua deo vel alteri flecterēt nesciētes nolebam᷒ facere genuflectiones. Cūqȝ diu ita fecissent ad tētoriū reuersi sunt. ⁊ cuyne ī sede imperiali posuerūt ducesqȝ corā eo genua flexerunt. Post hoc idēȝ fecit vniuersus populus. exceptis nobis q̄ eis subditi nō eram᷒.

De solēnitate qua fuit intronizatus. C. XXXII.

FRater simon. Igit̄ anno dn̄i. M. ccxlvi. cuyne q̄ ⁊ gogchaȝ. i. impator vel rex sublimat᷒ est in tartaroꝝ regno. Oēs siq̄dēȝ illoꝝ barones cōgregati quādaȝ sedē aureā in loci supradicti medio posuerūt. supra quā ipsuȝ gog sedere fecerūt: ⁊ coraȝ eo gladiuȝ posuerūt dicētes. Volum᷒ ⁊ rogam᷒ atqȝ p̄cipimus vt dominaris oīb᷒ nobis. At ille dixit eis. si me vultis sup vos regnare. nunq̄d parati estis vnusq̄sqȝ qd̄ vobis precepo facere. quēcunqȝ vocauero venire. quocūqȝ voluero mittere pgere: quēcunqȝ occidi p̄cepo occidere. Responderūt. Utiqȝ. Ergo inquit ore mei sermo. de cetero gladius meus erit. Oēsqȝ cōiter ei cōsenserūt. Post h̄ āt filtrū q̄dam in t̄ra statuerūt. ipmqȝ rursus desup sedere fecerūt dicētes. Vide sursuȝ ⁊ agnosce deū ac respice filtrū in quo sedes deorsuȝ. Si bene regnū tuū rexeris. si largus fueris. iusticiāqȝ seruare dilexeris. ac principes tuos vnūquēqȝ sm̄ dignitatē suā honoraueris magnific᷒ regnabis totusqȝ mūdus tue substernet̄ dn̄ati ōi. ⁊ q̄cq̄d desiderabit cor tuū dabit deus tibi. Si aūt ecōtrario feceris miser ⁊ abiect᷒ eris adeoqȝ paup̄ vt nec tibi remitat̄ filtruȝ in quo nūc sedes. Hoc dicto idē barones vxorē gog cū ipso sup filtꝝ sedere fecerūt. sicqȝ ambos sedentes. a t̄ra sursum in aera leuauerūt. atqȝ impatorē ⁊ impatriceȝ dn̄ȝ tartaroꝝ voce publica ⁊ clamorosa cōsonē p̄clamati sunt. Postea multitudinē infinitā auri ⁊ argenti ⁊ lapides p̄ciosos. ac quecunqȝ remāserant a chagadadā corā impatore nouo apportari fecerūt. eiqȝ dominiū sup oia illa plenarium cōcesserūt. Ipse vero p̄ut ei placuit vnicuiqȝ p̄ncipū distribuit. sibiqȝ residuuȝ s̄uari p̄cepit. Deinde vero bibere ceperūt ⁊ vt moris eoꝝ est vsqȝ ad vesperas cōtinue potationib᷒ intenderūt. Post h̄ aūt carnes cocte in cinerib᷒ sine sale venerunt ⁊ int̄ quatuor vl̄ q̄nqȝ hoīes vnicuȝ mēbrū siue frustū ministri dederunt carnes ac brodiuȝ cum sale pro salsa sicqȝ faciebāt cunctis dieb᷒ quando celebrabant conuiuia.

De etate ac morib᷒ ⁊ sigillo ipsius. C. XXXIII.

FRater iohannes. Sic aūt impator qū sublimat᷒ est ī regnū videbat̄ esse circiter. xl. vel. xlv annoꝝ. Mediocris erat stature prudens valde. nimis astutus multumqȝ seriosus ⁊ grauis in morib᷒. Nec vnq̄ȝ videbat eum hō de facili ridere vel aliquā leuitatē facere sicut dicebant xp̄iani q̄ cū ipso morabant̄ cōtinue Dicebāt etiā nobis firmit̄ asserendo xp̄iani. q̄ erāt de familia eius qꝫ deberet fieri xp̄ian᷒. Cuius signum erat qꝫ ipse clericos xp̄ianos tenebat ⁊ expensas eis dabat. hēbat ēt sp̄ capellā xp̄ianoꝝ ante maius tentoriuȝ suuȝ vbi cantāt clerici publice ⁊ apte. ac pulsant ad horas vt ceteri xp̄iani sm̄ mores grecoꝝ. quātacunqȝ sit ibi multitudo tartaroꝝ vel etiā alioꝝ hoīuȝ. hoc tm̄ nō faciunt alij duces ipsoꝝ. Est aūt mos imperatoris ipsius vt nunq̄ȝ ore pprio loquat̄ cū extraneo quātūcunqȝ magn᷒ sit. sȝ audit ac rn̄det per interpositā psonam. Et q̄n̄cūqȝ negociuȝ pponunt vel impatoris missionē audiunt. isti q̄ sub eo sūt q̄ntūcūqȝ sint magn᷒ flexis genib᷒ vsqȝ ad finē vboꝝ psistūt. Nec alicui de cōsuetudine sup aliquo negocio loq̄ licitum est postq̄ȝ ab impatore diffinituȝ est. hȝ aūt impator p̄dictus pcuratorē ⁊ prothonotarios atqȝ scriptores oēsqȝ officiales in negocijs tam publicis q̄ȝ puatis exceptis aduocati. Nā sine litium vel iudicioꝝ strepitu sm̄ arbitrium impatoris oia fiūt. Alij quoqȝ p̄ncipes tartaroꝝ de his q̄ ad illos ptinēt idē faciunt. hoc autē nouerint vniuersi qꝛ nobis tunc exn̄tib᷒ in solēni curia iā ex plurib᷒ ānis indicta. idē cuyne imperator de nouo electus cū oīb᷒ suis principib᷒ erexit vexillum cōtra ecclesiā dei. ac romanuȝ iperiuȝ. ac cōtra oia regna xp̄ianoꝝ ⁊ populos occidētis. nisi forsasse qd̄ absit facerēt ea q̄ mādabat dn̄o pape atqȝ potētib᷒ ⁊ oīb᷒ xp̄ianoꝝ pplis videlȝ vt ipsi subdant̄ eis. nā excepta xp̄ianitate nulla est t̄ra in orbe quā timeāt. ⁊ iccirco cōtra nos ad pugnā se p̄parāt huius siq̄dē impatoris pr̄. s. octoday necat᷒ fuerat veneno ⁊ ob hoc a bellis quieuerāt tp̄e pauco. Intētio āt eoꝝ vt dictuȝ est supra est sibi totuȝ subijcere mundū sicut a chingiscā hn̄t mandatuȝ. Un̄ ⁊ ipse impator in litteris suis ita scribit. Dei fortitudo oiuȝ hoīuȝ impator. In supscriptione quoqȝ sigilli eius hoc est. De᷒ ī celo ⁊ cuyne chan. sup t̄rā dei fortitudo oiuȝ hoiuȝ ipatoris sigillū.

De noīb᷒ ei᷒ ac p̄ncipib᷒ ⁊ exercitib᷒. C. XXXIIII.

FRater simon. Et hoc q̄dē nomen chan siue chaaȝ est appellatiuū idēqȝ sonat qꝫ rex vel ipator siue magnificus vel magnificat᷒. Sȝ hoc tartari singularit̄ attribuunt dn̄o suo. nomē eius propriuȝ reticēdo. Ipse quoqȝ gloriat̄ se esse filiuȝ dei. seqȝ sic ab hoīb᷒ appellari. Idēȝ autēȝ sonat cuyne quod ⁊ gog ⁊ fratris ei᷒ magog siq̄dē p ezechielē dn̄s gog ⁊ magog aduentuȝ p̄dicit. eorumqȝ interituȝ se factūr per eundē pmittit. Ipsi quoqȝ tartari pprie loquēdo se vocāt mōgli siue mōgol. qd̄ verbū forsasse cōsonat mosoch hic itaqȝ. s. cuyne chan siue gog. chaā feruens ⁊ estuans in holum pstratiōeȝ. qū diban᷒ successus a coquēte. secū hȝ exercitus q̄nqȝ suo dn̄o seruientes p quos expugnat oēs sibi 3̄raos ac rebelles. In finib᷒ aūt p̄dictis hȝ p̄ncipē noīe batomoy q̄ totā t̄rā xp̄ianoꝝ ⁊ saracenoꝝ vsqȝ ad mare mediterraneuȝ ⁊ ppe antiochiā. ⁊ vltra p duas dietas eius dn̄io subiugauit. ita qꝫ a capite p̄dicis vsqȝ ad mare iā ei regnat. xiiij. adq̄siuit. Est aūt baroth pp̄riū nomen. noy vero sonat dignitateȝ. est etiā dux q̄dā tartaroꝝ noīe corenzā versus christianos occidētis. q̄ hȝ sub se armatoꝝ sexingenta milia. stās ibi tanq̄ȝ in custodia ne super ipsos ac sup subsequētes irruant subito xp̄iani. Porro batoth p̄nceps est tartaroꝝ maxim᷒. hoīb᷒ q̄dē suis satis benign᷒ licȝ ab eis sit valde reuerit᷒. in p̄nia vō est crudelissim᷒. In exercitu quidē batoth sunt sexingenta milia pugnatoꝝ. videlȝ. clx. milia tartaroꝝ rum. ⁊ ccccxl. milia tam xp̄ianoꝝ ⁊ alioꝝ. s. infideliū. ⁊ dr̄ habere plures bellatores in septuplo nūero q̄ȝ batothnoy in exercitu suo. porro chaam dr̄ hr̄e exercit᷒ q̄nqȝ. quoꝝ oiuȝ nemo de facili pōt nūerū cōprehendere sic̄ aūt. baroth. xviij. barones frēs nō ex eodē patre nec ex eadē matre: sȝ ex diuersis habuisse quoꝝ vnusquisqȝ. x. milia bellatoꝝ admin᷒ hēbat sub se. sed de oīb᷒ illis non intrauerūt nisi duo frēs regnū hungarie. Debebāt āt āni. xxx. pcedere in pugnādo. sed tunc vt dictū est interfectus fuit imperator eoꝝ veneno ideoqȝ quieuit tp̄e pauco. Ut aūt imperatorē habuerūt. iteꝝ se ad pugnādū p̄parauit.

De admissione fratrū ⁊ nuncioꝝ ad ipatorē. C. XXXV

Frater iohannes. In loco igitꝛ illo vbi positus est imperator in throno vocati fuimus coraꝫ ipso. Cumqꝫ gingai ꝓthonotarius eiꝰ noīa nr̄a scripsisset. illoꝵqꝫ a q̄bus missi eramus. ⁊ ducis solangoꝵ ⁊ alioꝵ clamauit alta voce. recitādo illa corā imꝑatore ac ducū vniuersitate. Quo facto flexit vnusquisqꝫ nostrū quater genu sinistrum ⁊ monuerūt ne tāgerem⁹ limē deorsū. Cūqꝫ ꝓ cultellis nos diligētissime scrutati fuissent ⁊ nullatenꝰ inuenissent. intrauimꝰ hostiuꝫ ab orientali pte. qꝛ nullus ab occidēte nisi solus imꝑator audet intrare: siſr ⁊ dux ab illa pte ingreditꝛ solus. si ē tētoriuꝫ eiꝰ. Minores aūt non multū curāt de talibus. Tunc ḡ pmū in eius ꝑsentia. suā intrauimus stationē. videlꝫ postq̄ factus est imꝑator ibidē. Omnes quoqꝫ nuncij tunc ab eo recepti sunt. sed paucissimi tentoriuꝫ eius intrauerūt. Ibi vero tanta donaria ab ipsis nuncijs fuerūt ei presentata. ꝙ quasi videbantꝛ infinita. videlicet in samitis ac purpuris ⁊ baldakinis ac cingulis sericis cum auro preparatis. pellibꝰ etiam nobilibus ceterisqꝫ muneribus. Quoddam etiam solinum siue tentoriolum. quod super caput imperatoris portatꝛ. fuit eidem presentatum quod totum erat cum gemmis ꝑparatum. Quidam vero prefectus vnius ꝓuincie adduxit ei camelos multos cum baldakinis tectos. super quos selle posite cum instrumentis quibusdam erant. in quibus homines interius sedere valebant. Equos etiam multos ⁊ mulos adducebant eidē faleratos siue armatos. quosdam quidam de corio ⁊ quosdam de ferro. Nos etiam requisiti fuimus an ei munera dare vellemus. sed iam facultas non erat quoniā omnia fere nostra consumpseramus. Ibidem longe a stationibꝰ super montem erant positi currus plusq̄ quingenti qui omnes auro ⁊ argento ac sericis vestibus erant pleni. Cunctiqꝫ inter imperatorem ⁊ duces diuisi fuerunt. singuliqꝫ duces inter homines suos ptes suas vt eis placuit diuiserunt.

De loco diuisionis imperatoris ⁊ matris sue ⁊ morte gerosial ducis ruscie. C. XXXVI.

Inde recedentes venimꝰ ad aliū locū vbi tētorium mirabile totum de purpura rufa. quod kital dederant erat positū illic etiam interius introducti fuimus ⁊ semp cū intrabamus nobis dabatꝛ ad bibendum. ceruisia vel vinum ⁊ etiā carnes cocte si volebamus ad edendum. Eratqꝫ solariolū vnum de tabulis alte preparatū. vbi thronꝰ imꝑatoris erat positus ex ebore mirabiliter sculptus in quo etiam erat auruꝫ ⁊ lapides preciosi si bene meminimus ⁊ illuc ascendebatꝛ per gradus. Eratqꝫ rotundum superius. banci vero erant positi in circuitu sedis vbi domine sedebāt a parte sinistra in scamnis: a dextris autem nemo sedebat superius. Sed duces sedebant in bancis inferius. ⁊ hoc in medio. Alij vero sedebāt post eos. ⁊ quolibet die venit dominarum maxima multitudo. Ista vero tria tētoria de quibus supradiximus erant valde magna. aliaqꝫ habebāt vxores eiꝰ de filtro albo satis magna ⁊ pulchra. Ibidem imperator diuisus est a matre sua. que iuit in vnam terre partē ⁊ imperator in aliam ad iudicia facienda. Capta siquidem erat amita īperatoris istiꝰ que veneno interfecerat patrē eiꝰ. eo tpe quo exercitus eoꝵ in hungaria fuit. propter quod etiam exercitus eorum qui erat in partibus illis recessit. De qua cum alijs pluribus factum fuit iudicium ⁊ occisi fuerunt. Eodem tempore mortuus fuit hieroslaus dux magnus soldal. que est quedam ruscie pars. Vocatus enim ad matreꝫ imperatoris quasi pro honore vt manducaret ac biberet de manu ipsius incontinēti est ad hospitiū reuersus infirmatusqꝫ mortuus est. Post septē dies totumqꝫ corpus eius miro modo glaucum effectum est. Dicebatꝛ qꝫ ab oībus ꝙ ibidē vt terrā eius libere ac plenarie possiderēt: fuisset impocionatus.

Qualiter tandeꝫ frēs ad imperatorem accedentes litteras dederunt ⁊ acceperunt. C. XXXVII.

Deniqꝫ tartari nostri nos ad imperatorē duxerunt. Qui cum audisset per illos nos ad eum venisse iussit nos ad matrem redire volebat enim secundo die sicut superius dictum est ꝫ totam occidentis terram vexillum erigere. qḋ nos volebat ignorare: Itaqꝫ reuersi stetimus paucis diebus ⁊ iterū ad ipsum reuersi fuimus: cum quo bene per mensem fuimus in tanta fame ⁊ siti ꝙ vix viuere poteramus: nam expense que nobis ꝓ diebus quattuor dabantꝛ vix vna sufficiebant. nec inuenire poteramus aliquid ad emendū: qꝛ forū erat nimis remotū sed dn̄s nobis quendam ruthenum. nomine cosmam aurifabrum preparauit. qui satis dilectus imperatori nos in aliquo sustentauit. Et hic nobis ostendit thronū imperatoris quē ipse fecerat anteq̄ poneretur in sede. Sigillum eiusdem. quod etiam fabricauerat ipse. Post hec imperator ꝓ nobis misit. nobisqꝫ per chingay ꝓthonotarium suum dici fecit vt verba nostra ⁊ negocia scriberemꝰ eiqꝫ porrigeremꝰ. Quod ⁊ fecimꝰ post plures dies iterū nos vocari fecit ⁊ vtrū essent apud dn̄m papā qui ruthenoꝵ vel saracenoꝵ aut etiam tartaroꝵ lr̄am intelligerēt. interrogauit. Cui respondimꝰ. ꝙ nullam istarum lr̄arum habebamus saraceni tamen ꝙ nobis expedire videbatꝛ ꝙ in tartarico scriberent ⁊ nobis interpretarentꝛ. nos aūt in littera nr̄a diligenter scriberemꝰ. ⁊ tam litteram q̄ interpretationem ad dominuꝫ papam deferremus. Tunc a nobis recesserunt. ⁊ ad imperatorē iuerūt. porro in die beati martini fuimus vocati. Tunc kadach totius imperij ꝓcuratore chingay ⁊ bala. pluresqꝫ scriptores ad nos venerunt. nobisqꝫ litteram de verbo ad verbum interpretati fuerunt. Et cum in latina littera scripsissemus faciebant sibi per singulas orationes interpretari. volētes scire si nos in aliquo verbo erraremꝰ. Cum igitur ambe littere fuissent scripte. fecerunt nos semel ac secundo legere ne forte minus aliquid haberemus dixerunt nobis videte ꝙ omnia bene intelligatis. quia expediret ꝙ non omnia bene intelligeretis. Litteras enim in saracenico scripserunt vt aliquis in partibus nostris inueniri posset. q̄ ea si opus esset legeret.

Qualiter licentiati fuerunt. C. XXXVIII.

Et autem nobis tartari nostri dixerūt proposuit imperator nuncios suos nobiscum mittere. Volebat tamen vt credimus ꝙ nos id ab eo peteremus. Sed cum vnus de tartaris nostris qui senior erat nos ad hoc petendum hortaretur. nobis quidem vt venirent nequaq̄ bonum videbatꝛ. Ideo respondimus ei ꝙ non erat nostrum petere. sed si sponte ipse imperator mitteret eos. libenter eos secure duceremus domino adiuuante. Nobis autem ob plures cās vt venirent. non videbatur expedire. Prima q̄dem fuit quia timuimus ne visis dissensionibus aut guerris que sunt inter nos magis animarentꝛ ad veniendū contra nos. Secunda fuit quia timebamus illos exploratores terre fieri. Tertia vero quia timebamus eos interfici. Gentes enim nostre arrogantes sunt ⁊ superbe. Unde quando seruientes qui stant nobiscum ex rogatu cardinalis legati. s. alemānie in habitu tartarico ibant ad ipsum in via fere lapidati sunt a theutonicis ⁊ coacti sunt deponere habituꝫ illū. Cōsuetudo autē est tartarorum vt cū illis qui nuncios eorum occiderint nunq̄ faciant pacem. nisi sumant de ipsis vltionem. Quarta etiam causa fuit. quia timebamus ne auferentur nobis vi. Quinta vero. cā erat. quia de aduentu eorum nulla foret vtilitas cum nullum aliud haberent mandatum vel potestatem nisi ꝙ litteras imperatoris ad dn̄m papaꝫ ⁊ ad principes deferrēt. Quas videlicet litteras ipsi nos habebamus. ⁊ malum ex eoꝵ aduentu posse contingere credebamꝰ. Itaqꝫ tertia die post hoc. s. in festo beati bricij nobis dederunt licētiam litteram imperatoris sigillo munitam mittētes nos ad ipsius imperatoris matrē. Que vnicuiqꝫ nostrū dedit pelliceū vnū de pellibꝰ vulpinis. qḋ habebat pilos deforis ⁊ purpurā vnā. de quibus tartari nostri furati sunt. ex vnaquaqꝫ vnū passuꝫ. De illa quoqꝫ dabatꝛ seruienti meliorem medietatē sunt furati. Quod nos quidē nō ignorauimꝰ. sed inde verba mouere noluimꝰ.

Qualiter ab illo itinere redierunt. C.

Augustinũ etiã anconitanũ ordinis heremitarũ diui augustini professum virũ sane ⁊ doctrina ⁊ vite integritate celeberrimũ floruisse ac tempestate constat ꝙ ⁊ ipse librum de ecclesiastica ptãte ad iohannẽ pontificem predictum inscripserit: ⁊ vltra cum omnes sue etatis theologos sine cõtradictione excesserit a matheo exordiens totum nouũ testamentum accuratissime declarauit. Inter que cõmentaria in pauli eplas admiratione digna habent̃. ſ; ⁊ sup act⁹ apostolorum super apocalipsim ⁊ epistolas canonicas adinstar beati thome op⁹ edidit aureũ. Tractat⁹ quoq₃ sup magnificat ↄposuit.

Albertus similiter pataninus eiusdem heremitarũ ordinis ⁊ beati egidij romani auditor eruditissimus theologus ꝑ hoc tẽpus in declamationibus ad papam princeps predicatorũ habitus est. qui cum esset doctissimus cõplurimos sermones tum q̃dragesimales dum dominicales festiuos ad clerũ ꝑplmq₃ erudiẽdũ edidit. Sed ⁊ penthatheucum ⁊ pauli epistolas super oẽs cõmentatus est. Propter eius doctrine prestantiam in palatio patauino honoratus fuit.

Bonauentura pataninus item ordinis predicti olim generalis prior ⁊ tituli sancte cecilie cardinalis presbiter his temporibus doctrina ⁊ eruditiõe maximo in precio fuit. qui cũ acerrime ecclesie libertatem contra tyrannos tueretur a carrariensi domino tandem sagicta transfixus martirio coronatus est.

Rochus natione narbonensis confessor christi apud montem pessulanum oppidũ narbonensis gallie. agatha olim siue aspathopolis appellatum. ex patre iohanne. matre vero libera (eius oppidi domini) originem duxit qui cum xij. attigisset annum cibo ⁊ potu parcissimo vti ceperit. mortuoq₃ patre ac matre hereditatem amplam egenis prorsus distribuere cepit. Et principatu se abdicans patruo suo oppida paterna ↄmendauit. ⁊ abiectis rebus omnibus breui veste indutus cũ pileo ⁊ pera ⁊ baculo ex gallia in italiam peregrinus puenit vbi plures ciuitates ⁊ castella videl; romam aquãpendentem. cesenam ⁊ alia plurima loca truci pestilẽtia vexatas crucis impressione sanasset. Qui cum omnẽ vere togatam galliam morbo correptam perlustrasset: placentiam transpadanã vrbem morbo infectam se contulit. ad quoddã hospitale diuertit ⁊ egrotantes omnesq₃ ad vnum videt signat ⁊ sanat. labore igitur somnoq₃ grauat⁹ a deo premunitus ꝙ cruciatus corporis pati debebat. statim acuta febre ⁊ sagicta sinistra coxa trãsfixus fuit vt eo dolore ardoreq₃ nullam quietẽ inueniret. expulsus ab vrbe ad nemus vrbi vicinum repsit vbi bonam valitudinem a deo consecutus est. Indeq₃ digressus i galliã lõgis itinerib⁹ delat⁹ ẽ. q̃ armorũ strepitu vexabat̃ ac bello in paterno oppido qđ patruo donauerat exlis a lictoribus tanquã explorator comprehensus in vincula coniectus ad principem deducit̃ inde in carcere quinquẽnij tempus consumpsit. quo exacto cum maxima patientia ⁊ vite austeritate a patruo incognitus detentus velut alter alexius romanus. Anno domini. M. cccxxvij. sumptis diuinissimis sacramentis anno vite sue xxxij. migrauit ad dominũ. prius orando ad dominũ vt qui ad deinceps nomẽ suũ inuocarẽt a peste protegerent̃. Ad latus eius tabella his scriptis inuenta est. Peste laborantes ad rochi patrocinium confugientes contagionem illam truculentissimam euasuros significo. Quod vbi ad patauum principem delatum fuit cognoscens illum suum esse ex fratre nepotem in lachrymis prouolutus sanctissimum corpus summa pompa ad templum deferri fecit. ac templum extruxit vbi per multos annos signis ⁊ miraculis effulsit. Cuius viri sancti merita dum apud italos latuissent Tandem anno. M. ccccxv. ad ipsos ex germania nomen rochi delatum fuit. eo ꝙ constantiam germanie vrbem vbi concilium generale celebrabatur a peste maxima liberauerit. vbi nunc sacella ⁊ are ꝑ vrbes ꝑ vicos ⁊ castella extruunt̃. ad que confugientes eius merita experiuntur. cuius festum. xvi. kalendas septembris celebratur. Ei⁹ corpus anno. M. cccclxxxv. venetias furtim delatum a senatu ⁊ populo summa gloria exceptum est. ⁊ templum celeberrimum ingenti impensa construere ceperunt.

Iohannes andrea patria bononiensis iuris consultus etatis sue celeberrimus ⁊ pontificij quãmaxime vberrimus fons tẽpestate ista floruit ⁊ nouellas super decretales edidit celeberrimas. ac sextum clementinasq₃ accuratissime glosauit. Atq₃ in sexto alias nouellas cõposuit. Insuper ⁊ opus mercuriale ⁊ in additionib⁹ speculi aliud per egregiũ edidit ⁊ in laudem diui hieronimi opus hieronimianum appellatum composuit. Ipsius aũt clarissima gesta ⁊ alia ad eum pertinentia ex additionibus ipsis extra de vita ⁊ ho. cle. in titulo de filijs presbiterorum optime colliguntur. Obijt aũt anno dñi. M. ccclxviij. bononie ex peste pro vt eius discipulus iohannes calderini meminit in. c. nostra de cohabitatiõe cle. ⁊ mulierũ.

Cynus pistoriensis ex nobili sinibaldorũ familia natus diui auditor ⁊ predicti iohãnis andree amicissimus ciuilis iuris prestantissimus sui seculi doctor per id tempus lecturã per vtilem super codice castigata ⁊ accurrata doctrina conscripsit. atq₃ super primo digesti veteris parte vsq₃ ad ti. Si ex noxali causa agit̃ Et in secunda parte sup titulo de re. cre. Super reliquas aut partes per viam additionum composuit.

Alradum autem de laude consistorialem aduocatum diui discipulum ⁊ iohannis andree familiarem doctrina legum ⁊ moribus optimis insignem per ipsum tempus floruisse ↄstat. Qui ⁊ ipse in iure ciuili post se multas reliquit lecturas ⁊ consiliorum peregregium opus.

Iohannes calderini ciuis bononiensis iohannis andree precipu⁹ filius ⁊ discipulus eruditiõe ⁊ sanctimonia insignis ipse per idem tempus pontificum ius tum legendo. disputando atq₃ scribendo plurimu illustrauit. eo ꝙ ipsius in decretalibus plurima extent ↄmẽtarij ac consiliorũ in ea facultate pegregium opus.

Iohannes mandeuil qui a ceteris de monte villa appellatur nominatissimus doctor medicine fuit. ac miles siue eques armatus natione anglicus hic magnam partem orbis terre peregrinando peragrauit. ⁊ maximus orbis circulator mirabilia mũdi precipue asie ⁊ indie varijs linguis ad oblectationes perscripsit. ⁊ per hec tempora felici fine quieuit.

Franciscus maronus ordinis minorum theologus doctissimus ⁊ ipse eodem tempore multa opuscula ad christianam

religionē pertinētia edidit. et q̄ maxime in sacris codicibus postillas memoratu dignas composuit.

Michael de cesena ordinis minorum generalis minister his dem temporibus cum super ezechielem et super sententiarū librū ppulchre scripsit a iohanne pontifice errore quodam notatus generalatus officio priuatus. dixit enim christū ac discipulos nil priuatim habuisse. ipse tamen scriptis et rationibus se innocē tem ostendit et propterea suis scriptis in iohānem pontificē plurimū inuectus est.

Bellum atrocissimum inter regem francie et eduardum regem anglie initium sumpsit. Philippus anni francorum rex triū regū frater. s. ludouici philippi et caroli patruelis regnare frā cie anno. M.cccxxviij. cepit et. xxij. annis regnauit. hic cum eduardo anglorum rege sepe pugnauit. a quo etiam sepius victus fuit. et cum multa perdidisset tum viennensiū principatum emit et regno suo ad iecit. Benedictus quoq̄. xij. componere item pacem inter philippum francie et eduardum anglie regem sepe tentauit p legatos ac frustra. quin maximis cladibus q̄ sepissime inter se concertarunt nam eduar di classis super sclusat non lōge a portu flādrie tanta vi cum gallis dimicauit et vicit vt ad triginta milia gallorum vna pugna interfecta referantur. Et vt alij habent tantus effusus est sanguis vt mare flan drense sanguine tinctum videretur.

Franciscus petrarcha natione etruscus florentinus origine ex antiqua familia hōestisq̄ parētibus fuit. quibus patria pulsus vt ea ciuitas factiosa aretij in exilio, natus est. Anno huius etatis. M.ccciiij. die lune ad auroram kal. augusti ingenio re sublimi et ad oē bonum et salubre studium apto. sed ad moralem precipue philosophiam et ad poeticam prono. corpus iuueni non ma gnarū virium obtigit sed dexteritatis eximie. forma illi elegans fuit et maiestas quedā ingenita. statura mediocris aut paulo superior: plena facies rotundiora membra et in senectute ad crassitudinem cor pus vergens. color erat viridis inter candidū sub nigrum et visu per longum tempus acerrimo ita vt ad. lx. annū minutissimas quasq̄ lit teras sine adminiculo legeret. sanissimum per omnem vitam corp⁹ habuit preterq̄ in extrema senectute. In aretij natus primus vite an num nec integrū ibidem egit. sex sequētes anchise in rure paterno re uocata ab exilio genitrice. octauum pisis. ac deinceps in gallia trans alpina ad leuam rhodani in vrbe cui auenio nomē est. ibi pueritiam sub parentibus egit. primas litteras aggressus in carpentorat vbi li berales artes didicit. inde studio legum non sponte addict⁹ quadriē nio in monte pessulano. triēnio bononie fuit. pater audiens negligē ter eum iuris studium sequi poetas coleret in eo negocio delectari tandem suo arbitrio eum reddidit. inde poeta insignis est arator fa cundissimus euasit. Post hec gallias et germaniā peragrauit in qua parisius vrbem et plura regna vidit. inde reuersus. Romā a stephāo de columna in multo honore habitus vbi in capitolio et senatu ap probante roberto sicilie rege laurea corona insignitus est post hec a uionē rediȷt et in valle per exigua amena que clausula dicitur bucoli cum carmen scripsit et vite solitarie duos libros. Neapolim deinde accedens ad robertum et virone cū ode de lascola versatus vbiq̄ to rus. iacobi carraria beniuolentiam adeptus. patauinum veniens et a venetis cum magnis honoribus accit⁹. Tandem in agro patauino arquade rure montano sedem fixit vbi meditando scribendo temp⁹ contriuit. Postremo labore confectus anno dn̄i. M.ccclxxiiij. apo pleticus sanctam christo reddidit animā corpus ibidem in sepulchro marmoreo quatuor columnis sustentato sepultum fuit. Vixit autem. L annis vna minus die. vir omnibus seculis admirandus. a quo elo quentie studia excitata sunt. scripsit etiam de remedio vtriusq̄ fortu ne. de secreto conflictu curarum suarum de ignorantia sui et aliorum epi stolarum duo volumina. librum rerum memorandarum. affricam et mag na lingua librum sanctorum et triumphorum et pleraq̄ alia.

Iuo natione brito eruditissimus iuris consultus per hec tē pora preter doctrinam et singularem eloquentiam quib⁹ egre gie insignis erat mira et pietate ac misericordia in paupe res q̄ celeberrimus habitus. angelica enim floruit continentia et vitam suam a vino et a carnium esu penitus alienam reddidit. corpus cili cio operuit ieiuniis et orationibus disciplinas vigiliasq̄ admiscebat nudam pro cubili terram luteam. rigidum saxum pro puluillo. sacrus biblie volumē quod sibi comitem elegerat capiti adaptabat suamq̄ oēm tunc pauperibus quos patrando protegebat conuertebat. de hu mili illius patrimonium amplum cum haberet spem in deo col locauit pauperum et orphanorum ac viduarū causas pro virili semp tueri voluit. Hic igitur almific⁹ iuo aduocatorum olim lucerna condi gnam laboris sui mercedem a dn̄o percepit. quo mortuo cum crebris fulgeret miraculis inter sanctos agregari meruit. eiusq̄ festum se xto kal. septēbris celebrari iussum fuit. Et de eo scribitur. Yuo pater legum custos protector et amplum egregiumq̄ decus cui se debere fa tentur. Iura tuo totiens debellata fauore. Aptus eras iustas mise rorum sumere causas.

¶ Gonzagorum regni principium.

Ludouicus gonzaga vir animo et virtutibus prestans atq̄ preclarus his annis quondam caliditate atq̄ prudentia mantue vrbis princi patum passerino bonacosso ademit et in se suosq̄ successorē vsq̄ in hodiernū diem transtulit. Passerinus ipse et sui predecessores ipsum principatum per annos multos possidere sed dissensionum factioni b⁹ subortis adeo mos inoleuit vt cuiq̄ factioso liceret ciuitatū prin cipatus occupare. Inde pontifices romani et imperatores propter e gregias huius preclari familie virtutes ipsam vrbem et principatum eisdem cōfirmarūt. quāuis quidem scribant gonzagos non factione sed communi populorum delectione vrbis dn̄atum obtinuisse. qui ex theutonibus fuere ciues qui mantuam incoluerunt.

¶ Ottomannorum thurcorum regni principium.

Turci ottomanni ab otto manno eorum primo principe nuncupatū. qui nostris tē poribus totam ferme asiam minorem et greciam partim armis partim seditionibus sibi subdiderunt. tempestate hac adhuc iohanne pontifice predicto presulante ab ottomāno quodam thur cho exigui census et obscuri principia sumpsere. a quo postea Otto mānithurci appellati sunt. Hic primus thurcorum rex orta int̄ thur corum principes seditione auctoritatem breui et nomen adeptus est tempore vrbes et oppida non pauca partim vi partim deditione in suā potestatē recepit qui moriēs orchanes filius successit qui rem inchoa tam a pr̄e lōge lateq̄ ppagauit. quē secut⁹ amurates filius duob⁹ de grecorum imperio discrepantib⁹ ab altero qui superari timebat in auxilium accersitus consulto bellum ptrahens vbi ambo cōsumpt⁹ viribus fractos aīaduertit in eos arma cōuertit et plurimū grecie si bi subiecit. In vita functus duos reliquit filios solomanū et pazaitē solomāno extincto res vniuersa ad pazaitē deducta ē. qui priusq̄ a merlane caperetur res magnas in grecia gessit dimissus nil dignum egit et inglorius apud asiam obiit cuius filij complures quorum prim⁹ calopin⁹ natu maior dn̄t⁹ rex regnum post patrē obtinuit cui vita fu eto orchani filio tenella etate adolescentulo relicto. Is quorundam principū auxilio ad regnum deuenit. qui paulopost a moyse patruo extinctus fuit et non multo post et ipse patruus nullo superstite filio decessit. quē machumethes frater tertius ex pazaite filius subsecut⁹ rex sextus regnum obtinens magnas res in europa gessit thurcorum re galos vi atq̄ armis oppressos regnis exuit. ipsoq̄ mortuo amura tem filium dimisit heredem. qui muscaphā patruū superatū et inter emptum victor vniuersum regnum obtinuit. Hic machumetum ha buit filium virum preclarissimum. qui duo imperia et duodecim re gna acquisita sub adiecit dominio. de quo infra fiet mentio. Hicq̄ deficiens pazatem primogenitum imperatorem adhuc extantem di misit. hec est ottomānorum progenies et origo. adeoq̄ thurcorum nomen auctum est vt que olim asia vocabatur nunc turchiam voci tant a thurchis enim vniuersa possidetur.

Ericus vir sanctus de ordine minorum in asia et idia euāge lizando discurrit miraculis clarus. et quatuor sanctorum mar tirum corpora de ciuitate homes transtulit per mare ad su periorem indiam in ciuitatem carram non sine miraculis. et descri psit peregrinationem suam.

Bartholomeus natione pisanus ordinis predicatorum theo logus et insignis decretorum doctor per hoc idem temp⁹ pi sis floruit et multa laude digna composuit. Interq̄ perv tile opus et quasi diuinum ad confessorum instructionem edidit q̄ summā pisanam seu magistruciam appellauit. eam enim (ipso refe rente) perfecit anno dn̄i. M.cccxx. [illegible]

Albertum brixianum eiusdem professionis et litterature licet maioris sanctimonie virum cum eodem claruisse et miracu lis floruisse tradunt. qui preter sanctitatem maximam et ipsam summam celebrem de casibus composuit cui aliquando beatum au gustinum cum beato thoma aquinate apparuisse tradunt. eiq̄ dixisse thomas mihi par est in gloria virginali sed in immunditia cordis prior.

Adolphus alemanus ordinis carthusiensium prior argen tinensis vir doctrina et morum sanctitate conspicuus. hac

hac ipa tēpestate peptime vitā dñi nr̄i iesu christi egregio volumie ⁊ quondam celesti artificio. imo potius diuina reuelatione quā stu dio fabricauit. in quo certe se ostendit venerabilem virū ⁊ omniū re rū tam diuinaꝝ quā humanaꝝ. ⁊ potissimū ipius ihesu christi vite, ꝑ ut potuit hoī esse possibile plenissimā habuisse noticiā; alia quoq laude digna hic deuotus atq venerandus pr̄ edidit.

Thomam de argentina ordinis heremitarum, generalem eo tempore floruisse ferūt. qui sup quattuor sentētiarū libros ⁊ ipse cōmentaria dignissima edidit. quibus scholastici in germania maxime vtunt̄. Cū plurimū alioꝝ scriptis prestare censeā tur etiam constitutiones ordinis in formā redigit.

Bertinus carrariensis marsilij patruelis hoc anno iure gen tium ex ipsius marsilij testamento padue dominatū suscipi ens regnauit annis sex. Hunc cum mastin⁹ veronensis prin ceps magnis affecisset cladibus tandē lacessitus eidē vrbem tradi dit: qz venetis ⁊ luchino vicecomite ꝓcurantib⁹ pax ꝯfeca est ⁊ vber tino ciuitas reddita: quē statim benedictus pontifex aplica ⁊ impe/ riali auctoritate ipsiz in ea confirmauit. ⁊ deinceps quoad vixit ipa in pace possedit. ipso deniq mortuo cum Marsilius eius filius suc cessisset, eodem anno a iacobo vbertini patruele conspiratione facta interfectus fuit. ⁊ ipse primatū vrbis suscepit.

Stefanū de ascisalpine gallie ciuitatem ordinis minorū di doctrina excellentissimum ꝓfessum hisdem tpibus celebrē ac preclarissimam summā tam in theologia quam in legib⁹ edidisse tradunt.

Clemens sextus patria lemonicensis. petrus antea vocatus. primo monachus deinde archiepis rhothomagensis. Postre mo nonis maij. millesimo tricentesimo quadragesimo secundo pon tifex auenione creatus ē. Fuit aūt vir multe doctrine cōpositeq elo quentie. liberalis in omnes ⁊ ꝑ humanus. qui primo āno pontifica tus sui octo presbiteros cardinales creat. diaconos duos. scilicet fra trē suū monachū tulensis professionis ⁊ guilelmū ex sorore nepotem Verū cū intelligeret totā italiā in tumultu esse solos luchinū ⁊ io hannē vicecomites vicarios insubrie cōfirmauit. De reliquis italie principibus nulla mētione habita. existimabāt enim solos vicecomi tes ludouico bauaro resistere posse in italiam (vt ipse predicabat) de scensuro. atqz etiā tridētū vsqz peruenit. qui vicissim vt par pari pō tifici redderet in ditione ecclīastici multos vicarios impiali auctori tate confirmauit. Que quidē versucia malis (vt aiūt) auibus in pon tificem relata successores in hac diem suos multis ac pene ꝑpetuis incōmodis turbinibusq agitauit. Johānes enim de vico vrbis ro/ me prefectus non nulla in viterbiēsium finibus paterna possidēs hē ditate vicarius in viterbio imperialis est factus. Eo deniq titulo ga leotus maletesta ⁊ fratres arimini in romandiola pisauri fanique in marchia anchonitana. Antonius ferretanus vrbini diolfus ⁊ ita in alijs plerisq locis dominos cōfirmauit. Clemēs autē pontifex quos dam cardinales ex auinione romā misit qui statum vrbis cōponen tes petrum saram colūnensem ⁊ iohānem vrsi filiū senatores decla/ rarunt. ⁊ nicolaus rencij publicus scriba qui statum vrbis in suā po testatem redegerat. deinde septimo mense mutata veste ad carolum in bohemiam ꝓficiscitur quē clemēs pontifex ob multarū linguarū periciā in ludouici contumeliā ab electoribus in cesarē designari fe/ cerat ab eo auinionem missus pontifici dono datur. Postremo cle/ mens in omnibus boni pastoris officio funct⁹. Anno dñi. M.ccclij. pontificatus sui anno decimo mense septimo die vigesimo octauo mortuus auenione sepelitur. adhibita honesta funeris pompa.

Iubileus annus petentibus romanis vt quēadmodū boni facius octauus olim concesserat vt centesimo quoq anno (quod seculum antiqui appellabant vnde ludi seculares ap pellati sunt) plenam peccatoꝝ oīum remissionē visitantibus limina apostoloꝝ petri ⁊ pauli quinquagesimo quoq anno id facere liben ter annuit. Cum dicerent etatē hominū iubileū illum centum annos tum attingere non posse Clemēs igitur sextus ad quinquēnarium numerū reduxit. qui est proprie iubilei numerus. Cū aūt annus ad uenerat iubileus tanta rome pressuram potius quā frequentiam po pulorū petrarcha qui interfuit fuisse refert vt nihil obfuisse pestē ap pareat sed ex omni europa christianum ꝓfessa nomen illa cōfluebat diebus singulis multitudo.

Eodemq anno mediolani pestem solito maiori continuasse petrarcha asserit. nā pestis adeo triēnio totā italiā peragata est vt vix decimus quisq ex millesimo homine superfuerit. nec id quidē mirū cum ob iubileū contagione hominū ⁊ multitudi ne vndique romam commigratum squalore situ pedore omnia in/ ficerentur.

Innocentius sextus papa patria lemonicensis stephan⁹ an tea vocatus pontificij ciuilisq iuris vir consultissimus ꝓcu rator primo mox ep̄s claramontan⁹. deinde cardinalis. pon tifex tandem dū erat salutis annus a quinquagesimo secundus ter deciesq centen⁹. Fuit aūt vir integerrime vite magneq cōstantie ⁊ seueritatis. qui ecclesiastica beneficia non nisi ꝓbatissimis sacerdoti bus cū vita tū doctrina dedit. post coronationē illico statuit vt om nes ꝓlati oēsq qui beneficia habebāt ad ecclesias suas sub anathe/ matis pena ꝓficiscerentur. dicebat enim oues pascuas a ꝓprio pa/ store nō a mercēnario custodiri debere. Impensam quoq domesti/ cam que magna erat imminuit familiā suā ad certū ⁊ honestū redi gens numerū viroꝝ ꝓbatissimoꝝ. Idē vt facerent cardinales acer/ rimo edicto mandauit. Auditoribus preterea sacri pallatij solaria in stituit. ne munerib⁹ corrumpi in decernendis litibus ob inopiā pos/ sent. Hic in victu parcus est habitus in sumptu bellico largissimus. omni bello repetit que a tyrānis superiorib⁹ tpibus occupata fuerāt Ipsq cū curiā purgasset ꝓlati i ea dissidētib⁹ quos ad suas quēq ec/ clesias ire iussit. nihil duxit antiquius q legatū i italiā mitter a quo vr bes ⁊ ꝓuincie iuri ecclie tyrānis vi deturbat recipent. Legatusq fuit egidius de gēte carilla nobili in hispanis sabinorum ep̄s cardinalis vir quo ad vires ⁊ potētatū licuit. Traiano hadriano ⁊ Theodosio virtute equiparandus: quos principes hispanici romane reipu. poten tissimo pridem saluberrimosq dederat. oia vero oppida breui rece/ pit que tyranni occupauerāt. Huius pontificis suasione ⁊ prudētia inter genuenses ⁊ venetos deniq fedus initum est. ac inter pisanos ⁊ florentinos pacem cōposuit tumultuante potissimū ciuitate roma na in creandis senatoribus discordiam optime sedauit. externo se natore ad vrbē misso. Erat aūt maxime intentus abolendo bello qd inter anglos ⁊ gallos gerebat̄. parare ⁊ classem contra hostes christi ani nominis constituerat. In tantis vero animi ꝑturbationibus afflic ctatus innocentius pontificatus sui anno nono mense octauo die se xto moritur ⁊ in monasterio diui antonij carthusiensiū ordinis qd ipse extra auinionem proprijs impensis extruxerat ⁊ dotauerat se/ pultus est.

Karolus eius nomis quartus iohānis regis bohemie filius ⁊ henrici imperatoris nepos anno salutis millesimo tricēte simo quadragesimo septimo. iubente enim clemēte sex. pontifice in ludouici defectu ⁊ depressionē in cesaremq eum fecerat declarari ab electoribus impator designatus impauit annis. xxxij. Vir multa rū linguarū ⁊ litterarū peritissimus iustusq ⁊ rectus ac timēs deū bonos diligens ⁊ malos sceleratosq odio habens. Is ob iusticiam nōnullas leges cōdiditq adhuc extāt ⁊ caroline nuncupātur. Is vi uēte pr̄e aduersus tartaros feliciter dimicauit. Ciuitates lombardie a pr̄e acceptas armis tutatus est. pugnauit adolescens cum veronē/ sibus eosq prelios fudit in ea pugna bis equo deiectus nō dubita/ uit tertio conscendere facinoraq fortissimi multis edere. Nomē hu ic carolo in baptismate venceslaus fuit qd in ꝯfirmatōe a carolo frā coꝝ rege mutatū est apud quem pueritie rudimēta pegit. Fuit quo q carolus. vir magnoꝝ operū. qui regnū bohemie tū religionis cul tu tū legū ac bonoꝝ moꝝ disciplina illustrauit. Nam scola liberaliū artiū ab eo in praga erecta ē. Noua ciuitas menibus cincta palatiū regium magnificentissime excedificatum. monasteria multa fun/ data. arces ꝯstructe admirabiles. pax toti regno tradita. Adept⁹ im/ perium rursus italiam ingressus. Traxerat carolus rex diutinā mā tue moram: cuius presentie timor vicecomites contra hac ille expe/ ctauerat ꝯcordes effecerat. quare eq solā anhelans coronationē so/ cios belli de lombardis cū vicecomitibus ꝑ inducias quietos reddi dit ⁊ mediolanū delatus ferrea de more corona insignitus est. Inde romā petiturus substitit in pisanos receptusq in vrbem factiosos vtriusq partis a quibus introductus erat pari ingratitudine depul sit. Senenses illico sese illi absq vllo federe permiserunt pariter vo laterani. pariter miniatenses fecere. nec abesse poterat quin florenti/ ni signum fuerint accepturi. Tandem peruenit romā carolus ⁊ a du obus cardinalibus quos ea de causa innocentius papa miserat co/ ronatus est. gibellinis qui iampridem florentia exulauerant electis. guelfos in suum locum restituit. longobardos in ꝑditem accepit. Re liquis etrurie partibus pro suo arbitrio leges dedit. Coronat⁹ itaq rome magnifico apparatu nouatores rerum qui aduersus eccle/ siam sentiebant romano pontifici iudicandos tradidit. Primis igit̄ quattuor innocentius pontificatus annis carolus imperator his (de quibus diximus) per italiam gestis rebus rome coronatus in ethru riam inde in lombardiam morq in germaniam redut. Johanni de inde fratri suo morauiam possidendam concessit. vicegradum no/ uis muris ac propugnaculis communiuit. Corpus sancti viti beati

tulit pragam. pontē multauie qui ex inundationibus corruerat in praga restaurauit. Ecclesiam pragensem ad metropoliticum decus erexit. Cum antea maguntino pontifici subiecta esset clarus profecto imperator nisi vt aliqui scribunt bohemici regni gloriam magisquā romani imperij quesiuisset. ⁊ venzeslaum ex filijs suis natu maiorem ī perio sibi successorem adhuc viuens ordinare conatus esset. Idqȝ pecunia. nam cum principes electores haud facile ad eam rez trahi posset quod virtute obtinere non potuit precio comparauit. Promissis cuilibet electori centum milibus aureis. quos cum representare non posset publico illis romane reipubli. vectigalia obligauit perpetuum imperium malum. Nec post hec extollere caput imperium potuit. Carolus autē cum omnem ferme etatem vltro citroqȝ ex italiam in germaniam eundo ⁊ redeundo consumpsisset Tandem etate iaz grādeuus saluti proprie consulens venzeslaum filium vt premissum est Anno dñi. M.ccclxx. cesarem faciens imperij successorem sibi delegit ac sic cum patre filius imperauit ānis octo. Postremo carolus imperator cum pleraqȝ gloriosissime in imperio gessit anno. M.ccclxxviij. humana functus vita decessit.

Guntherus comes de Swartzeburg vir magnanimus fauore quorūdā electorum. vel electione principum carolo quarto romanorum imperatori sese opposuit. scribens nominansqȝ se romanorum imperatorem. qui collectis copijs cū bella acriter cōtra carolum regem boheme agitaret. ⁊ nec prece nec terroribus flecti posset sumpto veneno mortem obijt. In qua re suspectum carolum per quendam phisicum habuerunt. quo mortuo nullo resistente. Carolus quiete regnum gubernauit.

Cometes anno. M.ccclj. sub septētrione decembrio mense apparuit. quo extincto statim graues ventorū estus subsecuti sunt. ⁊ celestis trabs priore ardente parte per celum labi visa est. Scribuntqȝ ante pontificis Innocentij sexti mortem tantam solis defectionem factam esse quantam nunqȝ antea. visum itaqȝ omnibus est tante mortis planetas etiam signa aliqua dedisse.

Ingens quoqȝ vapor magnitudine horribili boreali mouēs regione magno aspicientium terrore per celum dilapsus est ⁊ bestiolas multiplicato numero in oriente e celo tradidisse ferunt.

Praga caput regni bohemie ciuitas permaxima. Cuius descriptio ob vetustatem merito dudum posita fuisset. Verū carolus quartus tam magnifica in ea peregit vt post gesta sua de ea mentio fiat. Cum ⁊ in ceteris vrbibus tempus antiquitatis ac originis non semper obseruatum fuit. At praga (vt bohemici narrant historie) post tempora abrahe initium habuit. regum pontificumqȝ honesta sedes. Tres in partes diuisa quibus nomina indiderunt paruam pragam. veterem ac nouam. parua sinistrum latus. multauie fluminis occupat collisqȝ coniungitur. In quo sita est regia ⁊ sancti viti pontificale augustumqȝ templum. Vetus praga in plano iacet vniuersa magnificis operibus adornata. Interqȝ pretorium ⁊ forum ⁊ letam curiam ⁊ collegium imperatoris caroli miricis efferunt laudibus. Iungitur autem minori prage lapideo ponte quatuor ⁊ viginti arcuum. nouam ciuitatē a veteri fossa distinguit profūda. ⁊ vtrinqȝ muro munita. Hec quoqȝ ciuitas ampla est ad colles vsqȝ protēdit. quorum alterū sancti caroli. alterum sancte katherine appellant tertiū vicegradum in arcis modum exedificatum. vbi ⁊ collegium est. Est autem hec ciuitas insignis in prouincia bohemie. que porcio germanie est aquilonis flatibus tota ferme exposita Formam eius rotundam tradunt. cuius diametrum trium dierum itinere expedito patz silua vniuersam claudit irrigatur pluribus fluminibus sed cunctos multauia excedit. que metropolim regni pragam influit. De nomine ciuitatis cum disceptaret iussit libussa ex artificibus qui primo occurrerit rogari quid ageret: ac ex primo eius verbo vocari oppidum. interrogatus faber lignarius quispiam limen se agere dixit. qd bohemice proba dicit. indeqȝ nomen vrbi datum sed corrupto vocabulo postea pragaz dixere. In hac prouincia aliquo tpe amazonice femine regnandi cupidine ducte dominiū habuerūt. Postea duces vsqȝ ad primum regem vratislaum gubernarunt. qui. vi. ⁊ lxxx. supra mille ab ortu saluatoris christi apud maguntium in concilio principum ab imperatore henrico eius nominis quinto rex declaratus fuit. morauorum regna quod prius extinctum fuit in boemiam translato. slesia lusacia. morauia bohemorum imperio adiecte Gilbertus treuerorū archiepiscopus cum eo pragam missus qui coram prouincialibus regem inungat regalibusqȝ adornet insignibus. In eodem anno factum acclamante populo. Vratislao regi salus honor atqȝ victoria. Is vratislaus indulgente allexandro papa tertio natione senensi collegiū canonicorum regularum in arce pragensi erexit. in qua dum res agitur diuina non prepositus tantū sed decanus ⁊ sacerdos diaconusqȝ ⁊ subdiaconus rem diuinam facientes episcopalibus ornamentis vtuntur. Et prepositus quidem canzellarius regni appellatus principis honore defungitur. Post vratislaum primum regem pluribus annis interregnū fuisse ferunt. non regis nomine sed ducis tantum visos. Et vlatislaum vno loco vratislao natum ab īperatore frederico primo sibi ⁊ posteris regiam dignitatem obtinuisse scribunt. qui pontem super multauiam qua vetus praga minori iungeretur magni operis edificauit. quem rati sponensi preferunt in quatuor ⁊ viginti arcos vt diximus protensum. Deinde vlricus qui corinthiorum principatum tenebat cum virili sobole careret accepta ex othocaro rege bohemie pecuniam carinthiam illi carniolam. marchiam sclauonicam ⁊ portum nonis tradidit. Tempore postremo caroli quarti imperatoris in maxima potentia ⁊ gloria fuit ⁊ augmentum mirabile accepit vt premissum est. Nullum enim regnum tota europa tam frequentibus tam augustis. tam ornatis templis dotatum fuisse qȝ bohemicum reor. Templa in celum erecta longitudine atqȝ amplitudine mirabili fornicibus tegebantur lapideis altaria in sublime posita auro ⁊ argento quo sanctorum reliquie tegebātur onusta. Sacerdotum vestes margaritis tecte ornatus omnis diues. preciosissima supellex. fenestre alte atqȝ amplissime conspicuo vitro ⁊ admirabili opere lucem prebebant. neqȝ hec tantum in oppidis atqȝ vrbibus sz in villis quoqȝ admirari licebat. Fuerat inter cetera monasterium aule regie apud ripam multauie qua misa fluminis illi iungitur situm in quo regum corpora condebantur singularis excellentie. nam preter edem magni ⁊ memorabilis operis amplum dormitorium. ceterasqȝ officinas monacorū magnifice cōstructas quadrata porticus fuit que non paruum conclusit hortum. ambitum vocauere: In huius lateribus vetus nouumqȝ testamentum ab inicio genesis vsqȝ ad apocalipsim. Ioānis lrīs maiusculis in tabulis scriptum continebatur. notis quo alcius irent paulatim crescentibus ita vt de summo vsqȝ ad deorsum facilis lectio preberet. Flos igit dulcioris.. Boemia dicebatur. que olim inter principes atqȝ reges dulcissimam redolebat suauitatem. Nunc (volente fortuna) apud futuros sapor esse fetidū habet faxit deus vt priori redolentie atqȝ splendori par fiat eius historia ⁊ regum gesta papa pius. secundus in historia bohemica disertissime prosequitur.

Malitiosa gens hebreorum I oppido noīe baioarie deckēdorf sito in littore danubij anno dñi. M ccclxxxvij. maiestatem iesu christi in diuinissimo sacramenta mirū in modū contempsit ⁊ religionem nostram illusit. Id post varias punctiones in fornace ignis posuerunt illesum tamē ab igne mansit. In incude quoqȝ malleis percusserunt. Qua re (diuino nutu) cognita plectus oppide hartmānus de degenberg cum ciuibus oppidi iudeorum domus vna serūt non fecit. non etati parcentes veritate cognita debitis penis affixerunt ⁊ neci dederunt. Sacramentū obseruatum in ecclesia sepulchri domini miraculis varijs in eo oppido honoratur.

Iudei quoqȝ omnes qui in germania erant deinde āno dñi M.cccxlviij. sequenti videlicet tempore combusti sunt. eo qȝ omnis regionis puteos in toxicare fuerunt annixi vt multi eorum confessi sunt. perijsse aliquot milia ferunt.

Locuste ac bestiole innumerabiles multiplicato numero ab oriente in occidente instar dense nubis celum obducentes vastarunt herbas ⁊ omnes fructus terre. quarum corruptione ⁊ fetore execrabilis pestilentia subsecuta est.

Pestis inguinaria ⁊ miseranda hoc āno. M.cccxlviij. incepit ⁊ per tres annos per totum pene orbem debaccata est. que primo in asiam apud indos ab easdem bestiolas incipiens passim per prouincias irrepens vsqȝ in britannos. Per mare igitur anno sequenti irrepens regna italie. postea francie ⁊ britannie demū germanie prouincias ⁊ hungarie sua contagione infecit adeoqȝ deseuit apud omnes gentes vt vix decimus quisqȝ ex millesimo homine superfuerit. In aliquibus locis vix tertia pars holum remaneret. ⁊ pleraqȝ loca ne dum campestria verum arces oppida ⁊ vrbes prorsus derelicta sūt ac in solitudinem redacta. Huic calamitati augmētū dedisse iudeos infontiū intoxicatione nonnulli arbitrati sunt.

Erhardum senensem ordinis heremitarū diui augustini sacrarum litterarum clarissimū interpretē hac ipsa tempestate admodum senē obijsse tradūt. virū vtiqȝ ingenij eminentissimū ⁊ bel Egidij ro. imitatorē precipuum. qui cum esset in sacra theologia doctus super primū sñiarum accuratissime scripsit. Deinde tractatus de prescriptionibus ⁊ vsucaptionibus ⁊ de vsuris ceterisqȝ contractibus opuscula edidit quibus diuus bernardinus conterraneus suus in tractatu suo restitutionum plurimum vsus est.

Dine etiam tractatum. Johan. eius contemporaneus multis in locis et maxime mercurialibus plurimum commendat.

Erhardus item eiusdem ordinis et doctrine ꝓfessor patria bergomensis et sauanensis eps eo tempore in precio existens populo suo peste laboranti vt bonū decet epm magis ꝓdesse adnixus est ꝙ preesse. qui cum pontificij iuris edoctus esset in sextum decretalium cōmētatus est et multa in laudem sue religionis in lucē deduxit quotlibeta duo parisius disputauit et multa opuscula edidit: moriens deniqꝫ non sine sanctitatis nomine bergomi iuxta maius altare celebri sepulchro a se constructo sepelit.

Dionas florentinus medicus diui quondam medici filius hisdem temporibus non inferiori ingenio fama ve pr̄i subsecutus. ecclesia de arte medendi sūmā pulchrā post se reliqt.

Bartolus saxoferratis iuris consultoꝝ superioris seculi princeps et eiusdem ꝓfessionis copiosissimus explanator. Cyni et iacobi botigarij doctorū discipulus et auditor. Dic quoqꝫ temporibus vniuerso mūdo (ea in doctrina) admirabilis fuit. Qui et precetera legum interpretibus in digesto nouo et veteri ac infortiato nec non et in reliquis legum codicibus preclarissima edidit commentaria quorum celebritate atqꝫ prestantia ipse vulgatissimus habitus est. Scripsit et tiberiadis tractatum ac alium de guelphis et gibellinis. Feruntur eius etiam preclara consiliorum volumina. Obijt autem anno dn̄i. M.ccclv. etatis vero quinquagesimo sexto.

Franciscus quoqꝫ albergotius natione aretinus solidus legum doctor et explanator bartoli amicissimus et familiaris ac imitator quedam extantia composuit.

Iacobus carrariensis qui marsilium interfecit hoc anno postquam quatuor annis in patauio sceptra tenuisset. et ipse a guilielmo eius ex pelice filio interficitur. cuius parricidij hec causa fuit ꝙ ab eo contumeliose spurius appellatus est. mox vt domum regressus est patrē in secreto accersiuit et gladio impetens eum confodit. et statim in templo diui augustini eum sepeliri fecit. vt non euacuet verbum christi: qui gladio ferit gladio peribit.

Carolus quartus gloriosus imperator vxorem secū habēs et filios venit ad vrbanum pontificem rome agentē. Anno duo de septuagesimo terdecies centeno: fecitqꝫ padua et bononia in etruriam iter dum pisis ageret lucanos pisanos et miniatenses florentinus rebellis in deditionem ꝓ imperio accepit. nōnihilqꝫ pecuniarū extorsit a populo florentino rebelionē timente. In quas subiecti eis de etruria populi procliues erant. si modo princeps prestitisset assensum. sed is romam delatus et paucis propter que venerat cum pontifice expeditis. intra tertium ꝗ aduenerat mensem italia decessit. Agente rome vrbanum stimulauit vt apostoloꝝ petri et pauli capita perquireret que dei fauore inuenta loculo condidit eminente in lateranensi ecclesia extante multo argento auroqꝫ vndiqꝫ gemmato plurimum exornata. In scolam pragensem aliquando ingressus carolus quartus romanorum imperator cū disputantes liberaliū artium magistros in horas quatuor audisset idqꝫ purpurati moleste ferrent ac cene tempus adesse dicerent. mihi inquit tempus est. vobis minime. nam cena mea hec est. Idem carolus hominem qui sibi necem parasset ad se vocauit eiqꝫ aureos mille dono dedit quibus nubilem filiam nuptū collocaret illius se vicem misereri dicens que tanti grandior domi clausa esset. homo gratias egit regi. ad conspiratores egressus. nesciebam inquit carolus qualis esset. nunc liberalem et misericordem principē ferire nullo pacto possum. Huius caroli tēpore seditio magna orta est nurenberge preclara superioris germanie vrbe adherentibus enim consiliarijs et optimatibꝰ carolo plebea concio contrarium sensit. Erant autem factiones huius autores quidam de collegio fabrorum capibarbe vulgo geyserpert dicti. iud industria tum caroli sedata est hoc factio. depositis enim conuēticulis et collegijs artificum que vulgo zunfft appellant tanꝙ monopoliū seminantibus in meliorem policiam vrbem prefatam reduxit. Macellariorum autem collegium quia carolo consiliarijsqꝫ adheserat perpetuo quodam ludo carnispriuij priuilegiauit.

Ordo inesuatorum fratrum.

Ordo inesuatorum fratrū

Vrbano sequenti pontifice presulante apud senās ethrurie vrbem initium sumpsit. Hi nanqꝫ turmatiā ꝑ domos seculari habitu induti religiosorum more cū ingenti charitate et simplici quadam religiositate in sudore et labore manuū suaꝝ in viuum viuere et deo seruire ceperunt quos cum summus idem pontifex ad se romam vocasset eorum quidem viuendi modū plurimum approbauit et a se laudatos cum tunica alba et capucio contētibili sibi pro habitu datis abire permisit. et ad eorum protectionē confestim nepotem suum virum grauissimū et religiosissimū in protectorē assignauit: qui et ipse mox ad honestandū religionis habitū auctoritate sibi cōcessa griseam clamidem desuper deferendam sine calciamētis cōtulit. atqꝫ eos in priuilegijs et gratijs plurimū cōmuniuit. et per priuilegiū speciale illos clericos apostolicos nuncupauit. nūc autē plurimū multiplicati et per oēs ferme italie ciuitates diuulsi boni precij et optime vite habentur.

Ordo item nouus canonicoꝝ regulariū qui vulgariter scopetinꝰ nuncupatus etiam in senensi agro sancti saluatoris ꝑ hec tempora a venerabilibus religiosis et patribus. stephano videlicet et iacobo andrea natione senensibus ordinis heremitaꝝ diui augustini initium sumpsit et breui magno in precio enasit. Qui quidē ordo cōgregatio sancti saluatoris appellata fuit. quā quidem congregationē postea grego. vndecimus huius vrbani successor approbās insigni priuilegio inter canonicos regulares ānumerauit. Hij plane religiosissimi viri inter ceteros existunt qui ob memoriam reuerentiamqꝫ sue prime religionis et pristini habitus semper claustrale signū videlicet habitum album cum scapulare albo et asta sup camiseam lineam deferre voluere. et quecūqꝫ statuta et primas ordinationes cōsueuere. ex redditibus enim viuūt. non predicant sed confessiones aliorum more audiunt. magni enim precij. maiorisqꝫ opinionis in dei ecclesia nunc vsqꝫ habiti sunt viros enim integerrimos tum scientia tumqꝫ vite sanctitate protulit.

Iohannes francoꝝ rex anno. M.cccl. philippo patre defuncto francis regnare cepit. et regnauit ānis. xiv. Hic cum eduardo angloꝝ rege bellū a pr̄e ceptum ꝓsequēs sexto regni sui āno pictauensi agro supatur et cū philippo eius filio capitur. et in ea quidem clade permaxime gualterus athenarū dux qui apud florentinos tyrannidem exercuit vna cum. xx. milibus gallis interfectꝰ fuit. Verum tertio ciuitatis sue anno ipse eduardus a nimia magnitudine motus iohānē ipm cum oibus captiuis hac conditione liberauit ac dimisit vt nunꝙ contra se bellū gerere presumeret. sed nō ita multo post fidefragus. hic pacem rumpēs eduardum ab integro arma capere et eum vsqꝫ ad internitionem persequi impulit. armatis igitur centum et quinquaginta rostratis nauibus ingentem exercitū contra iohānem in galliam duxit et maxima clade vniuersum regnū diu affecit.

Linee summorum pontificum.

Anno chri 1363.

Vrbanus eius nominis quintꝰ

Papa patria lemouicēsis guilhelmꝰ grisantantea vocatꝰ scī victoris massiliē etiā legatiōe tūc ad vicecomitē fungebatur omni ꝯsensu apud auinionem pon. creatus vocatus itaqꝫ auinionem pon. inuenit vir singularis virtutis ingentis animi. innocentissime vite. Isque pro sua prudentia res italie callens nihil duxit antiquius quam egidiū cardinalē hispanū italie legatū de latere creatum illico transmittere. qui rex et itinerū italie experientissimus tridentina via īgressus est inuentūqꝫ verone scaligeru canē deinde accersitos gonzagas ludouicū nicolaū marchionē estēsē et frācīscū carrariū initis federibus in bernabonē cōcitauit vt pl̄io supatus et sautius egre aufugerit. inde oīa in pacē redegit. Quibus gestis vrbanus ad quartum sui pontificatꝰ ānū in italiā vēnit cōponēdarū rerū cā. ei legatꝰ egidius comes fit obuiam. romam ꝓficiscī. liberatꝰ tante legatiōis onere deinꝰ ꝯsensū viterbiū redijt. vbi et tertio mēsē post moritur. vir singularis virtutꝰ et pl̄ane ꝗ dignitate ecclasticā mirifice tuitꝰ est Assisium delatus in ecclia btī frācisci tumulatꝰ. At cū carolus imperator libentissimꝫ vrbanū romā ꝓfectū eo tpe vt pmulū ē aduolās. Vrbanꝰ apl̄oꝝ capita apud scā scōꝝ repta inde locellis argēteis recōdita ad altare maiꝰ basilice lateranēsis collocāt. Dūqꝫ ea rome agit in vrbe veteri et mōte falisco pallatia ꝯstrui curauit. Curiales transalpinos quoqꝫ ī italiā ducēdorꝫ firmā ꝯceperat sinaꝫ īde ꝯsolaturꝰ ꝗ scirent loca esse parata ad ꝗ romani grauitatē aeris ꝑestatē caumata declinarēt. Breui aūt ī galliā reuersurus iohānē hauicut egregiū copiarū ducē e carcere missū copijs illis oibꝰ ꝑfecit. ꝗ antea sub egidio militauerāt. sed reuersus ī gallias apud massiliā sientie pō. āno. viij. mēse ꝗrto scitatis vite fama ꝯstanti opinione celebratissimus.

Gregorius vndecimꝰ papa pr̄ia lemouicēsis. petrꝰ belforti antea vocatꝰ scē Marie noue diaconꝰ cardinalis auinione pontifex oliꝫ ꝯsensu creat. Hūc eiꝫ adolescētēꝫ vix. xvij. annū attingentē clemēs sextꝰ eiꝰ patruꝰ cardinalē creauit. et nevideret carni et sāguini magꝪ ꝙ ecclie ꝯsuluisse. Eundē ad eruditissimos doctores maxie ꝟo ad baldū ꝗ tē perusij legebat disciplie grā statiꝫ misit vbi ī quouis genere doctrie ꝓfecit. Fuit ꝑterea tāte innocētie et placa

bilitatis adeoq͡ȝ humanus ꝛ pius vt ab oib⁹ unice diligeref. Qui põtificatu inito statim legatos in italiam misit vt res ecclesias recenseret. Inita autẽ cũ bernabone vicecomite pace cũ oĩa in perturbatione fuere erant enĩ inimici oẽs (vicecomitibus exceptis) venetis ob qḋ multa mala insurrexere. Gregorius interea pontifex cũ esset in italia conuersat⁹. qui baldi iure cõsultissimi vt dicimi⁹ perusie diu auditor fuerat prudenter ɔsiderauit suũ in italiã redditũ pre ceteris posse rẽ ecclesiasticã instaurare ꝛ forte eo sic cogitante episcopus quẽ de reditu ad suã ecclesiã admonebat familiaritatis cõfidẽtia ꝛ tu inqt pat sancte cur nõ ad tuã ip̃e accedis ecclesiã. Quare gregori⁹ instituit ꝑperare. sȝ cũ agnatis ꝛ gallicis id in primis odiosum fore cernens triremes in rhodano (celatis omnibus cãȝ) parate sũt ꝛ breui post pontifex cũ illis qui presto iubenti affuere delapsus est. ꝑpetuaq͡ȝ nauigatione tẽpestatib⁹ sepenumero agitata cũ triremib⁹ vna ꝛ viginti genuã p̃eno. post corsetũ. inde terrã romã ianuario peruenit. Anno salutis sexto septuagesimo terdecies cẽteno. q̃ pontificat⁹ sui septim⁹ ꝛ relegationis in gallias romane ecclesie septuagesimo annumerabat. Fuit ea die pp̃lo ro. letissima. Florentino autẽ terribilis. q̃ oẽs existimauerũt pontificẽ cũ britones anglicisq͡ȝ tanto numero militarẽt. Rem ecclesiasticam breui cũ tyrãnoꝝ excidio instauraturꝫ. Indigebãt aũt oĩa aduẽtu pontificis. nam ꝛ menia ꝛ basilice ac priuata edificia vbiq͡ȝ ruinã minabanf. que certe magna ex p̃te restituit vt turris suo iussu edificata ad sanctam Mariã maiorẽ indicat. Labefacti etiam ita ciuitatis mores erãt vt nihil vrbanitatis habere viderentur vtiq͡ȝ illi mores aliunde petendi eẽnt que totũ orbẽ terrarũ quondã ad vrbanitatẽ redegerat. Collocata itaq͡ȝ in vrbe sede sua pontifex (vt bonũ pastorẽ decet) oĩa circũspicere cepit. Egit tũ principio aduẽtus sui natura mitis ꝛ optĩa mẽte de pace cũ florentino pop̃lo ɔstituenda quã illi oberrati magnitudinẽ nõ satis tutã fore suspicati artib⁹ declinauere ꝛ ad bernabonẽ cõuersi antiquũ hostẽ. Sed cũ pontificis in italiã redditus esset formidolosus intercessiõe eius iohãnẽ haucuth pecunia corruptũ ad suas partes inclinare fecerunt. q̃ ex re anathemate notati oĩa interdixi papa florentini tñ sacerdotes celebrare coegerũt. ideo in eos bellũ mouet. sed dum vir sanctus agit oĩa q̃ ad pontificẽ pertinẽt intollerabili vesice dolore morif sui pontificat⁹ ãno octauo mẽse q̃nto kal aprilis millesimo tricẽtesimo septuagesimo octauo. Sepelif in basilica Marie i via noua sepulcro marmoreo quod adhuc visif cũ magno gemitu ꝛ lachrimis. lugebãt nõ modo p̃ntẽ sed etiã futurã calamitatẽ.

¶ Brigitta vidua oña suecie.

Rigida alias brigittã vocitata

devotissima xp̃i mulier natiõe germana suecie ꝓuincie p̃nceps ꝛ dña. ex regũ ꝓgenie nõ solũ illustrẽ duxit originẽ. verũ de nobilib⁹ deuotisq͡ȝ ꝓgenitoribus ortũ habuit. Cuius genitor speciali amore scĩn iacobũ visitans dñũ die veneris ob memoriaȝ passionis ɔfessionẽ peregit. Mater cũ brigidaȝ in vtero gestaret passa naufragiũ ob ꝓlem saluata fuit. Nata aũt puella tribus ãnis q̃si elinguis obmutuit. inde ꝑfecte loquebaf. post obitũ matris nutrienda matertere sue tradif creuit aũt in oĩ virtute ac deuotione. quã p̃r cuidã nobili ac prudẽti iuueni in vxorẽ copulauit cũ quo ꝑ ãnos plurimos in oĩ honestate ac incredibili abstinẽtia humilitate mansuetudine atq͡ȝ labore ꝑmansit. Post mortẽ viri oĩa bona inter filios ꝛ pauperes diuidens habitũ ꝛ vitã mutauit pãnis lineis (nisi in velaminib⁹ capitis) nõ vtebaf aspro induta cilicio. carnẽ macerabat. Ex ꝑcepto xp̃i romã petijt. cũ religioso comite deuotiõis cã vrbano pontifici reuelationẽ p̃ntauit ne auiniõnẽ accederet. Successoriq͡ȝ gregorio vndecimo scripta misit vt curiam ad romã reduceret. Inde hierosolimã accedẽs ꝑfecta pegrinatiõe romã remeauit ꝛ per ãnũ graui infirmitate detenta cũ xp̃s tp̃s resolutiõis ostendit. Die igitur prenũciata audita missa sacramẽtis ꝑceptis inter manus seruorũ dei emisit sp̃m. Cuius felix trãsitus gloriosis miraculis ꝛ indicijs ostẽsis fuit. Anno dñi. M.ccclxxij. decimo kal. augusti. Et ãno sequẽti trãslatũ est corp⁹ eius post multoꝝ miraculoꝝ choruscationẽ ab vrbe roma in monasteriũ vascẽnam. ꝛ a bonifacio nono post annos. xx. sanctaꝝ chatbalago ascripta. Hec libros reuolationũ ð diuersis misterijs sibi reuelatis cõposuit.

Rdo sancte brigide ab hac sancta ꝛ gloriosa muliere initiũ sumpsit que sancti saluatoris etiã appellaf. Hoc anno spiritu diuino impulsa nouã religionẽ monasterioꝝ duplicũ videlicet virorum ꝛ mulieꝝ excitauit ꝛ instituit. Huiusce tñ religionis primum auctorẽ ꝛ institutorẽ diuũ basiliũ in grecia fuisse dicunt. Veꝝ ꝑcessu tp̃is ad tollẽdas occasiones maloꝝ ꝛ obstruenda ora male loquẽtiũ ecclesia ꝛ alia monasteria dissoluit vt seorsum remanerent. Brigita vero spiritu sancto inspirata hoc modo istaurare ꝛ renouare visa est vt virorũq͡ȝ edificia ɔnexa ꝛ ɔtigua haberenf. Habitatiões inde ita seiuncte vt de vna ad aliam. Nisi vrgente necessitate (in deferendo sacra infirmis cũ magna cautela nõ facile) transiri posset. Eorũ tñ basilicã censuit esse cõeȝ. ita vt frẽs in iferiori parte seu pauimẽto sorores vero seorsum in superiori solario officiũ exsoluerent. principalẽ curã abbatisse esse voluit frib⁹ tñmodo diuina misteria assignauit quoꝝ vnus esset qui confessor aut prior appellaref. ꝛ alijs p̃esse deberet. Ea quippe monasteria possessiones ꝛ ꝓuentus habere statuit ad fratrũ ꝛ sororũ sustentationẽ. Quoꝝ oium cetus ꝛ restit⁹ ad abbatissam spectare decreuit. Nec huiusmodi frẽs aũt sorores monasteriũ egredi p̃sũmerent. nisi magna ꝛ euidenti necessitate ac ð abbatisse licentia. Eiusmodi etiã frẽs ꝛ sorores ꝑ ep̃os ɔsecrari iussit. Hij autẽ religiosi ꝛ tam femine q̃ȝ mares habitũ vti iubentur. tunicam cũ clamide grisea cũ rubea cruce desuper ꝛ quodam rotundo albo in eius medio lineis non vtunf ad carnem sed carnibus vescuntur trib⁹ dieb⁹ in ebdomada extra quadragesimã ꝛ nihil dĩno diui augustini regulã ꝓfitenf additis brigide sancte ɔstitutionibus. ꝛ tã in fratribus q̃ȝ in sororibus certũ assignauit numeꝝ scd̃m suas ordinationes. que oĩa ipsa sctissima brigida adeo sibi reuelata ꝛ dictata cõfessa est. Quãobrẽ sũmi põtifices eandẽ regulã auctoritat.b⁹ ap̃lica speciali priuilegio approbarũ ꝛ cõfirmatã esse voluerũt. Hec enĩȝ ꝓphetico dono plurimũ claruit. nõnulla de futuris p̃dixit. ð quibusdã regnis consumãdis. que oĩa scripto mandauit ꝛ apud multos in precio habenf apud italiaȝ pauca h⁹ religionis monasteria habenf. in suecia vero ꝛ germania magna q̃dem ꝛ plurima ac opulentissima esse cernunf. Hij religiosi seculariũ ɔfessiones alioꝝ more audiunt. ꝛ diebus festiuis predicant conuersos hñt quos i exterioꝝib⁹ occupãt.

